















# LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

## CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

SIEBENTER BAND.

---

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1884. - 85

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

PA

25

L4

Bd. 7-8

LIBRARY

726582

UNIVERSITY OF TORONTO

III

## INHALT.

---

	Seite
FELIX RUDOLPH, De fontibus quibus Aelianus in uaria historia componenda usus sit . . . . .	1
GEORGIUS RICARDUS HOLLAND, De Polyphemo et Galatea .	139
ERNESTUS BISCHOFF, De fastis Graecorum antiquioribus . .	313

---





1

DE  
FONTIBUS QUIBUS AELIANUS IN VARIA HISTORIA  
COMPONENDA USUS SIT

SCRIPSIT  
FELIX RUDOLPH.



**F**ontes uariae historiae quam Claudius Aelianus Praenestinus composuit in duas rationes disseri possunt.

Aelianus enim quamuis multorum scriptorum reliquias solus seruauerit et non pauca tradat quae ad antiquitatem cognoscendam magni momenti sint, propterea quod eos quorum auctoritate nisus est reticere solet, fructum nobis praebet pro copia rerum narratarum minorem. Iam uero si cui forte contigerit, ut unamquamque narratiunculam primo cuique auctori restituat, utilitate eum si non parem, at certe similiorem reddet Athenaeo Diogenique Laertio et libros quibus fragmenta scriptorum Graecorum comprehensa sunt haud tenui incremento auget.

Sed ipse sibi consulat, si quis fontes remotiores uariae historiae indagare aggredietur. Ego proximos Aeliani auctores, quibus ipse usus sit, hac dissertatione eruere conabor.

### *I. De Claudii Aeliani temporibus.*

Eum Aelianum qui librum de instruenda acie Hadriano nuncupavit diuersum esse ab Aeliano sophista, cuius uariam historiam et libros de animalibus habemus, Henricus Valesius <sup>1)</sup> manifestis fulsit argumentis. Valesii sententiam Iacobus Perizonius <sup>2)</sup> ipse nescius amplexus, ut uitam Claudii Aeliani sophistae Alexandri Severi temporibus assignet, tribus documentis utitur. Atque primum quidem Philostratum temporis ordinem secutum uitas sophistarum conscripsisse demonstrat; in quarum serie fere ultimas esse Philisci, Aeliani, Heliodori, Aspasii;

1) Emendatt. V p. 121.

2) Praef. ad Ael. uar. hist. p. XIX sqq. in G. Kuehnii edit. uar. hist. Lips. 1780 (praefatio quae in editione Perizonii ipsa est notatione paginarum caret).

Philiscum uero per Iuliam Domnam, Septimii Seueri uxorem, cathedram Atheniensem obtinuisse, Aspasium, Aeliani apud Pausaniam condiscipulum, in Alexandri Seueri comitatu fuisse, Aelianum ipsum a Pausania, qui sub Marco floruit, arte rhetorica instructum esse ex Philostrato apparere; ergo hunc quoque Alexandri memoriae necessario adscribendum esse. Deinde ad colloquium prouocat quod Philostratum Lemnium de gynide quodam imperatore modo mortuo cum Aeliano habuisse Philostratus<sup>1)</sup> testis est. Concludit uir doctissimus hunc gynim esse Elagabalum; itaque Aelianum post mortem eius, i. e. post annum 222 Romae uersatum esse. Eandem rem molitus tertio loco eum ex Athenaei sermonibus conuiuialibus, quos sub initium principatus Alexandri confectos esse arbitratur, nonnulla in uaria sua recepisse ostendit.<sup>2)</sup>

Verum artioribus mihi finibus uitam eius describere liceat: Mortuus erat eo anno quo Philostratus uulgauit sophistarum uitas, in quibus<sup>3)</sup> de Aeliano haec exstant: *ἐβίω δὲ ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντα ἔτη καὶ ἐτελεύτα οὐκ ἐπὶ παισί.* Dedicauit autem Philostratus hunc librum Antonio Gordiano sic inscriptum: *τῷ λαμπροτάτῳ ὑπάτῳ Ἀντωνίῳ Γορδιανῷ Φλαύιος Φιλόστρατος.* Finem uero prooemio his uerbis imposuit: *τὸ δὲ φρόντισμα τοῦτο, ἄριστε ἀνθυπάτων, καὶ τὰ ἀχθῆ σου ζουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. ἔρρωσο μουσηγέτα.* Iam duorum quos Gordianum gessisse constat consulatum uter a Philostrato significetur non difficile est diiudicatu. Iulius enim Capitolinus<sup>4)</sup> Antonium Gordianum primum refert praetura nobili gesta post iurisdictionem consulatum primum iniisse cum Antonio Caracalla, secundum cum Alexandro. Idem<sup>5)</sup> Gordianum ex consulatu quem egerat cum hoc principe ad proconsulatum Africae ex senatusconsulto missum esse testis est, id quod accidit anno 229/230.<sup>6)</sup>

1) Philostr. u. s. II, 31.

2) Praef. ad uar. hist. p. XXIII sqq. Kuehn. Ceterum iam Valesius in 'emendationibus' V p. 121 sq. Aelianum Alexandri temporibus assignauit.

3) II, 31. 4) Gord. c. IV. 5) Ibid. c. II.

6) Pauly's Realencycl. III p. 901.

Alio proconsulatu nullo functus est. Sequitur Philostratum, cum eum modo consulem modo proconsulem appellaret, alterum consulatum proconsulatumque Africae intellexisse, uitas autem circa annum 230/231 edidisse. Aelianus igitur hoc tempore inter uiuos esse desierat. Atque aliquanto quidem ante expirauerat. Non sane multum ei argumento tribuo quod breui ante uitas sophistarum confectas eum obiisse disertis uerbis Philostratus non commemorat. Maioris momenti est quod quinque rhetores, Heliodorus Aspasius Philostratus Lemnius Nicagoras Apsines, idque ut uidetur tamquam mortui post Aelianum ab eo tractantur. Quodsi Philostratum temporis ordinem secutum, ut quisque minimo annorum interuallo ab ipsius aetate aberat, ita uitam eius extremis capitibus exprompsisse constat<sup>1)</sup>, inter id tempus quo uitas suas uulgauit i. e. inter annum 230/231 et mortem Aeliani spatium nonnullorum annorum uidetur intercessisse. Iam Aelianus, si mortuus est inter annos 222 et 230/231, quia sexagesimum annum aetate assecutus est, natus est neutiquam post annum 170/171; quod autem illum annum uitae etiam superauit et quod aliquanto ante annum 230/231 mortem occubuisse uidetur, fieri potuit, ut adeo ante annum 162 in lucem editus sit.

Itaque ea temporis computatio qua Valesius et Perizonius aetatem Aeliani constituerunt hac omnino confirmatur.

Verum enim uero uia qua Perizonius eam assecutus est partim quidem displicet; namque Athenaeum huc admouit uel imperio Elagabali uel primis annis Alexandri perperam assignatum.<sup>2)</sup> Ipso igitur Aeliani temporum definiendorum munere flagitatur, ut quando Athenaeus opus suum quod restat composuerit disquiram; non quo nouam quandam lucem ad rem propositam inde exspectem, sed quod ratio quae inter tempora utriusque scriptoris intercedit non solum a Perizonio sed etiam a Schweighaeusero<sup>3)</sup> cum exploranda Aeliani aetate dicitur artissime cohaerere. Dicit Batauus ille uir<sup>4)</sup> Athenaeum scripsisse post Caracallam, si quidem memorat Oppianum Cili-

1) Periz. praef. ad u. h. p. XX Kuehn. 2) Ibid. p. XXIII.

3) Praef. ad edit. Ath. 4) l. l. p. XXII sq.

cem et eius ἀλιευτικά deque eo loquitur tamquam iam mortuo I p. 13 his uerbis usus: τὸν ὀλίγω πρὸς ἡμῶν γερόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα; Oppianum uero carmina sua misisse ad Antoninum Caracallam, quem peperit Iulia Domna Septimio Seuero. Sane Pseudooppiani<sup>1)</sup> Apameensis<sup>2)</sup> ζυνηγητικά Caracallae dedicata<sup>3)</sup> sunt. Atqui haec prorsus nihil faciunt ad illum locum Athenaei, quippe qui uerum Oppianum Corycensem<sup>4)</sup>, illum carminis de piscatu conditi auctorem, intellegat.

Quamquam exstiterunt qui etiam ἀλιευτικά Caracallae dedicata esse statuerent. Oppianus enim Antoninum quandam imperatorem simul cum filio uersibus his alloquitur:

IV, 4: Ἄλλὰ σὺ μοι, κάρτιστε πολισοῦχων βασιλῆων  
 Αὐτός τ' Ἀντωνίνε, καὶ υἱέος ἡγάθειον κῆρ  
 Πρόφρονες εἰσαΐοιτε κτλ. cf. et I, 3, 66, II, 682.

Iam cum Schweighaeuser<sup>5)</sup> quis tandem hic Antoninus cum filio fuerit omnino non seiscitetur, I. G. Schneider<sup>6)</sup> duce Scaligero eum putat intellegendum esse Caracallam, quem Antonini nomen sibi arrogasse constat. At non habuit filium regni participem. An mauis Septimium, Caracallae patrem, illa appellatione a poeta significari? At Antonini nomine usus esse non traditur. Itaque iis<sup>7)</sup> assentiri non dubito qui M. Aurelium Antoninum eiusque filium Antoninum Commodum designari credunt. Accedit quod Oppianum Marco Antonino imperante floruisse Suidas tradit. Concidit igitur argumentum quo Athenaeum circa annum 220 siue aliquanto post principatum Caracallae scripsisse comprobare conati sunt.

At enim Schweighaeuser editionem δειπνοσοφιστῶν post annum demum 228 factam esse contendit. Namque Athenaeus inter alios sodales conuiuui, unde farraginem suam ductam esse fingit, Ulpianum quendam Tyrium identidem laudat. Hunc ille non dirimendum esse censet ab Ulpiano iurisconsulto item

1) Pauly's Realencycl. V p. 950; I. G. Schneider praef. ad Opp. Lips. 1813.

2) Cyneg. II, 125—128 et 156 sq. 3) Ibid. I, 3 sq.

4) Suid. s. u. Ὀππιανὸς et halieut. III, 209.

5) l. l. 6) l. l. 7) Pauly's Realencycl. V p. 950.

Tyrio, quem anno 228 sub Alexandro a militibus praetorianis occisum esse notum est. Atque uestigium quoddam eius caedis deprehendisse sibi uisus est Athen. XV p. 656 c. Sed ne nimis sagax euadat uir doctissimus. Neque enim aliud quidquam ex hoc loco efficitur, nisi ut auctor alicuius amici mortem subitam deploret. At hunc amicum, cuius mors etsi non sine magno dolore memoratur tamen tamquam beata praedicari uidetur, fuisse Ulpianum qui quidem ferro trucidatus est quo tandem iure ille cogitauit? Porro nomen eius num una littera ibi significatur? Quid quod is Ulpianus cuius mentionem Athenaeus facit nusquam iurisperitus, sed *ὄροματοθήρας*<sup>1)</sup>, i. e. uenator uocabulorum appellatur talisque hominis personam ubique gerit. Age uero ponamus hunc cum iurisconsulto illo, qui Alexandri praefectus praetorio fuit, unum eundemque esse, et Athenaeum post eius caedem anno 228 patratam operi suo finem constituisse; sequeretur intra annos 228 et 231, quo quidem Philostratus uitas edidit, et *δειπνοσογιστὰς* in publicum prodiisse, et Aelianum uaria sua conscribentem iis usum esse et uaria confecisse et ipsum ex uita discessisse. Haec uero omnia in tam exiguum annorum interuallum incidisse quis est qui credat? Cui placeat id quod e Schweighaeuseri sententia concludendum esset, Aelianum Athenaei libros quasi recenti atramento humidus exscripsisse? Ergo is Ulpianus qui in numero conuiuiarum doctorum fuisse ab Athenaeo fingitur a iurisconsulto illo diuersus est.

At ne negandi munere fungi uidear, hae notae solae ad tempora Athenaei computanda ualent: composuit librum post Oppianum, Marci aequalem, quem paulo ante suam aetatem mortuum esse ipse testatur, et post excessum Commodi<sup>2)</sup>, i. e. post annum 192, sed antequam uaria scripsit Aelianus, qui post annum 222 et aliquanto ante 231 diem obiit.

Verum haec quasi ultro se offert conclusio: Athenaei florilegium si eo tempore quo Aelianus in uaria historia operam collocabat recens editum fuisset, ab hoc certe non esset ex-

1) Athen. XIV p. 649 b.

2) Athen. XII p. 537 f.

scriptum. Etenim furtum quod commisit animos aequalium fugituro esse sperare non potuit, nisi satis multi anni inter editionem sui libri et sermonum conuiuialium interiecti erant. Quae cum ita sint, hos circa annum 200 ab Athenaeo ad Timocratem amicis missos esse consentaneum est.

Iam ad Aelianum ipsum reuertamur. Latet in historiae animalium libri X capite 1 grauissimum temporis indicium, quod a Iacobsio<sup>1)</sup> et Herchero deletum est. In editionibus autem quae Iacobsonianae praecedunt omnibus haec exstant: *σπανίως ἐλέφας ἐρᾷ, φασίν· ἔστι γὰρ σώφρων, ὡς ἄνω μοι λέλεκται. ἀκούω γοῦν ἐλεφάντων πάθος ἐρωτικὸν καὶ ἄξιον θαυμάσαι αὐτό· ὁ δὲ πέπυσμαι ἐκεῖνό ἐστιν· ἀνὴρ τῆς τούτων ἄγρας οὐκ ἄπειρος δύναμιν λαβὼν ἐκ βασιλέως τοῦ Ῥωμαίων πάλαι, Ἀλέξανδρος ὄνομα, καὶ σταλεῖς ἐς τὴν θήραν κατὰ τι ἔθος τοῖς Μαυρουσίοις ἐπιχώριον, φησὶν ἐν συγγραφῇ Δίων, μόσχον ἐλέφαντος ὠραίαν, ὡς ἐκεῖνοι, ἰδεῖν συνελθεῖν ἐλέφαντι νέῳ καὶ καλῷ.* Reliqua narratio est de rivalitate duorum elephantorum amore incensorum. Iacobsius coniectura aliorumque codicum auctoritate usus contextum uerborum ita conformauit: *ἀνὴρ τῆς τούτων ἄγρας οὐκ ἄπειρος δύναμιν λαβὼν ἐκ βασιλέως τοῦ Ῥωμαίων πάλαι, Ἀλέξανδρος ὄνομα, καὶ σταλεῖς ἐπὶ τὴν θήραν κατὰ τι ἔθος τοῖς Μαυρουσίοις ἐπιχώριον φησὶν ἐν συγγραφῇ, νέαν μόσχον ἐλέφαντος, ὠραίαν ὡς ἐκεῖνοις, ἰδεῖν συνεισελθεῖν ἐλέφαντι νέῳ καὶ καλῷ.* Eodem modo Hercher in editione Parisina<sup>2)</sup> haec uerba constituit.

Locum esse uitiatum nemo non concedet. Atque ut uocula *πάλαι*, quam ille ipse pro spuria habet<sup>3)</sup>, ita uerba *κατὰ τι ἔθος τοῖς Μαυρουσίοις ἐπιχώριον* suspicionem mouent. Namque haec aliam uim habere non possent, nisi ut Alexandrum quendam ex Maurusiorum more ad uenationem elephantorum missum esse significarent. Nunc uero notio aoristi *σταλεῖς*, ex

1) Hist. anim. ad fidem codd. mss. constit. et annotatt. illustr. 2 voll. Ienae 1832.

2) Quae prodiit anno 1858.

3) Annott. critt. p. XXXVI in edit. Paris.



qua eum semel missum esse apparet, et uocabulum ἔθρος, unde saepius eum missum esse sequeretur, uidentur inter se abhorre-  
 rere. Immo uox σταλείς ad uerba antecedentia ἐκ βασιλέως τοῦ  
 Ῥωμαίων referenda est. Rex igitur Romanorum, qui Alexandro  
 facultatem elephantos uenandi fecerat, eundem uenatum ab-  
 legauit. Itaque uerba κατὰ τι ἔθρος κτλ. aequae ac πάλαι puta-  
 uerim deberi interpreti, cuius adnotamenta a margine in tex-  
 tum orationis saepissime irrepsisse Hercher uir in libris mss.  
 Aeliani non mediocriter uersatus demonstrauit. Contra ut te-  
 neatur Dionis nomen, pro quo codices Mediceus et Vaticanus  
 νέαν uocabulum praebent, quod esse glossema μόσχου uocis  
 apparet, et auctoritas codicis Augustani antiquissimi et locus  
 Aeliani flagitat, in quo post uerba γησὶν ἐν συγγραφῇ scrip-  
 toris cuiusdam nomen exspectatur. Ceterum ne ego quidem  
 locum prorsus restituere possum.

Quod autem ibi narratur Alexandrum a rege Romanorum  
 ad elephantos uenandos cum potestate ablegatum esse non ad  
 Numas uel Tarquinius, sed ad imperatorem quendam reuo-  
 candum esse nemo negabit. Iam uero Dionem, qui hoc loco  
 memoratur, esse illum rerum scriptorem iam Valesius <sup>1)</sup> con-  
 iecit. Egomet cum istam narratiunculam Aeliani ex Dionis  
 historia Romana deriuari non potuisse propterea quod haec  
 neque in talibus fabellis uersatur et post annum demum 229 <sup>2)</sup>  
 confecta est concedam, nihilo tamen secius ipsum illum Cas-  
 sium Dionem Cocceianum designari teneo atque defendo. Is  
 enim praeter historiam et opusculum de prodigiis, quibus Sep-  
 timio Seuero principatum promitti ostendebat, composuit de  
 uita Commodi uolumen peculiare. Atque hoc ab Aeliano signi-  
 ficatur, si quidem Dio in historia, postquam de ferarum specta-  
 culis quae Commodus edere solebat fuse dixit, ipse testatus  
 est a se eandem qua is in bestias utebatur insaniam in libello  
 de Commodio scripto etiam diligentius tractatam esse <sup>3)</sup>. Ubi

1) Emendatt. V p. 122 sq.

2) Pauly's Realencycl. II p. 1028.

3) Cass. Di. epit. LXXII c. 10 Dindorf.: . . . καὶ πέντε γοῦν ἕππους  
 ποταμίους ἄμα καὶ δύο ἐλέφαντας ἄλλη καὶ ἄλλη ἡμέρα χωρὶς αὐτὸς ταῖς

quin uerba fecerit de uenatoribus qui copiam ferarum undique conquisitam principi suppeditarent fieri non potuit. Quae cum ita sint, Aelianus post annum 195, quo uita Commodi auctore Reimaro<sup>1)</sup> exarata est, librum de natura animalium confecit.

Ad eadem tempora relegamur hist. anim. I. XVII capite 44, ubi auctor dicit rhinocerotis figuram describere operae non esse pretium, cum permulti homines et Graeci et Romani qui illum uiderint eius formam cognitam habeant. Tale quid scribi uix potuit nisi post ludos bestiarios a Commodio creberrime factos.

Quoniam quando Aelianus uixerit exploratum est, quando scripserit accuratius quaeramus. Iuuenem cum arti rhetoricae siue sophisticae, senioremem scribendi studio deditum fuisse et ex disertō testimonio Philostrati<sup>2)</sup> apparet et ex historiae animalium epilogo<sup>3)</sup>, ubi significat se naturalibus quaestionibus occupatum fructuosa professione oratoria abdicasse, id quod apprime conuenienter cum iis concinit quae adhuc disputata sunt.

Cum enim utramque historiam aliquanto post Commodum confectam esse cognouerimus, ut aetate prouectus ad libros componendos se conuerterit efficitur. Quibus praemissis expeditur ea difficultas quae Philostr. II, 31 et hist. anim. XI, 40 moueri potest. Illic enim legimus Aelianum solitum esse dicere

---

*ἐαυτοῦ χερσὶ κατεχρήσατο, καὶ προσέτι καὶ ῥινοκέρωιας ἀπέκτεινε καὶ καμηλοπάρδαλιν. ταῦτα μὲν μοι κατὰ παντὸς τοῦ περὶ αὐτὸν λόγου γέγραπται.*

1) Pauly's Realencycl. II p. 1027.

2) Vit. soph. II, 31: *ἐπειὶ ὅτι προσηθεις σοφιστῆς ὑπὸ τῶν χαριζομένων τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἐπίστευσεν, οἷδὲ ἐκόλασε τὴν ἐαυτοῦ γνώμην, οἷδὲ ἐπύρθη ὑπὸ τοῦ ὀνόματος οὕτω μεγάλου ὄντος, ἀλλ' ἐαυτὸν εὔδιασκεψάμενος ὡς μελέτῃ οὐκ ἐπιτήδειον τῷ συγγράφειν ἐπέθετο καὶ ἐθανμάσθη ἐκ τούτου.*

3) *Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ἄρα, ὅτι καὶ τῶν εἰς χρήματα ὀρώντων ὀξὺ καὶ τεθηγμένων ἐς τιμὰς τε καὶ δυνάμεις τινὲς καὶ πᾶν τὸ φιλόδοξον δι' αἰτίας ἔξουσιν, εἰ τὴν ἐμαυτοῦ σχολὴν κατεθέμην καὶ εἰς ταῦτα· ἔξῳν καὶ ὄφρουοῖσθαι καὶ ἐν ταῖς ἀλλαῖς ἐξετάζεσθαι καὶ ἐπὶ μέγα προήκειν τοῦ πλούτου. ἐγὼ δὲ ἰπέρο τε ἀλωπέκων καὶ σαυρῶν καὶ κανθάρων... περιέρχομαι.*

se numquam fines Italiae excessisse neque nauem conscendisse neque mare nouisse. Ex hoc autem loco sequitur eum in Aegypto aliquamdiu peregrinatum esse. Quocirca negauerit quispiam Aelianum libri de animalibus auctorem cum Aeliano Philostrateo unum eundemque esse. Iam uero iter Aegypti, quippe quod cum origine animalium historiae artissime cohaereat<sup>1)</sup>, perinde atque haec ad senescentem Aelianum uidetur reuocandum esse. Itaque si statuimus illa uerba in quibus offendimus a iuvene dicta esse, antequam ex Italia mediterranea exisset — erat autem Praenestinus —, consociantur quae opposita uisa erant Aeliani et Philostrati indicia.<sup>2)</sup>

Iam temporibus Aeliani definitis iactum est fundamentum unde sequens fontium disquisitio proficiscatur.

## II. De Aeliani auctoribus quid uiri docti adhuc senserint.

De originibus uariae historiae unus egit I. Perizonius, cui ut soli fonti et capiti huius dissertationis gratiam habeo maximam. Primus enim septendecim uariorum capitibus ad *δειπνοσοφιστὰς* reuocatis Athenaeo Aelianum usum esse demonstrauit.<sup>3)</sup> Tempora autem Aeliani quaerens necessitudinem quae inter utrumque scriptorem est nec per se ipsam nec uia ac ratione disseruit. Idem de reliquis fontibus haec dicit<sup>4)</sup>: 'Ubi ab Athenaeo discesseris, de quo iam saepius egimus, auctores potissimum habet noster Platonem (uide notas ad VIII, 1, 2; 9 et XIV, 5) Aristotelem (II, 26; XI, 5 et XIII, 16) Isocratem (IV, 8 et V, 10) Thucydidem (XII, 50, 7) etiam Herodotum, sed mutata eius dialecto (VIII, 17) et saepius Plutarchum (XI, 9; XII, 3; XIII, 38; 42 etc.)'. Neque uero huic sententiae ad stipulari potero.

Animalium historiae auctores etiam spissiore caligine uidi obrutos. Etenim C. G. Kuehnus, qui 'de uia ac ratione qua

1) Cf. infra cap. XIV.

2) Similiter Iacobsius in praef. p. XXXVI adnot. 3 diuinatione quadam usus rem explicat.

3) Praef. ad u. h. p. XXIII sqq. Kuehn.

4) Ibid. p. XXXI sq.

Claudius Aelianus in hist. anim. conscribenda usus est Lipsiae anno 1777 libellum edidit, id quod hac inscriptione promittere visus erat mihi non praestitit in fontes quidem Aeliani inquisituro. Qui autem huius libri origines hic illic attigerunt inde a Gesnero usque ad I. G. Schneiderum omnes a nero longe absunt. <sup>1)</sup>

### III. De Athenaeo Aeliani auctore.

Varietate uariae historiae unicuique de proximis eius fontibus cogitanti efficiuntur magnae difficultates. Accedit quod Aelianus aequae ac ceteri compilatores eos quos primarios duces secutus est dedita opera reticet, et quod inter omnes scriptores ueteres quorum quidem uolumina aetatem tulerunt neminem uidebimus ad uariam historiam conficiendam adhibitum esse nisi unum; dico Athenaeum. Hercle tantis rei angustiis consilii inopes detineremur, nisi hac affinitate tanquam tutissimo praesidio adiuti quomodo Aelianus fontibus suis usus esset dilucide perspiceremus. Itaque Aelianum cum Athenaeo qua potui diligentia comparauimus.

En congruentiae quae huic cum illo intercedit conspectus, in quo ea capita Aeliani quae ab Athenaei locis similibus adeo discrepant, ut inde repeti nullo modo possint, asterisco notabo.

u. h. I, 14	Ath. IX p. 393 c d.
u. h. I, 15	Ath. IX p. 393—395 a.
*u. h. I, 17	Ath. XI p. 782 b.
*u. h. I, 19	Ath. XII p. 526 a.
u. h. I, 24	Ath. X p. 411—412 b.
u. h. I, 26	Ath. X p. 415 a b.
u. h. I, 27	Ath. X p. 415 b—416 d.
*u. h. II, 4	Ath. XIII p. 602 a b c.
*u. h. II, 10	Ath. X p. 419 c d.
u. h. II, 18	Ath. X p. 419 c d.
u. h. II, 37	Ath. X p. 429 a.
u. h. II, 38	Ath. X p. 429 a b (cf. X p. 440 e—441 a).
u. h. II, 40	Ath. X p. 429 d.

1) Vide cap. XVIII.

- u. h. II, 41                      Ath. X p. 435 d—440 d.  
    \*u. h. III, 11                      Ath. IV p. 157 cd et  
                                         Ath. XV p. 687 ef.
- u. h. III, 13                      Ath. X p. 442 b.  
 u. h. III, 14                      Ath. X p. 442 cd.  
 u. h. III, 15                      Ath. X p. 442 d—443 b.  
    \*u. h. III, 18                      Ath. II, p. 45 c  
    \*u. h. III, 20                      Ath. XIV p. 657 bc et  
                                         Ath. IX p. 384 a.  
    \*u. h. III, 23                      Ath. X p. 434 b.  
    \*u. h. III, 30                      Ath. XIV p. 622 d.  
    \*u. h. IV, 6                      Ath. VI p. 254 b.
- u. h. IV, 22                      Ath. XII p. 512 bc.  
 u. h. IV, 23                      Ath. XII p. 533 cd, 536 f, 537 c.  
 u. h. IV, 25                      Ath. XII p. 554 ef.  
 u. h. V, 9                      Ath. VIII p. 354 a b.  
    \*u. h. V, 12                      Ath. VI p. 251 b.  
    \*u. h. VI, 12                      Ath. X p. 435 e.
- u. h. VII, 2                      Ath. XII p. 531 a—e.  
 u. h. VIII, 7                      Ath. XII p. 538 b—f.  
 u. h. IX, 3                      Ath. XII p. 539 c—f.  
 u. h. IX, 8                      Ath. XII p. 541 c—e.  
 u. h. IX, 9                      Ath. XII p. 542 b—e.  
 u. h. IX, 11                      Ath. XII p. 543 c—f.  
 u. h. IX, 12                      Ath. XII p. 547 a.  
 u. h. IX, 13                      Ath. XII p. 549 a—c.  
 u. h. IX, 14                      Ath. XII p. 552 b.  
    \*u. h. IX, 32                      Ath. XIII p. 591 b.  
    \*u. h. IX 30 et 37                      Ath. VI p. 250 f.
- u. h. X, 6                      Ath. XII p. 551 b—552 e.  
    \*u. h. X, 9                      Ath. VI p. 239 f, 241 e,  
                                         246 a et I p. 5 et 6.  
    \*u. h. X, 22                      Ath. VI p. 251 a.  
    \*u. h. XI, 9                      Ath. VI p. 273 a.
- u. h. XI, 12                      Ath. XIV p. 643 f.  
    \*u. h. XII, 1                      Ath. XIII p. 576 d.  
    \*u. h. XII, 10                      Ath. VI p. 272 d.
- u. h. XII, 13                      Ath. XIII p. 584 de.  
    \*u. h. XII, 17                      Ath. XIII p. 577 c.  
                                         Ath. III p. 101 e.  
                                         Ath. IV p. 128 b.  
    \*u. h. XII, 18                      Ath. XIII p. 596 e.  
    \*u. h. XII, 22                      Ath. X p. 412 ef.

	*u. h. XII, 23	Ath. IV p. 154 a—c. Ath. IV p. 151 e. Ath. VI p. 246 cd. Ath. XIII p. 603 a.
u. h. XII, 24		Ath. XII p. 541 b c (et Ath. VI p. 273 b c).
	*u. h. XII, 31	Ath. I p. 10 a, 28 ef, 31 b et e, 32 b et e; Ath. X p. 440 c—f. Ath. II p. 45 b.
	*u. h. XII, 40	Ath. I p. 6 f.
	*u. h. XII, 44	Ath. VII p. 289 d—f.
	*u. h. XII, 51	Ath. XIII p. 602 f.
	*u. h. XIII, 5	Ath. I p. 31 f.
	*u. h. XIII, 6	Ath. XIII p. 588 d.
	*u. h. XIII, 32	Ath. V p. 220 e.
u. h. XIV, 7		Ath. XII p. 550 cd.
	*u. h. XIV, 9	Ath. XI p. 507 a et e.
	*u. h. XIV, 14	Ath. VIII cc. 40—46.
	*u. h. XIV, 21	Ath. XIII p. 597 b.
u. h. XIV, 23		Ath. XIV p. 623 f—624 a.
	*u. h. XIV, 26	Ath. VIII p. 340 f.
	*u. h. XIV, 29	Ath. VI p. 233 f.
	*u. h. XIV, 35	Ath. XIII p. 570 b—e, 582 cd, 587 e, 589 a.
	*u. h. XIV, 39	Ath. II p. 48 e.
	*u. h. XIV, 46	Ath. IV p. 173 f.

Adspicis rem satis mirabilem; certam describendi rationem in illa historiolarum Aeliani perturbatione et quasi chaos. Etenim ordo quo singulae narrationes apud Athenaeum se excipiunt in uaria historia fere seruatus est.

Age uero uideamus quae sint consecraria. Ac primum quidem id quod Perizonius docuit, Aelianum ex illo non pauca hausisse, iam extra omnem dubitationis aleam positum est. Nam illa conspicua conuenientia cur non potius ad communem quendam fontem reuocanda esset etiam post eius in Aelianum merita quaeri potuit. Nunc, ut res quidem utrimque pariter exhibitas tertio cuidam auctori uindicare tibi liceat, num quam hic cum illo communem habet seriem narrationum ad eundem referes?

Deinde quoniam Aelianum uestigiis eius inhaesisse constat, quorsum id pertineat elucet. Certe enim illos XXVIII locos quos eodem modo dispositos exhibet, quo Athenaeus, huic debet. E quorum numero duo ex eius libro nono, undecim ex decimo, quindecim ex duodecimo sumpti sunt. Sequitur hos tres certe libros ei ad manum fuisse. Item librum undecimum, quoniam inter decimum et duodecimum interpositus est. At enim noli in eo offendere quod huius uestigia in uaria historia plane desiderantur. Nempe taeduit eum istas putidas poculorum commentationes, quibus eius capita I—CX continentur, transcribere. Quod uero quae extremi libri capitibus CX—CXX in Platonem afferuntur criminationes ab eo praetermissae sunt, quandoquidem huius philosophi magna in eo erat admiratio<sup>1)</sup>, etiam minus est cur miremur.

Iam ut libros Athenaei IX X (XI) XII ei praesto fuisse certum est, ita ceteri in usum uariae historiae non sunt conuersi; neutiquam libri I—VII et XV, id quod comparatione utriusque florilegii supra instituta compertum habemus. Quin ne reliquorum quidem librorum rationem, octaui, decimi tertii, decimi quarti, quamquam singulis aut binis lemmatis ad uariam historiam accedunt, ab illis diuersam esse patebit si demonstraero

u. h. V, 9 non esse ex Ath. VIII p. 354ab.

u. h. XII, 13 non esse ex Ath. XIII p. 584de.

u. h. XI, 12 non esse ex Ath. XIV p. 643f.

u. h. XIV, 23 non esse ex Ath. XIV p. 623f—624a.

Quorum locorum communis haec est condicio, ut neque ad Athenaei libros IX X XII faciant, nec secundum eum ordinem quo is sua disposuit et quem Aelianus XXVIII lemmata mutuans religiose tenuit in uaria historia collocati sint. Hos ego ut Athenaeo abiudicandos esse censeam cum hac ipsa causa tum peculiaribus quae accedunt momentis adducor.

Quod enim ad *δειπνοσοφιστῶν* librum XIII attinet, Aelianus excepto libri XII capite 13 ubicumque historiolas de mere-

1) Velut cf. u. h. II, 18, III, 19, IV, 9, X, 21, XII, 45.

tribus uariis suis immiscuit cum illo non cohaeret. Neque enim quod u. h. XII, 5 tradit Laidi cognomen Axinae fuisse, nec quod XII, 17 de Lamia et Demetrio, nec quod XII, 62 de Archedica eiusque amatore, nec quod XIII, 9 de Lamia et Lysandro, neque quod XIII, 33 de Psammeticho et Rhodopi refert ex Athenaeo habet. Quod autem u. h. XIII, 32 de Socratis cum Theodota et Callisto meretricibus colloquio affertur tantummodo partim cum Ath. XIII p. 588d et V p. 220e conferri potest. Iam si illum librum luculentissimis facetiarum lasciuiarumque copiis instructum manibus triuisset, quomodo fieri potuit, ut, cum saepius de istis mulierculis ageret, tantum unam fabellam inde exciperet?

Quodsi librum decimum tertium non consultauit, quartum decimum ab eo esse inspectum haud ita ueri est simile. Cuius cum pagina 643f. comparari potest u. h. XI, 12, quamquam non omni ex parte congruit. Nam cum Socrates ab Alcibiade placentam obtinuisse et hic et illic narretur, apud Aelianum haec exstant: ἡ Ξανθίππη ῥίψασα (sc. τὸν πλακοῦντα) ἐκ τοῦ κανοῦ κατεπάτησε. γελάσας δὲ ὁ Σωκράτης Οὐκοῦν, ἔφη, οὐδὲ σὺ μεθέξεις. Apud Athenaeum: ὃν Ξανθίππης καταγελασάσης ὁ Σωκράτης Οὐκοῦν, ἔφη, οὐδὲ σὺ μεθέξεις τούτου. Magis conueniunt u. h. XIV, 23 et Ath. XIV p. 623f—624a, ubi legimus Cliniam Pythagoreum et Achillem iram cithara sedare solitos esse. — Contra discrepant inter se quae praeterea conferri possunt u. h. III, 20 et Ath. XIV p. 657bc. Cum enim similitudo horum locorum in eo uersetur, ut rex Lacedaemoniorum in terram transmarinam ablegatus cibos quosdam deliciores ipsi oblatos repudiasset et seruis dari iussisse utrobique tradatur, hic rex apud Athenaeum est Agesilaus Thasum missus, in uaria historia Lysander in Ionia moratus. Ad extremum u. h. III, 30 et Ath. XIV p. 622d non concinunt nisi nomine Amoebei citharoedi.

Qui octauo libro cum uaria historia est consensus his finibus continetur: conspirat, ut dixi, Ath. VIII p. 354ab cum u. h. V, 9, ubi narratur Aristotelem, antequam philosophiae se addiceret, stipendia meruisse et pharmacopolam fuisse. Nulla



praeterea utriusque affinitas, nisi quod u. h. XIV, 14 et Ath. VIII cc. 40—46 de Stratonico citharoedo, u. h. XIV, 26 de Antagora homine maledico, Ath. VIII p. 340f de eodem helluone diuersum in modum agitur. Iam ut quae de philosophis per uariam historiam leguntur paene omnia aliunde in eam deueniunt neque ex Athenaeo, ita et ipsum illud caput, quo Aristoteles carpitur, ab alio quodam fonte multo aptius repetitur.

Quid multa? Si tota quae proxime antecessit expositio circumspicitur, quantopere manifesta illa necessitudo quae inter uariam historiam et libros IX X XII intercedit ei repugnet qua libros VIII XIII XIV cum illa cohaerere modo uidimus, in propatulo est. Ut igitur, unde egressa est, reuertatur argumentatio, quae in u. h. V, 9, XI, 12, XII, 13, XIV, 23 exstant, licet eadem in Athenaei sermonibus conuiuialibus inueniantur, tamen originem inde non traxisse cognouisse mihi uideor.

Quae cum ita sint, si conceditur libros I—VIII et XIII—XV ad uariam historiam conflandam adhibitos non esse, eos Aeliano ne praesto quidem fuisse consentaneum est. Unde discere uidemur *δειπνοσοφιστῶν* uolumina, si non singula deinceps prodierunt, at certe singillatim apud librarios fuisse uenalia.

Ceterum me non fugit ordinem quo Athenaeus sua collocauit ab Aeliano bis paulum inflexum esse. Primo enim loco, si tabulam supra adscriptam respexeris, eum, postquam uariae historiae libri X caput 6 exarsans Athenaei paginam 552e in describendo assecutus est, in libri XII capite 24 et libri XIV capite 7 ad eius paginas 541bc et 550cd regressum esse agnosces. Sed non est quod in ea re haereamus. Immo uero nouum inde euadit argumentum quo eum tertii decimi libri *δειπνοσοφιστῶν* expertem fuisse euincatur. Qui si ei ad manum fuisset, huius recentibus lenociniis uti quam finem libri duodecimi modo exhausti iterum adire procul dubio maluisset.

Dein idem quamquam primariam quae in Athenaei libro XII est argumenti continuationem inde a u. h. VII, 2 cum religione tenet, antea u. h. IV, 22, 23, 25 transcribens ab ea recessit, si quidem e numero capitum quae dixi primum a libri

XII initio, alterum a media parte, tertium a fine mutuatus est. En quam praeclara fiat occasio quasi officinae compilatoris introspectendae. Namque tentasse uidetur iucunditatem illius fontis, antequam placeret eum deinceps exhaurire.

Quod igitur obseruauit Aelianum, cum illo Naucratis uteretur, uia et ratione grassatum esse iis ipsis quae contra facere uideri potuerunt confirmatur.

Quoniam totum Aeliani cum Athenaeo consensum quatenus et in uniuersum pertineret et ad hunc reuocandus esset circumspeximus, parti quidem huius fontium explorandorum muneris uidetur satisfactum esse.

Verum redundant ex ratione quae inter utrumque intercedit efficacissima quaedam tam ad hanc quam ad alias quaestiones praesidia. Vidimus enim Aelianum quattuor fabellas quamquam illi non debet tamen cum eo habere communes. Porro, ut alia praeteream, quae exstant in u. h. II, 4 de Melanippi et Charitonis mutua amicitia, in u. h. III, 23 de Alexandri ante mortem ipsam uinolentia, in u. h. XII, 1 de Aspasia, Cyri amica, in u. h. XII, 51 de Menecrate medico, qui se Ioui parem esse putasse dicitur, etiam uberiora sunt quam qui deinceps iis respondent Athenaei loci XIII p. 602 a b, X p. 434 b, XIII p. 576 d, VII p. 289 d. Quid ergo? Nonne utrumque scriptorem ad communem quendam fontem recedere in promptu est? Itaque ex his quaestionibus Aelianis aliquid lucis ad *δειπνοσοφιστῶν* origines excutiendas exspectandum est. De quibus infra <sup>1)</sup> disputabitur. Altera ex parte nisi copia esset uariam historiam cum illo florilegio contendendi, quomodo Aelianus auctores suos adhibuisset plane in incerto relinqueretur.

#### IV. *Qua ratione Aelianus Athenaeo usus sit.*

Quod ut ante oculos proponatur, exempli gratia unum locum uariae historiae ex Athenaeo translatum et eum Athenaei unde translatus est e regione adscribam.

---

1) Vide cap. XVI.

V. h. I, 15:

Ἐκ διαδοχῆς φασὶν ἐπρώζειν τὰς περιστεράς. εἶτα τῶν νεοτῶν γενομένων ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἵνα μὴ βασκανθῶσι. τίκει δὲ ψὰ δύο ἢ θήλεια, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄρρην ποιεῖ πάντως, τὸ δὲ δεύτερον θήλυ. τίκτουσι δὲ αἱ περιστεραὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· ἐνθεντοὶ καὶ δεκάκις τοῦ ἔτους ὠδίνοσι. λόγος δὲ τις περιέεισιν Αἰγύπτιος, λέγων δωδεκάκις τὰς ἐν Αἰγύπτῳ τίκειν. λέγει δὲ Ἀριστοτέλης καὶ διάφορον εἶναι τῆς περιστεράς τὴν πελειάδα. τὴν μὲν γὰρ περιστερὰν εἶναι μεῖζονα, τὴν δὲ πελειάδα βραχυτέραν, καὶ τὴν μὲν περιστερὰν τιθασὸν γίνεσθαι, τὴν δὲ οὐ. λέγει δὲ ὁ αὐτὸς μὴ πρότερον ἐπιβαίνειν τὸν ἄρρην τῇ θηλείᾳ πρὶν ἢ φιληῆσαι αὐτήν· μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἄρρένων ὁμιλίαν τοῦ φιλήματος ἔρημον. προστίθησι δὲ τούτοις καὶ ἐκεῖνο, ὅτι καὶ αἱ θήλειαι ἀλλήλας ἀναβαίνουσι, ὅταν τῆς πρὸς ἄρρην μιξέως ἀτυχήσωσι· καὶ οὐδὲν μὲν ἐς ἀλλήλας προϊένται, τί-

Athen. IX pag. 393 f — 395 a: **ΦΑΣΣΑΙ.** Ἀριστοτέλης φησὶ περιστερῶν μὲν εἶναι ἐν γένος, εἶδη δὲ πέντε, γράφων οὕτως 'περιστερά, οἰνάς, φάψ, φάσσα, τρυγῶν' κτλ.

p. 394 b: ἐπρώζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος, καὶ γενομένων τῶν νεοτῶν ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡς μὴ βασκανθῶσι. τίκει δὲ ψὰ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄρρην ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον θήλυ. τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους. διὸ δὴ καὶ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασιν· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις. τεκοῦσα γὰρ τῇ ἔχομένῃ ἡμέρᾳ συλλαμβάνει. ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι περιστερὰ ἕτερον πελειὰς δ' ἕτερον καὶ ὅτι ἡ πελειὰς ἔλαττον καὶ τιθασὸν γίνεται, περιστερὰ δὲ καὶ μέλαν καὶ μικρὸν καὶ ἐρυθρόπουν καὶ τραχύπουν· διὸ οὐδεὶς τρέφει. ἴδιον δὲ λέγει τῆς περιστεράς τὸ κυνεῖν αὐτὰς ὅταν μέλλωσιν ἀναβαίνειν, ἢ οὐκ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας. ὁ δὲ πρεσβύτερος, φησὶ, καὶ προαναβαίνει μὴ κύσας· οἱ δὲ νεώτεροι ἀεὶ τοῦτο ποιήσαντες ὀχεύουσιν. καὶ αἱ θήλειαι ἀλλήλαις ἀναβαίνουσι, ὅταν ἄρρην μὴ παρῆ, κυνήσασαι. καὶ οὐδὲν προϊέμεναι εἰς ἀλλήλας τίκτουσιν ψὰ, ἐξ

κτουσι δὲ ῥά, ἔξ ὧν νεοττοὶ οὐ  
γίνονται αὐταῖς. εἰ δέ τι Καλ-  
λιμάχῳ χρῆ προσέχειν, φάτταν  
καὶ πυραλλίδα καὶ περιστεράν  
καὶ τρυγόνα φησὶ μηδὲν ἀλλή-  
λαις ἕοικέναι.

Ἰνδοὶ δὲ φασὶ λόγοι περιστε-  
ράς ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι μηλίνας  
τὴν χροάν. Χάρων δὲ ὁ Λαμψα-  
κηρὸς περὶ τὸν Ἄθω φανῆραι  
περιστεράς λευκὰς λέγει, ὅτε  
ἐνταῦθα ἀπόλοντο αἱ τῶν Περ-  
σῶν τριήρεις περικάμπτουσαι  
τὸν Ἄθω.

ἐν Ἐρυνί δὲ τῆς Σικελίας, ἔνθα  
ἔστιν ὁ τῆς Ἀφροδίτης νεὼς  
σεμνός τε καὶ ἅγιος, κατὰ τινα  
καιρὸν θύουσιν οἱ Ἐρυνιοὶ τὰ

ὧν οὐ γίγνεται νεοττός. οἱ δὲ  
Λωριεῖς τὴν πελειάδα ἀντὶ πε-  
ριστεράς τιθέασιν, ὡς Σώφρων  
ἐν γυναικείοις. Καλλιμάχος δ' ἐν  
τῷ περὶ ὀρνέων ὡς διαφόρους  
ἐκτίθεται γάσσαν πυραλλίδα  
περιστεράν τρυγόνα. ὁ δὲ Μύν-  
διος Ἀλέξανδρος οὐ πίνειν,  
φησὶ, τὴν γάσσαν ἀνακύντου-  
σαν, ὡς τὴν τρυγόνα. καὶ τοῦ  
χειμῶνος μὴ φθέγγεσθαι, εἰ μὴ  
εὐδίας γενομένης. λέγεται δέ,  
ὅτι ἡ οἶνὰς ἐὰν φαγοῦσα τὸ τῆς  
ἰξίας σπέρμα ἐπὶ τινος ἀφο-  
δεύσῃ δένδρου, ἰδίαν ἰξίαν φύ-  
εσθαι. Δαῖμαχος δ' ἐν τοῖς  
Ἰνδικοῖς ἱστορεῖ περιστεράς  
μηλίνας γίνεσθαι ἐν Ἰνδοῖς.  
Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηρὸς ἐν  
τοῖς Περσικοῖς περὶ Μαρδονίου  
ἱστορῶν καὶ τοῦ διαφθαρέντος  
στρατοῦ Περσικοῦ περὶ τὸν  
Ἄθω γράφει καὶ ταῦτα· καὶ  
λευκαὶ περιστεραὶ τότε πρώτον  
εἰς Ἑλληνας ἐφάνησαν, πρότε-  
ρον οὐ γιγνόμεναι. ὁ δ' Ἀριστο-  
τέλης φησὶν ὡς αἱ περιστεραὶ  
γιγνομένων τῶν νεοττῶν τῆς  
ἀλμυριζούσης γῆς διαμασησά-  
μεναι ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοι-  
γνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου  
παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς  
τὴν τροφήν. τῆς δὲ Σικελίας  
ἐν Ἐρυνί καιρὸς τις ἔστιν ὃν  
καλοῦσιν Ἀναγωγάς· ἐν ᾧ φασὶ  
τὴν θεὸν εἰς Αἰβύνην ἀνάγεσθαι.

Ἀναγώγια καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην ἐς Λιβύην ἐκ Σικελίας ἀνάγεσθαι. τότε οὖν ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περισσότεραι γίνονται, ὥσπερ οὖν τῇ Θεῷ συναποδημοῦσαι. κατὰ γε μὴν τὸν λοιπὸν χρόνον πάντοτε τι πληθὺς τῶνδε τῶν ὀρνίθων ἐπιπολάζειν τῷ νεῖθ τῆς Θεοῦ ὠμολόγηται.

τότ' οὖν αἱ περὶ τὸν τόπον περισσότεραι ἀφανεῖς γίνονται, ὡς δὴ τῇ Θεῷ συναποδημοῦσαι. καὶ μεθ' ἡμέρας ἑννέα, ἐν τοῖς λεγομένοις Καταγωγίσι, μιᾶς προπετασθείσης ἐκ τοῦ πελάγους περισσότερᾶς καὶ εἰς τὸν νεὼν εἰσπτάσης, παραγίνονται καὶ αἱ λοιπαί. ὅσοι οὖν τότε περιουσίας εὖ ἤκουσι τῶν περιούκων, εὐωχοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ κροταλίζουσι μετὰ χαρᾶς. ὄξει δὲ πᾶς ὁ τόπος τότε βούτυρον, ᾧ δὴ τεκμηρίῳ χρῶνται τῆς Θεῖας ἐπανόδου. Ἄντοκράτης δ' ἐν τοῖς Ἀχαικοῖς καὶ τὸν Δία ἱστορεῖ μεταβαλεῖν τὴν μορφήν εἰς περισσότερὰν ἔρασθέντα παρθένου Φθίας ὄνομα ἐν Αἰγίῳ.

Ἀχαικοὶ δὲ αὖ πάλιν λέγουσι λόγοι καὶ τὸν Δία αὐτὸν μεταβαλεῖν τὴν μορφήν ἐς περισσότερὰν, ἔρασθέντα παρθένου Φθίας ὄνομα. ἐν Αἰγίῳ δὲ ὄκει ἡ Φθία αὕτη.

In aperto est compileris imago et ipsa argutissima de se testis et in uniuersum talis qualis a Perizonio adumbrata est. Quam tamen liceat mihi iam accuratius depingere.

Aelianus Athenaei euadit et epitomator et ut ita dicam descriptor. Contraxit eius uerba imprimis u. h. I, 27, ubi homines uoraces, II, 41, ubi potatores, III, 15, ubi nationes uino deditae, X, 6, ubi homines graciles enumerantur. Purum purum descriptorem se praebet ceteris locis illi debitis. Quod uero summi ad fontes uariae historiae indagandos erit momenti, confirmatum est id quod iam Perizonius uidit, eum de suo nihil addidisse rerum. Quamquam sunt pauca quibus Athenaeo copiosior sit. Quod enim in u. h. II, 41 legitur, Ionem poetam patria fuisse Chium, Xenocratem fuisse Chalcedonium, oraculo Aegyptio quod memoratur nomen esse Buto, dein quod in IX, 8

est, Corinthi quidem Dionysium exsulem degisse, quod in X, 6, Philetam poetam fuisse epicum, denique in IX, 13 et XII, 24 haec uerba: οἱ δὲ οὐ κίβωτόν φασιν ἀλλὰ πυργίσκον et καὶ ἀλιέας χιλίους illic non exstant. Sed ne cui in mentem ueniat ex his additamentis repetere argumenta quibus eum illo usum esse neget, quod Aelianus de Buto et de Corintho adnotauit ei ipsi tum cum adnotabat notum fuisse monuerim, si quidem e capite 40 libri XI animalium historiae, quam ante uaria confectam esse infra uidebimus, eum Alexandriae peregrinatum fuisse comperimus, et idem iam u. h. VI, 12 de Dionysii exitu miserabili agens his uerbis usus est: καὶ ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς Ἑλλάδος ἀσχημονῶν διετέλει. Ceterae discrepantiunculae, si non ad Aelianum ipsum reuocandae sunt, fieri potest ut aut integriori cuidam sermonum conuualium editioni aut interpreti uariae historiae debeantur. — In errores eum inter describendum nonnumquam delapsum esse Perizonius<sup>1)</sup> uere animaduertit. Eodem spectant in u. h. III, 15 uerba ὅτι ἐφείται τοῖς ἐν τῷ συνδείπνῳ παροῦσι ξένοις προπίνειν ταῖς γυναιξίν, ἕκαστον ἢ ἂν βούληται; qua enim erat negligentia pro uerbis καὶ καλὸν αὐταῖς προπίνειν οἷς ἂν τύχωσι τῶν παρόντων (Ath. X p. 443a) legit καὶ καλὸν αὐτοῖς προπίνειν αἷς ἂν τύχωσι, unde factum est, ut sententiam apposuerit ei quae apud Athenaeum exstat contrariam. — Furatus est illi non tantum res et uerba, sed etiam dispositionem. Non enim seriem solum capitum quae in δειπνοσοφισταῖς est seruauit<sup>2)</sup>, sed etiam enuntiata singula ex ordine transcripsit. Auctorum laudandorum euadit minime studiosus. Nam cum Athenaeus iis locis quos Aelianus ab eo mutuatus est octogies ad eos quibus sua debet prouocet, hic ex illo pendens duodecim scriptorum nomina ut forte calamo se obtulerant in librum suum transferre satis habuit. Socordiae obnoxius est in III, 14 Damonem et in IX, 11 Parrhasii epigrammata antestatus. Cetero qui quae illic inuenerat diserta fontium indicia his ambagibus uerbórum circuiit: Ἀχαῖκοι δὲ αὖ πάλιν λέγουσι λόγοι, ὧς

1) Ad u. h. IV, 23, VIII, 7, IX, 9.    2) Cf. p. 14.

φασι, λόγος ἔχει, λόγος δὲ ἐκεῖνος περιείσιν, ἀκούω, ὃ δὲ ἔγνω, τοῦτο εἶπον. Quid quod Athenaeum, quem primarium ducem secutus est, nusquam commemorat. Num casu factum est, ut eius nomen reticeret? Immo memoria eius exstincta suae doctrinae speciem augere dedito instituto conatus est. Namque ad eam arrogantiam interdum progressus est, ut quae ex illius opere deprompsit de suo attulisse uideri studeret. Velut quamuis Athenaei uestigiis insisteret, haec ad se reuocare non dubitauit:

u. h. XIV, 23: δοκεῖ δέ μοι ὃ ἐν Ἰλιάδι Ἀχιλλεὺς ὁ τῆς κισθάρρα προσάδων . . . τὴν μῆνιν κατευνάζειν.

u. h. III, 15: τό γε μὴν ὑπὲρ τῶν Θρακῶν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ διαβεβόηται ἤδη καὶ διατεθρόληται, ὡς εἰσὶ πειν δεινότατοι.

u. h. II, 38: τί δὲ οὐκ ἂν εἴποιμι καὶ τὸν Ῥωμαίων νόμον; καὶ πῶς οὐκ ὀφλήσω δικαίως ἀλογία, εἰ τὰ μὲν Ἀσκραίων καὶ Μασσαλιωτῶν καὶ τὰ Μιλησίων διὰ μνήμης ἐθέμην, τὰ δὲ τῆς ἔμαντοῦ πατρίδος ἔασω;

Varietatis studium quantum in eo fuerit et e uariae historiae inscriptione et ex indole tam huius quam animalium historiae elucet. Quod ipse professus est in epilogo huic subiecto sic locutus: ἀνέμιξα δὲ καὶ τὰ ποικίλων (sc. ζῴων) ποικίλα καὶ ὑπὲρ πολλῶν διεξῆλθον. Neque mirum est, quod idem comparatione uariae historiae cum Athenaeo comprobatur. Etenim illae XXVIII historiologiae e tribus libris sermonum conuiuialium sumptae per decem libros uariorum digestae sunt, de quibus quinae incidunt in libros primum et alterum, trinae in tertium et quartum, singulae in septimum, octauum, decimum, duodecimum, quartum decimum, septem in nonum. Quae cum in uniuersum, ut per libros uariae historiae dispositae inueniuntur, ita alterae alteris uicinae sint, quater singulis capitibus diuersae originis sunt disiunctae, quandoquidem u. h. I, 25, II, 39, IV, 24, IX, 10, qui loci inter lemmata ex Athenaeo deriuata interpositi sunt, ex Athenaeo non emanauerunt. Itaque ratio Aeliani sic nobis uidetur animo esse fingenda, ut ex aliquot uoluminibus ante oculos euolutis, qua forte excerpenti

libidine ferretur, modo hoc modo illud inspexerit, unde uarietas uariae historiae ducenda est; ut uero idem ad libros consultatos reuersus in quibus capitibus describens antea constitisset, inde ex iis describere perrexerit, in quo positum esse puto illud quod cognouimus, eum uia et ratione grassatum esse.

Neque uero scribae instar mercede conducti quae apud illum legerat uerbotenus transtulit, sed ornamentis rhetoricis identidem adpersit. Velut etiam illam enumerationem hominum ebriosorum per se ieunissimam quae est in u. h. II, 41, quam uarie conformauit, hunc in modum singula exempla petulantiae conectens: *τίθει μετὰ τούτων καὶ . . . οὐ χρῆ ἀπὸ τούτων τάττειν . . . καὶ οὗτος ἀκρατῶς ἐδίψη οἴνου πίνειν . . . καὶ οὗτος ἦν τοῦ πίνειν δοῦλος . . . καὶ οὗτος σὺν τούτοις τετάχθω . . . καὶ οὗτος εἰθιστο ἀκρατῶς . . . τί τοῦτον ἐάσομεν, καὶ ἐκείνον πιεῖν γενόμενον δεινόν;* Nimirum peritiam suam sermonis Graeci ob id ipsum quod in eo natiua non erat illius uerbis mutandis, amplificandis, circueundis et exercere et firmare et probare studuit. Ceterum orationem Athenaei ab eo in deterius conuersam esse contendit nequit; immo laudem habet sententiarum perspicuitas, in qua elaborauit, si quidem salebras quasdam in quibus illius uerba haerere uiderat ipse in u. h. VIII, 7<sup>1)</sup> et IX, 13<sup>2)</sup> euitauit. Ut igitur in praefatione hist. an. *ἐγὼ δέ, inquit, ἐμαντῶ ταῦτα, ὅσα οἷόν τε ἦν, ἀθροίσας καὶ περιβαλὼν αὐτοῖς τὴν συνήθη λέξιν, κειμήλιον οὐκ ἀσπούδαστον ἐκπονήσαι πεπίστευκα,* ita ad uariam historiam componendam de suo duo studia attulit, et eligendi et oratione propria adornandi. Quae cum ita sint, elocutio saltem maiore ex parte eius est, id quod in dubium uocari potuit.

*V. Athenaeo cum uaria historia comparato quid de auctoribus Aeliani profecerimus.*

Iam is Aelianus qui Athenaeum hominem paene aequalem mala fide excerpserat idem sedulus inuestigator antiquitatis esse

1) Dico uerba *καὶ ἐγένετο τὰ δεῦπνα πρὸς σάλπιγγα κτλ.*, quae, ut obscuritatem eorum quae apud illum respondent effugeret, ipse finxit.

2) Cf. uerba *εἰ δὲ ἀφίκετο τὸ βέλος κτλ.* cum loco congruo Athenaei.



non potuit. Itaque Perizonius ad duces et principes litterarum Graecarum eum adscendisse perperam uidetur opinatus esse. Atque ut per Athenaeum frustra Charonis Lampsaceni, Ctesiae, Theopompi, Nymphidis, Duridis, Phylarchi, Alcmanis, Menandri, multorum aliorum in uariam historiam deueniunt neque ex his ipsis, ita ne ceteros quidem priscae memoriae scriptores, ut Herodotos, Isocrates, Platones, quamquam ei materiam suppeditauerunt, ab eo consultatos esse probabile est. Ergo ad deriuatos quosdam fontes Athenaei similes deducimur.

Ceteroqui ueterum auctorum uolumina num ab eo inspicere potuerint ualde ambigitur. Scilicet Alexandri Seueri temporibus, quandoquidem quinque uel sex saeculis ante confecta erant, ita circumferri, ut cuilibet homini litteris imbuto prompta essent, certe iam pridem desierant. Si autem ex primario fonte quamque narrationem repetiisset, maxima bibliotheca ei opus fuisset neque prae multitudine uoluminum explicatorum domi habuisset, ubi sederet.

*VI. Quae ratio sit inter Aeliani uaria et ceteros quos nouimus ueterum libros.*

Ut uero tenebrae illustrentur quibus origines uariae historiae, si ab Athenaeo disceditur, obscuratae sunt, alia praesidia assumamus. Atque duabus quidem uis incedendum est. Primum quae tempore praecedunt antiquitatis litterae et monumenta omnia, non solum libri seruati, sed etiam deperditorum reliquiae animo perlustrari et cum ea contendere debent. Altero loco quaerendum erit si quae fontium indicia ex uariis ipsis extricari possint.

Verum quod ad comparisonem faciendam attinet, quoniam Aelianum ceteris auctoribus similiter atque Athenaeo usum esse consentaneum est, adsunt certa criteria quibus de necessitudinibus quae ei cum aliis intercedunt diiudicetur. Haec ego respiciens litteras ueterum cum uaria historia conferre suscepi. Quocumque autem me conuertit, de seruatis Graecorum Romanorumque libris ne unum quidem ad eam conflandam adhibitum esse praeter expectationem cognoui. Atque

ut alios praeteream, qui maxime cum Aeliano conspirant Plutarchus, auctor apophthegmatum quae Plutarchi nomine feruntur, Diogenes Laertius, — Valerius Maximus, Plinius, Gellius ab eo manibus non tractati sunt. Longum est unumquemque scriptorem singillatim e numero auctorum eius primariorum remouere. Fidem postulo. Ut autem appareat, qua argumentandi ratione usus illud iudicium tulerim, aliquot exempla proferentur.

Conuenit u. h. II, 14 cum Herodoti I. VII capite 31; V, 11 cum Herod. VIII, 116; VIII, 17 cum Herod. VI, 24 et III, 133 — 137. Sed ut omittam quod hae tres tantummodo uariae historiae narrationes illi manifestius respondent eaeque uerbis haud leuiter ab eo dissociatae, Aelianus propterea quod in VIII, 17 coniuncta exhibet quae locis apud illum maximo interuallo disiunctis exstant, si quidem Athenaeo ex ordine usus est, illa capita quamuis Herodoto deberet tamen ex eo ipso non deprompsit.

Sunt in u. h. IV, 8 uicissitudinum fortunae exempla sex, nimirum ex uno eodemque fonte petita. Quorum alterum et tertium nomine Ellopidae addito ex Isocratis Archid. pp. 124 — 126, reliqua aliunde hausta sunt. Iam illos indices hominum uoracium, ebriosorum, gracilium, qui deinceps in u. h. I, 27, II, 41, X, 6 exstant ex uno Athenaeo excerptos esse recordati haec exempla ab Aeliano ex Isocrate aliisque auctoribus conquisita et conglutinata esse credere dubitabimus.

Eaedem clades Atheniensium et u. h. V, 10 et Isocr. de pace p. 176, 85—87 enarrantur. Sed locus Aelianus pugna Chaerontensi memorata illo luculentior est; praeterea magis ex ordine compositus. Apud Isocratem enim detrimenta terra Atheniensibus illata recensentur mixta cum marinis, illic seorsus.

Aelianus u. h. VIII, 9 uerbis usus Platonis (Alcib. II p. 141 DE) narrat Archelaum Macedonum tyrannum interfectum esse a Crateua amasio; quem cum quattuor dies reipublicae praefuisset et ipsum insidiis esse sublatum. Dein uersu quodam Homérico interposito Aristotelem secutus (polit. V, 10 p. 1311b u. 6) prioris caedis causam subiungit. Gloriari autem

uidetur ipsum Platonem se legisse, ad *τύραννον* uocem quam exhibet haec adnotans: *οὕτω γὰρ Πλάτων αὐτὸν ὀνομάζει καὶ καὶ οὐ βασιλέα*. Glorianti num fidem addemus? Minime gentium. Nam quod locus de quo agitur tribus frustis diuersae originis continetur, coagmentandi munus maioris laboris est quam ut compilatori Athenaei imputetur. Et quod Crateuae mentio apud Platonem non occurrit sed Aristoteli debetur, num tanta eum sciendi cupidine inflammatum fuisse putabimus, ut illum ex hoc suppleret? Ceterum Aristotelem ab eo non inspectum esse non negabis si haec contuleris:

- u. h. I, 1      Aristot. hist. an. VIII, 2 p. 590 b u. 32sqq.; IX, 37 p. 622 a u. 31; de anim. part. IV, 5 p. 679 a u. 11.
- u. h. I, 5      Arist. hist. an. IX, 37 p. 621 a u. 12.
- u. h. I, 6      Arist. hist. an. V, 33 p. 558 a u. 11; cf. et u. 7sqq.
- u. h. I, 8      Arist. hist. an. IX, 5 p. 611 b u. 20.
- u. h. I, 10     Arist. hist. an. IX, 6 p. 612 b u. 1.
- u. h. X, 3      Arist. hist. an. VI, 31 p. 579 b u. 2.
- u. h. XI, 5     Arist. pol. V, 4 p. 1303 b u. 37.
- u. h. XI, 8     Arist. pol. V, 10 p. 1311 a u. 31.
- u. h. VI, 6     Schol. ad Aristoph. Acharn. 320.
- u. h. XIII, 16 Arist. mirab. ausc. CXXVII (139) Westerm.

Variorum libri primi capita 2, 3, 4, 7, 9, 11—13 ad Aristotelis libros de animalibus conscriptos omnino non quadrant, si quidem indicibus editioni Berolinensi subiunctis fides est.

Praeterea Platoni debentur quamquam ex eo ipso non sumpta sunt u. h. VIII, 1 (ex Theag. p. 128 c. XI), u. h. VIII, 2 (ex Hipparch. p. 228 B C), u. h. XIV, 5 (ex Ion. p. 541 C); libri III capita 9 et 10 conuiuii paginis 178 et 179 obiter respondent.

De festiue dictis Pseudoplutarchi consentiunt Phocionis IX, Epaminondae XIII et XXI, Pelopidae I, Scipionis minoris I cum u. h. XI, 9; apophth. Lac. Agesilai LXX cum u. h. XII, 15; ap. Lac. Lycurgi VII cum u. h. XIII, 23. At in u. h. X, 9, XII, 15, XIII, 23—25, ubi deinceps enumerantur, qui gloria rerum gestarum florentes pauperes fuerint, qui cum pueris ludere non grauati sint, qui ex ipsorum institutis damna fecerint,

habemus quasdam exemplorum similium continuationes, quas non undique ab Aeliano compositas, sed ex uno eodemque auctore descriptas esse consentaneum est. Quae deberentur sane illis facetiarum libellis, qui Plutarchi nomine perperam inscripti sunt, si totae ad eos adaptatae essent. Nunc uero, quoniam partim tantum in eos cadunt, inde non fluxerunt.

Dieteria hominum clarorum quae libri XIII capitibus 37—43 congesta sunt maiore ex parte cum Pseudoplutarcho concinunt (cf. apophth. Alcib. III, V, VI, VII, Themist. V, Phoc. XVIII, Epam. XXIII, Timoth. I). Immo quattuor effata Alcibiadis in u. h. XIII, 38 aequae atque apud illum se excipiunt. Enimuero sunt ibidem duae sententiae eiusdem Alcibiadis, singulae Gelonis in 37, Ephialtis in 39, Themistoclis in 40 et 43, quae apud Pseudoplutarchum desunt. His omnibus animo perpensis, si imaginem Aeliani compileris Athenaeo adhibito patefactam respicimus, quae in u. h. XIII, 37—43 leguntur facete dicta et facta non ex apophthegmatis regum ducumque, sed e fonte quodam his cum uaria historia communi uidentur hausta esse.

An maus de Aeliano Plutarchi excerptore cogitare? Nempe congruunt iidem illi septem loci cum uit. Alcib. VII et XXII, Themist. XI et XVIII, Phoc. XXXVI, Sull. VI — de sui laude p. 540 D et praec. ger. reipubl. p. 799 E. Atqui ne premam discrimina quibus his repugnant, quod compluribus scriptis Plutarcheis respondent, Aelianus non is erat qui pauca deinceps capita apophthegmatis uirorum inclutorum expleturus multa uolumina sedulo inspiceret.

Neque Aelianus ipse sui euadit epitomator, id est uariae historiae conscribendae operam impendens usu libri de natura animalium abstinuit. Huic autem iudicio duo insunt axiomata, quibus ponitur et utrumque opus eiusdem auctoris esse, id quod Bernhardy in suspicionem uocauit, et si quidem eiusdem sunt, hunc ante illam confectum esse. Quae iam pro ueris habere mihi liceat sub finem <sup>1)</sup> huius dissertationis comprobato.

1) Vide cap. XIV.

- Ael. u. h. I, 1 obiter conuenit cum Ael. h. a. I, 27, VII, 11.  
 u. h. I, 2 obiter conuenit cum h. a. I, 21, VI, 57.  
 u. h. I, 3 non conuenit cum h. a.  
 u. h. I, 4 totum plane conuenit cum h. a. VI, 53.  
 u. h. I, 5 obiter conuenit cum h. a. IX, 12.  
 u. h. I, 6 non conuenit cum h. a.  
 u. h. I, 7 non conuenit cum h. a.  
 u. h. I, 8 plane non conuenit cum h. a.  
 u. h. I, 9 plane conuenit cum parte libri V capitis 39;  
 cf. IV, 18.  
 u. h. I, 10 omnino non conuenit cum h. a.  
 u. h. I, 11 plane conuenit cum parte libri VI capitis 41;  
 cf. XI, 19.  
 u. h. I, 12 obiter conuenit cum h. a. II, 25.  
 u. h. I, 13 totum plane conuenit cum h. a. VI, 62.  
 u. h. I, 14 fere conuenit cum h. a. V, 34, XVII, 24.  
 u. h. I, 15 partim paene uerbotenus conuenit cum h. a. IV, 2;  
 minus cum III, 45. Tamen uar. hist. l. I  
 capita 14 et 15 ex Ath. IX pp. 393—395  
 sumpta sunt.  
 u. h. IX, 39 partim paene uerbotenus conuenit cum h. a. I, 6.  
 u. h. X, 3 in inuersum deinceps conuenit cum h. a. IV, 12  
 et V, 33; extrema pars repugnat libri IV  
 capiti 34.  
 u. h. XI, 3 totum conuenit cum particula libri VI capitis 1.  
 u. h. III, 30 totum ad uerbum conuenit cum h. a. VI, 1 extr.  
 u. h. XIII, 46 conuenit cum h. a. VI, 63; ut uero oratione te-  
 nuus, ita Patris Achaeorum memoratis hae  
 narratione uberius est.  
 u. h. XIII, 5 obiter conuenit cum emblemate libri VI capitis 15.

Prima tredecim capita uariae historiae, quae continuo de animalibus sunt, redolent unum eundemque auctorem, qui generatim mores uirtutesque bestiarum exsecutus sit. Etenim in u. h. I, 1—6 exempla sunt natiuae cuiusdam animalium astutiae; capita 7—10 ita continentur, ut pertineant ad remedia ab animalibus aegrotis aut uulneratis adhibita. Capitibus 11

et 12 agitur de diuinatione murium et formicarum, a quo argumento ne caput 13 quidem alienum est, ubi a cane Gelon malis somniis oppressus dicitur excitatus metuque solutus esse. Itaque cum haec lemmata omnia artissime inter se cohaereant et quasi totum efficiant, capita 4 et 13, quamuis historiae animalium respondeant, propterea quod sola de illis tredecim in eam prorsus cadunt, inde non sunt petita.

Summa libri IX capitis 39 ea est, ut absurdi amores Xerxis, hominis cuiusdam Atheniensis, Glaucæ citharistriae, Xenophontis Solensis, adulescentis cuiusdam Lacedaemonii recensentur. E quorum numero tres, qui quidem extremo capite exhibentur, in historia animalium occurrunt paene iisdem uerbis enarrati. Aelianus uero, ut in loco uariorum laudato de Xerxe et de homine Atheniensi agens e libro quem ipse de bestiis condiderat non pendet, ita ne extrema quidem illa exempla ex eo in uaria sua transtulit.

Neque habeo, cur in cetero consensu utriusque historiae disserendo multus sim; nam adeo tenuis est, ut ad proximas origines uariae historiae in censum non ueniat; nisi quod sola u. h. I. XI caput 3 et I. III caput 30 cum h. a. VI, 1 apprime concinunt. Quoniam autem res ita se habet, illa libri de natura animalium cum uariis affinitas posita est in quodam communi fonte.

Restat, ut affirmem me fragmenta historicorum Graecorum Muelleriana etiam morosius peruestigantem quattuor tantummodo uel quinque locos uidisse ita cum farragine Aeliani congruere, ut ad ueras radices eius referri possint.

*VII. De fontium indicibus ex Aeliano ipso petendis.*

1.

Aelianus, praeterquam quod Athenaeum nusquam laudauit, ceteros quoque auctores, quibus usus est, reticere maluit quam diserte antestari in multifariis uerborum ambages digressus: u. h. I, 28: ἐθέλω εἰπεῖν Ῥοδίαν δόξαν. I, 29: λέγουσι Κόρων παῖδες. II, 32: λέγουσι τινες λόγοι Πυθιοί. III, 35: λόγος διαρρεῖ καὶ οὗτος Ἀττικὸς. IV, 28: λέγουσι Ἀηλίων παῖδες.

V, 21: λέγει τις λόγος. XIII, 1: λόγος οὗτος Ἀρχαδικός. XIII, 33: φασὶν Αἰγυπτίων λόγοι. XIV, 20: τοῦτο ἀνελεξάμην ἐν ἱστορίαις Συβαριτικαῖς. Neque ego, quandoquidem mala fides descriptoris satis superque explorata est, hoc iudicium facere dubito: quicumque scriptorum in uaria historia nominatur, ob id ipsum quod eius mentio fit, ad eam componendam non adhibitus est. Et consecutus est Aelianus quod uoluit; spissa caligine eius fontes primarii obruti sunt.

## 2.

Nunc quoniam Aeliani ipsius testimoniis destituti sumus, ad ratiocinationes refugiendum est. Ac primum quidem eos quorum curae in rebus Romanis disserendis uersatae sunt ab eo non esse consultatos inde efficitur, quod res patrias rarissime commemorat. Etenim si Graecorum colonias Italicas excipis, inter CCCCLXIV lemmata, e quibus ea uaria historia quam nos manibus terimus constat, modo XVII spectant ad Italiam Romanorumque historiam, instituta, mores; de quo numero VII<sup>1)</sup> tota, X<sup>2)</sup> partim ad argumentum quod dixi faciunt. In animalium autem historia, quae XVII libris continetur, res Romanas uel Italicas tantum XIV<sup>3)</sup> narrationibus adpersas esse uidi. Itaque Romanarum historiarum nec Romanos nec Graecos auctores, nec Liuios, Tacitos, nec Dionysios, Appianos ei materiam suppeditasse in promptu est.

Quin unumquodque uolumen Latinis litteris ante eum exaratum ab hac quaestione uidetur esse remouendum. Nam quamquam Aelianus Romanus fuit et hoc nomine in uariis suis adeo gloriatur<sup>4)</sup>, in Graecae linguae exercitatione et peritia omnem laudem et ipse posuit et aequalium admirationem in didem consecutus est; ἡττικιζε ὡσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογαίᾳ Ἀθηναῖοι; his uerbis Philostratus<sup>5)</sup> Aeliani uitam exorsus grauissimam causam cur eam commemoratione dignam duceret signi-

1) V. h. VII, 11, 16, 21, IX, 16, XII, 11, 33, XIV, 36 (XII, 6).

2) V. h. II, 38, III, 17, 34, IV, 1, IX, 12, XI, 9, XII, 14, 25, 43, XIV, 45.

3) H. a. I, 38, II, 11, V, 21, 29, VIII, 4, IX, 11, 61, X, 22, XI, 15, 16, XII, 6, 33, XIII, 6, XIV, 8.

4) V. h. XII, 25, II, 38, XIV, 45.

5) Vit. soph. II, 31.

ficauit; quod autem Suidas eum *μελίγλωσσον* siue *μελίφθογγον* appellatum esse tradit, eodem spectat; ad hanc uero copiam facultatemque dicendi nimirum non Latinorum, sed Graecorum scriptorum lectione et usu peruenit; accedit quod Pausaniae Caesariensis<sup>1)</sup>, sophistae Graeci, fuit discipulus, Herodis Attici admirator, et quod Philostratus in Graecorum rhetorum uitis de eo exposuit; Graecus sophista et esse et haberi uoluit: Graecorum hominum studium in eo conspicuum est; hos maxime a se amari aperte profitetur<sup>2)</sup>; Graecarum mulierum laudibus ne quid detrahat, in Romanis celebrandis modum sibi constituit<sup>3)</sup>; Graecos deos inuocat<sup>4)</sup>; Hieronem cum *φιλέλληνα* appellat eruditum fuisse dicit<sup>5)</sup>; Graecorum iudicio luctum quo Alexander Hephaestionem mortuum persecutus est metitur<sup>6)</sup>. Non igitur casu factum est id quod supra diximus, eum nec Valerium Maximum nec Plinium nec Gellium exscripsisse; quos, ut auctores ipsi accommodatissimos, si consilium habuisset litteras popularium suorum ad-eundi, in compilando uix potuit praeterire.

## 3.

Age uero cum libros ab Aeliano excerptos neque ad res Romanas multum pertinuisse neque Latine, sed Graece fuisse compositos didicisse uideamur, quaeramus quae temporum momenta per uariam historiam deprehendantur. Legimus in XII, 25 emolumento fuisse Apollonium Ciceroni, Areum Maecenati, Athenodorum Augusto. Eiusdem, nisi fallor, Athenodori libro *περὶ σπουδῆς καὶ παιδείας* inscripto assignanda sunt quae in XII, 15 de Archyta Tarentino narrantur<sup>7)</sup>. —

1) Errauerunt Perizonius et Iacobsius in praefationibus Aelianum auditorem fuisse opinati eius Pausaniae cuius descriptionem Graeciae habemus. Nam Aelianus etsi in u. h. XII, 61 periegetam laudat (descr. Graec. VIII, 36, 6), eo neque usus est neque omnino ingenio eius similis erat. Verum Philostratus Pausaniam Aeliani praeceptorem fuisse prodens dicit rhetorem illum Caesariensem, cum praesertim pro indole uitarum sophistarum oratoriam institutionem intellegat.

2) V. h. IX, 32. 3) XIV, 45. 4) VI, 1, II, 9. 5) IX, 1.

6) VII, 8. 7) Athen. XII p. 519b.



Quod compluria uariorum dicteria indidem deriuata sunt unde Pseudoplutarchi apophthegmata regum et ducum <sup>1)</sup>, haec uero etiam aliquot Augusti facetias exhibent, deducimur in aetatem Augusto posteriorem. — V. h. IV, 1 recedit ad librum Nicolai Damasceni, qui temporibus eiusdem principis coniunctus erat, *παραδόξων ἐθῶν συναγωγή* nuncupatum <sup>2)</sup>. — Exstat in I, 29 ouem leonem enisam esse in grege quodam Niciae, Coorum tyranni, qui non diuersus fuisse uidetur ab eo Nicia quem Strabo ut aequalem commemorat <sup>3)</sup>. — V. h. II, 2, 3, 44, III, 31, IV, 3, 4, 12, VIII, 8, X, 10, XIV, 15, 37, 47, qui loci de pictoribus et de arte pingendi sunt, magna certe ex parte redolent auctoritatem Iubae, qui anno p. C. n. 23 diem obiit. Is enim *ἱστοριώτατος τῶν βασιλέων* cum multa alia tum peculiare opus *περὶ γραφικῆς* conscripsit, neque quemquam tum temporis puto facere potuisse, quin de eo arguimento disserens hoc libro aut sua sponte aut ipse nescius niteretur. An credibilius est ista uariae historiae lemmata a priscis illis scriptoribus rei pictoriae ducta esse, a Duride Samio <sup>4)</sup>, Antigono, Polemone qui *ἀντίγραφα πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον* emisit <sup>5)</sup>, Artemone <sup>6)</sup> quem Iuba secutus est? <sup>7)</sup> Utique certum est primum auctorem libri X capitis 10 et l. XII capitis 41 ante Plinium maiorem floruisse, qui in nat. hist. XXXV, 3, 16 et 10, 79sq. eadem profert. — Dilucidior temporis nota praebetur in u. h. VIII, 11, ubi Aetna mons decreuisse dicitur. Hanc uero opinionem sub annum p. C. n. 50 circumlatam esse sequitur e Senecae epistula LXXIX. — Quod in u. h. XI, 2 exstat, Daretem Phrygem ante Homerum Iliadem scripsisse memoriam nobis affert Dictyis Cretis, cuius codicillos, in quibus ipse praesens res Iiacas exarasset, Neroni oblatos esse fabulati sunt <sup>8)</sup>. Utrumque autem commentum non

1) Vd. p. 28. 2) Stob. flor. V, 51, CXXIII, 12, XLIV, 41.

3) XIV c. 19 p. 658. 4) Cf. Muell. fr. histt. Graec. II p. 466.

5) Ibid. III p. 132. 6) Ibid. IV p. 340sq. 7) Harpocr. s. u. *Πολύγνωτος*. . . *ἱστορήκασιν ἄλλοι τε καὶ Ἀρτέμων ἐν τῷ περὶ ζωγράφων καὶ Ἰόβας ἐν τοῖς περὶ γραφικῆς*; i. e. pro ratione auctorum laudandorum ueteris propria: Iuba duce Artemone. 8) Pauly's Realenc. II<sup>1</sup> p. 1006.

modo argumento inter se cohaeret, sed etiam circa eandem tempestatem, id est post Neronem uidetur ortum esse. — In XII, 61 mentio fit Pausaniae periegetae, qui Antoninis imperantibus floruit. Postquam enim ibi narratum est Thurinos Aquiloni sacra fecisse, extremo loco haec subiuncta sunt: *Παυσανίας δέ φησιν ὅτι καὶ Μεγαπολίται*<sup>1)</sup>. Denique, ut supra disputatum est, Aelianus excerpit Athenaeum, qui exeunte altero p. C. n. saeculo uiguit<sup>2)</sup>.

Liber de natura animalium pluribus temporum indiciis apertis illis quidem adornatus est. Laudantur enim in h. a. VIII, 4 Crassus et Domitius, in IX, 11 et 61 Cleopatra, in XII, 6 Pompeius, in II, 11 Germanicus, in V, 29 Claudius et Britannicus, in XI, 35 Nero, in XI, 15 Titus. De recentioribus scriptoribus nominatim afferuntur in IX, 58 Iuba, in XI, 40 Apio, Tiberii et Claudii aequalis, in X, 42 Telephus Pergamenus, Marci ante eius principatum magister, in X, 1 Cassius Dio<sup>3)</sup>. Quodsi origines huius libri memoriae imperatorum qui ante Aelianum regnauerunt adscribendae sunt, eae a quibus uaria historia tracta est in temporibus libertatis Romanorum non uidentur esse quaerendae.

Iam si uariam historiam totam spectamus, rerum Atticarum studium, quo insignis est, animum aduertit. Namque plurimi uiri de quibus agitur, Athenienses sunt: Neleus, Codri filius, Solon, Miltiades, Themistocles, Aristides, Pericles, Cleon, Ephialtes, Socrates, Plato, Alcibiades, Critias, Xenophon, Phocion, Timotheus, Demosthenes, Demades, Demochares, Demetrius Phalereus, Dioxippus athleta, Diotimus, homo uino deditus, Poliarchus, qui canes et gallos ipsi caros magnifice sepeliebat. De Atheniensibus in uniuersum sunt u. h. III, 36, IV, 6, V, 10, 12, 13, 20, IV, 1, 5, VIII, 15; de eorundem legibus V, 14, 18, VI, 10, VIII, 10; de iudiciis V, 15, 18; de iudicium Atticorum disceptationibus V, 16, 19; de Leocorio fano XII, 28; de Diipoliis et Buphoniis festis VIII, 3; in III, 38 exstat Athenienses primos ficum et oliuam inuenisse, Erich-

1) Cf. cap. XIII.

2) Pag. 5 sqq.

3) Pag. 8 sqq.

thonium primum equos domuisse; in III, 35 in Academia more sancitum fuisse ne quis rideret. Accedit quod u. h. IV, 8 et V, 10 Isocrati rhetori debentur<sup>1)</sup>. Haec uero fere omnia ab iis qui olim in antiquitatibus Atticis uersati erant originem traxisse uidentur, si quidem Androtio in u. h. VIII, 6 nominatur, Hellanici auctoritas subest l. VIII capiti 5<sup>2)</sup>, Phanodemi l. XII capiti 28<sup>3)</sup>, Istri l. IV capiti 5, quoad hoc quidem ad Moli-nades pertinet<sup>4)</sup>. Caueas uero ne Aelianum ad ἀτθιδογράφους ipsos adscendisse arbitreris. Nam quod in u. h. VI, 1 Athe-niensibus crimini datur, quod metoecos in pompis σκιαδηγο-ρεῖν et σκαφηγορεῖν iubebant, quodque in V, 20 Tarentini ab Atheniensibus obsessi esse dicuntur, auctor euadit a iusta aesti-matione et notitia rerum Atticarum remotissimus. Porro, ut quae per scholia et lexica occurrunt atthidographorum testi-monia non ex his ipsis, sed ex Aelio Dionysio et Pausania atticistis, qui sub aetatem Hadriani florebant, maximam partem hausta esse commentationibus E. Schwabei<sup>5)</sup> et F. Giesingii<sup>6)</sup>, imprimis uero Th. Freyeri<sup>7)</sup> patefactum est, ita Aelianum illis auctoribus ueteribus usum esse ueri est dissimillimum. Immo uero ista uariorum proprietate ad memoriam eiusdem principis uocamur, ubi multi adulescentes Romani Athenis, in illa prae-clara sede litterarum, Adrianum, Pausaniam, alios rhetores audiebant, ubi lingua Attica Romae per uillas procerum et in epulis eruditorum et adeo ludis publicis resonabat.

Praeterea per uariam historiam dispersa sunt uestigia re-diuiuae rationis Academicae, quae fere extremis annis Augusti exstitit. Sententia ei propria inesse uidetur in u. h. V, 6, ubi Calanus, sophista Indus, proditur coram Alexandro Magno se combussisse, ὅτε ἐβουλήθη ἀπολῦσαι αὐτὸν ἐκ τῶν τοῦ σώ-

1) Cf. p. 26. 2) Harpocr. s. u. Ἐρωθραῖοι.

3) Id. s. u. Λεωκόρειον. 4) Schol. ad Plat. Phaedon. p. 381.

5) Quaestt. de schol. Thucyd. fontibus in 'Leipziger Studien' IV p. 67 sqq.

6) De scholiis Platonicis quaestiones selectae, Lipsiae 1883.

7) Quaestt. de schol. Aeschin. fontibus, 'Leipziger Studien' V p. 299

ματος δεσμῶν<sup>1</sup>. Nonne tota hac narratione de Peregrino Proteo commonemur? Deinde uero Socrates et Plato prae ceteris philosophis abunde aguntur omnique laude identidem cumulantur<sup>1</sup>). Quae autem in u. h. III, 19 et V, 9 deprehenditur Aristotelis inuidia non aliena esse uidetur a studiis eorundem Platonis sectatorum, e quorum numero Caluisius Taurus de differentia qua secta Academica a Peripatetica abhorrebat librum conscripsit<sup>2</sup>). Id quoque huc admoueri potest, quod aliquis de auctoribus Aeliani in dialogis Platonis fuit admoudum uersatus. Nam huius philosophi sunt, quamquam ex eo ipso non effluerunt, libri VIII capita 1, 2, 9, libri XIV c. 5<sup>3</sup>). Alia in eandem sententiam decursu huius dissertationis proferentur<sup>4</sup>).

Restat, ut moneam occultam quandam rationem inter Aelianum et Plutarchum intercedere. Hic enim, licet ab illo non adhibitus sit, cum ingenio atque indole tum permultis narrationibus et sententiose dictis ad eius similitudinem accedit. Scripsit praeterea Plutarchus librum de animalium sollertia; eadem exordio uariae historiae tractatur. Exstat opusculum Plutarchi de Alexandri uirtute an fortuna; in u. h. III, 23, postquam praeclara facinora eiusdem regis recensita sunt, haec uerba subsecuntur: ἔστω δὲ καὶ τῆς Τύχης Ἀλέξανδρον ἀγαπώσης τὰ πλεῖστα, εἴ τις εἴη δύσερις. καλὸς δ' οὖν Ἀλέξανδρος μὴ ἠτιώμενος τῆς Τύχης, μηδὲ πρὸς τὴν ἐξ αὐτῆς ἐς αὐτὸν προθυμίαν ἀπαγορεύων. —

<p>V. h. X, 5: Φρύγιος οὗτος ὁ λόγος· ἔστι γὰρ Αἰσιώπου τοῦ Φρυγός. ὁ δὲ λόγος φησὶ τὴν ἕν ἔαν αὐτῆς τις ἀψῆται βοᾶν καὶ μάλα γε εἰκότως· οὔτε γὰρ ἔρια ἔχειν οὔτε γάλα οὔτε ἄλλο τι πλὴν τῶν κρεῶν. παρα-</p>	<p>Plut. Artax. XXV: Ἡ γὰρ δειλία φονικώτατόν ἐστιν ἐν ταῖς τυραννίσιν, Ἰλεων δὲ καὶ πρῶτον καὶ ἀνύποπτον ἢ θαρραλέότης. διὸ καὶ τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσεντα καὶ δυσεξημέρωτα ψοφοδεῆ καὶ δειλά, τὰ</p>
--	--

1) Cf. de Socrate u. h. I, 16, II, 13, 30, VIII, 1, IX, 7, 29, XIII, 27; de Platone II, 27, 30, III, 19, IV, 9, VII, 17, IX, 10. X, 21, XII, 25, XIII, 29.

2) Suid. s. u. 3) Cf. p. 26 sq. 4) Cap. X.

<p>χρῆμα οὖν ὀνειροπολεῖν τὸν θάνατον, εἰδυῖαν ἐς ὅ τι τοῖς χρηστέοις αὐτῇ πέφυκε λυσι- τελῆς εἶναι. εἰκότασι δὲ τῇ ὄτι τῇ Αἰσώπου οἱ τύραννοι ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα· ἴσασι γὰρ ὅτι ὡσπερ οὖν αἱ ὕς ὀφείλουσι καὶ ἐκείνοι τὴν ψυχὴν πᾶσιν.</p>	<p>δὲ γενναῖα πιστεύοντα μᾶλλον διὰ τὸ θαρρεῖν οὐ φεύγει τὰς φιλοφροσύνας.</p>
--	--

Utrisque uidemus tyrannos cum bestiis simili ratione conferri. Quodsi tam multae notae inter Plutarchum et Aeliani uaria conueniunt, haec uidentur illius aetatem spirare.

Quae cum ita sint, auctores Aeliani in numero eorum qui post Augustum uel adeo sub imperium Hadriani Graece scripserunt latent.

## 4.

Hi cuiusnam generis fuerint e dispositione et argumento uariae historiae facultas est cognoscendi. Duplex enim est ratio lemmatum e quibus composita est. Altera, de quibus priore loco erit agendum, continuis constant narrationibus, quae per se exhibentur neque omnino cum uicinis cohaerent. Versantur autem imprimis in historiis ad philosophorum uitas, mores, facetias spectantibus. Praeterea pertinent ad doctrinas grauioraque placita philosophorum, ad res Atticas, Laconicas, Persicas, Aegyptias, Sicilienses, Alexandri Magni, ad meretrices, luxuriam, amorem, ad res mirabiles, quales quidem scriptoribus παραδοξογράφοι uocatis in deliciis esse solebant, ad pictores, ad Homerum, ad prouerbia, ad descriptionem terrarum; denique habes rhetoricas rerum hominumue descriptiones (ἐκφράσεις) in II, 44, III, 1, XII, 1, XIII, 1, quibus partim adnumerandum est IX, 16.

Iam iis quae Aelianus consulto disiunxit in uno conspectu positae coniecerit quispiam fere tot fontes primarios eum adhibuisse quot praecipua argumenti genera modo enumerata sunt, siue eum multis scriptis peculiaribus exhaustis hanc illam uarie-

tatem farraginis suae assecutum esse. Verum enim vero iam nunc in memoriam redigendum est id quod supra apparuit, eum neque Herodotum neque Isocratem nec Platonem nec ceteros priscos auctores, quamvis compluria frustra ex iis afferat, ipsos consuluisse. Quocirca fides adiuncta est ei quod uel Athenaeo collato ante oculos positum erat, eum uaria sua non ex multis et remotis uoluminibus eximia sedulitate collegisse, in qua opinione recentiores esse uideo<sup>1)</sup>, sed furtim descripsisse quos alii congesserant multifariae doctrinae thesauros. Quodsi purus putus compilerator fuit, propterea quod species uariae historiae florida est, eius fontes et ipsi floridi fuerint necesse est. Denique tota indoles eius obstat, quominus ex honestis rerum scriptoribus eam conflata esse statuamus. Etenim ubique fabellae, hic illic ineptiae, nusquam studium ueri; immo non ad cognitionem, sed ad delectationem summa eius libri spectat. Sequitur alteram partem uariorum Aeliani reuocandam esse ad quosdam commentariorum auctores, qui quaecumque digna memoria aequaliumque sensibus apta et accommodata cum alibi tum in historiis de uitis philosophorum conditis legissent, sine uia et ratione consarcinauerint.

## 5.

Altera pars huius libri continetur similium rerum enumerationibus aut singulis aut compluribus deinceps capitibus circumscriptis, quae dissecandi libidine qua Aelianus usus est intactae et, ut ita dicam, continentis glebae maioris ambitus in hoc chaos reperiuntur. Ac tantum abest, ut ab Aeliano ipso compositae sint, ut deberi uideantur miscellaneis unius eiusdemque auctoris, qui haec exempla, similiter atque sua Valerius Maximus, in usum rhetorum declamatorumque collegerit. Illa uero miscellanea ad ordinem litterarum disposita fuisse in suspicionem uenit. Quod si uere cogitamus, quoniam Athenaei dispositionem ab Aeliano inter transcribendum religiose seruatam esse constat, ut indicia huius *λεξικον̄* in uaria historia

---

1) Cf. cap. XIII.

agnoscantur expectandum est. Quapropter exceptis locis ab Athenaeo petitis omnia lemmata eius quaecumque in indicibus similium rerum uersantur perscrutanda sunt, ecquae uestigia talis originis exhibeant. Id autem fieri non poterit nisi ita ut grauissima quaeque uocabula, quibus quidem cuiusque loci uis et argumentum comprehendi possint, sub uno adpectu apponantur et utrum ad seriem elementorum quadrent necne disquiratur:

V. h. I, 1, de polyporum	} calliditate,	} in quodam rerum lexico extare potuerunt	} s. u. Ζῶα.	
u. h. I, 2, de phalangiorum				
u. h. I, 3, de ranarum Aegyptiarum				
u. h. I, 4, de canum Aegyptiorum				
u. h. I, 5, de uulpium marinarum				
u. h. I, 6, de testudinum marinarum				
u. h. I, 7, de cancris suum				
u. h. I, 8, de hedera ceruorum				} remediis,
u. h. I, 9, de simiis leonum				
u. h. I, 10, de dictamno herba caprarum				
u. h. I, 11, de murium				
u. h. I, 12, de formicarum				} diuinatione,
u. h. I, 13, de canis Gelonis				
u. h. II, 22, de bonis legibus quibus Mantineenses, Locri, Cretes, Lacedaemonii, Athenienses usi sint,	} propterea quod ἐννομοτάτους prima uox est in II, 22,	} s. u. Ἐννομώτατοι.		
u. h. II, 23, de Nicodoro Mantineensium legislatore,				
u. h. II, 25, quibus sextus dies mensis Thargelionis fuerit fatalis,	} quoniam ab his uerbis incipit: τὴν ἔκτην τοῦ Θαργηλιῶνος,	} s. u. Ἐξ.		
u. h. II, 33, quibus imaginibus sculptores Fluiuos deos formare soleant,	} uocibus εἰκάζειν atque εἰκῶν quater occurrentibus,	} s. u. Εἰκῶν.		
u. h. II, 34, Epicharmi	} senum enarrantur	} s. u. Γῆρας.		
u. h. II, 35, Gorgiae				
u. h. II, 36, Socratis			} senectute,	
u. h. III, 2, de Anaxagorae	} nuntiis de filiorum morte allatis animi magnitudine,	} praesertim cum uocabulum μεγαλόφρων sit in III, 6,	} s. u. Μεγαλόφροσύνη.	
u. h. III, 3, de Xenophontis				
u. h. III, 4, de Dionis				
u. h. III, 5, de Antigoni				
u. h. III, 6, Crates Thebanus				} iudicium vulgi contempsisse dicuntur,
u. h. III, 7, Demochares				

u. h. III, 9,	de inuicta uirtute eorum qui et a Marte et a Cupidine in- flammati in proeliis pugnent,	}	}	s. u. Ἔρως.		
u. h. III, 10,	de puerorum apud Lacedae- monios amore,					
u. h. III, 12,						
u. h. III, 17,	multi philosophi de republica bene meriti enumerantur,	quod uocem ἐπολι- τεύσαντο a fronte habet,	}	}	s. u. Ἐπολι- τεύσαντο	
u. h. III, 30,	de quorundam abstinentia Ve- neris,				s. u. Ἔρως.	
u. h. III, 38,	de Atheniensibus oliuae, fici, causarum, gymnasiorum, de Erichthonio rei equestris in- uentoribus,	uocibus εὐρεθῆναι et ἡῦρον ibi exhibitis,	}	}	s. u. Εὐρετήε	
u. h. III, 39,	de cibis populis quibusdam propriis,	uoce δεῖπνον ibi oc- currente,			}	}
u. h. III, 40,	de deriuatione nominum Τίτυ- ροι, Σάτυροι, Σειληνοί,	}	}	}		
u. h. III, 41,	de cognominibus Bacchi Φλεών, Προτρέγαιος, Σταφυλίτης, Ὀμ- φακρίτης,					
u. h. III, 42,	de Minyadibus cultum Bacchi respuentibus,					
u. h. III, 43,	de oraculis Pythiae,	quandoquidem oppidum Del- phorum laudatur in III, 43 et 44, Trophonius in III, 45,	}	}	}	s. u. Δελφοί.
u. h. III, 44,						
u. h. III, 45,						
u. h. III, 47,	recensentur exempla quattuor hominum, qui ex rebus pro- speris praeter opinionem fruc- tum utilitatis non perceperint (οὐδὲν ὠνήρητο),		}	}	}	s. u. ?
u. h. IV, 1,	de moribus mirabilibus com- plurium nationum,					s. u. Ἔθνος.
u. h. IV, 2,	Nicostratum citharistam cum Laodoco citharoedo de pretio artis suae uerbis configentem dixisse illum in magna arte par- uum esse, se in parua magnum,	cum hi tres loci ita inter se cohaereant, ut ad artes, id est ad unam prouin- ciam spectent eru- ditionis ab Aeliano in u. h. IV, 2 uoce μουσικῇ expressae (cf. u. h. IV. 15),	}	}	}	s. u. Μουσική.
u. h. IV, 3,	Polygnotum res sublimes, Dio- nysium Colophonium animi mo- tiones et corporum uestiumque habitum picturis exprimere so- litos esse.					

in quodam rerum lexico exstare potuerunt



h. IV, 4,	Thebis legem fuisse, ut et pictores et sculptores res arte formandas in melius mutarent,		} s. u. Μουσική.
h. IV, 5,	exempla animi grati septem collecta sunt,	praeifixis uerbis <i>εὐεργεσιῶν ἀπεμνήσθησαν,</i>	} s. u. <i>Εὐεργεσιῶν.</i>
h. IV, 8,	de uicissitudinibus fortunae abunde agitur,	quippe quod incipiat a uerbis: <i>εἶτα τίς οὐκ οἶδε τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς ταχείας;</i>	} s. u. <i>Μεταβολαί.</i>
h. IV, 15,	quorum animi ad artes liberales morbis conuersi sint,	uocabulis <i>ἀμουσότατος</i> et <i>μουσικώτατος</i> occurrentibus,	} s. u. <i>Μουσική.</i>
h. IV, 16,	si quis Calliam imitatus sit, eum euasurum esse potatorem, si quis Ismeniam, tibicinem, si quis Alcibiadem, iactatorem etc.,		} s. u. <i>Μίμησις.</i>
h. V, 1,	de Tachi, regis Aegyptiorum	} morbis,	} s. u. <i>Νόσος.</i>
h. V, 2,	de Pherecydis		
h. V, 10—VI, 7,	exceptis V, 11, 20, 21, VI, 1 republicae Atheniensium et Lacedaemoniorum promiscue tractantur,		} s. u. <i>Πολιτεῖαι.</i>
h. VI, 1,	quinque exempla crudelitatis et superbiae recensentur,		} s. u. <i>Ἵβρις.</i>
h. VI, 11,	de Gelone boni	} tyranni	} s. u. <i>Τύραννος.</i>
h. VI, 12,	de Dionysio altero		
h. VI, 13,	benigno quodam deorum numine paucis tyrannis contigisse, ut imperium ad posteros promouerent,	} exempla- } ribus,	
h. VII, 4,	Pittacum molam celebrasse,		
h. VII, 5,	Laertes } Ulixes } Achilleus }	} ab operibus manuarum non abhorruisse dicuntur,	} s. u. <i>Πόνος.</i>
h. VII, 9,	de uxoris Phocionis	} propterea quod u. h. VII, 9 haec a fronte habet: <i>εἶτα οὐκ ἔστι σωφροσύνη μεγάλη;</i> et sub finem idem uocabulum iterum,	} s. u. <i>Σωφροσύνη.</i>
h. VII, 10,	de Socratis		
h. VII, 11,	de mulierum Romanarum		

in quodam lexico rerum exstare poterunt

u. h. VII, 14, philosophorum bellis probatorum coaceruata sunt exempla,	uocabulis στρατηγός, στρατεύεσθαι, στρατηγία, στρατεία occurrentibus,	s. u. Στρατηγία.		
u. h. VII, 18, Aegyptios tormentorum esse patientissimos, uidasque Indas una cum coniugibus mortuis se comburere,		s. u. Καρτέησις.		
u. h. VIII, 11, Aetnam, Parnassum, Olympum quia haec uerba ibi praefixa sunt: οὐδὲν ἐτι θανάσομεν,		s. u. Θανάσομεν.		
u. h. VIII, 13, Anaxagoras, Aristoxenus, Heraclitus numquam risisse perhibentur,		s. u. Σκνθροπότης.		
u. h. IX, 17—21, de nescio qua arrogantia uel leuitate,	cum IX, 17 ita incipiat: κουφότητα ἔοικε κατηγορεῖν et uocem ἐκουφίζετο exhibeat,	s. u. Κουφότης.		
u. h. IX, 22, memorantur Pythagorei } Plato } Aristoteles }	medici,	} in quodam rerum lexico inesse potuerunt		
u. h. IX, 34, Rhodiorum et Lacedaemoniorum } u. h. IX, 35, Antisthenis } u. h. IX, 36, Antigoni } u. h. IX, 37, Alexandri }	uanitas perstringitur,		s. u. Κουφότης.	
u. h. IX, 39, absurdi amores congesti sunt,	quoniam in primo capite haec sunt: πᾶς δὲ οὐκ ἂν φαίη τις γελοίους ἄμα καὶ παραδόξους τοῖσδε τοὺς ἔρωτας;		s. u. Παράδοξα.	
u. h. X, 3, de catulis perdicum, anatum, leonum ex partu summo uigore praeditis,	cum uox νεόττια et in primo et in medio capite deprehendatur,		s. u. Νεόττια.	
u. h. X, 7, Oenopidem Chium tabulam aeneam Ioui Olympiae collocasse et Metonem Leucanoensem cuidam deo columnas dedicasse	quibus Annum Magnum signis astrologicis insculpsissent,		propterea quod hic μέγας ἐνιαυτός bis nominatur,	s. u. Μέγας.

h. XI, 1,	Oricadmum luctandi primum artificem fuisse,		
h. XI, 2,	Oroebantium carmina epica, Daretem Iliadem ante Homerum composuisse et Melisandrum Milesium pugnas Laphitharum et Centaurorum descripsisse,		s. u. <i>Πρωτος</i> .
h. XI, 3,	Iccum Tarentinum ducem et principem fuisse luctationis,		
h. XI, 9,	sex exempla clarorum uirorum pauperum recensentur,	si quidem uox <i>πεινία</i> ibi bis apposita est, uox <i>πένης</i> ter,	s. u. <i>Πεινία</i> .
h. XII, 15,	Hercules Socrates Agesilaus Archytas	cum pueris lusisse dicuntur,	s. u. <i>Παιδιά</i> .
h. XII, 16,	de legatis Alexandri Magni octo commemorantur, quos is obtrectatione et inuidia persecutus sit,	quod uocabulum <i>ζηλοτυπώτατα</i> exhibetur,	s. u. <i>Ζηλοτυπία</i> .
h. XII, 14,	homines pulchritudine insignes laudantur,	quod incipit a uoce <i>ῥαιότατοι</i> ,	s. u. <i>Ῥαιότατοι</i> .
h. XII, 20,	lusciniās esse insomnes, hirundines minimo somno uti,		s. u. <i>ῤυπος</i> .
h. XII, 25,	enumerantur qui ab aliis adiuti sint,	quod incipit a uoce <i>ῶνηντο</i> ,	s. u. <i>ῶνηντο</i> .
h. XII, 26,	hominum ebriosorum composita sunt exempla quattuor,	quia incipit a uoce <i>ποτίστατοι</i> ,	s. u. <i>Ποτίστατοι</i> .
h. XII, 29,	Platonis quoddam traditur de luxuria Agrigentinarum effatum,		
h. XII, 30,	Tarentinos uino admodum deditos fuisse, et Platonem a Cyrenensibus, ut leges ipsis constitueret, inuitatum propter petulantiam cui obnoxii essent abnuisse,	praesertim cum uocabulum <i>τρυφή</i> occurrat in cc. 30 et 31,	s. u. <i>Τρυφή</i> .
h. XII, 31,	mentio fit cum aliorum uini generum tum uini <i>Μυρίνης</i> uocati, quod cum unguentis pretiosis a Graecis misceatur,		

in quodam rerum lexico exstare poterunt

u. h. XII, 32, de Pythagorae, Empedoclis, Hippiae, Gorgiae munditia nimis exquisita,	} cf. u. h. XII, 29—31,	} s. u. Τροφή.
u. h. XII, 35, index quorundam hominum inest cognominum,		
u. h. XII, 36, de numero filiorum Niobae,	} quae capita uersantur in disceptandis quibusdam aporiis,	} ?
u. h. XII, 42, aliquot homines comprehensi sunt a bestiis nutriti,		
u. h. XII, 43, recensentur multi uiri qui humili loco nati incluti euaserint,	uerbis <i>ἔθρεψε</i> et <i>τραφῆναι</i> ibi appositis,	s. u. Τροφή.
u. h. XII, 45, formicas in ore Midiae dormientis frumenta collocasse, apes in Platonis ore fauos composuisse et Pindari nutrices fuisse,	} in quodam rerum lexico inesse potuerunt	s. u. Ταπεινότης.
u. h. XII, 46, easdem Dionysio, eo quod in manu eius consedisent, tyrannidem uaticinatas esse,		s. u. Τέρατα.
u. h. XII, 53, de maximorum bellorum causis exiguis,		s. u. Πόλεμοι.
u. h. XIII, 15, enumerantur quinque exempla hominum stultorum,	quia in initio est: <i>φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν,</i>	s. u. Παχύτατοι.
u. h. XIII, 23 et 24, recensentur quinque homines qui e legibus ab ipsis latis detrimenta ceperint,	} in quodam rerum lexico inesse potuerunt	} s. u. Παλιγκτος (scil. τύχη).
u. h. XIII, 25, Corinna uictoria musica a Pindaro reportata sus ab eo appellata esse fertur,		
u. h. XIII, 37—43, effata clarorum uirorum congesta sunt inter se similia,		?
u. h. XIV, 8—20, exhibentur narrationes eo consilio fictae, ut risum exciarent,		s. u. Παιδιά.
u. h. XIV, 24, de uiris pecuniae neglegentissimis,	propterea quod sic incipit: <i>χρημάτων κατεφρόνησαν,</i>	s. u. Χρήματα.
n. h. XIV, 36, de fatuitate eorum qui patrum laudibus se iactant,		s. u. Χαννότης.
u. h. XIV, 45, aliquot feminae celebres laudantur.		s. u. Γυναῖκες.

Confirmata est ea quam supra mouimus suspicio; per multa lemmata uariae historiae deprompta sunt e quodam exemplorum libro in litteras digesto, cuius uestigia, quamuis Aelianus dedita opera in eo elaborauerit, ut exstinguerentur, si tabulam modo adscriptam animo examinaueris, non possunt non agnosci. Videmus enim progressum quendam ordinis qui dicitur alphabeticus in iis uocibus summi ponderis quibus singulos elenchos exemplorum inscripsi. Nam in uniuersum quidem hae, ut ad priorem partem uariae historiae referendae sunt, ita incipiunt a prioribus litteris, ut ad posteriorem, ita a posterioribus; quin etiam, ut alterae alteris sunt finitimae, ita magna ex parte ab iisdem litteris ducuntur: *ἐνομιώτατοι*, *ἕξ*, *εἰκῶν*, — *ἔρωσ*, *ἐπολιτεύσαντο*, *ἔρωσ*, *εὐρετής* — *δείπνον*, *Διώνυσος*, *Δελφοί* — *μεταβολαί*, *μουσική*, *μίμησις* — *σωφροσύνη*, *στρατηγία* — *πρώτος*, *πενία*, *παιδιά* — *ὠραιότατοι*, (*ὑπνός*), *ὠνηγτο* — *τροφή*, *τροφή*, *ταπεινότης*, *τέρατα* — *πόλεμος*, *παχύτατος*, *παλίγκτος*, *παιδιά* — *χρήματα*, *χαννότης*; quibus continuationibus pensa indicari uidentur quae Aelianus fonte illo utens in dies singulos sibi proposuerit. Tantum autem abest, ut in eo offendendum sit, quod a dispositione quam illic inuenerat aliquoties recessit, ut id ipsum mirum sit quod eam non saepius neglexit. Ceterum etiam ubi ab ea digressus est, certae quaedam hic illic rationes deprehenduntur. Etenim indices per libros I, II et VI, VII et IX, X dispersi, qui quidem uocabulis *ζῶα*, *ἐνομιώτατοι*, *ἕξ*, *εἰκῶν*, *γῆρας* — *ὑβρις*, *τύραννος*, *πόνος* — *παράδοξα*, *νεόττια*, *μέγας* deinceps a me notati sunt, inuersae seriei litterarum respondent. Altera quaedam necessitudo est inter eos locos quorum argumenta his uocibus comprehendi possunt: *εἰκῶν*, *γῆρας*, *μεγαλοφροσύνη*, *ἔρωσ*, *ἐπολιτεύσαντο*, — *ἔθνη*, *μουσική*, *εὐεργεσιῶν*, *μεταβολαί*, *μουσική*, *μίμησις* — *σωφροσύνη*, *στρατηγία*, *καρτέρησις*, *θαυμάσια*, *σκυθρωπότης*, *κουφότης*, *λατρός*, *κουφότης*, unde effici uidetur, ut *τὰ στοιχεῖα* μ et ε, σ et *θικ* ab eo inuicem inspecta sint. Neque deero quaerenti tibi, quomodo factum sit, ut Aelianus initium lexicī de quo agitur exhauriendi non a *τῷ α* *στοιχείῳ*, sed a lemmate *ζῶα* inscripto duxerit; scilicet

simulatque hunc librum nactus est, pro studio suo animalium, quae ipse ante singillatim tractauerat, nihil antiquius habuisse uidetur quam ut τὸ ζ στοιχείον euolueret.

Atqui, si minus indulgens sis, me uituperans 'quo tandem iure' inquires 'de rebus commenticiis tamquam de ueris loqueris? Nam tu quidem istam tabulam arbitrio finxisti, neque quidquam tibi eam componenti fuit facilius quam uoculas animo effingendas ad ordinem litterarum accommodare'. Sane coniecturis meis usus sum, ac fieri potuit, ut in hac aut illa uoce primaria constituenda errarem. At certe summa eorum quae disputauit ualeat. Namque, quoniam illi indices exemplorum omnes eandem speciem adeo prae se ferunt, ut uel ipsi auctorem quendam omnibus communem clament, dummodo pauca lemmata eiusmodi, uelut ea quae δειπνον, Διώνυσος, Δελφοὶ inscripsi, ex illo libro per elementa composito desumpta esse concedas, cetera indidem profluxisse consentaneum est. His concessis, si etiam in ceteris dispositio alphabetica facili negotio agnoscitur — quam agnouisse mihi uideor —, res extra omnem dubitationis aleam ponitur.

Verum quod fere quarta pars uariae historiae res similes coagmentatas exhibet, utique quarta, fortasse etiam maior pars ex eodem illo fonte hausta est. Sequi uidetur numerum auctorum Aeliani satis angustis finibus contineri.

## 6.

Restat, ut moneam illos commentarios, e quibus historiologiae uariorum Aeliani per se positae supra repetendae erant cum hoc libro ad formam lexicum expresso cohaesisse. Occurrunt enim nonnulla argumenta bis diuersis locis, altera seorsus, altera cum similibus coniuncta: in u. h. II, 14 Xerxes platani amore captum torques et armillas aureas in eius ramis suspendisse custodemque ei dedisse rhetorice narratur; eadem res in IX, 39 inter alia exempla amorum absurdorum exstat. Morbus quo Pherecydes oppressus esse dicitur pedicularis in IV, 28 per se memoratur, in exordio libri V idem simul cum morbo Tachi Aegyptii. Quae in X, 21 est fabella de apibus

et Platone in numero portentorum u. h. XII, 45 et 46 enumeratorum repetita est. Periclem, cum legem tulisset, ne quis loco ciuis haberetur, nisi qui utroque parente ciue natus esset, filiis legitimis mortuis et nothis solis superstitibus uim suae legis ipsum sensisse in VI, 10 per se exstat, in XIII, 24 cum similibus. Praeterea cf. u. h. VI, 11 et XIII, 37 de Gelone; II, 6 et XIV, 8, 2 de Hippomacho.

Quoniam auctores Aeliani nonnumquam in iisdem rebus uersatos esse apparuit, alteri alterorum libros uidentur exscripsisse. Neque, si res ita se habet, dubium est, quin is qui illud lexicum composuit exempla sua ex commentariis quos cogitamus excerpserit. Aelianus igitur, cum narrationes gemellas exhibeat, illis libris promiscue et libere conscriptis duplici ratione usus est: et ipsis et per lexicographum quem dixi.

#### VIII. Fontes circumspiciuntur.

Iam uero orbis auctorum Aeliani angustissime circumscriptus est. Pendet enim uaria historia ex libris Graecis argumenti uersicoloris deperditis, qui quidem post Augustum uel potius sub Hadriani imperium confecti sint; quod genus scribendi e praefatione Gellii satis notum est. Itaque ad hanc quaestionem admoueri possunt Pamphili<sup>1)</sup>, qui circa annos p. C. n. 50—100 uiguit, *λειμών*, Pamphilae, quae sub Nerone floruit, *ιστορικὰ ἐπιτομήματα*<sup>2)</sup>; de libris ad memoriam Hadriani reuocandis Philonis Byblii *περὶ χρηστομαθείας*<sup>3)</sup>, Cephalionis *Μοῦσαι*<sup>4)</sup>, Telephi Pergameni *ποικίλη φιλομαθεία*<sup>5)</sup>, Fauorini Arelatensis *ἀπομνημονεύματα* et *παντοδαπὴ ἱστορία*, Herodis Attici *ἐφημερίδες*, *ἐγχειρίδια*, *καίρια*<sup>6)</sup>; ex aetate Marci Nicostrati Macedonis *δεκαμυθία* et *πολυμαθία*<sup>7)</sup>, ex posterioribus ut uidetur temporibus Alexandri Cotiaeensis *παντοδαπὴ ὕλη*<sup>8)</sup>. Praeterea, quocumque animum conuertit, nullam inueni

1) Cf. L. Ulrichs. in mus. Rhen. n. XVI p. 247.

2) Mueller. fragm. hist. Graec. III p. 520. 3) Ibid. p. 560.

4) Ibid. p. 625. 5) Ibid. p. 634. 6) Philostr. u. s. II, 1 p. 244 et Suid. s. u. *Ἡρώδης*.

7) Suid. s. u. 8) Steph. s. u. *Κοτιάειον*.

inscriptionem, quae ad argumentum indolemque variae historiae quadraret. De iis uero quos laudauit Cephalion, propterea quod historiam rerum gestarum ultra tempora Alexandri Magni non prosecutus est<sup>1)</sup>, hoc loco non uidetur respiciendus esse; omnino autem nemo in censum uenit nisi qui in uitis philosophorum uersatus est; ergo nemo praeter Pamphilam et Fauorinum, quos solos in eo argumento elaborasse scimus. Age horum uestigia intentiore animo persequamur!

*IX. De Fauorini libris miscellis<sup>2)</sup>.*

De scriptis Fauorinianis ea quae modo commemorata sunt sola uidentur huc adicienda esse: commentarii (*ἀπομνημονεύματα*) et omnigena historia (*παντοδαπή ιστορία*).

Atque illi quidem minimum e quinque uoluminibus constabant; noti sunt per Diogenem Laertium paene solum, qui XVI fragmenta seruauit. Quae pertinent ad Pittacum, Xenophanem Colophonium, Empedoclem, ad Socratem et Platonem saepius, ad Aristotelem, Cratetem Thebanum, Parmenidem, Zenonem Alexamenumque, Eudoxum Cnidium, Pythagoram, Demetrium Phalereum, Theophrastum. Etiam ioco et facetiis ibi locum fuisse sequitur ex Diogene, qui VI, 88 commentarios Fauorini antestatus narrat, Cratetem Thebanum in gymnasio quodam uersatum, cum coxas principis gymnasii tetigisset, illo indignante haec dixisse: quid enim? nonne ista quoque tua sunt sicut et genua? Ac ne a rebus mirabilibus quidem alieni erant; nam ab iis petitum esse quod Gellius X, 12, 10 ex scripto quodam Fauorini de columba Archytae artificiosa refert Nietzscheo<sup>3)</sup> concedendum est. Neque ego hoc opus, propterea quod reliquiae eius ad unam omnes de philosophis sunt, diuer-

1) Phot. bibl. cod. LXVIII p. 34 ed. Bekk.

2) Mueller. fr. h. Gr. III p. 577. Marres, 'de Fauorini Arelatensis uita, studiis, scriptis; accedunt fragmenta', Traiect. ad Rhen. 1853. Fr. Nietzsche, 'de Laertii Diogenis fontibus' in mus. Rhen. n. XXIII p. 622sqq. et XXIV p. 181sqq.; 'de Fauorino Arelatensi' ibid. XXIII p. 642sqq.

3) Mus. Rhen. XXIII p. 647.



sum fuisse existimo a libro *περὶ τῆς διαίτης τῶν φιλοσόφων*, qui apud Suidam Fauorino uindicatur.

Omnigenam historiam noctium Atticarum l. XIV capite sexto adumbrari Nietzsche euicit; ubi haec leguntur: 'Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris uersatus, 'adiutum', inquit, 'ornatumque uolo ire noctes tuas'; et simul dat mihi librum grandi uolumine 'doctrinae omnigenus', ut ipse dicebat, 'praescaten-tem', quem sibi elaboratum esse ait ex multis et uariis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus et libens, tamquam si copiae cornu nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam. At quae ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! quo nomine fuerit, qui primus 'grammaticus' apel-latus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles; quot Hippo-cratae; et cuiusmodi fuisse Homerus dicat in Ulixis domo *λαύρην*; et quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu attigerit, sed pedis ictu ex-citarit; et Euryclia Telemachum quo genere claustrum incluserit; et quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit. Atque illud etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Ulixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt; utrum *ἐν τῇ ἔσω θαλάσῃ* Ulixes errauerit *κατ' Ἀριστάρχον*, an *ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα*; item et istie scriptum fuit, qui sint apud Homerum uersus isopsephi; et quorum ibi nominum *παραστιχίς* reperia-tur; et quis adeo uersus sit, qui per singula uocabula singulis syllabis increseat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pe-cudes in singulos annos terna parere; et ex quinque operi-mentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est summum sit an medium; et praeterea quibus urbi-bus regionibusque uocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit 'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria', quod Creta quoque eodem nomine Aeria dicta est, quod Attice 'Ἀττή', quod Corinthus 'Ephyre', quod Macedonis 'Ἡμαθία', quod Thessalia 'Αἰμονία', quod Tyros 'Sarra', quod Thracia ante 'Sithonia' dicta est, quod Paeston 'Ποσειδώνιον'. Haec

item atque alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt. Quem cum statim properans redderem, 'ὄναιό σου', inquam, 'doctissime uirorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας et librum hunc opulentissimum recipe, nil prorsus ad nostras paupertinas literas congruentem. Nam meae noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo uersu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat:

*"Ὅτι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.*

Itaque omnigena historia Fauorini erat de inuentoribus, de quaestionibus Homericis, de rebus geographicis, de homonymis, de animalibus; eandem imprimis ad appellationes explicandas pertinuisse Photius in codice CLXI testatur: ἐν οἷς διάφοροι ἱστορίαι καὶ τῶν κατὰ τὰ ὀνόματα θέσεων αἰτιολογίαι καὶ τοιαῦτα ἕτερα. εἰς ἃ καὶ ὁ τρίτος ἀντὶ (scil. Sopotro) συμπεραίνεται λόγος. Fragmenta huius libri Diogeniana spectant ad uitas et dicteria philosophorum et item ad inuenta; ea quae per Stephanum Byzantium seruata sunt ad descriptionem terrarum. Neque deerant ibi facta historica, si quidem Stephanus s. u. *Τετράπολις* his uerbis usus est: ὡς *Φαβιωρίνος ἐν πρώτῳ παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς*. Quid multa? Titulo ipso docemur res uarias e disciplinis uariis congestas ibi conglutinatas fuisse.

De discrimine quod inter commentarios et omnigenam historiam intercedat Nietzsche, cui hoc quidem loco adstipulor, haec dicit<sup>1</sup>: 'Primum constat et ἀπομνημονεύματα et παντοδαπὴν ἱστορίαν, si summam spectas, uni eidemque litterarum generi adscribenda esse, ἐπομνηματικῶν scilicet . . . Sed in hac maior rerum aequalitas, similibus semper rebus in unum locum congestis, ueluti inuentis et cognominum indicibus. In illis summa argumenti uarietas nullo omnino ordine temperata hisque solis adstricta legibus, quibus talia ἀπομνημονεύματα solent adstringi. Quidquid enim in hoc libro exstabat, eodem iure etiam in omnigena historia exstare poterat: non uero contrarium statui debet. Velut omne indicum genus ab ἀπομνημονευμάτων consilio dissidet, non ab omnigena historia'.

1) L. I. XXIII p. 648.

Eodem pertinet id quod Wilamowitz<sup>1)</sup> obseruauit, uideri ea quae Diogenes ex omnigena historia se sumpsisse affirmat, ad tria quattuorue capita miscellae historiae redigenda esse. Velut unum, inquit, quasi caput efficiunt ea quae de accusatoribus philosophorum sunt, Polyeucto Socratis (II, 78), Charmandro Platonis (III, 19), Demophilo Aristotelis (V, 5), Demetrio Poliorceta Demetrii Phalerei (V, 77).

De forma omnigenae historiae uiri docti dissentiunt. C. Mueller<sup>2)</sup> enim, Urlichs<sup>3)</sup>, Hecker<sup>4)</sup> eam ordine alphabetico digestam fuisse putant; in eadem sententia uidetur Maass esse, noua quaedam proferens; sed incertus ambigit<sup>5)</sup>. Nietzsche<sup>6)</sup> uero et Wilamowitz<sup>7)</sup> stant a partibus Nauckii<sup>8)</sup>, qui hoc opus non fuisse *λεξικόν*, sed e XXIV libris compositum secundum classicam illam Iliadis Odysseaeque normam statuit. Cardio huius dissensionis uersatur in his uerbis Photii explicandis: *ὁ δὲ τρίτος λόγος συλλέγεται αὐτῷ* (scil. Sopatro) *ἐκ τῆς Φαβωρίνου παντοδατῆς ὕλης ἕκ τε τοῦ ν̄ καὶ τοῦ ξ̄ καὶ καθ' ἑξῆς πλὴν τοῦ τ̄ μέχρι τοῦ ω̄*. Et Nietzsche quidem inde colligit omnigenam historiam Sopatri temporibus fuisse dissectam in quattuor *τεύχη*, quorum quodque senis libris contineretur; primum libris *αβγδεζ*, alterum libris *ηθικλμ*, tertium libris *νξοπρσ*, quartum libris *ιυφχψω*; solum autem tertium a Sopatro usurpatum esse. Quae coniectura, ut uera sit, nihil facit ad sententiam de dispositione alphabetica refutandam. Nam omnigena historia, licet *κατὰ τεύχη* per manus hominum circumferretur, nonne eadem simul in litteras digesta esse potuit? Nunc uero Maass<sup>9)</sup> et Wilamowitz<sup>10)</sup> illam redarguerunt.

Sed inspiciamus fragmenta huius florilegii, in quibus certa uestigia ordinis litterarum offerri uidentur. Nietzsche ex eo

1) Philologische Untersuchungen III p. 143 sq., Berol. 1880.

2) Frr. hist. Graec. III p. 577. 3) Mus. Rhen. nou. XVI p. 254.

4) Philol. V p. 432. 5) De biographis Graecis quaestt. selectae, Philol. Unters. III p. 52 sq. 6) Mus. Rhen. XXIII p. 649 sq.

7) L. I. p. 146. 8) Philol. V p. 704.

9) Philol. Untersuch. III p. 50 sq. 10) Ibid. p. 145 sq.

quod Fauorinus teste Diogene de Platone et in libro altero et in libro octauo omnigenae historiae disseruit, praecipuam causam repetit, cur in explicatione uerborum Photii Muelleriana offendat. 'Exspectamus autem', inquit, 'si cum Muellero facimus, haec fuisse s. u. *Πλάτων* inserta. Quid uero? Secundo igitur libro Fauorinusne iam ad *Π* litteram peruenit, quam etiam in octauo libro eum tractasse alia docent fragmenta? Qualem hominem nobis informemus Fauorinum, qui libro primo litteras *A* usque ad *O*, libris sequentibus *II*, *III*, *IV*, *V*, *VI*, *VII*, *VIII* unam solam complexus sit *Π* litteram'. At enim, quoniam omnigena historia non tam singillatim quam generatim conscripta erat, Nietzsche in notas ordinis alphabetici inquirens singulorum quidem hominum nomina minus apte intuitus est. Egomet animo ad argumenta fragmentorum conuerso illud testimonium Photii deliberans reuocauerim

Di. La. III, 57: *Εἰσὶ τοίνυν, φησὶν* (sc. *Θρασύλος*), *οἱ πάντες αὐτῷ* (sc. *Πλάτωνι*) *γνήσιοι διάλογοι ἕξ καὶ πενήκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης — ἦν καὶ εὐρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρα ἐν τοῖς ἀντιλογικαῖς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας β' — τῶν δὲ νόμων εἰς δυοκαίδεκα, quae uerba a Muellero β' in ἡ mutato ad u. *Πλάτων* referuntur,*

ad lemma  
omnigenae  
historiae  
*Διάλογοι*  
inscriptum.

Di. La. VIII, 47: *Ἐρατοσθένης δὲ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρίνος ἐν τῇ ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας παρατίθεται, τοῦτον* (scil. *Πυθαγόραν*) *εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πνευτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὀγδῆς καὶ τετραρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἀλουργίδα φοροῦντα· ἐκκριθέντα τ' ἐκ τῶν παιδῶν καὶ χλευασθέντ' αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. δηλοῦν δὲ τοῦτο καὶ τοῦ πῆγμα ὅπερ ἐποίησε Θεαίτητος·*

ad lemma  
omnigenae  
historiae  
*Πρῶτος*  
inscriptum.

*Πυθαγόρην τινά, Πυθαγόρην, ὃ ξεῖνε, κομήτην, ἄδομενον πύκτην εἰ κατέχεις Σάμιον, Πυθαγόρης ἐγὼ εἰμι· τὰ δ' ἔργα μου εἴ τιν' ἔροιο Ἥλειων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.*

τοῦτον ὁ Φαβωρίνος φησιν ὄροις χρήσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὕλης, ἐπὶ πλεόν δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας καὶ μετὰ ταῦτ' Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς στωικούς· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην· ὡς δὲ Θεόφραστος Παρμενίδην· ὡς δὲ Ζήνων Ἡσίοδον. τούτῳ φασὶν ἀντιπαρατάσσεσθαι Κύλωνα καθάπερ Ἀντίλοχον Σωκράτει.

Di. La. III, 24 de Platone: Οὗτος πρῶτος ἐν ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας· καὶ πρῶτος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ· καὶ πρῶτος ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδας ὠνόμασε καὶ στοιχεῖον καὶ διαλεκτικὴν καὶ ποιότητα καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τὴν προμήην καὶ τῶν περάτων τὴν ἐπίπεδον ἐπιφάνειαν καὶ θεοῦ πρόνοιαν. καὶ πρῶτος τῶν φιλοσόφων ἀντεῖπε πρὸς τὸν λόγον τὸν Ἀυσίου τοῦ Κεφάλου, ἐκθέμενος αὐτὸν κατὰ λέξιν ἐν τῷ Φαίδρῳ. καὶ πρῶτος ἐθεώρησε τῆς γραμματικῆς τὴν δύναμιν. πρῶτός τε ἀντειρηγῶς σχεδὸν ἅπασι τοῖς πρὸ αὐτοῦ ζητεῖται διὰ τί μὴ ἐμνημόνευσε Δημοκρίτου.

Di. La. VIII, 12 de Pythagora: Λέγεται δε καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητάς, καὶ πρῶτον γ' Εὐρυμένην, καθά φησι Φαβωρίνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκοῦντων αὐτούς, καθάπερ ὁ αὐτὸς Φαβωρίνος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας φησίν.

Praeterea ea omnigenae historiae fragmenta quae seruata sunt apud Diogenem II, 1, 11, 20, V, 9, IX, 23, 29 uoce πρῶτος occurrente de inuentoribus sunt <sup>1)</sup>).

ad lemma  
omnigenae  
historiae  
Πρῶτος  
inscriptum.

1) Vid. cap. X.

Quodsi in libro II incisum quoddam uoce *Διάλογος* insignitum erat, in libro VIII incisum quoddam uoce *Πρωτος*, quandoquidem *Α* littera IV est, *II* littera XVI, omnigenam historiam ad formam lexicī quod dicimus expressam fuisse sequitur; nisi quod de XXIV litteris *στοιχείαις* e quibus constaret binas singulis libris fuisse comprehensas statuendum est.

Similia effici uidentur ex Iulii Valerii de rebus Alexandri I, 13 (in C. Muellerei Pseudocallisth. ed. Didot.): 'Crescebat ergo (Alexander Magnus) ut corporis gratia ita studiorum quoque et prudentiae maiestate et cum his una regiae disciplinae. Eius nutrix Alacrinis erat, paedagogus atque nutritor nomine Leonides, litteraturae Polynicus magister, musices Alcippus Lemnius, geometriae Meneclis Peloponnesius, oratoriae Anaximenes Aristoclis Lampsacenus, philosophiae autem Aristoteles ille Milesius.

Enim de milite (scil. de institutione militari), quia hic longa res est et propositum interturbat, si quid inquirere curiosius uoles, sat tibi lector habeto Graecum Fauorini librum, qui omni genere historiae superscribitur. Illic etiam generis Alexandri inueneris seriem, cui generis principium praestitisse ferunt Oceanum et Thetidem, exinque fluxisse per Acrisium Danaumque atque Persea multosque alios in Perdiccae genera uel Philipporum. Nam ne Olympiadi quidem secus propago generosa est: cui diligentia pari a mundi principio per Saturnum atque Neptunum, tum etiam Telamona seriem generis attexuit, ad tertiumque Neoptoleum docet prospiciam defluxisse, cuius [uxor] Anasafia mater Olympiadis cluit. Igitur ad Alexandrum mens recurrat'.

Hanc omnem commentationem ab omnigena historia Fauorini oriundam esse dilucide apparet ex fabulis Pseudocallisthenis in linguam Armeniam conuersis apud Zacherum<sup>1)</sup> p. 89: 'Amme ward ihm das Weib Lakrine . . ., es lehrte ihn die Erdmesskunst Menekmus der Peloponnesier, die Redekunst Anaximenes, der Sohn des Lampsakus, die Philosophie Aristoteles

1) Pseudo-Callisthenes, Halle 1867.

teles, der Sohn des Nikomachus, der Stagirit aus der Stadt Melite. Aber es hat auch Papharanus von diesen gesprochen im 4. Buch seiner verschiedenen geistreichen Erzählungen<sup>1)</sup>. Addiscimus uero de educatoribus praeceptoribusque Alexandri in quarto libro expositum fuisse, et id quidem, ut uidetur, sub uoce *Παιδεία*. Iam si is qui fabulas quae Callisthenis feruntur composuit litteras XXIV omnigenae historiae habebat in sex *τεύχη* quaternarum deinceps litterarum diuisas, aliud indicium dispositionis alphabeticae accedit; si quidem *Π*, a quo uox *Παιδεία* ducitur, earum litterarum est quae in serie alphabetica in sex partes pares dissecta quartam sedem obtinent. Accedit quod Stephanus s. u. *Τετραπόλις* res Atticas disserens primum librum omnigenae historiae laudat.

Quae si uere disputata sunt, litteras *στοιχείας* huius operis aliis temporibus in alia uolumina digestas fuisse sequitur, i. e. Diogenem ad manum habuisse XII *τεύχη* binarum litterarum, Pseudocallisthenem VI quaternarum. Quae cum ita sint, satis est cur teneamus id quod Mueller putat, omnigenam historiam fuisse ordine litterarum dispositam. Accedunt haec: quod et commentarii et omnigena historia magna ex parte ad easdem res pertinebant, quo magis argumento inter se conuenerunt, eo manifestius forma inter se discrepauerint necesse est. Nam Fauorinum eandem rem eodem quidem modo duobus libris prosecutum esse quis est qui credat? Quodsi illos indigeste consarcinatos fuisse constat, si hanc ad certam regulam elementorum accommodatam fuisse sumimus, quam formam excogitare possumus ab illorum indole magis diuersam? Denique argumenti aequalitas, quam Nietzsche ipse omnigenae historiae propriam fuisse iure monet, et quae imprimis fragmento ex Valerio adscripto ante oculos uersatur, nonne ad Muellerei sententiam optime quadrat?

Iam uero si hoc conceditur, concidit Nietzschei suspicio, qua illam aequalitatem explicandam esse constantia et per-

1) Cf. cap. X.

petuitate librorum excerptorum, quos quidem deinceps Fauorinus descripserit, sibi uidetur arguisse<sup>1)</sup>.

Ceterum ex Valerii loco, quem apposui, hoc efficitur — id quod uiros doctos adhuc effugit —, ut liber quidam de fabulosa Alexandri historia scriptus a Fauorino discerptus sit et ad indices omnigenae historiae conficiendos adhibitus. Ergo fonte quodam Aegyptio usus est<sup>2)</sup>.

X. *Aelianum Fauorinum ducem primarium secutum esse.*

A.

Iam omnia in hunc Fauorinum conueniunt. Variam historiam e quibusdam miscellaneis deriuatam esse uidimus; hic in eodem genere litterarum uersatus est. In illa de philosophis abunde agitur; fragmenta librorum Fauorini maiore ex parte de iisdem sunt. Illa auctorem Socratis Platonisque studiosissimum et in lectione dialogorum Platoniorum ualde uersatum redolet; hic Academiae recentiori addictus erat<sup>3)</sup> sequelas Platonis cupide legisse apud Gellium XX, 1, 4 ipse dicit. Illa festiue dictis redundat; hic sententiarum maxime uenator erat<sup>4)</sup> et librum *γνωμολογικῶν* scripsit<sup>5)</sup>. Illa a uoluminibus aliquanto post Augustum confectis originem traxit<sup>6)</sup>; hic sub Hadriano floruit. Illi affinitas quaedam intercedit cum libris Plutarchi<sup>7)</sup>; hic Plutarcho familiariter usus est; uelut librum *Πλούταρχος ἢ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως* inscriptum ad eum misit librumque *περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ* ab eo dedicatum obtinuit, et copia uoluminum componendorum cum eo concertabat<sup>8)</sup>. Quod uero et apud Plutarchum et apud Aelianum tyrannos cum bestiis comparari supra memorauimus, Fauorinus eadem ratione comparandi usus est, si quidem in

1) Cf. mus. Rhen. n. XXIII p. 650sq. 2) C. Mueller, introd. ad Pseudo-Callisth. p. XV sqq. 3) Gell. XI, 5. Galen. *περὶ ἀριστ. διδασκ.* p. 131. Fabric. ad Sext. Empiric. p. 11. Marres p. 55 sq.

4) Cf. Stob. flor. IV, 91, XIV, 11, 12, XXII, 39, LVIII, 10, XCV, 29, CV, 62 etc. et fragmenta Diogeniana. 5) Suid. s. u. 6) Pag. 32sqq.

7) Pag. 36sq. 8) Suid. s. u.



Stobaei flor. XLIX, 14 haec exstant: *Φαβωρίνου. Ὡσπερ γὰρ τὰ θηρία τὴν σαγήνην ὑποχωροῦντ' ἀεὶ εἰς ἐλάττω τόπον συνάγεται, οὕτω δὲ καὶ τοὺς τυράννοους ἔστιν ἰδεῖν ἐπαναχωροῦντας ἐκ μὲν τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν πόλιν, ἐκ δὲ τῆς πόλεως εἰς τὴν ἀκρόπολιν, εἴτ' εἰς τὴν οἰκίαν, εἴτ' εἰς τὸ δωμάτιον. εἴτα δύναται ἀποφυγεῖν ἄνθρωπος θεὸν φεύγων; ὅποι γὰρ ἂν καταφύγῃ, ἢ δίκῃ αὐτὸν εὐρήσει.* Quod igitur in u. h. X, 5 est, tyrannos cum subus conferri posse, ad sermones familiares quos Fauorinus cum Plutarcho habuerit referendum esse suspicor.

Age uero consideremus necessitudinem quae Aeliano cum Diogene Laertio est. Qui cum e numero auctorum uariae historiae remouendus sit, tamen hi loci optime inter se conueniunt:

V. h. III, 3 et 2 et Di. La. II, 54. — u. h. III, 17 et Di. La. V, 4, VII, 9sq. VIII, 7. — u. h. III, 19 et Di. La. V, 1. — u. h. III, 29 et Di. La. VI, 38. — u. h. V, 9 et Di. La. X, 8. — u. h. VII, 4 et Di. La. I, 81. — u. h. VIII, 16 et Di. La. I, 49. — u. h. IX, 20 et Di. La. II, 71. — u. h. IX, 35 et Di. La. II, 36. — u. h. X, 16 et Di. La. VI, 21. — u. h. XII, 56 et Di. La. VI, 41. — u. h. XII, 58 et Di. La. VI, 61; cf. 43. — u. h. XIII, 28 et Di. La. VI, 55. — u. h. XIII, 31 et Di. La. IV, 10. — u. h. XIV, 33 et Di. La. VI, 40 et 54.

Fontes Diogenis ante hos paucos annos coepti sunt acerrime inuestigari. De quibus complexus est sententiam suam Nietzsche<sup>1)</sup> quidem his uerbis: 'Laertius duobus omnino scriptoribus usus est, Fauorino et Diocle. Dioclis librum in artum coegit interpositis nonnullis de Fauorino decerptis narratiunculis. Ut igitur breuissime loquar: Laertius est Dioclis ἐπιτομή<sup>2)</sup>. Maass<sup>2)</sup> uero ita: '1) Biographi sui uitam Platonis interpositis nonnullis ex Fauorini apomnemoneumatis narratiunculis et aliunde in artum Laertius rededit. Nisi omnia fallunt iste erat Fauorinus in 'omnigena historia'. 2) Dioclis in uita Platonis nullum comparet uestigium. 3) Iam quae ex probatis coniectaria sunt quaestionem de Laertio institutam

1) Mus. Rhen. XXIV, p. 201. 2) L. l. p. 80.

eo promouent, ut bonam Laertianarum uitarum partem uni deberi biographo — me iudice Fauorino — iudicandum sit'. Quae si concedantur, Aeliani cum Diogene consensus ad eundem Fauorinum reuocandus sit. Enimuero utraque commentatio quamuis magna sagacitate atque industria conscripta sit nouamque quandam lucem litteris Graecis attulerit, non nihil habet offensionis, si quidem Nietzscheanae summam refutauit Maass, Maassianae Wilamowitz in dubium uocauit. Cauendum igitur mihi est, ne has quaestiones istorum sententiis irretiam. Nihil tamen secius utrumque Fauorini opus multiugum a Diogene adhibitum esse certum est. Atque ueri uideatur simillimum praeter ea quae hic disertis uerbis illi uindicat etiam alia Laertii eidem deberi. Itaque illa Aeliani cum Diogene congruentia ad Fauorinum referri potest.

Maiorem autem fructum haec praebent. Historiae philosophae quos Aelianus secutus est auctores nisi prorsus oblitterati sunt, latent in numero recentiorum scriptorum qui quidem a Diogene testes proferuntur. Itaque erant aut Alexander Polyhistor aut Demetrius Magnes aut Diocles Magnes aut Pamphila aut Fauorinus. Fuerunt autem Alexander aequalis Sullae, Demetrius Ciceronis, Diocles Augusti<sup>1)</sup>, utique Posidonio Stoico posterior<sup>2)</sup>, Pamphila Neronis<sup>3)</sup>, Fauorinus Hadriani. Iam quo quisque a memoria Alexandri Seueri erat remotior, eo minus ad origines florilegii Aelianeae eruendas admoueri debet. Nemo igitur magis huc conuenit quam cum Pamphila Fauorinus. Inter huius autem et Diogenis tempora, quantum scimus, nemo unus uitarum philosophorum auctor existit, si quidem in serie scriptorum, quos Diogenes laudat, tempore extremus est Fauorinus. Neque huius thesauris, si quis ineunte tertio p. Chr. n. saeculo consilium habebat narratiunculas de uitis, moribus, placitis, iocose dictis philosophorum componendi, ullum fontem adire poterat recentiore. Nempe, qui aetati Aeliani uidetur coniunctus fuisse, Laertius quin illius miscellanea adhiberet facere non potuit. Quid quod

1) Cf. Nietzscheum in mus. Rhen. XXIII p. 638 sqq. et Maassium p. 15 sqq. 2) Di. La. VII, 62. 3) Phot. bibl. cod. 175.

etiam Sopater<sup>1)</sup> et Stobaeus, compilatores illi sexti saeculi, illius uestigiis inhaeserunt. Quapropter ne Aelianus quidem usu Fauorini abstinuisse putandus est. Porro Alexander, Demetrius, Diocles propterea quod continuos libros de philosophis scripserunt ad indolem uariae historiae minus accedunt.

Deinde, si etiamnunc aliqua dubitatio in animo tuo resideat, haec, quaeso, contendas:

V. h. IV, 9:

Πλάτων ὁ Ἀριστωνος ἐν Ὀλυμπία συνεσκήνωσεν ἀγνῶσιν ἀνθρώποις, καὶ αὐτὸς ὦν αὐτοῖς ἀγνῶς. οὕτως δὲ αὐτοὺς ἐχειρώσατο καὶ ἀνεδήσατο τῇ συνοσίᾳ, συνεστιώμενός τε αὐτοῖς ἀφελῶς καὶ συνδιημερεύων ἐν πᾶσιν, ὡς ὑπερησθῆναι τοὺς ξένους τῇ τοῦ ἀνδρός συντυχίᾳ κτλ.

Di. La. III, 24: de Platone: Οὗτος πρῶτος ἐν ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας. Subsecuntur alia inuenta Platonis.

§ 25: τούτου, φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφῆναι πρὸς αὐτόν· ὅτι καὶ Διωνι συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον.

ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνου φέρεται ὅτι Μιθριδάτης ὁ Πέρσης ἀνδριάντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν καὶ ἐπέγραψε κτλ.

Iam Diogenes, quandoquidem tum cum haec uerba litteris mandabat, et commentarios et omnigenam historiam Fauorini ante oculos habebat, etiam id quod medio loco narrat, omnium animos in Platonem ludos Olympios uisentem conuersos fuisse, ab eodem sine dubio mutuatus est. Vides igitur frustum alterutrius farraginis Fauorini argumento cum Aeliano congruens.

Quod uero Aelianus recentiori sophistarum sectae, cuius fons et caput Fauorinus quidem erat, et ipse adnumerandus est — scilicet discipuli erant Fauorini Herodes Atticus, Herodis Pausanias Caesariensis, Pausaniae Aelianus —; et quod idem

1) In libro tertio *ἔκλογων διαφορῶν*. cf. Phot. bibl. cod. CLXI.

admiratione captus erat scriptorum Herodis <sup>1)</sup>, cui Fauorinus bibliothecam suam testamento legauerat <sup>2)</sup>, quo tandem modo fieri potuisse putas, quin illi priorum studiorum principi atque architecto operam nauaret?

Atque si hoc mihi contigit, ut Aelianum Fauorino usum esse in uniuersum demonstrauerim, eo ipso et ἀπομνημονεύματα et παντοδαπὴν ἱστορίαν, quoniam inter eius libros quorum notitiam habemus sola argumenti floridi sunt, ad uariam historiam conscribendam esse adhibita exploratum est; id quod iam singillatim confirmare studebo.

*B. De Fauorini commentariis uariae historiae fonte.*

Gellio scripta quaedam Fauorini, cum noctes Atticas componeret, praesto fuisse ex X, 12, 9; XI, 5, 5; XVII, 12, 2 efficitur. Quorum locorum primum iam dabo: 'Sed id, quod Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque minus admirabile neque tamen uanum aequè uideri debet. Nam et plerique nobilium Graecorum et Fauorinus philosophus, memoriarum ueterum exsequentissimus, affirmatissime scripserunt, simulacrum columbae e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum uolasse, ita erat scilicet libramentis suspensum et aura spiritus inclusa atque occulta concitum. Libet hercle super re tam abhorrenti a fide ipsius Fauorini uerba ponere: Ἀρχύτας Ταραντῖνος τὰ ἄλλα καὶ μηχανικὸς ὧν ἐποίησεν περισσευρὰν ξυλλίην πετομένην, ἣν ὁπότε καθίσσειεν οὐκέτι ἀνίστατο'. Hanc narrationem Nietzsche <sup>3)</sup> a commentariis quidem Fauorini censet esse repetendam, unde Mercklinus etiam n. A. locos hos: III, 17, III, 13, II, 18 ductos esse probabiliter coniecit <sup>4)</sup>.

Quibus praemissis hanc Gellii et Aeliani congruentiam animo pendamus:

1) Philostr. u. s. II, 31. 2) Ibid. I, 8. 3) Mus. Rh. n. XXIII p. 647.

4) 'Die Citiermethode und Quellenbenutzung des A. Gellius' in 'Jahrb. f. class. Philol.' Suppl. III (1860) p. 677sq.

V. h. XIII, 27:

Ὅτι τὸ Σωκράτους σῶμα ἐπεπίστευτο κόσμιον καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γεγονέναι καὶ ταύτη. ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεί, καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον· Σωκράτης δὲ μόνος οὐκ ἐνόσησε τὴν ἀρχήν. ὁ τοιούτων συνῶν σώματι τίνα ἡγούμεθα εἶχε ψυχὴν;

Noct. Att. II, 1: Inter labores uoluntarios et exercitia corporis ad fortuitas patientiae uices firmandi id quoque accepimus Socraten facere insueuisse: Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconueniens, immobilis, isdem in uestigiis et, ore atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tamquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. Quam rem cum Fauorinus, de fortitudine eius uiri ut pleraque disserens, attigisset: *‘πολλάκις inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἡλίον εἰστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων’*. Temperantia quoque fuisse eum tanta traditum est, ut omnia fere uitae suae tempora ualitudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiae uastitate, quae in belli Peloponnesiaci principio Atheniensium ciuitatem inter necino genere morbi depopulata est, is parcendi moderandique rationibus dicitur et a uoluptatum labe cauisse et salubritates corporis retinuisse, ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

Verba ex noctibus Atticis modo apposita omnia, et Graeca et Latina, quoniam de uno eodemque Socrate sunt, consentaneum est recedere ad unum eundemque auctorem, quem esse Fauorinum Gellius ipse indicat. Quae non a colloquiis, ut is affirmat, sed item a libris quibusdam Fauorini profecta esse pro ratione qua Gellium fontes suos laudare scimus <sup>1)</sup> in pro-

1) Cf. Mercklin. p. 677: ‘Wenn man die Methode des Gellius in den

patulo est. Utque in illa historiola quam de Archyta affert, ita in hac de Socrate, cum cetera in Latinum sermonem conuerteret, nonnulla uerba Graeca a repetitione non abhorrens propter significantiam retinuit. Iam uero ex omnigena historia hunc locum esse depromptum propterea negandum est, quod Gellius in XIV, 6 interprete Nietzscheo se eam tantummodo ad hoc quidem caput admotam statim properantem Fauorino reddidisse dicit. Neque ego amplector coniecturam Mercklini, qui eam narrationem ad peculiare Fauorini opusculum de Socrate compositum<sup>1)</sup> reuocat<sup>2)</sup>. Nam Gellium, cui facultatem fuisse ex commentariorum copiis luculentissimis hauriendi uiri docti consentiant, num credis descendisse ad riuulos? Nunc uero, cum ea quae is l. l. de Socrate narrat ab alio quod notum est uolumine Fauorini duci non possint nisi a commentariis, horum nouum quoddam detexisse mihi uideor fragmentum, quod quidem cum uaria historia conspiret.

Porro obiter concinunt

V. h. IV, 13: Ἐπίκουρος ὁ Γαργήτιος ἐκεκράγει λέγων ὅτι ὁ λιγόν οὐχ ἱκανόν, ἀλλὰ τούτω γε οὐδὲν ἱκανόν. ὁ αὐτὸς δὲ ἔλεγε ἐτοίμως ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. ταῦτα μὲν οὖν ἐννοῶν ὁ Ἐπίκουρος τί βουλόμενος ἐπήγει τὴν ἡδονήν, εἰσόμεθα ἄλλοτε.

Noct. Att. IX, 8, 4: Hanc sententiam memini a Fauorino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque uerbis his paucissimis: τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων γλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι· οἷς γὰρ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω.

Videmus igitur effatum Epicuri Aelianum omnino in eodem argumento uersari ac Fauorini sententiam ex Gellio adscriptam; quam ne ipsam quidem ex ore illius ab hoc auditam, sed e libro quodam petitam esse apparet ex Stobaei flor. XLIX, 48, qui eandem plane ad uerbum exhibet. Iam uero,

litterarischen Capiteln erkannt hat, liegt es sehr nahe anzunehmen, es seien viel öfter zunächst die Schriften der redenden Organe als Quellen für ihre mündliche Darstellung benutzt worden.

1) Suid. s. u. 2) Mercklin. p. 678.

cum materia fragmento Fauorini appposito communis sit cum eo dichterio quod ex uariis adieci, hoc forma quidem cum alio frusto eiusdem auctoris congruit seruato ex commentariis: Di. La. V, 21: φησὶ δὲ Φαβωρίνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων ὡς (Ἀριστοτέλης) ἐκάστοτε λέγοι, ᾧ φίλοι, οὐδεις φίλος<sup>3</sup>.

Iam si uerum est id quod uolui comprobare, et Gellium et Aelianum commentariis Fauorini usos esse, exspectandum est, ut latius pertineat utriusque affinitas. Et re uera amplius patet, his locis sibi respondentibus: u. h. VIII, 12 et noct. Att. VIII, 9; u. h. IX, 20 et noct. Att. XIX, 1, 9sq.

Ventum est ad eas commentariorum reliquias quae per Diogenem aetatem tulerunt cum uaria historia comparandas: V. h. II, 13: Ἐπετίθεντο τῷ Σωκράτει καὶ ἐπεβούλευον οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνυτον ὧν χάριν καὶ δι' ἧς αἰτίας λέλεκται πάλοι. ὑφορώμενοι δὲ τοὺς Ἀθηναίους καὶ δεδιότες ὅπως ποτὲ ἔξουσι πρὸς τὴν κατηγορίαν τοῦ ἀνδρὸς . . . τί οὖν ἐπινοοῦσιν; Ἀριστοφάνην τὸν τῆς κωμῶδίας ποιητὴν, βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα καὶ εἶναι σπεύδοντα ἀναπεύθουσι κωμῶδησαι τὸν Σωκράτη, ταῦτα δὴπου τὰ περιφερόμενα, ὡς ἦν ἀδολέσχης, λέγων τε αὖ τὸν ἥττω λόγον ἀπέφαινε κρείττονα, καὶ ἐσῆγε ξένους δαίμονας, καὶ οὐκ ἤδειτο θεοὺς οὐδ' ἐτίμα, τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ τοὺς

Di. La. II, 38: Οὗτος γὰρ (ὁ Ἄνυτος) οὐ φέρων τὸν ὑπὸ Σωκράτους χλευασμὸν πρῶτον μὲν ἐπήλειψεν αὐτῷ τοὺς περὶ Ἀριστοφάνην, ἔπειτα καὶ Μέλητον συνέπεισεν ἀπενέγκασθαι κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἀσεβείας καὶ τῶν νέων διαφθορᾶς. ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής κτλ.

Ibid. 39: Φαβωρίνος δὲ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γάρ, φησὶ, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γεγονεν ἔτεσιν ἕξ τῆς τοῦ Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. καὶ ἔστιν

προσιόντας αὐτῷ ἐδίδασκέτε καὶ εἰδέναι ἀνέπειθεν. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης λαβόμενος ὑποθέσεως εὖ μάλα ἀνδρικῆς, ὑποσείρας γέλωτα καὶ τὸ ἐκ τῶν μέτρων αἰμύλον, . . . πρῶτον μὲν ἐξέπληξεν ἢ κωμωδία κτλ.

V. h. XI, 10: . . . οὗτος δὲ ὁ Πολυκράτης (praeceptor ille Zoili Amphipolitae) καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους.

οὕτως ἔχον. (40) Ἡ δ' ἀνωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρίνος, ἐν τῷ Μητροφῶ· τάδε ἐγράψατο καὶ ἀνωμόσατο Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· ἀδικεῖ Σωκράτης, οὗς μὲν ἢ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος'.

II, 20: Καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν κωμωδεῖ ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα. καὶ γὰρ πρῶτος, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τοῦ μαθητοῦ Ἀίσχινου ἔητορεῦεν ἐδίδαξε.

Stob. flor. LXV, 8: Φαβωρίνον. Ἰκάνον μὲν οὖν ἴσως καὶ τὸ τῆς ὄψεως, ἄν γε ὁ καλὸς καὶ αἰμύλος ἦ καὶ λεπτικός.

Iam u. h. II, 13, quod caput Fauorino deberi comparatione proxime instituta apparuit, quin ex commentariis haustum sit non est dubium. Etenim cum cetera lemmata uariae historiae ad sedatum genus scribendi omnino expressa sint, Aelianus hoc loco oratione altissime euolat, adeo in anacolutha ceteroquin anxie uitata delapsus. Quid tandem eius animum ad hanc niuacitatem impulit? Num ardens Socratis studium? Immo uero auctor, inquam, quem secutus est, Fauorinus; quem oratione uolubili et concitata plurimum ualuisse constat<sup>1)</sup>. Sed enim, cum is in omnigena historia quidem, ut in libro ad indicum similitudinem conformato, res narrandas late et diffuse exsecutus esse celeritatemque eloquendi incitasse non putandus sit, de origine loci ex uariis allati cogitantes ad alterum

1) Velut conf. Stob. flor. LXV, 8, CV, 62, XLIX, 48.



compendium Fauorini deducimur, scilicet denuo ad commentarios. — Porro haec quoque uerba nescio an inter se cohaereant:

V. h. XII, 17: Ὅτι Δη- μήτριος τοσοῦτων ἐθ- νῶν ἡγεμονεύων ἐφοίτα ἐς Λαμίας τῆς ἐταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις καὶ φο- ρῶν τὸ διάδημα.	Di. La. V, 76: Ἦν γὰρ (Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς) ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησὶν, ἀλλ' ἀστῆ καὶ εὐγενεῖ συνῶκει Λαμίας τῆ ἐρωμένη.
--	---

Praeterea Socratis δαιμόνιον, ad quod u. h. VIII, 1 pertinet, a commentariis non alienum fuisse uidetur; in quorum libro primo Pollim Lacedaemonium, qui Platonem uendidisset, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος in mare demersum esse Diogenes III, 20 scriptum fuisse auctor est<sup>1)</sup>. Denique quorum hominum nomina per reliquias huius operis occurrunt, ii tantum non omnes in uaria historia et ipsa tractantur. — Nunc autem dummodo pauca ex hoc fonte in eam translata esse certum sit, multa alia indidem deriuata esse ueri est simillimum.

Neque uero quatenus Aelianus commentariis usus sit distincte perspicitur. Hoc tamen tenendum esse puto, ea uariorum capita quae e continuis narrationibus separatim positae constant sola, neque exempla coagmentata illa inde depromi potuisse. Porro ut quaeque narratio Aeliani perpetua ex Platonis lectione prouenit uel alio quodam modo auctorem Academiae rediuiuae adscribendum respicit, ita ex eodem libro miscello uidetur emanasse; imprimis u. h. VIII, 1, 2, 9, XIV, 5, quos locos, cum dialogis Platonicis deberentur, tamen ab Aeliano ipso inde non esse excerptos antea<sup>2)</sup> assecuti sumus; item u. h. I. III caput 19, ubi legimus Platonem ex ambulatione consueta esse expulsum ab Aristotele, cuius imago summa inuidia inibi depingitur; I. X caput 21, ubi apes mella in Platonis ore collocauisse dicuntur; I. IX caput 10, quod est de Platone longaeuae uitae contemptore; I. IX caput 29, ubi Socrates iuuenes lasciuientes non fugisse narratur. Philosopho-

1) Cf. p. 73.      2) Pag. 26sq.

rum autem placita seorsus per uariam historiam digesta et ipsa aptius huc quam ad peculiarem sententiarum librum a Suida memoratum reuocari uidentur.

*C. Omnigenam historiam Fauorini in usum uariae historiae conuersam esse.*

1.

Iam uero lexicus cuius uestigia per Aeliani uaria dispersa sunt<sup>1)</sup> quis fuerit auctor quaerendum est. Ac primum quidem eum rerum Romanarum non inscium fuisse colligi potest cum ex u. h. III, 17 tum ex XII, 25. Idem, quia hoc loco Maecenas, Areus, Athenodorus, Augustus memorantur, post hunc Caesarem floruit; et satis magno quidem temporis spatio postquam is uita excesserat. Nam si eius aequalis fuisset, exempla ab eo eiusque amicis petita ut omnibus nota certe supersedisset afferre. Deinde erat philosophus. Etenim u. h. I. III caput 17 et I. XII caput 53, quae uocibus *ἐπολιτεύσαντο* et *πόλεμος* supra deinceps inscripsi, eo consilio composita sunt, ut philosophorum in rempublicam merita et belli peritia illustrarentur. Tale quid philosophi esse, qui sui suorumque obtrectatoribus offerret nullius usus esse philosophos dictitantibus, quis est qui neget? Accedit quod hi elenchi uariorum nonnusquam ad philosophos pertinent: IX, 22 (*ἰατρούς*), XII, 15 (*παιδιά*), XII, 25 (*ὄνηντο*), XII, 29—32 (*τροφή*), XII 45 (*τέρατα*). Denique is cuius uestigia iam indagantur, si non rhetor erat, at certe arti rhetoricae libro suo inseruebat. Tales enim exemplorum enumerationes, quales sunt in XII, 25, ubi recensentur, qui ab aliis adiuti sint, uel in III, 47, ubi habes aliquot homines rebus secundis non adiutos, ad usum oratorum declamatorumque spectant.

Ecce iterum facies enitescere uidetur Fauorini, cum aequo et philosophus fuerit et sophista facundissimus<sup>2)</sup> et Romae sub Hadriano uitam degerit et librum in litteras digestum confecerit: dico omnigenam historiam<sup>3)</sup>.

1) Vid. p. 38 sqq.

2) Gell. XVI, 3.

3) Pag. 48 sqq.

## 2.

Quam ab Aeliano excerptam esse omni dubitatione remota certum erit, si apparuerit illos exemplorum indices, quibus uaria historia insignis est, quadrare ad Fauorini fragmenta, studia, indolem, aut, si hoc minus continget, ad libros Gellii et Diogenis Laertii, Fauorini asseclarum, aut ad Platonis dialogos, in quibus Fauorinus uersatus est. Apparebit uero, si hos locos contuleris:

Aelian. u. h. I, 1—13, quae capita ad uocem ζῷα cuiusdam rerum lexicī antea reuocata sunt.]

Ad studia naturalia Fauorini comprobanda haec idonea sunt: Gellius XIV, 6 Nietzscheo interprete de indole omnigenae historiae agens 'At quae', inquit, 'ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! . . . item et istie scriptum fuit, . . . qua ratione (Homerus) dixerit singulas pecudes in singulos annos terna parere'.

Macrob. Saturn. III, 18, 13: Nux terentina dicitur, quae ita mollis est, ut uix attrectata frangatur. De qua in libro Fauorini sic reperitur. Item quod quidam Tarentinas oues uel nuces dicunt, quae sunt terentinae a tereno, quod est Sabinorum lingua molle: unde Terentios quoque dictos putat Varro ad Libonem primo.

Accedit quod Fauorinus apud Gellium <sup>1)</sup> de uentis eorumque regionibus disputat, et quod Plutarchus cum librum περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ conscriptum, qui restat, ei dedicauit <sup>2)</sup>, physicae eum disquisitionis arbitrum agnouit, idemque eum in studium Aristotelis et omnino in rationem Peripateticam incubuisse testis est <sup>3)</sup>. Ceterum id quoque huc admoueri potest, quod Plutarchus, quo ille familiariter usus est, ne ipse quidem a quaestionibus naturalibus abhorruit, si quidem libellum de sollertia animalium ab eo compositum habemus. Conf. et Steph. Byz. s. u. Βισαλία. —

V. h. II, 34—36, quae in illo lexico, cuius auctor quaeritur, s. u. γῆρας inserta fuisse dixi.] Condidit

1) II, 22.    2) Moral. II p. 945 Fsqq.    3) Quaestt. conu. VIII, 10.

Fauorinus librum *περὶ γήρωσ* inscriptum <sup>1)</sup>, de quo Stobaeus in flor. CXV, 17, 22, CXVI, 44, CXIX, 16 pauca seruauit. CXV, 17: *Ἐκ τοῦ Φαβωρίνου περὶ γήρωσ. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἕασω ἄροητον, ὅτι καὶ Πλάτωνι καὶ Πυθαγόρᾳ δοκεῖ τὸ γήρωσ οὐκ ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ βίου εἶναι, ἀλλ' ἐπ' ἀρχῇ τῆσ μακαρίας ζωῆσ. —*

V. h. III, 2—7, quae uoce *μεγαλοφροσύνη* a me insignita sunt.] III, 2: *Ἀναξαγόρᾳ τις τῷ Κλαζομενίῳ σπουδάζοντι πρὸς τοὺς ἐταίρους προσελθὼν ἔφη τεθνηκέναι οἱ τοὺς δύο παῖδας οὓσπερ οὖν εἶχε μόνους ὁ Ἀναξαγόρας. ὁ δὲ μηδὲν διαταραχθεὶς εἶπεν ἥδειν θνητοὺς γεγεννηκόσ'.*

III, 3: *Ξενοφῶντι θύοντι ἤκέ τις ἐκ Μαρτινείασ ἄγγελος, λέγων τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Γρύλλον τεθνήκαι· κακείνος ἀπέθετο μὲν τὸν στέφανον, διετέλει δὲ θύων. ἐπεὶ δὲ ὁ ἄγγελος προσέθηκε τῷ πρότερον λόγῳ καὶ ἐκείνον τὸν λέγοντα ὅτι νικῶν μέντοι τέθνηκε, πάλιν ὁ Ξενοφῶν ἐπέθετο τῇ κεφαλῇ τὸν στέφανον.*

Di. La. IX, 20: *Φησὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ περὶ γήρωσ καὶ Παναίτιος ὁ Στωϊκὸς ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας, ταῖσ ἰδίαισ χερσὶ θάψαι τοὺσ υἱεῖσ αὐτόν (Ξενοφάνην), καθάπερ καὶ Ἀναξαγόραν. δοκεῖ δὲ τοῦτο καὶ πεπραῆθαι (sic legendum esse puto cum Casaubono, neque πεπραῶθαι) ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν Παρμενίσου καὶ Ὀρεσιάδου, καθά φησι Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ. (i. e. Fauorinus haec omnia narrauit auctore Panaetio, qui quidem Deme- trium exscripserat).*

Di. La. II, 54sq.: *Τηριζαῦτα δὴ καὶ τὸν Ξενοφῶντά φασι θύειν ἐστεμμένον. ἀπαγγελθέντος δ' αὐτῷ τοῦ θανάτου ἀποστεφανώσασθαι· ἐπειτα μαθόντα, ὅτι γενναίως, πάλιν ἐπιθέσθαι τὸν στέφανον. ἔνιοι δὲ οὐδὲ δακρῦσαι φασιν αὐτόν ἀλλὰ γὰρ εἰπεῖν ἥδειν θνητὸν γεγεννηκόσ'.*

Stob. floril. CVIII, 76 ex Fauorino: *Ἀνὴρ δὲ ἐν μεγαλοψυχίᾳ ἀληθινῇ καὶ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένος πρὸ τῶν ξυμφορῶν τὴν εὐθυμίαν ἐν τῇ γνώμῃ ἀπόθετον ἔχει. τὸ δὲ ἐπὶ τοῖσ δεινοῖσ τῆσ ἐξ ἑτέρου παρηγορίας χρηΐζειν τὸν καιρὸν τῆσ εὐθυμίας ὑπερβαίνει<sup>2)</sup>. —*

1) Conf. p. 71. 2) Pag. 73.

V. h. III, 9, 10, 12, 30 (ἔρωσ).]

III, 9: Ἐρωῶντι ἀνδρῶν τις οὐκ ἐρωῶν ἐπειγούσης τῆς μάχης καὶ συνάγοντος τοῦ πολέμου οὐκ ἂν συμμιξίειεν. ὁ γὰρ ἀνέρατος φεύγει καὶ ἀποδιδράσκει τὸν ἐρωτικόν, ἅτε βέβηλος καὶ ἀτέλεστος τῷ θεῷ καὶ τοσοῦτον ἀνδρείος, ὅσον αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ χωρεῖ καὶ τὸ σῶμα ῥώμης ἔχει· δέδοικε δὲ τὸν ἕτερον, ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα, καὶ οὐ μὰ Δία τοῦτο τὸ κοινὸν ἐξ Ἄρεος ἀλλ' ἐξ Ἐρωτος μανέντα. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἑτέρου τῶν θεῶν κατελιημμένοι, ὧν ἓνα Ὀμηρός φησιν ὅμοια τῷ Ἄρει μαινεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνοί γε ἐξ ἐνὸς περιελημμένοι δαίμονος εὖ καὶ καλῶς ἀγωνίζονται τοσοῦτον, ὅσον ἐνθουσιᾶν αὐτοὺς ἅπαξ· οἱ δὲ Ἐρωτος βάκχοι πολεμοῦντες καὶ ὑπὸ τῆς Ἄρεος ὀρμῆς καὶ ὑπὸ τῆς Ἐρωτος ἐκκαίσεως διπλῆν τὴν λατρείαν ὑπομένοντες εἰκότως κατὰ τὴν Κρητικῶν ἔννοιαν κατορθοῦσι διπλᾶ. οὐκ οὖν τῷ ἐξ

Apud Platonem in conuiuio pag. 178E Phaerdrus amorem celebrans haec dicit: Ταῦτόν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρωμένον ὀρωῶμεν, ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχροῦ τινι ὧν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχροῶν καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. (p. 179) καὶ μαχόμενοι γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῶεν ἂν, ὀλλοιοὶ ὄντες, ὡς ἔπος εἶπειν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρωῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπῶν τάξιν ἢ ὄπλα ἀποβαλὼν ἤττον ἂν δὴ που δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλὰκις ἔλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, οὐδεὶς οὕτω κακὸς ὄντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἐρως ἐνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετὴν, ὡσθ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ φύσει. καὶ ἀτεχνῶς ὁ ἔφη Ὀμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἐρως τοῖς ἐρωσι παρέχει γινόμενον παρ' αὐτοῦ.

Platon. conuiu. p. 218B: Οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὧσιν ἐπίθεσθε.

Platon. Phaedon. pag. 69C: Καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι,

Ἄρεος καὶ Ἐρωτος φρονῶντι αἰτιάσασθαι ἄν τις εἰ μὴ ὑπομένοι οὐκ ἐπιτέταγμένος θεῶ, ἀλλ' οὐκ ὑπὸ τοῖς δύο.

ἀλλὰ τῷ ὄντι πάσαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὅς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Αἴδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὃ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκείσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δὴ, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ βάρχοι δὲ τε παῦροι.

Vox βαρχεία occurrit in conuiuii pag. 218 B et legg. VII p. 790 E.

Quae in u. h. III, 10 sunt sententiae inueniuntur in conu. pp. 178 DE et 185 A.

Quoniam ita se res habet, quae II. II. uariae historiae de amore disseruntur uiro cuidam uindicanda sunt Platonis studiosissimo, qui non modo sententias, sed etiam locutiones ei proprias in sucum et sanguinem conuerterit; quem fuisse Aelianum ipsum nequaquam putandum est, quandoquidem hunc illius dialogos ne primoribus quidem labris attigisse scimus. Immo thema tritum erat et commune sophistarum (recentiorum), de quo Maximus Tyrius diss. XXIV—XXVII disputat, ut Socratis in iuuenes amorem honestum sanctumque fuisse ostenderetur<sup>1)</sup>. Nunc uero etiam Fauorinus in eo argumento uersatus est; scripsit enim auctore Suida *περὶ Σωκράτους καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης*. Neque fieri posse existimo, ut de Fauorino illorum Aeliani lemmatum auctore ulla dubitatio in mente tua residua sit, si ipsius uerba audiueris, quibus se spadonem esse conquestus est: Stob. flor. LXIV, 26: *Φαβωρίνου. Πάθος τί μοι προσέπεισε τῇ ψυχῇ, καὶ ὅ τι μὲν ἔστιν οὐκ οἶδα· ἔρωτα δ' αὐτὸ λέγουσιν εἶναι οἱ μεμνημένοι. βάσκανε δαίμον καὶ ἀλόγιστε, ἀσθενεῖ προσελήλυθας σώματι, φέρειν σε μὴ δυναμένῳ. ἐξίσταμαί σοι δαῖμον, παραχωρῶ σοι τῆς μάχης· οὐκ εἰμί σοι στρατιώτης*. Patet igitur et in hoc Fauorini et apud Aelianum de amoribus tamquam de mysteriis, de amatoribus tamquam de puginatoribus agi, utriusque autem loci ex Platonis conuiuium sumptum esse

1) Marres p. 87.

habitum et colorem. Tandem igitur forte secunda euenit, ut quae frustra Platonis apud Aelianum exhibita ad Fauorinum reuocanda esse iam pridem mihi uisa erant, uno certo documento cum eius nomine conexas sint.

Verum u. h. l. III capita 9, 10, 12 (30) ex illo ipso libro de Socrate eiusque arte amatoria superscripto non uidentur fluxisse. Etenim quod nullus praeterea uariorum locus hanc originem redolet, Aelianum, si quidem tanta fuisset industria, ut illum fontem peculiarem, copia thesauros describendi data, adiret, num tria uel quattuor fragmenta inde haurire satis habiturum fuisse putabimus? Immo illa ab inciso omnigenae historiae uoce ἔρωσ notato oriunda esse confido. Quod si statuimus, explicatur, quomodo factum sit, ut ea in uaria historia et uicinitate coniuncta exstant et sola ad quaestiones amatorias istius notae pertineant. Neque leuis momenti est, quod ἔρωσ littera initiali cadit in uocabula ἔξ, εἰκών, γῆρας, μεγαλοφροσύνη, ἐπολιτεύσαντο, εὐρετής, δεῖπνον, quibus finitimos rerum similibus indices insigniui.

Volumen Fauorini de senectute inscriptum ab Aeliano inspectum esse simili argumentatione usus negauerim <sup>1)</sup>. —

V. h. III, 17 (ἐπολιτεύσαντο).] . . . Ἀριστοτέλης δὲ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα οὐ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἐς γόνυ πεσοῦσαν ἀλλ' ἐπὶ στόμα ἀνέστησεν αὐθις.

Di. La. V, 4: Ἐντεῦθεν τε γενέσθαι ἐν Μακεδονίᾳ (Ἀριστοτέλην) παρὰ Φιλίππῳ καὶ λαβεῖν μαθητὴν παρ' αὐτοῦ τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον, καὶ αἰτῆσαι ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν πατρίδα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου καὶ τυχεῖν. —

V. h. III, 40—42 (Διονύσος).] III, 40: Ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν οἱ ὑπ' ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. ἔσχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι. Σά-

Schol. ad. Plat. conuiu. 788, 31: Σιληνοὶ Διονύσου χορευταί, παρὰ τὸ σιλλαινεῖν, ὃ ἐστι σκώπτειν, λεγόμενοι παρὰ τοὺς πότους.

1) Vid. p. 68.

τυροὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σεση-  
 ρέναι. Σειληνοὶ δὲ ἀπὸ  
 τοῦ σιλλαίνειν· τὸν δὲ σίλ-  
 λον ψόγον λέγουσι μετὰ παι-  
 διᾶς δυσαρέστου. ἔσθῃς δ' ἦν  
 τοῖς Σειληνοῖς ἀμφίμαλλοι χι-  
 τῶνες. αἰνίττεται δὲ ἡ στολὴ  
 τῆν ἕκ τοῦ Διονύσου φτυεῖαν  
 καὶ τὰ τῶν οἰναρίδων δάση.

Ibid. 35: Σάτυροι Διονύσου  
 ὄπαδοὶ καὶ οὔτοι, οἱ διὰ τὸ ἐν  
 ὄρεσιν οἰκεῖν ἀλουτοῦντες, τρά-  
 γων σκέλη καὶ τρίχας νομιζό-  
 μενοι ἔχειν παραδέδονται, καὶ  
 ταύτη καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ σε-  
 σηρέναι τῷ οἴνω, τουτέστι  
 κεχηρέναι· φίλοινοι γάρ εἰσι.

Vides hoc Aeliani tractum esse ex doctis adnotationibus adiunctis illis ad eundem librum Platonium, ex quo sententias quasdam per Faunorinum quidem in uariam historiam deuenisse proxime assecuti sumus. Quod uero de deriuatione nominum Satyrorum, Tityrorum, Silenorum ibi quaeritur, egregie concinit cum indole omnigenae historiae, in qua teste Photio fuerunt τῶν κατὰ τὰ ὀνόματα θέσεων αἰτιολογίαι. —

V. h. IV, 1 (ἔ9η).] Terrarum quoque descriptionem in omnigena historia passim tractatam fuisse efficitur ex Stephani Byzantii lemmatis sic inscriptis: Ἄργιλος, Ἀνταριάται, Τετράπολις, Χελιδόνιοι, Ὠκεανός; — Ἀκτὴ, Ἀραχωτοί, Βόσπορος, Σφακτῆρια.

Verum non tantum de situ urbium, montium, fluminum, sed etiam de hominibus et fabellis unicuique terrae propriis ibi scriptum erat, si quidem Stephanus haec dicit s. u. Αἰθίοψ: ... ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων (sc. Aethiopum) Μίθραν καὶ Φλεγύαν, ἄνδρας Αἰθιοπίας τὸ γένος, ὡς Φαβωρίνος.

S. u. Βισαλία: πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἥλιου καὶ Γῆς. περὶ ταύτην οἱ λαοὶ σχεδὸν πάντες ἀλίσκονται δύο ἤπατα ἔχοντες, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Φαβωρίνος.

S. u. Κρεμμυών: κώμη Κορίνθου. Εὐδοξος ἔκτω γῆς περιόδου. ὁ πολίτης Κρεμμυώνιος. Ἐν ἣ μνθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρεμμυωνίαν ἕν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ καὶ τῶν Θησεῦς ἄδλων [ἕνα]. Φαβωρίνος δέ, ὅτι τοῦ Ἐρμανθίου καὶ τοῦ Καλυδωνίου μήτηρ ἦν.



Iam quid impedit, quominus Fauorinum de moribus populorum mirabilibus in eodem libro egisse credamus? —

V. h. IV, 8 (μεταβολαί).] Maxim. Tyr. XXVIII, 590: (Ἐκ τῶν Φαβωρίνου) Ἐτυχῶν μὴ ἔσο ὑπερήφανος, ἀπορήσας μὴ ταπεινός· τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν<sup>1)</sup>.

Di. La. I, 93 in placitis Cleobuli: Τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν.

Stob. flor. CV, 62: Φαβωρίνου. Ἄνθρωπος ὃν μηδέποτε ἔειπεν ὅτι γίνεται αὔριον· μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσειται κτλ. —

V. h. VI, 11—13 (τύραννοι).]

V. h. VI, 13: Καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον, ἀλλὰ ἢ παραχρῆμα ἐκτριβὸν τοὺς τυράννους πίπτουσι δίξην ἢ παιδῶν στερίσκον. μνημονεῦνται δὲ ὑφ' Ἑλλήνων ἕξ αἰῶνος καὶ ἕξ ἐγγόνους διαρκέσαι αἶδε, ἢ τε Ἰέρωνος ἐν Σικελίᾳ καὶ ἢ τῶν Λευκωνιδῶν περὶ Βόσπορον καὶ ἢ τῶν Κυψελιδῶν ἐν Κορίνθῳ.

Fauorinum tyrannos odio prosecutum esse colligendum est ex Stob. flor. XLIX, 14<sup>2)</sup> et 48.

Di. La. III, 20: Τὸν Πόλλιν λόγος ὑπὸ τε Χαβρίου ἠτηθηῖν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίχῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μνησίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον (Πλάτωνα), ὡς καὶ Φαβωρίνός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. —

V. h. VII, 4 et 5 (πόνος).]

V. h. VII, 4: Ὅτι Πιπτακὸς πᾶν σφόδρα ἐπήγει τὴν μύλην, τὸ ἐγκώμιον αὐτῆς ἐκεῖνο ἐπιλέγων, ὅτι ἐν μικρῷ τόπῳ διαφόρως ἔστι γυμνάσασθαι.

Di. La. I, 81: Τούτῳ (sc. Πιπτακῷ) γυμνασία ἦν σίτον ἀλεῖν, ὡς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος. —

V. h. IX, 17—21 (κουφότης).]

V. h. IX, 20: Πλέων Ἀρίστιππος χειμῶνος ἐπιγενομένου πά-

Di. La. II, 71, de Aristippo: Εἰς Κόρινθον αὐτῷ πλεοντί ποτε

1) Cf. u. h. III, 2—7 (μεγαλοφροσύνη) et quae ad hos locos in p. 68 adnotata sunt. 2) Pag. 57.

νυ σφόδρα ἐταράττετο. ἔφη δὲ τις τῶν συμπλεόντων ὧ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δέδοικας, ὡς οἱ πολλοί. ὁ δὲ καὶ μάλα γε εἰκότως· ἡμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἢ σπουδῆ καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἔμοι δὲ περὶ εὐδαίμονος'.

καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα, ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοίκαμεν, ἡμεῖς δ' οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε· οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἐκάτεροι'. Gellius XIX, 1, 9sq. eadem narrat.

V. h. X, 3 (νεόττια).] Videas, quaeso, quae ad studia naturalia Fauorini comprobanda in p. 67 allata sunt. —

V. h. XI, 1—3 (πρωτος).]

V. h. XI, 1: Ὅτι Ὀρίκαδμος πάλης ἐγένετο νομοθέτης, καθ' ἑαυτὸν ἐπινοήσας τὸν Σικελικὸν τρόπον καλούμενον.

Di. La. II, 1 de Anaximandro: Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρωτος καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαιμόνι, καθά φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.

2: Ὅτι ἦν Ὀροιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὀμήρου, ὡς φησι Τροιζήνιοι λόγοι. καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὀμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. Μελήσανδρος ὁ Μιλήσιος Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψεν.

Di. La. II, 20 de Socrate: Καὶ γὰρ πρωτος, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τοῦ μαθητοῦ Αἰσχίνου δημορεῦεν ἐδίδαξε.

Di. La. V, 9 de Aristotele: Τοῦτον πρωτον Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λόγον δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίχῃ.

3: Ὅτι Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος πάλης ἐπήρξατο, σωφρονέστερον τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον διαζήσας καὶ κεκολασμένη τροφῇ διαβιώσας καὶ ἀφροδίτης ἀμαθῆς διατελέσας.

Di. La. VIII, 12 de Pythagora: Λέγεται δὲ καὶ πρωτος κρέασιν ἀσκήσαι ἀθλητάς, καὶ πρωτόν γ' Εὐρυμένην, καθά φησι Φαβωρίνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ἔγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς

σωμασκοίντων αὐτούς, καθά-  
περ ὁ αὐτὸς Φαβωρίνος ἐν  
ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστο-  
ρίας φησίν.

De reliquis inuentis ad omn. hist. a Diogene diserte reuocatis cf. p. 53.

Gellius XIV, 6 interprete Nietzscheo se in omnigena historia legisse dicit 'quo nomine fuerit, qui primus 'grammaticus' appellatus est'.

Ac mihi quidem, cum de hoc manifesto utrorumque lo-  
corum consensu ad tuum te iudicium remittam, occasione data  
ad alphabeticam dispositionem omnigenae historiae confirman-  
dam rem addere liceat satis memorabilem; dico quod Diogenes,  
ubicumque ad eam prouocans de philosophis inuentoribus agit,  
non uocibus ἤρξατο, ἤρξεν, εὔρετής similibus, sed mira qua-  
dam constantia semper uoce πρώτος usus est. Qua de causa  
hanc uocem uel remotis omnibus quaecumque adhuc de illo  
libro disputata sunt, conspicuum quendam in modum in promptu  
est ibi eminuisse. —

V. h. XI, 9 (πενία). Stob. flor. XCV, 14: Φαβωρίνον.  
Πενίας διττὸν εἶδος· ἢ γὰρ διὰ τὴν γνώμην ἀνθρώποι  
πένονται ἢ διὰ τὴν τύχην κτλ. —

V. h. XII, 16 (ζηλοτυπία).]

V. h. XII, 26 (ποτίταστοι).]

V. h. XII, 26: Ποτίταστοι γέγονασιν  
ἄνθρωποι ὡς φασὶ Ξεναγόρας ὁ Ῥό-  
διος, ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, καὶ Ἡρα-  
κλείδης ὁ Πύκτης, καὶ Πρωτέας ὁ  
Λανίκης μὲν υἱός, Ἀλεξάν-  
δρου δὲ τοῦ βασιλέως σύντροι-  
φος. καὶ αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος λέ-  
γεται πλεῖστον πιεῖν ἄνθρώπων.

V. h. XII, 16: Λέγεται Ἀλέξανδρος  
ὁ Φιλίππου ζηλοτυπώτατα πρὸς τοὺς  
ἐταίρους διατεθῆναι καὶ βασταίνειν

Pseudocallisth. I, 13 de  
Alexandro: Ἐγένετο δὲ  
αὐτοῦ τροφὸς Λα-  
νίκῃ ἢ Μελάντος ἀδελφῇ,  
παιδαγωγὸς καὶ ἀνατρο-  
φὸς Λεωνίδης, διδάσκα-  
λος γραμμάτων Πολυνεί-  
κης, μουσικῆς δὲ Λεύκιπ-  
πος Ἀθήνιος, γεωμετρίας  
δὲ Μενεκλῆς ὁ Πελοπον-  
νήσιος, δημοτικῶν δὲ λό-  
γων Ἀναξιμένης, φιλο-

μὲν πᾶσιν, οὐ μὴν διὰ τὰς αὐτὰς αἰ-  
τίας. ἤχθετο γὰρ Περδίκκα μὲν ὅτι  
ἦν πολεμικός, Λυσιάχῳ δὲ ἐπεὶ  
στρατηγεῖν ἀγαθὸς ἐδόκει, Σελεύκῳ  
δὲ ἐπεὶ ἀνδρείος ἦν· Ἀντιγόνου δὲ  
αὐτὸν ἐλύπει τὸ φιλότιμον, Ἀντι-  
πάτρου δὲ ἤχθετο τῷ ἡγεμονικῷ,  
Πτολεμαίου δὲ τὸ δεξιὸν ὑφεωράτο,  
Ταρτίου δὲ ἐδεδῖει τὸ ἄτακτον, τό-  
γε μὴν νεωτεροποιὸν Πείθωνος.

σοφίας δὲ Ἀριστοτέλης. Quem locum sumptum esse  
e Fauorini omnigena  
historia per Valerium  
et hominem illum Arme-  
nium, qui uerba codi-  
cis archetypi Pseudocalli-  
sthenis in suum quisque  
sermonem conuerterunt,  
discimus 1).

Lemmatis igitur ex uaria historia appositis cum hoc frag-  
mento omnigenae historiae id commune est, quod et eandem  
argumenti perpetuitatem prae se ferunt et ex eodem libro de  
rebus Alexandri fabulose conscripto per genera uidentur ex-  
cerpta esse. Accedit quod utrobique Lanicae mentio fit, Alexan-  
dri nutricis. —

V. h. XII, 29—32 (τρρυφή).]

V. h. XII, 32: Πυθαγόρας ὁ Σά-  
μιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ  
ἐφόρει στέφανον χρυσοῦν καὶ  
ἀναξυρίδας.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντι-  
νος ἀλουργεῖ ἐχρήσατο καὶ ὑπο-  
δήμασι χαλκοῖς. Ἰππίαν δὲ καὶ  
Γοργίαν ἐν πορφύραις ἐσθῆσι  
προϊέναι διαρρεῖ λόγος.

Di. La. VIII, 47: Ἐρατοσθένης  
δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρί-  
νος ἐν τῇ ὀγδόῃ παντοδα-  
πῆς ἱστορίας παρατίθεται,  
τοῦτον (sc. Πυθαγόραν) εἶναι  
τὸν πρῶτον ἐντέχνως πικτεύ-  
σαντα . . . κομήτην καὶ ἀλουρ-  
γίδα φοροῦντα. Cf. VIII, 19.

Di. La. VIII, 73: Ἐτι τε πολ-  
λὰς τῶν πολιτῶν ἀπροίκους  
ὑπαρχούσας αὐτὸν (sc. Ἐμπε-  
δοκλῆ) προίκισαι διὰ τὸν πα-  
ρόντα πλοῦτον· διὸ δὴ πορ-  
φύραν τ' ἀναλαβεῖν αὐτὸν καὶ  
σιρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν,  
ὡς Φαβωρίνος ἐν ἀπομνη-  
μονευμάτων πρώτῳ· ἔτι  
τ' ἐμβάδας χαλκᾶς καὶ στέμμα  
Δελφικόν. —

1) Vid. p. 54 sq.

V. h. XII, 35, 36 (de aporiis quibusdam diiudicandis).]

35: Ὅτι δύο Περίανδροι, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, ὁ δὲ τύραννος. καὶ Μιλτιάδεις τρεῖς, ὁ τὴν Χερρόνησον κτίσας καὶ ὁ Κυψέλου καὶ ὁ Κίμωνος. Σίβυλλαι τέτταρες, ἡ Ἐρυθραία ἡ Σαμία ἡ Αἰγυπτία ἡ Σαρδιανή. οἱ δὲ φρασι καὶ ἑτέρας ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι τὴν Κυμαίαν καὶ τὴν Ἰουδαίαν. Βάκιδες τρεῖς, ὁ μὲν Ἐλεώνιος ὁ δὲ Ἀθηναῖος ὁ δὲ Ἀρζάς.

36: Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ἐπεὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνάδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἕξ λέγει ἄρ-

Dicit Maass p. 57 haec: 'De Perriandro Corinthio dubitabant ueteres, num idem fuerit sapiens.... Constat ex oratione Corinthiaca (quam idem epimetro primo Dioni Chrysostomo abiudicans Fauorini esse demonstrat) Fauorinum istam de Perriandro aporiam non solum nouisse, uerum, quod grauius est, ipsum diiudicasse. Postquam enim ille p. 520 [Emperius] non sine certo quodam consilio dixit Περίανδρον τὸν Κυψέλου τὸν σοφὸν et p. 521 iterauit οὕτω ἐπὶ μὲν τοῦ Θεοῦ βασιλεὺς ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀνηγορεύθη σοφός, haud contentus statim, ne quisquam haereret addidit Περίανδρος σοφὸς μὲν ἦν μετ' ὀλίγων, τύραννος δὲ μετὰ πολλῶν ἀμφοτέρωθεν καὶ τύραννος καὶ σοφὸς μόνος'.

Gellius XIV, 6 interprete Nietzscheo omnigenam historiam adumbrans se ibi legisse dicit 'quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae'.

Di. La. I, 79: Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πίττακος νομοθέτης, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη.

Gellius XX, 7 agit 'de diuersis Graecorum sententiis super numero Niobae filiorum'.

ρένας καὶ τσοαύτας κόρας, Λᾶσος δὲ δις ἑπτὰ λέγει, Ἡσιόδου δὲ ἑννέα καὶ δέκα, εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσὶν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσται αὐτοῦ. Ἀλκιμῶν δέκα φησί, Μίμνεμος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσοῦτους. —

V. h. XII, 43 (ταπεινότης).]

... Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκοτρίβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας τῆς Τιμοθέου καὶ Κίνωνος.

V. h. XIII, 23 et 24 (παλίγκτος)].

Dabo exempli gratia haec: XIII, 24, 1: *Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε μὴ ἐλαύνειν τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς μυστηρίοις ἐπὶ ζευγῶν, ἢ τῇ δρώσῃ τοῦτο ἐρητῆσθαι ζημίαν ἢν γε ᾤετο ὁ τάξας ἀποχωρῶσαν. πρώτη δὲ τῷ ψηφίσματι ἠπειθήσεν ἢ τούτου γυνή, καὶ τὴν ζημίαν ἐξέτισε καταδικασθεῖσα.*

24, 3: *Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος ἐσηγησάμενος αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος.*

Di. La. V, 76: Ἦν γὰρ (Δημήτριος) ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, ὡς Φαβωρίνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησὶν. —

Di. La. III, 19: *Παρέδωκε δ' αὐτὸν (sc. Διονύσιος ὁ τύραννος τὸν Πλάτωνα) Πόλλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. κακεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγινα ἐπίπρασεν. ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν. ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὸς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ (etenim is in eodem libro Platonem Aeginae natum esse tradidit; cf. Di. La. III, 3). εἰπόντος δὲ τινος, ἀλλὰ κατὰ παιδιάν, φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα, ἀπέλυσαν.*

## 3.

Neque uero egomet, quoniam illos indices exemplorum ex omnigena historia sumptos esse euicisse mihi uideor, eo

ipso hanc originem iis lemmatis quae per se collocata sunt et singulis argumentis continentur omnino abiudicandam esse contendit. Nempe res ita cogitari potest, ut quae in uaria historia separatim exstant, istae cum multis exemplis similibus cohaeserint, nisi quod Aelianus, sicut Athenaeum excerpens nonnumquam fecit, principalem qui illis apud Fauorinum fuisset cum uicinis conexum exstinxerit. Atque hoc quoque fieri potuit, ut Fauorinus ipse singula quidem argumenta inter aequales illas commentationes hic illic interposuerit. Immo uero haud pauca uariorum capitula, quae quidem suum quodque seorsus locum obtinent, ex eodem lexico uidentur deriuata esse. Nam quod omnigenam historiam ad quaestiones Homericas, ad inuentores, ad homines cognomines, ad terras describendas, ad appellationes explicandas pertinuisse testimoniis Gellii, Diogenis, Photii nobis compertum est, haec ipsa argumenta etiam extra illos similibus rerum elenchos per Aeliani uaria deprehenduntur. Versantur enim in Homericis u. h. VI, 9, VIII, 2, IX, 15, XII, 48, XIII, 14, 19, 22, 38; in inuentis IX, 16; in numero mulierum nomine Sapphus uocatarum XII, 18, 19, quam aporiam ex eodem inciso unde u. h. XII, 35, 36 depromptam esse statuo; in descriptione terrarum V, 3, IX, 16, XIII, 16; in nominibus deriuandis V, 20, XII, 5, 28, — II, 32, IV, 26 V, 3, ubi sunt *μετονομασίαι*; in explicatione prouerbiorum VIII, 18, XII, 22, XIII, 17.

Imprimis uero haec, quia ad genus litterarum *αἰτιολογικὸν* proxime accedunt, omnigenam historiam fontem clamant:

V. h. IX. 16: *Τὴν Ἰταλίαν ὤκησαν πρῶτοι ἈῦσONES ἀντόχθονες. πρεσβύτατον δὲ γενέσθαι Μάρην τινὰ καλούμενον, οὗ τὰ μὲν ἔμπροσθεν λέγουσιν ἀνθρώπων ὅμοια, τὰ κατόπισθεν δὲ Ἰππῶ. αὐτὸ δὲ τοῦνομα εἰς τὴν Ἑλλάδα φασὶν ἰππομιγῆς δύναται. δοκεῖ δὲ μοι πρῶτος Ἴππον ἀναβῆναι καὶ ἐμβαλεῖν αὐτῷ χαλινόν, εἶτα ἐκ τούτου διφυῆς πιστευθῆναι<sup>1)</sup>. Subiuncta est descriptio Italiae rhetorica, quam Aeliani ipsius esse arbitror.*

1) Cf. p. 74sq. et Gell. I, 10.

V. h. II, 32: *Λέγουσί τινες λό-  
γοι Πυθικοί τὸν Ἑρακλῆ τὸν  
Διὸς καὶ Ἀλκιμήνης παῖδα ἀπὸ  
γενεᾶς Ἀλκαίων κεκλήσθαι κτλ.*

V. h. IV, 26: *Ξάνθος ὁ ποιη-  
τῆς τῶν μελῶν (ἐγένετο δὲ οὐ-  
τος πρεσβύτερος Στισιγόρου  
τοῦ Ἱμεραίου) λέγει τὴν Ἡλέ-  
κτραν τοῦ Ἀγαμέμνονος οὐτοῦτο  
ἔχειν τοῦνομα πρῶτον ἀλλὰ  
Λαοδίην κτλ.*

V. h. V, 3: *Ἀριστοτέλης τὰς  
νῦν Ἑρακλείους στήλας καλου-  
μένας, πρὶν ἢ κληθῆναι τοῦτο,  
φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐ-  
τάς κτλ.*

Quid quod uoces Ἑρακλῆς, Νηστεία, Ἰταλία, quibus ca-  
pita II, 32, V, 20, IX, 16, deinceps notanda esse consentaneum  
est, ad finitimorum indicum inscriptiones litteris primis optime  
quadrare ex his apparebit:

V. h. I, 13: ζῶα; II, 22 et 23: ἐνομώτατοι; II, 25: ἔξ;  
II, 32: Ἑρακλῆς; II, 33: εἰκῶν; II, 34—36: γῆρας. — IV, 8:  
μεταβολαί; IV, 15: μουσική; IV, 16: μίμησις; V, 1 et 2: νόσος;  
inde a V, 10: πολιτεῖαι; V, 20: Νηστεία; VI, 1: ὕβρις;  
VI, 11—13: τύραννος. — IX, 16: Ἰταλία; IX, 17—21: ζου-  
φότης; IX, 22: ἰατρός; IX, 34—37: ζουφότης.

Restat ut haec addam:

V. h. III, 36: *Ἀριστοτέλης ὅτε  
ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας δέει τῆς  
κρίσεως, πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐ-  
τὸν τίς ἐστὶν ἡ τῶν Ἀθηναίων  
πόλις; ἔφη παραγὰλη· ἀλλ' ἐν  
αὐτῇ  
ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκει, σῦ-  
κον δ' ἐπὶ σύκῳ,  
τοὺς συκοφάντας λέγων.*

Gellius XIV, 6 se in omnigena  
historia legisse testis est 'qui-  
bus urbibus regionibusque uo-  
cabula mutata sint, quod  
Boeotia ante appellata fuerit  
'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria',  
quod Creta quoque eodem no-  
mine Aeria dicta est, quod  
Attice 'Αχιή', quod Corin-  
thus 'Ephyre', quod Macedo-  
nis 'Ημαθία', quod Thessalia  
'Αἰμονία', quod Tyros 'Sarra',  
quod Thracia ante 'Sithonia'  
dictast, quod Paeston 'Ποσει-  
δώριον'.

Di. La. V, 9: *Τοῦτον (sc. Ἀρι-  
στοτέλην) πρῶτον Φαβωρῆ-  
νος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ  
λόγον δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ  
συγγράψαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ  
ταύτῃ τῇ δίκῃ καὶ λέγειν ὡς  
Ἀθήνησιν  
ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκει, σῦ-  
κον δ' ἐπὶ σύκῳ.*



In u. h. XII, 22, qui locus neque Zenobio neque Diogeniano debetur quomodo adagium ἄλλος οὗτος Ἑρακλῆς ortum sit exponitur.

Phrynichus p. 37 Lobeck: Ἐπεξελευσόμενος ἄλλος οὗτος ἦν Ἑρακλῆς. τοῦτο οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου Φαβωρίνος· καὶ γὰρ ἐπέξεμι λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἐπεξελεύσομαι.

Quod prouerbum in omnigena historia fortasse sub uoce Παροιμίαι exstitit.

Nunc uero, cum circiter quarta pars uariorum conglutinatis exemplis ex omnigena historia depromptis contineatur, de lemmatis autem inter se non conexis alia ad eandem, alia ad commentarios referenda sint, dimidium certe eius operis, quod quidem computare possim, Fauorino uindicandum est. Quodsi assumimus id quod prima dissertatione apparuit, XXVIII narrationes maioris ambitus ex Athenaeo descriptas esse, reliqui fontes uariae historiae numero multi fuisse non uidentur.

#### XI. De Pamphila<sup>1)</sup> Aeliani auctore.

Phot. bibl. cod. 175 p. 119 Bekk.: Ἀνεγνώσθησαν Πамφίλης συμμίκτων ἱστορικῶν ὑπομνημάτων λόγοι ἡ. αὕτη ἀνδρὶ μὲν συνήκει, ὡς καὶ αὐτῇ τῶν ὑπομνημάτων προοιμιαζομένη ἐπισημαίνεται ᾧ καὶ γ' ἔτη ἐκ παιδὸς συμβιοῦσα ἤδη τῆς ὑπομνηματικῆς ταύτης συγγραφῆς λέγει ἀπαρξασθαι, συγγράψαι δὲ ἅ τε παρὰ τοῦ ἀνδρὸς μάθοι, τὰ γ' ἔτη συνεχῶς αὐτῇ συνοῦσα καὶ μηδ' ἡμέραν μηδ' ὥραν ἀπολειπομένη, καὶ ἅ παρ' ἄλλου τινὸς ἀκοῦσαι συνέβη τῶν παρ' αὐτὸν ἀφικνουμένων (πολλοὺς δὲ γοιτᾶν ὄνομα καὶ δόξαν ἔχοντας ἐπὶ παιδείᾳ), καὶ δὴ καὶ ὅσα βιβλίων αὐτῇ ἀνελέξατο. ταῦτα δὲ πάντα, ὅσα λόγον καὶ μνήμης αὐτῇ ἄξια ἐδόκει, εἰς ὑπομνήματα συμμιγῆ καὶ οὐ πρὸς τὰς ἰδίας ὑποθέσεις διακεκριμένον ἕκαστον διελεῖν, ἀλλ' οὕτως εἰκῆ καὶ ὡς ἕκαστον ἐπῆλθεν ἀναγράψαι, ὡς οὐχὶ χαλεπὸν ἔχουσα. φησί, τὸ κατ' εἶδος αὐτὰ

1) C. Mueller. fr. histt. Graec. III p. 520. Westerm. in Pauly's Realenc. V p. 1094.

διελειν, ἐπιτερπέστερον δὲ καὶ χαριέστερον τὸ ἀναμειγμένον καὶ τὴν ποικιλίαν τοῦ μονοειδοῦς νομιζουσα, χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον εἰς πολυμαθίαν· εὔροι γὰρ ἂν τις καὶ τῶν ἱστορικῶν οὐκ ὀλίγα ἀναγκαῖα, καὶ δὴ καὶ ἀποφθεγμάτων καὶ ῥητορικῆς διατριβῆς ἕνια καὶ φιλοσόφου θεωρίας καὶ ποιητικῆς ἰδέας, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἐμπέσοι. Αἰγυπτία δὲ τὸ γένος ἢ Παμφίλη, ἤμασε δὲ καθ' οὓς χρόνους Νέρων ὁ Ῥωμαίων ἠγκμαζεν αὐτοκράτωρ. ἡ δὲ φράσις, ὡς ἔστιν ἐκ τῶν προοιμίων συλλαβεῖν καὶ ἐν οἷς ἄλλοθὶ που ἰδίον τι λέγει, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν διάνοιαν, οἷα δὴ καὶ γυναικὸς ἔκγονον οὔσα, τῆς ἀφελοῦς ἔστιν ἰδέας, οὐδὲ τῇ λέξει πρὸς τὴν ἰδέαν ἀλλοτριουμένη. ἐν οἷς δὲ τὰ ἀρχαιότερων ἀπομνημονεύουσα λέγει, ποικιλώτερον αὐτῇ καὶ οὐ καθ' ἐν εἶδος σύγκειται ὁ λόγος.

Idem cod. 161 p. 103 Bekk.: Ὁ δὲ δεύτερος (sc. τῶν ἐκλογῶν λόγος Σωπάτρω συνείλεται) ἐκ τε τῶν Σωτηρίδα Παμφίλης ἐπιτομῶν πρώτου λόγου καὶ καθεξῆς μέχρι τοῦ δεκάτου.

Suid.: Παμφίλη Ἐπιδαυρία σοφῆ, θυγάτηρ Σωτηρίδου, οὗ λέγεται εἶναι καὶ τὰ συντάγματα, ὡς Διονύσιος ἐν τῷ λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίας, ὡς δὲ ἕτεροι γεγράφασι, Σωκρατίδα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἱστορικὰ ὑπομνήματα ἐν βιβλίοις λγ', ἐπιτομὴν τοῦ Κτησίου ἐν βιβλίοις γ', ἐπιτομὰς ἱστοριῶν τε καὶ ἑτέρων βιβλίων παμπλείστας, περὶ ἀμφισβητήσεων, περὶ ἀφροδισίων καὶ ἄλλων πολλῶν. Cf. eundem s. u. Σωτηρίδας.

Fragmenta Pamphilae exstant apud Di. La. I, 24, 63, 76, 90, 98, II, 24, III, 23, V, 36 et apud Gell. XV, 17 et 23. Sunt autem deinceps de Thalete, de Chilone Lacedaemonio, de Pitaco, de Cleobulo Lindio, de Periandris, de Socrate, de Platone, de Theophrasto Menandri praeceptore — de Alcibiade tibias respuente, de aetate Hellanici Herodoti Thucydidis.

Praebetur aditus quasi ad officinam compilatorum qui post Christum natum fuerunt introspectendam exemplo Sopatri hominis Aeliani simillimi. Cum enim Photius in codice CLXI auctores quibus is in eclogis conflandis usus est plene enumeret, habemus indicem librorum qui quidem illis saeculis ad

florilegia componenda uideri potuerint idonei. In quo exstant cum multa alia uolumina peculiariora illa tum miscellanea haec: Aristoxeni Tarentini *συμμικτὰ ὑπομνήματα*, Pamphilae *ιστορικὰ ὑπομνήματα*, Cephalionis *Μοῦσαι*, Fauorini *παντοδαπὴ ἱστορία*, Athenaei *δειπνοσοφισταί*. Haec igitur inter cetera quae tum circumferebantur eiusmodi scripta, cum sola a Sopatro excerpta sint, longe luculentissima uidentur fuisse et excellentissima. Iam de iis cum Aristoxenus propterea quod priscus scriptor fuit, Cephalio quod ueterrimas res tractare satis habuit a fontibus Aeliani remouendi sint, Fauorinum uero et Athenaeum ad uariam historiam scribendam adhibitos esse sciamus, sequitur, ut de Pamphila nobis alios auctores Aeliani circumspicientibus intentiore animo deliberandum sit.

Immo haec non obscuris commendatur indiciiis. Primum enim copiosior erat, quam ut in uaria historia conficienda praeterita esse uideretur, si quidem triginta tres libros commentariorum condidit, quem ambitum nullum quod tum erat opus multiugum, quantum ego scio, excessit. Dein ut erat muliercula, cum non tam cognitionem quam delectationem in scribendo spectauerit<sup>1)</sup>, ad Aeliani ingenium proxime accedit. Quid quod floridam scribendi rationem qua usa est pariter excusauit et laudauit atque suorum librorum dispositionem Aelianus, utpote qui in epilogo historiae animalium haec dicat: *ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν τὸ ἐμὸν ἴδιον οὐκ εἶμι τῆς ἄλλου κρίσεώς τε καὶ βουλήσεως δοῦλος, οὐδέ φημι δεῖν ἔπεσθαι ἑτέρῳ, ὅποι μ' ἂν ἀπάγῃ· δεύτερον δὲ τῷ ποικίλῳ τῆς ἀναγνώσεως τὸ ἐφορκὸν Θηρῶν καὶ τὴν ἐκ τῶν ὁμοίων βδελυγμίαν ἀποδιδράσκων οἶονεὶ λειμῶνά τινα ἢ στέφανον ὠραῖον ἐκ τῆς πολυχροίας, ὡς ἀνθεσφόρων τῶν ζῴων τῶν πολλῶν, ᾗθήτην δεῖν τήνδε ὑφᾶναι τε καὶ διαπλέξαι τὴν συγγραφήν.*

Iam uero haud pauca argumenti genera Pamphilae cum Aeliano erant communia: uterque facete dicta, uterque philo-

1) Cf. Krüger, *Leben des Thukydides* p. 7 sq.

sophos et philosophiam, uterque narrationes ex historiarum libris excerptas tractauit.

Quin etiam utrique cum Ctesia Cnidio ratio quaedam intercedit. Etenim libro quem is de rebus Persicis composuit uariorum deberi capita 40 l. XII et 3 l. XIII ex Ath. II p. 45 b et Phot. bibl. cod. 72 p. 39 Bekk. efficitur.

Item libri I capita 21, 22, 31—34, licet quae ibi exstant disertis uerbis illi nusquam tribuantur, eiusdem sunt. Pertinent enim ad unum omnia ad Artaxerxem Mnemonem. Atque in I, 21 quidem narratur, quomodo Ismenias a Thebanis ad eum ablegatus ignominiam moris *προσβύνησις* appellati effugerit; I, 22 est de muneribus quae rex legatis ciuitatum exterarum mittebat; I, 31 de eo Persarum more quo regem per ipsos iter facientem pro suis quisque rebus, cum autem in agris uersabantur, prout quodque forte praesto erat donabant, bubus, ouibus, uino, lacte, casco; in I, 32 Sinaetes agricola, cum procul a fundo suo regi obuiam factus non haberet, quid daret, aquam Cyri, fluminis propinqui, manibus exceptam ei muneri obtulisse et mille daricos pateramque auream accepisse narratur; exstat in I, 33 Artaxerxem Omisem, qui ei granatum maximum dedisset, et donis et laude remuneratum esse; in I, 34 Rhacocem Mardum duxisse Cartomem filium propter nequitiam uinctum ad iudices et petiisse ut eum capitis damnant; regem, ad quem res delata esset, Rhacocem in ordinem iudicum regionum recepisse, Cartomi ignouisse. Iam eadem exceptis cc. 22 et 34 leguntur in Artaxerxe Plutarchi, nisi quod ibi multo breuius enarrantur. Quocirca is, cum in hac uita modo Ctesiam, modo Dinonem auctores afferat, locis laudatis perinde atque Aelianus ex alteroutro pendet. Nunc autem illa Aeliana quod ad priuatam uitam Mnemonis, ad eius mores et itinera pertinent, quod non tantum nomina eorum quibuscum rex collocutus sit, Sinaetis, Omisis, Rhacocis, sed etiam uerba ipsa exhibent quae cum iis commutauerit, quod in c. 21 chiliarchus, qui Ismeniae regem adituro dicitur suasisse, ut eum antequam alloqueretur adoraret, nominatim memoratur, scilicet Tithraustes, debeantur necesse est homini cui-

dam ex comitatu Artaxerxis, qui et aulam Persicam penitus cognouerit et Artaxerxem solitus sit sectari. Hunc uero intellegendum esse non Dinonem, Philippi Macedonis aequalem, sed Ctesiam, qui per septendecim annos illius regis fuit medicus et quae apud eum moratus de rebus Persicis et Indicis compererat litteris mandauit, apertum est. Qua de causa si quis Ctesiae reliquias post C. Muellerum denuo aggressus erit colligere, illas sex per Aelianum seruatas non poterit praetermittere.

Iam uero Pamphila, quoniam epitomas cum aliorum scriptorum quam plurimas tum Ctesiae teste Suida scripsit, quin eum ipsum etiam ad commentarios suos historicos admouerit mihi dubium esse non uidetur. Ut ut est, nemo hac remota ἀπομνημονευμάτων auctor Ctesiae historiis operam nauasse traditur.

Alia quaedam Aeliani cum Pamphila affinitas in eo posita est, quod uterque cum Aegypto cohaeret. Terra Aegyptia quaestionum naturalium quodammodo fuit patria. Scilicet patefacit Mare Rubrum aditum miraculorum Indiae, Nilus Aethiopiae, illius elephantorum rhinocerotum leonum aridae nutricis. Altera autem fronte ad terras Mari Mediterraneo adiacentes spectans ne a Graecis quidem rerum mirabilium studiis potuit esse aliena. Iam in hoc trium continentium quasi confinio, praesertim cum Aegyptii obseruatione naturae antiquitus agitati deos ipsos animalibus plus minus accommodarent, necesse fuit, ut quaestiones physicae ad summum fastigium proueherentur. Exstiterunt igitur Alexandriae Callimachus <sup>1)</sup>, Strato <sup>2)</sup>, Philostephanus <sup>3)</sup>, Antigonus Carystius <sup>4)</sup>, Aristophanes Byzantius <sup>5)</sup>, naturae doctissimi inuestigatores. Suffragabantur iis Ptolemaei reges eodem propensi. Quid quod Philadelphus Ptolemaim Epitherum <sup>6)</sup>, Euergetes Berenicen Panchrysum <sup>7)</sup>

---

1) Pauly's Realenc. II p. 88. 2) Ibid. VI, 2 p. 1458. 3) Ibid. V p. 1530. 4) Ibid. I, 1 p. 1116 s; fragmm. exstant in Westermanni παραδοξολογίαις. 5) Ibid. I, 2 p. 1632. 6) Ibid. VI, 1 p. 198. 7) Ibid. p. 207.

colonias ad nullum alium finem nisi ad elephantos uenandos deduxerunt; quod Philadelphus Stratonis Theophrastei discipulus India tenus legatos misit, qui cum de commercio agerent tum res a natura mirabiliter conformatas undique conquisitas Alexandriam adueherent<sup>1)</sup>; quod idem thesauros miraculorum per conclauia regiae peculiaria habebat dispositos<sup>1)</sup>. Ex Aegypto ut ex fonte copiosissimo multae historiolae absurdae per orbem terrarum effusae sunt. Veluti etiam physiologus, qui liber de proprietatibus bestiarum compositus et poetis et praedicatoribus aevi medii summae utilitati erat, ob glossemata Coptica inter uerborum contextum interposita inde est ducendus<sup>2)</sup>.

At quorsum haec? Vituperes me, quod digressus sum, dummodo quo magis quodque uolumen ueterum de animalibus est, eo probabilius ad origines quasdam Aegyptias referri concedas.

Iam Aeliani historia animalium, in quam cadunt quae proxime adumbrata sunt, cum mihi quidem composita esse uideatur ex libris singulis de piscibus, de elephantis, de circumnauigationibus et Maris Rubri et Ponti Euxini, ex Indicis quibusdam et Lybicis, denique ex opere quodam per litteras generatimque de bestiis conscripto, quale id erat quod Philo Byblius *περὶ παραδόξων ἱστορίας* inscripsit<sup>3)</sup>, permultas narrationes etiam apertis auctorum Aegyptiorum indiciis habet adpersas. Cuius rei ut aliquot exempla afferam, narrat Aelianus in h. a. III, 34 cornu trium amphorarum Philadelpho ex India missum esse; in XVI, 39 et eidem et Euergetae dracones uiuos ex Aethiopia Alexandriam esse deportatos; in XI, 25 pullum elephantinum Ptolemaeo alteri dono datum esse sermone Graeco eruditum; in VIII, 4 Ptolemaeus quidam crocodilis cibaria obicere solitus esse fertur; occurrunt identidem fabulae Aegyptiorum populares, ut in X, 25 de Cynoprosopis hominibus, qui in desertis inter Oasim et Aethiopiam sitis

---

1) Pauly's Realenc. VI p. 199. 2) Carus, Geschichte der Zoologie p. 142. 3) Suid. s. u. *Παλαίφατος*. Euseb. praep. eu. I, 9, 28 Dind.

habitare dicebantur. Laudantur scriptores Aegyptii, Callimachus (IX, 27, XV, 28), Manetho (X, 16), Phylarchus (VI, 29, XVII, 5), Arisophanes Byzantius (I, 38, VII, 39, 47), Apio (X, 29, XI, 40). Syenitae, Tentyritae, Ombitae, Coptitae, Busriritae, Arsenoitae, Chusenses, alii Nili accolae qua quique ratione in singula animalia uernacula, in crocodilos, ibidas, aspidas se praebuerint passim disseritur; passim Aegyptiorum morum sacrorumque, passim Nili mentio; passim et res exterarum gentium ad Aegyptias reuocantur. Velut in h. a. V, 56, postquam narratum est ceruos Syrios in Cyprum insulam desiderio pastionum quae ibi pinguiissimae esse dicerentur solere transnare, haec exstant: *καὶ λέγουσὶ γε Κύπριοι εὐγέων οἰκεῖν χῶρον, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις τολμῶσιν ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας.*

Neque in uaria historia, quatenus quidem neque ad Athenaeum neque ad Fauorinum supra reuocata est, talia desiderantur. Pertinet enim et ipsa nonnusquam ad Aegyptiorum regum uitas priuatas fabellasque populares. Habes in u. h. XIV, 31 Ptolemaei Tryphonis cum muliere quadam formosa colloquium; in I, 30 Galetem adolescentem tam pulcherrimum quam mitissimum Ptolemaeum regem, cui in deliciis esset, commouisse, ut equo concitato quosdam homines miseros, qui ad mortem ducerentur, soluere properaret; in XIV, 43 Berenicen a Ptolemaeo coniuge hortatu impetrasse, ut supplicia inter aleam indicta causa decernere desineret; in XIII, 33 aquilam alterum Rhodopis lauantis calceolum cum abrupisset posuisse in gremio Psammetichi regis; quem illam per legatos repertam in matrimonium duxisse.

Deinde ex fabulosa Alexandri historia, quam C. Mueller <sup>1)</sup> Aegyptiis uindicandam esse euicit, duo lemmata uariae historiae oriunda sunt. Quae enim omina Thebanis, antequam urbs ab Alexandro euerteretur, diuinitus missa esse in XII, 57 perhibentur, eorum etiam in Pseudocallisthenis l. I capitibus 27 et 46, 46 sqq. occurrit commemoratio. Altero loco u. h. XII, 64

1) Cf. p. 56.

et Pseudocall. III, 34 sibi respondent. Nam utrimque narratur Alexandri mortui corpus, de quo duces Macedonum inter se uerbis acerrimis conflixissent, a Ptolemaeo Bābylone Alexandriam transuectum esse, nisi quod Aelianus dicit id factum esse fraude Ptolemaei, ille numine oraculi Babylonii; eam autem terram in qua ossa Alexandri humata essent semper secundis fortunis usuram esse inexpugnabilemque fore homines arbitratos esse. Hanc fabulam Mueller ab Aegyptiis eo consilio fictam esse demonstrat, ut Alexandrum Nectanabi, regi ingenuo, rite successisse opinati ignominiae imperio Macedonum sibi inustae obliuiscerentur.

Quoniam patet Aelianum a fontibus quibusdam Aegyptiis multa petiuisse, unde ei copiam fuisse putas iis utendi? Prompta et parata est responsio. Ipse in h. a. XI, 40 narrat se Alexandriae in luco dei, ubi perseae densae umbram et frigus praeberent, uitulum colore flauo uidisse quinque pedibus instructum. Quodsi in ea urbe peregrinatus est, haec quasi ultro animum subit conclusio, eum ex ditissimis quibus Alexandria florebat bibliothecis suam cum hominum tum animalium notitiam magnam partem hausisse.

Sed ut ad Pamphilam reuertatur disputatio, hanc Aegyptiam fuisse docemur diserto Photii testimonio, prae quo quod Mueller duce Suida adnotat, eam fuisse Epidauriam, omnino nihil ualet. Nam cum Suidas, quod Soteridas Epidaurius erat, patris et filiae patrias haud dubie confundat, ille ex Pamphilae ipsius et praefatione et libris sua deprompsit. At sit Epidauri nata, utique tum, cum Socratidae grammatici uxor erat et in commentariis scribendis operam collocabat in Aegypto uersabatur.

Quae cum ita sint, eam res Aegyptias in farraginem suam recepisse consentaneum est, atque id eo magis, quod se etiam narrationes audiendo compertas eo inseruisse in prologo ipsa professa est. Atque uideas, quantopere illa Aeliani de Ptolemaeo Tryphone, de Galete Ptolemaei amasio, de Berenice, de Rhodopi cum eo conueniant, quod Suidas librum *περὶ ἀφροδισίων* Pamphilae tribuit.



Sed iam finem faciamus ratiocinandi. De decem commentariorum frustulis quae aetatem tulerunt unum cum uaria historia plane congruit:

V. h. II, 42: Ἡ Πλάτωνος δόξα καὶ ὁ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος καὶ ἐς Ἀρκάδας ἀφίκετο καὶ Θηβαίους, καὶ οὖν καὶ ἐδεήθησαν αὐτοῦ πρέσβεις ἀποστείλαντες σὺν τῇ ἀνωτάτῳ σπουδῇ ἀφικέσθαι σφίσι τὸν ἄνδρα οὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προστασίᾳ, οὐδ' ἵνα αὐτοῖς συγγένηται ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἔτι τούτων μείζον νομοθέτην αὐτὸν ἐκάλουν. οὐκ οὖν ἐμελλον ἀτυχήσειν τοῦ ἀνδρός· καὶ γὰρ ἤσθη ὁ τοῦ Ἀριστίνου τῆ κλήσει, καὶ δὴ καὶ ἐμελλεν ὑπακούσασθαι. ἤρετο μέντοι τοὺς ἤζοντας πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες. ἐπεὶ δὲ ἔμαθε παρ' αὐτῶν ὅτι καὶ πάντ' ἄλλοτριῶς, οὐδὲ πείσει αὐτοὺς τιμᾶν τὴν ἰσονομίαν, ἀπείπατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημίαν.

Di. La. III, 23: Φησὶ δὲ Παμφίλῃ ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν ὑπομνημάτων ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες παρεκάλουν αὐτὸν νομοθέτην· ὁ δὲ μαθὼν ἴσον ἔχειν οὐ θέλοντας οὐκ ἐπορεύθη.

Tam multis uero notis in Pamphilam conuenientibus commentarios eius in usum uariae historiae conuersos esse ueri est simillimum.

## XII. De Pamphila Fauorini auctore.

### A.

Verum enim uero Fauorinum Pamphila usum esse ex Stephano Byzantio efficitur: Ῥοπεῖς ἔθνος οὗ μέμνηται Φαβωρίνος ἐν ἐπιτομῇ τετάρτῃ τῆς Παμφίλης. Nec non ex his uerbis Diogenis: I, 98: Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγενῆσθαι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην. τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνός, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλους. καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιον φησὶν εἶναι τὸν

σοφόν· Πλάτων δὲ οὐ φησι. Iam tot scriptorum nomina ad unam rem probandam a quo primo auctore composita esse putas? Utrum libris Sotionis, Heraclidis, Pamphilae, Neanthis, Aristotelis, Platonis euolutis a Diogene ipso? at erat segnissimus compilator; an a Demetrio uel Diocle Magnetibus? qui quandoquidem ante Pamphilam uixerunt, eam non potuerunt commemorare; an a Pamphila? sed et ab industria qua ea uerba composita sunt ingenio abhorruit neque nomen eius inter auctores allatos ullo modo eminet. Deducimur igitur ad scriptorem qui inter huius et Diogenis memoriam uita philosophorum exposuerit id est necessario ad Fauorinum.

Similiter statuendum est de Di. La. I, 68: *πρὸς τε τὸν ἀδελφὸν δυσφοροῦντα ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος, ἔγω μὲν γὰρ ἐπίσταμαι*, εἶπεν (sc. Chilo Lacedaemonius), *ἄδικεῖσθαι, σὺ δὲ οὐ*. *γένετο δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηχοστήν πέμπτην Ὀλυμπιάδα· Παμφίλη δὲ φησι κατὰ τὴν ἕκτην καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθύδημου, ὡς φησι Σωσικράτης. καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἔφορους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνύναι.* Quid uero? Num Diogenem tanta diligentia fuisse opinaris, ut ad istud temporis indicium accuratius definiendum Pamphilae commentarios euolueret? Immo uero hi ob id ipsum quod memorantur ab illo non inspecti sunt. Fauorinum autem clamant uerba *καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι — καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἔφορους*<sup>1)</sup>.

Denique haud leuis momenti est quod is qui praeter Diogenem solus fragmenta Pamphilae seruauit, Gellius, et ipse assecla erat Fauorini, 'cum quo Romae dies plerumque totos erat' quemque mirum quantum allectus 'quoquo iret sequebatur'<sup>2)</sup>.

## B.

Atque ad omnigenam quidem historiam Fauorinus Pamphilam adhibuit. Namque illa Fauorini de Periandris commentatio, in qua ea nominatur, et ad indicis similitudinem expressa est et ad homonymos pertinet; haec autem de Chilone ad inuentores.

1) Vide p. 52 sq.

2) Gell. XVI, 3, 1.

Nunc autem explicari uidetur qui factum sit, ut reliquiae omnigenae historiae uestigiis originis Aegyptiae insignes sint. Etenim memineris, quaeso, esse Valerii siue Pseudocallisthenis l. I caput 13 de educatoribus Alexandri Magni, u. h. XII, 16 (omn. hist. s. u. *ζηλοτυπία*) de eiusdem in legatos suos inuidia, u. h. XII, 26 (omn. hist. s. u. *ποτίστατοι*) de Alexandro et Protea Lanicae filio potatoribus, u. h. I, 1—13 (omn. hist. s. u. *ζῶα*) cum de aliis animalibus tum de ranis et canibus Aegyptiis, u. h. IX, 39 (omn. hist. s. u. *παράδοξος*) de absurdo canis uel arietis uel anseris amore in Glaucen, quam amicam Ptolemaei Philadelphi fuisse ex h. a. VIII, 11 comperimus. Scilicet Aegyptia fuit Pamphila.

Aliud eiusdem rei documentum grauissimum nescio an petendum sit ex Stephano. Is enim s. uu. *Ἄργιλος, Ἀνταριᾶται, Ὠκεανός, Χελιδόνιοι, Τετράπολις* apertis uerbis *παντοδαπὴν ἱστορίαν* commemorat; Fauorinum libri nomine omisso s. uu. *Αἰθίοψ, Ἀκτῆ, Ἀραχωτοί, Βισαλτία, Βόσπορος, Κρεμμύων, Σφακτῆρια*. Praeterea ad omnigenam historiam recedere quae in Stephani epitome exstant s. uu. *Βοιωτία, Ἀιγύπτος, Κόρινθος, Ἡμαθία, Αἰμονία* Nietzsche ostendit; denique uerba s. u. *Ἀλεξάνδρεια* ad Fauorini librum quendam *περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως* in editionibus relata Marres, hoc titulo deleto, ad eundem fontem quem dixi optimo iure reuocat<sup>1)</sup>. Verum quae tandem est ratio epitomes Pamphilae Fauorinianaе, quae semel s. u. *Ῥοπεῖς* memoratur?<sup>2)</sup> Fauorinum discere uidemur rem geographicam duobus libris, et omnigena historia et hac epitome attigisse, neque est, quod in hoc quidem offendamus. Atqui Stephanum utraque usum esse, atque ita quidem, ut alteram saepissime, alteram paene numquam exciperet, num est credibile? Immo uero omnigenam historiam de libris Fauorini solam ei Ethnica componenti ad manum fuisse in promptu est. Itaque si quidem in philologia exercenda ullus locus est diuinandi, res ita se habuit,

1) Vide cap. XVI.

2) Cf. ea quae ad u. *Ῥοπεῖς* a Meinekio in edit. Steph. adnotata sunt.

ut haec ab illa non diuersa esset, propterea autem, quod frustis ex Pamphila excerptis redundabat, epitome Pamphilae a Stephano dicta sit.

Commentarios Fauorini ex Pamphilae coniectaneis partim haustos esse neque nego neque affirmo.

### C.

Atque si constat Pamphilam in usum omnigenae historiae compilatam esse, fieri potuit, ut quae illius apud Aelianum sunt uestigia per hanc in uariam historiam deuenerint. Quod re uera factum esse uno momento facultas praebetur demonstrandi. Occurrunt enim in u. h. XII, 35, qui locus ex omnig. hist. sumptus est, uerba *ὅτι δύο Περιανθοί, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, οὗ δὲ τῦραννος*, aequae atque in Pamphilae fragmento p. 89 apposito. Quae cum ita sint, non nihil detrahitur de confidentia qua ad ipsam Pamphilam historiolarum Aeliani partem supra reuocauimus. Sed si quidem commentarios Fauorini uitis philosophorum circumscriptos fuisse meo iure suspicatus sum <sup>1)</sup>, illae Ctesiae quas Aelianus exhibet reliquiae <sup>2)</sup>, cum ab indole omnigenae historiae discrepent; quo minus ne ab illis quidem trahi potuerunt, eo magis ex Pamphila ipsa uidentur esse oriundae. Ac nonne hoc conicere licet, Aelianum simul et ea ipsa et eius epitome a Fauorino facta usum esse? En quaestionem maxime implicatam, quam soluere nequeo. Attamen est aliquid, difficultates rei detexisse.

Ceterum, utut est, quo magis impugnabis id quod arguere conatus sum, Pamphilam in numero proximorum auctorum Aeliani habendam esse, eo plures narrationes uariae historiae Fauorino uindicabis.

### XIII. Concluditur de fontibus uariae historiae quaestio.

Alios Aeliani auctores, quos quidem certa argumentatione usus extricare possim, non habeo. Si qui erant, utrum prorsus in obliuione iacent? an latent in numero sophistarum re-

1) Pag. 48 sq.

2) Pag. 84 sq.

centiorum? Ex quibus Herodes Atticus idcirco quod *ἐγγχειρίδια* et *καίρια* et *ἐφημερίδας* teste Philostrato scripsit et ab Aeliano *ὡς ποικιλώτατος ἡτόρων* permagni ducebatur praecipue in censum uenit; praeterea Telephus Pergamenus, Philo Byblius, Nicostratus Macedo <sup>1)</sup>. Reuocatur autem una nota ad auctores aetati Fauorini succedentes. Etenim in u. h. XII, 61, postquam memoratum est Thurinos Aquilonem, qui classem Dionysii hostis aduentantem demersisset, ciuitate donatum diuinis honoribus coluisse, ex Pausan. perieg. VIII, 36, 6 haec subiuncta sunt: *Πανσανίας δέ φησιν ὅτι καὶ Μεγαλοπολίται*. At fieri potuit ut a commentatore quodam litterato addita sint.

Verum complectamur quae proxima dissertatione assecuti sumus. Refutata opinione eorum qui Aelianum ad fontes et radices scientiae antiquitatis adscendisse arbitrati sunt <sup>2)</sup>, curas eius in orbe scriptorum ipsius memoriae quam proximorum angustissimo illo uersatas esse ostendimus. Neque ex uoluminibus peculiaribus, uerbi gratia de rebus gestis, de philosophis, de antiquitatibus compositis, hausit, sed ex miscellaneis, ex quibus commoda erat facultas describendi: Athenaei, Fauorini, utque uidetur, Pamphilae. Ac cum uel horum copia ad argumenta uariae historiae deriuanda sufficere uideantur, auctores quos Aelianus omnino secutus est, numerum quinarium uel senarium nequaquam excedere confido. Non igitur diligens uariarum rerum collector, sed compilator inertissimus euasit.

Atqui huius iudicii acerbitas non cadit nisi in rationem qua quidem materiam sibi comparauit. In eloquendo qualem se praestiterit, non tantum ex libro de natura animalium scripto sed etiam ex nonnullis uariorum lemmatis dilucide cognoscitur. Depinguntur enim lautissimis coloribus in u. h. II, 44 miles in pugnam ruens a Theone pictus; in III, 1 Tempe Thessalica, in IX, 16 Italiae natura; in XII, 1 Aspasiae, Cyri amicae, pu-

1) Cf. p. 47 sq. 2) Dico imprimis Perizonium et Westermannum, qui in Pauly's Realenc. I<sup>2</sup>, 1 p. 349 haec dicit: 'beide (et u. h. et h. a.) sind mit immensem Fleiße aus einer großen Zahl von Schriften aller Art zusammengetragen .

dicitia, pulchritudo, uicissitudines fortunae; in XIII, 1 Atalantae, uenatricis Arcadiae, uenustas et intacta uirginitas. His omnibus hoc consilium subest, ut dicendo imagines rerum non minus distincte quam pingendo effingantur. Quam rationem ipse profitetur, cum l. III caput primum exorsus φέρει οὖν, inquit, καὶ τὰ καλούμενα Τέμπη τὰ Θετταλικά διαγράψωμεν τῷ λόγῳ καὶ διαπλάσωμεν· ὁμολόγηται γὰρ καὶ ὁ λόγος, ἐὰν ἔχη δύναμιν φραστικὴν, μηδὲν ἀσθενέστερον ὅσα βούλεται δεικνύναι τῶν ἀνδρῶν τῶν κατὰ χειρουργίαν δεινῶν. Eodem spectant in XIII, 1 haec uerba: φέρει δὲ καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, εἴ τι μὴ λυπεῖ, διαγράψωμεν· λυπεῖ δὲ οὐδέν, ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτων προσγένοιτ' ἂν λόγων τε ἐμπειρία καὶ τέχνη.

Assignandae sunt istae declamationes generi 'iconographico', in quo ei antecessit Nicostratus Macedo, Marci aequalis <sup>1)</sup>, successerunt Philostrati eorumque sectatores. Atque, cum argumenta earum nimirum non inuenisset <sup>2)</sup>, pigmenta uerborum de suo adiecit. His quinque igitur ἐκφράσεσι praeclarum facundiae suae erexit monumentum.

Iam elocutione Aelianus ipse, elocutione aequales eius, ut homines ad μελέτας, ἐπιστολάς, διαλέξεις, denique ad omne genus studiorum rhetoricae admodum proni, unumquemque librum metiebantur. Elocutione nos, ut crimen iniquitatis effugiamus, et ipsi Aelianum iudicemus.

#### XIV. De aliis quibusdam quaestionibus Aelianis.

##### A.

De fontibus ego uariae historiae agens cum non pauca documenta ex animalium historia petiui, eam tacite amplexus sum sententiam, in qua paene omnes doctos esse uideo, utrumque librum uni eidemque Aeliano tribuendum esse. Immo

1) Cf. Suid. s. u. 2) Si quidem quae in u. h. de Aspasia sunt etiam in Plut. Artax. XXVI et Pericl. XXIV, quae de Atalante, et in Palaeph. de incred. XIV similiter enarrantur; uallisque Tempe uocatae amoenitas iam a Theopompo in Philippicis et a Dione Chrysostomo rhetorice descripta erat. Cf. E. Rhode, der griechische Roman p. 508.

uera et immota sunt quae Gesner<sup>1)</sup>, Perizonius<sup>2)</sup>, Iacobs<sup>3)</sup>, alii ad hanc rem probandam attulerunt. Utrisque eadem ratio sentiendi et iudicandi, idem studium naturae rerumque mirabilium, eadem superstitio, eadem uarietas; utrimque narrationes, si non pares, at certe simillimae, eadem proprietates orationis; uelut de parenthesis in uariis haec animo obiciuntur: V, 11: ὁ Θρακῶν βασιλεύς (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλος) . . . τοῖς παισὶν αὐτοῦ συνεβούλευε . . . XIV, 43: ὁ μὲν Πτολεμαῖός φασιν (ὀπόστος δὲ ἦν οὗτος, εἶν δει) καθῆστο ἐπὶ κύβοις . . .; iam uideas quantopere iis consentanea sint in h. a. IV, 7 ἀκούω τὸν Σκυθῶν βασιλέα (τὸ δὲ ὄνομα εἰδὼς εἶω· τί γάρ μοι καὶ λυσιτελέσ ἐστιν;) ὑππον σπουδαίαν ἔχειν . . . in h. a. VIII, 4: Πτολεμαίου (ὀπόστος δὲ ἦν οὗτος ἐκείνουσ ἔρσεθε) καλοῦντος τὸν πρῶτατον τῶν κροκοδείλων . . .

Accedunt uero alia momenta. Primum enim etiam temporum ratio constat, si quidem uariam historiam inter annos 200 et 231<sup>4)</sup>, historiam animalium post annum 195<sup>5)</sup> confectas esse supra exsecuti sumus. Tum quod is qui librum de natura bestiarum scripsit in Aegyptum iter fecit, ne uariorum quidem auctor a notitia eius terrae erat alienus. Nam Aelianus in u. h. II, 41, ubi Mycerino ex oraculo editum esse breui fore, ut moreretur, Athenaeum<sup>6)</sup> secutus narrat, ei oraculo nomen Buto fuisse de suo addidit. Eodem spectat quod nomen Alexandriae urbis nusquam simpliciter apposuit, sed et hic et illic similem in modum circuiit. Leguntur enim in u. h. XII, 64 uerba ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τὴν κατ' Αἴγυπτον; — in h. a. I, 38: ἐν τῇ Αἴγυπτίᾳ Ἀλεξάνδρου πόλει; in h. a. VI, 15: ἐν τῇ Ἀλεξάνδρου πόλει; in h. a. XI, 40: ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀλεξανδρέων τῇ μεγάλῃ; in h. a. XVI, 39: ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν. — Castigantur propter impietatem in h. a. VI, 40 Hippo, Diagoras, Herostratus; apud Suidam s. u. Ἐπίκουρος b et c, quae lemmata ex libro Aeliani περὶ προνοίας inscripto sumpta

1) In prolegg. ad Aelianum praefixis eiusdem auctoris editioni quae prodiit Tiguri 1556; habentur etiam in A. Gronouii edit. hist. an., Londini 1744.

2) In praef. ad u. h. p. XXV sq. Kuehn. 3) Praef. ad. hist. an.

4) Pag. 3 sqq. 5) Pag. 8 sqq. 6) Pag. 13.

sunt, Epicurus, Metrodorus, Polyaeus; in u. h. II, 23 Diagoras, ibidem 31 Euhemerus, Diogenes Phryx, Hippo, Diagoras, Sosias, Epicurus; Epicureos ob eandem causam et a Romanis et a Messeniis expulsos esse exstat non modo in l. l. Suidae, sed etiam in u. h. IX, 12. Ut in u. h. I, 2, ita in h. a. VI, 57 Minerua *Ἐργάνη* cum phalangiis comparatur. Alias eiusmodi congruentias sciens supersedeo enumerare.

Attamen Bernhardy<sup>1)</sup> cum Is. Vossio<sup>2)</sup> et Valckenario quasdam discrepantias elocutionis premens de communi auctore utriusque historiae dubitat. Age uero, ne ambiguis fundamentis proximam dissertationem fulsisse uidear, ea ipsa in qua ille offendit elocutio examinanda est. Itaque animum aduertamus ad rationem qua altera in utroque libro enuntiata cum alteris conexa sunt et ad minimas quasque orationis particulas, in quibus promptissima est diiudicatio. Utrobique autem saepissime occurrunt uoculae καὶ — δέ, καὶ — μέντοι, γὰρ μήν pro δέ, δὲ οὖν, τοί, τοίνυν, γοῦν cui fere est notio particulae γάρ, ἀλλὰ γάρ, δὲ ἄρα, εἴπερ οὖν, εἴτα μέντοι, εἴτα pro ἔπειτα δέ, καὶ γάρ καί, καὶ οὖν καί, καὶ μέντοι καί, ἄμα — καί, τὲ καί, οὐ μήν, οὔτε μήν, ὅτι ἄρα (οὐκ ἄγνοῶ δὲ οὐδὲ ἐκεῖνο ὅτι ἄρα . . .), ὅσπερ οὖν, ὡσπερ οὖν, αὖ πάλιν, πάνν, μάλα, μάλιστα, πάντως, πρὶν ἢ cum infinitiuo, ἐκεῖνος pro ὅδε, ὑπὲρ pro περί, οἶονεῖ. Quod ad apodosin attinet, utrimque talia identidem leguntur: εἰ δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν . . . ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἐπαίοντο (u. h. XIV, 7). οἱ δὲ καλούμενοι τῶν κοχλιῶν ἀρείονες οὗτοι μὲν καὶ ἀπατῶσι (h. a. X, 5). — ὁ δὲ πολλαῖς . . . χρησάμενος . . . μεταβολαῖς τελευταῖον δὲ τὸν βίον κατέστρεψεν (u. h. IX, 8). εἰ γάρ τις χρίσαιο . . . τὰ δὲ ἀποδιδράσκει πορρωτάτω (h. a. X, 12). — καὶ πυνθανόμενοι τὰ παρ' ἀλλήλοις εἴτα ἀντεφιλοτιμοῦντο (u. h. VII, 2). ὄντων δὲ σοροπίων ἐνταῦθα μεγίστων . . . καὶ μηχανὰς μυρίας μηχανωμένων τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλὰ αἱ γε (scil. mulieres Aegyptiae) πενθοῦσαι παρὰ τῇ Θεῷ . . . καὶ ἀνυπόδητοι βαδίζουσαι . . . εἴτα μέντοι ἀπαθεῖς διαμένουσι

1) Wissenschaftliche Syntax p. 37, 61.

2) In appendice obseru. in Melam II, 2.



(h. a. X, 23). Est igitur utraque historia omnino iisdem particulis similiter usurpatis adornata, nisi quod librum bestiarium Aelianismis aliquanto uberiores euadere quam uaria concedendum est. De locutionum quae inter utrumque librum intercedit similitudine nisi forte ipse quaerere mauis — est enim luce clarior —, ad Gesneri prolegomena te delego. Quod uero in uniuersum colorem generis dicendi attinet, copiosissimum quodque lemma uariae historiae ad narrationes quae illic sunt prorsus accedit <sup>1)</sup>. Sit autem particularum usurpatio quae hic est ab illo libro paululum diuersa: in homine cui peritia linguae Graecae assumpta et aduenticia erat quaedam orationis inconstantia nihil habet admirationis. His omnibus reputatis facere non possum, quin istud iudicium Bernhardyi ex leuiore cognitione Aeliani profectum esse censeam.

## B.

1. Verum tamen quicumque libros Aeliani uel obiter animo perlustrat duas potissimum mouere potest difficultates, quas expedire magis operae pretium esse uidetur quam res manifestas in dubium uocare. Primum enim, cum historia animalium et prologo et epilogo instructa sit et dictionem tam elegantem adeoque putidam quam ubique constantem prae se ferat, uaria historia non modo praefatione et peroratione eget, sed etiam inter narrationes arte sophistica compositas exhibet ieiunas et aridas, quae magna ex parte a uocula *ὄτι* incipiunt. Iam uiri docti, si a Bernhardyio disceditur, in hoc discrimine explicando in duas partes abeunt. Concludunt enim ex eo Ioach. Kuhn <sup>2)</sup>, Perizonius <sup>3)</sup>, Iacobs, Hercher, Westermann, alius alio confidentius, uariam historiam libidine epitomatorum ad hanc illam exilitatem redactam esse; Gesner et Voss in historicis Graecis, 'non esse extremam operi manum additam ab auctore eo quod fato praeueniretur'.

Atque Hercher <sup>4)</sup> quidem quattuor locos quos Stobaeus ex

1) Velut cf. u. h. XII, 1 uel XIII, 1 cum h. a. VII, 48. 2) Ed. uar. hist. Argent. 1685. 3) Praef. p. XXXV. 4) 'De Aeliani u. h.' Rudolstadt. 1856 et praef. editionis maioris, Par. 1858 p. V.

uaria historia descripsit (flor. XXIX, 60, LXXIX, 39, XL, 24, XIII, 38) iis Aelianis unde descripti sunt (u. h. VII, 7, IX, 33, X, 5, XIV, 3) demonstrat esse integriores. Idem<sup>1)</sup> animaduerti iubet 'esse in codicibus argumenta nonnulla duplici induta sermone, altero paupertino, altero plerumque integriore uel adeo integerrimo'. 'Id quod imprimis de illis capitibus dictum' uult, 'quae in libro XII his numeris notata sunt: 2, 5, 6, 12, 13, 14, 15, 16, 22. Horum capitum secundo, quinto, sexto in extremo libro XIV capita 37, 35, 36 respondent; reliquam duplicitatem inde a libri XIV c. 46 Vaticanus codex eiusque sectatores Leidensis et Parisinus 1530 aperiunt'. Quamquam ex eo quod nonnulla argumenta libri XII uitata esse certum est, necessario quidem tantummodo hunc ipsum librum aut omnino extremam partem uariae historiae a descriptoribus attrectatam esse sequitur. Porro ille uir doctus uulgatis Aeliani editionibus crimini dat, quod codices in II, 12 de Themistocle haec exhibent: *καὶ ἐπήρχετο πῶς τοῦ σωφρονεῖν*, Suidas autem s. u. *ἐπιῤῥξαν*. *Αἰλιανός* 'ὁ δὲ ἐπιῤῥξατο σωφρονεῖν'. — Tum librum sextum intercidisse et quintum postea a scribis in duos esse diuisum ueri simile est<sup>2)</sup>.

Neque uero ei rei, quod Suidas s. uu. *ἀσέλγεια, δῶς, κάκη, φιλωθέντες* ad uariam historiam reuocat quae ibi non reperiuntur multum tribuendum est, si quidem is, quattuor his lemmatis exceptis, paucas tantum uoculas (s. u. *ἐπιῤῥξαν*) cum ea communes habet et s. uu. *δῶς* et *φιλωθέντες* attingit res Romanas, quas istic admodum raro occurrere supra<sup>3)</sup> diximus. Nimirum haec quoque frustula in Suidae lexicum deuenisse uidentur ex libris Aeliani *περὶ προνοίας* uel *περὶ θείων ἐναργειῶν* inscriptis, unde cetera apud Suidam Aeliane hausta sunt.

Caue autem credas ad genuinam uariorum speciem explorandam quidquam grauius effici ea ansa quam Hercher in emendatione libri de bestiis compositi adhibendam esse luculenter exponit. Is enim in codicibus mss. Aeliani apprime uersatus quo est studio, ut scripta eius emblematum nube

1) Ibid. p. VII. 2) Vide Periz. praef. p. XXXVI et adnot. ad u. h. VI, 1. 3) Pag. 31.

aucta esse demonstret per candidum quendam lectorem, cuius interpretamenta margini adiecta postea in contextum uerborum uel ἀσυνδέτως uel καὶ siue δηλονότι particulis praefixis inculcata sint, idem genus deprauationis etiam in uaria historia odoratur. At quamuis libenter concedam, fieri potuisse, ut hoc aut illud glossema uia indicata eo irrepserit, additamentis breuitas uariae historiae non explicatur.

Ceterum uulgatae corruptio, quam ille ex Suida, Stobaeo, codicibus Aeliani comprobat, modo ad leuissimas uerborum discrepantias pertinet. Argumenti maciem, qua u. h. passim insignis est, nescio quo pacto inde repetam.

Nihilo tamen secius eam uariam historiam quam nos manibus terimus non plane intactam esse causis allatis exploratum habemus. Quaeramus autem quibus cancellis id describatur, atque ita quidem quaeramus, ut omnes librorum ueterum locos, quos quidem in eam translatos esse et omnes quos ex ea alibi legi notum sit, cum ea ipsa comparemus, id quod Hercher, cum Aeliani codices et excerptores solos huc applicaret, suae sententiae indulgens cumulate non expleuit.

Et parti quidem huius officii iam antea Athenaeo cum Aeliano collato satisfacimus. Tantum autem abest, ut illa XXVIII capita, quae hic illi debet, nobis uideantur esse truncata, ut uariis locutionibus et adeo ornamentis nonnusquam rhetoricis eo fonte uberiores sint neque ullum redoleant contractionis uestigium. Ne continuationem quidem argumentorum genuinam iniquitate temporum turbatam esse ex eo apparet quod etiam nunc eadem est atque apud illum ipsum. Item quae ibi sunt Herodoti, Platonis, Isocratis fragmenta integra euadunt. Quin immo excerpta uariae historiae Stobeiana, remotis pusillis quibusdam discrepantiunculis, quas Hercher plus iusto premit, ad uerbum cum ea consonant. Dico autem non solum u. h. II, 35 et Stob. floril. CXVIII, 23, u. h. II, 43 et Stob. floril. XCV, 10, u. h. III, 2 et Stob. floril. CVIII, 62, u. h. III, 3 et Stob. floril. CVIII, 63, sed etiam hos locos: u. h. III, 28 et Stob. floril. XXII, 33, u. h. IV, 13 et Stob. floril. XVII, 30, u. h. VIII, 15 et Stob. floril. XXI, 6. V. h. VII, 20,

etiamsi aliquot additamentis interpolatum est, tamen neque uerbis neque rebus ceteroqui dissidet a Stob. flor. XII, 20. Denique uerbotenus consentiunt u. h. IX, 18 cum c. XXIV e ms. flor. Ioan. Damasc. (Meineke IV p. 185) et u. h. II, 30 cum Eustath. in Il.  $\sigma$  p. 1149 u. 3 sqq. (1202 u. 7sqq.).

Quocirca cum notae agnoscendae sint et corruptionis et integritatis, hae multo praeualent. Neque confirmatur id quod Kuhn arbitratus est, tantum 'analecta et quaedam ruta caesa pro iusto opere' restare, 'bonumque Aelianum culpa librario- rum ita discerptum esse, ut nec caput nec pedes amplius haberet'. Simul redarguuntur qui Kuhnii opinionem secuti uulgauerunt recentiores omnes, Iacobs, Hercher, Westermann. Perizonii sententia uicit.

## 2.

Cardo autem huius disceptationis positus est in ui et notione  $\acute{\omicron}\tau\iota$  particulae capitibus uariae historiae fere octoginta inde a III, 13 praefixae, quam uiri litterati pro grauissimo epitomes indicio et habent et habuerunt. Refellatur tandem hic error per saecula repetitus et inueteratus. Nimirum ego non hoc consilium suscipio, ut epitomatorum malam operam ea uocula significari omnino negem. Verum initium sumamus quaerendi qui sit epitomator. Nempe homo argumenti cupidus, qui uerba inter transcribendum coartet et interdum in deterius uertat, denique res superuacaneas omittat. Tali uero homini illud  $\acute{\omicron}\tau\iota$  uariorum neutiquam imputari debet. Nam primum quidem deprehenditur in initiis narrationum quas integras esse Athenaeo comparato elucet (u. h. III, 13, IX, 3, 12), et capitum copiosorum (XIV, 22, 48); tum praepositum est argumentis quibus Aelianus sui mentionem suumque iudicium inserit (XII, 17, 48, XIV, 4, 47). Contra  $\acute{\omicron}\tau\iota$  particula ineuntibus locis quos uitiatos esse constat, quamquam, si criterium esset deprauationis, ibi requireretur, interdum deest (cf. u. h. IX, 33 cum Stob. flor. LXXIX, 39 — u. h. X, 5 cum Stob. flor. XL, 24 — u. h. XII, 2 cum u. h. XIV, 37 — u. h. XIV, 36 et u. h. XII, 6 duce Herchero).

Deinde, si ὄτι epitomatoris esset, quoniam haec uox ante III, 13 primum occurrit, eam uariae historiae partem quae huic lemmati antecedit incolumem, quae subsecuntur mutilata esse sequeretur, iique quos impugno omnes necessitatem eius conclusionis agnouerunt, quandoquidem Ioach. Kuhn, Jacobs, Westermann inde ab hoc loco, Hercher <sup>1)</sup> autem mira quadam argumentatione usus inde a III, 3 epitomen incipere docent. Iam uero ego non tam bene oculatus sum, ut uerbi causa inter capita libri III 1—12 et 13—33 aut inter II, 1 — III, 2 et sequentia ullum discrimen orationis cognoscere possim. Quid quod etiam in ea parte quae capiti l. III 2 uel 12 succedit insunt fere XL argumenta quae minime truncata esse ex Herodoto, Xenophonte, Platone, Isocrate, Athenaeo, Stobaeo apparet, et multa alia quae per se incolumitatem clamant. Nouum quendam isti fingunt epitomatores, qui alia capita circumciderit, alia ne in angustum cogeret religiose abstinerit. Cur is, si erat, non omnes narrationes formis breuioribus indutas inuidiosa illa particula adornauit, ut ii fecerunt qui e Diodoro excerpta de legationibus, de uirtutibus uitisque composuerunt? Cur idem politissimae cuique ἐκφράσει, uelut iis quae de Atalante et de Aspasia sunt, pepercit? Mirum quam mansuetum ei inculcant ingenium.

Quoniam in promptu est, quantam offensionem istorum sententia habeat, alia sit uocabuli ὄτι significatio necesse est. Ac num forsitan placet quod Perizonius suspicari ausus est, Aelianum ipsum studio uarietatis usque eo prouectum esse, ut nitidas historiolas cum scabris dedita opera miscuerit? Immo uero alia uia non patet, nisi statuimus id quod iam Gesner ante hos 328 annos feliciter diuinavit, uariam historiam non esse opus perfectum, sed materiae collectionem futuris curis reseruatam. Debetur illud ὄτι Aeliano ipsi fontium uariae historiae epitomatori, qui eo praemisso argumenta inter legendum probata in codicillis suis adumbravit. Atque aggressus quidem hunc librum acriore fuisse uidetur formandi studio,

1) Pag. VIII edit. Paris.

quod mox defecit; et ut forte libido excerpenti et adumbrandi praeualuerat, ita ὅτι particula usus nudis rebus adscribendis continebatur; quo magis autem quaeque fabella ipsi arriserat, eo fusius eam tractare suoque iudicio augere malebat. Verum capita libri II 44, I. III 1, I. XII 1, I. XIII 1 ex suis declamationibus antea perfectis inter illa excerpta aliorum uidetur interiecisse.

Rem ita se habere te non negaturum esse puto, si libri IV caput 20 intentius legeris, ubi Aelianus, postquam de Democriti itineribus exposuit, sic pergit: ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον Φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν Λόγον. κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μαινεσθαι· ὅθεν καὶ Γελασίον αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὸν Ἰπποκράτη παρὰ τὴν πρώτην ἔντευξιν ἐπὲρ τοῦ Δημοκρίτου δόξαν λαβεῖν ὡς μαινομένου· προϊούσης δὲ αὐτοῖς τῆς συνοσίας ἐς ὑπερβολὴν θαυμάσαι τὸν ἄνδρα. λέγουσι δὲ Ἀωριέα ὄντα τὸν Ἰπποκράτη ἀλλ' οὖν τὴν Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα. Quae uerba non eam speciem prae se ferunt, ut e libro perpolito desumpta et contracta sint, sed ut potius adnotamenta esse uideantur inter legendum pugillaribus mandata. Similiter iudicandum est de u. h. IV, 1, 2; 18, 2; VII, 8, 2; XI, 9, 5 et 6; XIII, 6, 2; 16, 2; XIV, 12 (si quidem 8—20 ex omnig. hist. u. παιδιὰ excerpta sunt). Accedit quod non solum discrepantiae rerum (u. h. I, 8 et XIII, 35; VI, 1, 5 et VIII, 15), sed etiam loci gemelli per uariam historiam dispersi sunt (cf. p. 46), imprimis quod Pherecydes morbo pediculari mortuus esse bis narratur, atque id in IV, 28 et V, 2, quae capita interuallo tantummodo duorum seiuncta sunt. Neque Aelianum in opere perfecto talia relicturum fuisse credibile est.

Iam cur uariis suis finem non imposuit? Scilicet quia fato, antequam ea perficeret, abreptus est. Ergo hoc eius opus ultimum erat aut postumum et post historiam animalium exaratum est. Conuenit huc quod eadem aliquanto post sermones conuiuales Athenaei circa annum 200 editos scripta esse supra apparuit.

Restat, ut de Perizonii <sup>1)</sup> sententia huic contraria quaeram, quid habeat auctoritatis. Is enim, quod prima quindecim lemmata uariae historiae ad bestias pertinent, opponit Aelianum, si hanc post historiam animalium composuisset, in uariis suis repetiisse putandum esse res iam antea libro peculiari pertractatas, id quod ei plane displicet. Deinde 'Adde', inquit, 'correxisse eum uel reiecissee aliquando in hist. animalium, quae in uaria simpliciter uulgari sententiae congruentia tradiderat. Ita certe u. h. X, 3 catulos leonum affirmat unguibus scalpere uteros matrum, quasi ad lucem festinantes. At in hist. anim. IV, 34 narrationem, quae tradit eos (catulos) scalpere uteros, fabulam esse pronuntiat'.

Est uero satis leuis haec argumentatio et in eius arbitratu posita. Primum enim non intellegitur, cur idem Aelianus qui in uno eodemque uolumine iterationem non respuit <sup>2)</sup>, argumenta in priore libro tractata in posteriore retractare reformidauerit. Altero loco quod Perizonius altiozem quendam iudicii Aelianeum gradum et quasi progressum in historia animalium comprobare conatus est, quo tandem iure compilatori ratio et iudicium uindicantur? qui, quamquam in h. a. II, 32 et in u. h. I, 14 de cantu olororum dubitat, tamen in h. a. X, 36 et XI, 1 de eodem ut de re uera agit; qui se a causis rerum explicandis abhorreere his uerbis professus est: h. a. VIII, 28: *φύσεως δὲ ἀπόρρητα ἐλέγχειν οὐκ ἐμόν, καὶ εἰκότως, ἐπεὶ καὶ ἀλεπτρόνα δέδοικε λέων καὶ τὸν αὐτὸν βασιλίσκος καὶ μέντοι καὶ ἕν ἐλέφας· τὰς δὲ αἰτίας ὅσοι σχολὴν ἄγουσι πολλὴν ζητούντες τοῦ μὲν χρόνου καταφρονήσουσιν, οὐ μὴν ἐς τέλος ἀρίξονται τῆς σπουδῆς;* quem omnia ad delectationem reuocasse seruilemque auctorum quibus usus est fuisse sectatorem cum aliunde tum ex h. a. XII, 38 elucet, ubi postquam a sue alato agros Clazomeniorum uastatos esse rettulit, 'τοῦτο δέ', inquit, 'εἴ τῃ δοκεῖ μῦθος εἶναι, δοκείτω, ἐμὲ δ' οὖν περὶ ζῴου λεχθὲν καὶ μὴ λαθὼν οὐκ ἐλύπησεν εἰρημένον'.

1) Praef. ad u. h. p. XXXII. 2) Cf. de perdicum libidine h. a. III, 16 et IV, 1; de Glaucis amoribus h. a. I, 6 et V, 29 et VIII, 11; de simiis Indicis h. a. XVI, 10 et XVII, 39 etc.

## C.

Altera difficultas, quae uariam historiam et librum de animalibus comparantibus nobis mouenda est, in eo uersatur, quod argumenta saepius simul inter se conueniunt, simul discrepant. Quam fontium quadam communitate explicandam esse supra <sup>1)</sup> dixi, atque id duobus usus axiomatis. Nunc uero haec, quoniam et utrumque librum eiusdem Aeliani esse et uaria post librum bestiarium condita esse ostendisse mihi uideor, confirmata sunt.

*XV. De Fauorini omnigena historia denuo.*

Ad cognitionem omnigenae historiae ceteroqui paene oblitteratae iam noua lux allata est. Nam cum Gellius eam tam obiter quam inuidiose adumbrauerit, pauca frustra Diogenes de philosophis, Stephanus de chorographia exhibeat, ex Aeliani uariis eius species fere ut ex epitome effulget. Iam nobis hoc amplo fundamento nixis occasio prosperrima datur de indole eius disserendi. Et primum quidem comprobatum est illud, quod paucis adminiculis initio <sup>2)</sup> defendi, in litteras eam digestam fuisse. Ac non tantum aequalitate quadam argumenti notabilis erat, neque solum ad quaestiones Homericas, ad inuenta, ad nominum deriuationes, ad terras describendas pertinebat, sed permulta et diuersa exempla habebat coagmentata et in uno conspectu posita, tamquam opulentum quoddam doctrinae uersicoloris receptaculum, quo si quis celeriter de re qualibet certior fieri uolebat uteretur. Neque multum a uero abesse mihi uidear, si eam cum libris quos primus Brockhaus bibliopola 'Conuersationslexica' nuncupauit contendam. Pertinebat autem imprimis ad quaestiones 'aetiologicas', neque id solum sub uoce *πρωϊτος*, sed passim. Praeterea redundabat coaceruatis scriptorum testimoniis, de qua re cf. cap. XVII.

Ceterum uia et ratione Fauorinus fontes suos in usum omnigenae historiae discerpisse uidetur, si quidem ea quae in Pseudocallisth. I, 13 et u. h. XII, 16, 26 inde seruata sunt

1) Pag. 30.    2) Pag. 51 sqq.



ex una eademque Alexandri historia deinceps apparet hausta esse. Porro hic 'liber grandi uolumine' erat 'elaboratus ex multis et uariis et remotis lectionibus', id est ut scimus e commentariis Pamphilae, ut Nietzsche suspicatur ex Philostephani opere *περὶ ἐρρημάτων* composito, praeterea fortasse ex Pamphilo aliisque asseclis Didymi. Quamquam Aelianus, ut Athenaei, ita huius operis indices in transcribendo contraxit et lacerauit.

Nunc uero non parui momenti est cognoscere, quae ratio inter omnigenam historiam et ceteros libros Fauorini interfuerit. Ac primo loco animo obicitur, quod eadem argumenta, quae in commentariis, in hac quoque deprehenduntur:

Di. La. VIII, 12:

καθάπερ ὁ αὐτὸς Φαβωρί-  
νος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς  
ἱστορίας φησίν; cf. VIII, 47.

Di. La. VIII, 1, 14 de Pythago-  
ra: Πρωτόν τέ φασι τοῦτον  
ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον  
ἀνάγκης ἀμείβουσιν ἄλλοτ' ἄλ-  
λοις ἐνδεῖσθαι ζῴοις· καὶ πρω-  
τον εἰς τοὺς Ἕλληνας μέτρα καὶ  
σταθμὰ εἰσηγήσασθαι, καθά  
φησιν Ἀριστόξενος ὁ μουσι-  
κός· πρωτόν δ' Ἔσπερον καὶ  
Φωσφόρον τὸν αὐτὸν εἰπεῖν,  
οἱ δὲ φασι Παρμενίδην. Qui  
locus Fauorino debetur et

Di. La. VIII, 12: *λέγεται καὶ  
πρωτός (Πυθαγόρας) κρέασιν  
ἀσκήσαι ἀθλητάς, καὶ πρω-  
τόν γ' Εὐρυμένην, καθά φησι  
Φαβωρίνος ἐν τρίτῳ τῶν  
ἀπομνημονευμάτων, τῶν  
πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυ-  
ροῖς ὑγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς  
σωμασκούντων αὐτούς,*

Di. La. IX, 3, 23 de Parmenide:  
*Καὶ δοκεῖ πρωτός πεφωρακέ-  
ναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἔσπερον  
καὶ Φωσφόρον, ὡς φησι Φα-  
βωρίνος ἐν πέμπτῳ τῶν  
ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ  
Πυθαγόραν. Καλλιμάχος δὲ  
φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα.*

propterea quod de inuentis est et propter Di. La. IX, 23; atque omnigenae quidem historiae ob aequalitatem.

De inuentis ad omnig. hist. a Diogene diserte reuocatis uide p. 52 sq.

Ex omnigena historia Di. La. VI, 73 affert tragoedias quae Diogenis Cynici ferrentur ab ipso neque a Philisco aut Pasiphonte compositas esse; idem III, 57 Platonem in republica conscribenda Protagorae libros compilasse; idem IX, 34 Anaxagoram quas de sole et luna proferret sententias a prisco quodam auctore furatum esse.

Pollim Lacedaemonium iussu Dionysii tyranni Platonem uendidisse in omnig. hist. exstabat (III, 19).

Ibidem Polycratem sophistam inter Socratis accusatores fuisse (II, 38).

Fauor. omnig. hist. s. u. *ταπεινότης* apud Aelian. u. h. XII, 43: *Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας τῆς Τιμοθέου καὶ Κόνωνος.*

Di. La. III, 48: *Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήωνα τὸν Ἐλεάτην· Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξάμενόν Στυρέα ἢ Τήιον, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονεύμασι.*

In commentariis de libris subditiciis expositum fuisse sequitur ex II, 39 et III, 62.

Eandem rem Fauorinus in commentariis tractauit (III, 20).

Non genuinam esse Polycratidis quae ferebatur orationem in Socratem conscriptam Fauorinus in commentariis dixit (II, 39).

Di. La. V, 75 sq.: *(Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς) προσόδοις καὶ κατασκευαῖς ἠϋξῆσε τὴν πόλιν, καίπερ οὐκ εὐγενὴς ὤν. ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας,*

Fauorin. omn. hist. s. u. *τροφῆ* apud Aelian. u. h. XII, 32: Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντινὸς ἀλουργεῖ ἐχρήσατο καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς.

ὡς Φαβωρίνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησίν.

Di. La. VIII, 73 de Empedocle: Ἔτι τε πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσει διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον· διὸ δὴ πορφύραν τ' ἀναλαβεῖν αὐτὸν καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ· ἔτι τ' ἐμβάδας χαλκῆς καὶ στέμμα Δελφικόν.

Similia efficiuntur ex locis uariae historiae duplicibus, qui quidem ad corruptionem codicum non reuocandi sint:

Fauor. omnig. hist. s. u. *παλίγκτος* apud Ael. u. h. XIII, 24: Καὶ Περικλῆς ἔγραψε μὴ εἶναι Ἀθηναῖον ὃς μὴ ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν. εἶτα ἀποβαλὼν τοὺς γνησίους παῖδας ἐπὶ τῷ νόθῳ Περικλεῖ κατελέλειπτο· δῆλα δὲ ὅτι καὶ Περικλῆς ἐβούλετο μὲν ἕτερα, ἔτυχε δὲ ἐτέρων.

Ael. u. h. VI, 10: Περικλῆς στρατηγῶν Ἀθηναίοις νόμον ἔγραψεν, εἰ μὴ τύχη τις ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχων ἀστῶν, τούτῳ μὴ μετεῖναι τῆς πολιτείας. μετῆλθε δὲ ἄρα αὐτὸν ἢ ἐκ τοῦ νόμου νέμεσις. οἱ γὰρ δύο παῖδες, οἵπερ οὖν ἦσθην αὐτῷ, Πάραλός τε καὶ Ξάνθιππος, ἀλλὰ οὗτοι μὲν κατὰ τὴν νόσον τὴν δημοσίαν ἀπέθανον, κατελείφθη δὲ ὁ Περικλῆς ἐπὶ τοῖς νόθοις, οἵπερ οὖν οὐ μετέσχον τῆς πολιτείας κατὰ τὸν πατρῶον νόμον (caput per se positum).

Eadem ratio est inter Fauor. omnig. hist. u. *παράδοξος* apud Ael. u. h. IX, 39 et u. h. II, 14 — omn. hist. u. *τέρατα* apud Ael. u. h. XII, 45 et u. h. X, 21 — omn. hist. u. *παιδιά* apud Ael. u. h. XIV, 8, 2 et u. h. II, 6.

Iam quoniam omnigenam historiam quattuor narratiunculas communes habere uidimus cum ea uariorum parte quam supra ad commentarios Fauorini Pamphilaeque potissimum rettulimus, iidem commentarii, si minus utrique, at certe alteriutri cum illo lexico Fauorini et ipso uidentur argumento fuisse coniuncti.

Quodsi Fauorinus nonnumquam easdem res tractauit et in omnigena historia et in miscellaneis solute indigesteque conscriptis, in illa curam adhibens his uidetur usus esse. Tum quod u. h. II, 34—36 et III, 9, 10, 12, quae argumenta libris Fauorini de senectute et de arte amandi Socratica inscriptis deinceps respondent, non ab iis ipsis, sed ab omnigena historia, ut credo<sup>1)</sup>, petita sunt, ad hanc suspicionem deducimur, Fauorinum quae antea scriptis singularibus exposuisset senescentem generatim comprehendisse in omnigena historia. Hanc post commentarios confectam esse ex eo colligi licet, quod Gellius, cum commentariis praeceptoris iam in prioribus libris usus sit<sup>2)</sup>, de ea demum n. A. XIV, 6 tamquam de libro antea non cognito agit, idemque eam commemorat in praefatione, quam idcirco quod liberos suos ibi inducit ut discendi capaces ante annos 150—155 scribere non potuit<sup>3)</sup>. Quo temporis spatio Fauorinus aetate confectus erat. Nam natus est minimum decem annis ante Herodem Atticum<sup>4)</sup>, i. e. ante annum 101<sup>5)</sup>. Accedit quod compendia post libros peculiare a doctis componi solent. Ac ne illud quidem, quod dixi, commentationis *περὶ γήρωσ* inscriptae in omnigena historia quaedam frustra exstitisse, huc male quadrat.

Iam si uerum est a sene Fauorino farraginem illius lexi conflatae esse, fieri omnino non potuit, quin is, antequam alios fontes adiret, suas potius quas ipse passim disperserat doctrinae copias in eam inferret.

## XVI. De omnigena historia Athenaei fonte.

### A.

Atque ut qui post Chr. n. fuerunt lexicographi et scholiastae ad Didymum uel ad Pausaniam Aeliumque Dionysium aut ipsos aut aliis auctoribus interpositis recedere solent, ita

1) Vide p. 71. 2) Pag. 60 sqq. 3) Si quidem ipse circa annos 120—125 natus est. 4) Philostr. uit. soph. I, 8 de Fauorino: *ἐπιτηδειότατος μὲν οὖν Ἡρώδῃ τῷ σοφιστῇ ἐγένετο διδάσκαλόν τε ἡγουμένῳ καὶ πατέρα καὶ πρὸς αὐτὸν γράφοντι 'πότε σε ἴδω καὶ πότε σου περιλείξω τὸ στόμα'.* 5) Pauly's Realenc. I, 2<sup>2</sup> p. 2096.

ex omnigena historia Fauorini haud pauca florilegia quasi ex uno nodo ac coitu litterarum profecta sunt.

Etenim, ut ab Athenaeo initium capiam, tandem uerus eius et genuinus fons detectus est: sunt *δειπνοσοφισταί*, si summam spectas, excerpta lexicī Fauoriniani in formam sermonum conuiuialium redacta.

Nonne enim eadem aequalitas argumenti utrique operi propria est? Nonne illi indices piscium, poculorum, ciborum, nonne cumulata illa praestigiatorum, ganeonum, potiātorum, hominum gracilium, artificum exempla, in quibus Athenaeus sibi placuit, rationem qua illum in omnigena historia scribenda grassatum esse uidimus quasi acu tangunt? Et quod Aelianus, qui Athenaeum non modo exhausisse, sed etiam fontium quādam communitate cum eo coniunctus esse<sup>1)</sup> repertus est, ex Fauorino pendet, nonne id ipsum in Athenaeum cadere uidetur?

*B. Verum adsunt certiora indicia.*

1.

De Fauorini studiis grammaticis<sup>2)</sup> satis constat per Gellium, qui eum disputantem facit de Iapyge aliisque uentis (n. A. II, 22), de significatione peni uocabuli (IV, 1), de discrimine manubiarum et praedae (XIII, 25), de uoce *δημηγορία* in Latinum sermonem uertenda (XVIII, 7), de inopia uocum colores experimentium linguae Latinae propria (II, 26), de notione uerborum ab etymis repetenda (I, 18), de elegantia, qua Q. Quadrigarius pugnam Manlii Torquati cum homine Gallo descripsit (IX, 13), quibus proprietatibus oratio Lysiae a Platonica abhorruerit (II, 5), de differentia Pindari et Vergilii in describenda flagrantia montis Aetnae (XVII, 10), de locis quibusdam interpretandis Euripidis (I, 15, 17) et Sallustii (III, 1), de lectione quadam Vergilii confirmanda (I, 21, cf. IV, 1, 15), de uersu quodam Plautino (III, 3, 6). Idem Fauorinus apud Gellium IV, 1, 4 sqq. hominem nugis grammaticis iactatum perstringens 'Amabo', inquit, 'magister, quidquid est nomen tibi,

1) Vide p. 18.    2) Marres p. 24—41.

abunde multa docuisti, quae quidem ignorabamus et scire haud sane postulabamus. Quid enim refert mea eiusque, quicum loquor, quo genere 'penum' dicam, aut in quas extremas litteras declinem, si nemo id non nimis barbare fecerit? Sed hoc plane indigeo addiscere, quid sit 'penus' et quo sensu id uocabulum dicatur, ne rem cotidiani usus, tamquam qui in uenalibus Latine loqui coeptant, alia, quam oportet, uoce appellem'. Patet igitur eum non ex iis grammaticis fuisse, qui, ut cum Herodico Babylonio loquar, τὸ σφῖν καὶ τὸ σφῶν καὶ τὸ μὶν ἰδὲ τὸ νῖν anxie et scrupulose agitabant, sed in sententiis potius uersatum esse difficilioribus illis intellectu.

Nec non in quaestiones Homericas incubuit. Nam apud Gellium (III, 16) disserens de Odysse. XI, 248 sqq., ubi Neptunus ad uirginem nuper a se compressam haec dicit: χαῖρε, γύναι, φιλότῃτι· περιπλομένον δ' ἐνιαυτοῦ τέξαι ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ ἀθανάτων, in eo elaborat, ut expromat, quo iure uerba περιπλομένου ἐνιαυτοῦ de decem mensibus quos feminae grauidae esse solent a poeta dicta sint <sup>1)</sup>, idemque (n. A. II, 26, 20) Frontonem adulans uersu Iliadis I. XXIII 382 compellat. Quin immo librum περὶ τῆς Ὀμήρου φιλοσοφίας auctore Suida confecit. Et seiscitantibus nobis, ad quod genus argumenti is spectauerit, hoc fragmento ansa idonea praebeatur: Di. La. II, 11: δοκεῖ πρῶτος (Ἀναξαγόρας), καθά φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τὴν Ὀμήρου ποιῆσιν ἀποφῆρασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης· ἐπὶ πλέον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητροδώρον τὸν Λαμψακηρὸν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ, ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν πραγματείαν. Iam Fauorinus id quod in Anaxagorae et Metrodori studiis Homericis laudauit ipse in suo scripto de Homeri philosophia omisisse putari nequit; id est, semina et quasi igniculos uirtutum rationesque quasdam physicas a poeta inibi repetiit. Si autem ualet id quod proxime exsecutus esse mihi uideor, libros Fauorini ipsius ad omnigenam historiam

1) Cf. de hoc putido genere disserendi Lehrs., de Arist. stud. Hom.<sup>2</sup> p. 213 sq.

construendam adhibitos esse, exspectandum est, ut eadem, quae in illis commentationibus Homericis, in hac quoque infuerint. At quid multa? Abundabat omnigena historia eiusmodi quaestionibus adeo, ut ob has potissimum Gellius XIV, 6 eam insulsitatis argueret.

Iam uero ad hanc lexici Fauoriniani imaginem et Gellii testimonio et cogitatione mea effectam proxime accedunt Athenaei l. I capita 15—23, ubi multa exempla frugalitatis Homericæ habentur. Neque temporis ratio obstat, si quidem Apio et Iuba, Tiberii Caesaris aequales, in l. I cc. 26 et 29 laudantur. Quid quod frustula omnigenae historiae in hac parte *δειπνοσοφιστιῶν* reperiuntur. Quod enim Fauorinus in ea narravit (Di. La. V, 9), Aristotelem Athenis fugientem de delatoribus dixisse *ὄρχνη ἐπ' ὄρχνη γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ*, idem uersus ex Odys. VII, 120 et 121 contaminatus affertur partim in Ath. I p. 9 e et totus p. 24 f. — Porro in p. 10 a, Nestore ad Machaonis uulnera sananda uinum adhibuisse tradito, explicandi gratia haec subsecuntur: *καὶ τοῦτον Πράμνειον ὃν ἴδμεν παχὺν καὶ πολύτροφον*. Iam exstant in Fauor. omn. hist. s. u. *τροφή* apud Ael. u. h. XII, 31 uerba: *Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, ἰερός δὲ ἦν ἄρα οὗτος τῆς Δήμητρος*.

## 2.

Steph. Byz.

s. u.: *Χελιδόνιοι ἔθνος Ἰλλυρικόν — εἰσὶ καὶ Χελιδονίαί πετραί, ὧν πολλάκις ἐμνήσθημεν. δύο δὲ εἰσι κεκλημένα ἢ μὲν Κορύδελα ἢ δὲ Μελανίπεια, ὡς Φαβωρίνος ἐν τοῖς παντοδαποῖς.*

De leporibus cum agatur apud Athenaeum inde a l. IX capite 61, in c. 63 p. 401 a haec exstant:

*Καλοῦνται δὲ τινες καὶ Χελιδονίαί λαγωοί. μνημονεύει δὲ αὐτῶν Δίφιλος ἢ Καλλιάδης ἐν Ἄγνοίᾳ οὕτως·*

*τί τοῦτο; ποδαπὸς οὗτος; B. Χελιδόνειος ὁ δασύπους, γλυκεῖα δ' ἢ μίμαρκος.*

(Fici Chelidoniae memorantur in III p. 75 c et XIV p. 652 d e.)

S. u.: Βισαλία πόλις καὶ χώρα Μακεδόνων, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἡλίου καὶ Γῆς. περὶ ταύτην οἱ λαγοὶ σχεδὸν πάντες ἀλίσκονται δύο ἥπατα ἔχοντες, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Φαβωρίνος.

Θεόπομπος δ' ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τὴν Βισαλίαν φησὶ λαγῶνς γίνεσθαι δύο ἥπατα ἔχοντας.

Suis Calydonii mentionem faciunt Athenaeus IX p. 401 b et Stephanus s. u. *Κρεμμυῶν*, hic Fauorinum antestans. Accedit quod Athenaei libros VII, VIII, IX ex lexico quodam fluxisse uel per se apparet; habent enim etiam nunc uoces primarias, in quibus explicandis sequentia uersantur, a fronte capitum seorsus appositas, uelut liber nonus has: *ΟΡΝΕΙΣ, ΔΕΛΦΑΞ, ΧΗΝ, ΑΤΤΑΓΑΣ, ΠΟΡΦΥΡΙΩΝ, ΠΟΡΦΥΡΙΣ, ΠΕΡΑΙΞ, ΟΡΤΥΓΕΣ, ΦΑΣΣΑΙ, ΝΗΤΤΑΙ, ΓΑΛΛΑΘΗΝΩΝ, ΤΑΩΣ, ΣΥΣ, ΨΥΑΙ*.

Iam ut ex ungue leo cognosci potest, ita Athenaeus, si hanc unam de leporibus Bisalticis fabellam ex omnigena historia Fauorini mutuatus est, ubicumque animalia per genera tractat, ex ea pendet, id est non modo in libri noni cc. 61—63, sed etiam in libris VII, VIII, IX, utpote qui communis originis sint. Si igitur haec omnis pars *δειπνοσοφιστῶν* deprompta est ex lemmate illius lexicī *ζῳα* inscripti, in eo lemmate ipso etiam de singulis bestiis secundum ordinem litterarum disputatum fuisse ex Athenaeo licet concludi.

## 3.

Athenaeus postquam inde ab initio libri undecimi usque ad caput 110 dissertationem de poculorum generibus non magis doctam quam ieiunam praebuit, extremis capitibus 112—120 Platonis discipulorumque eius inuidiam multis exemplis prosequitur, his uerbis exorsus: *εἰς ταῦτά τις ἀποβλέπων τὰ τοῦ καλοῦ Ξενοφῶντος ἐπιγινώσκειν δυνήσεται ἢν εἶχε πρὸς αὐτὸν ὁ λαμπρότατος Πλάτων ζηλοτυπίαν. ἢ τάχα φιλονείκως εἶχον ἀρχῆθεν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ ἄνδρες οὗτοι, αἰσθόμενοι τῆς ἰδίας ἐκάτερος ἀρετῆς, καὶ ἴσως καὶ περὶ πρωτείων διεφέροντο*. Utrumque enim dicit symposia



diuersum in modum composuisse, Platonem autem in libro de anima confecto de Xenophonte consulto reticere; eundem in legum tertio dicere Cyrum, quamquam bonus dux esset, bonae institutionis expertem fuisse; quo iudicio Xenophontis *Κύρου παιδείαν* perstringi. Tum fusius exponitur, quam odiosa obtreptatione Plato fuerit in Homerum aliosque poetas, in Thrasymachum Chalcedonium, Hippiam, Gorgiam, Parmenidem, in Phanosthenem Andrium, Apollodorum Cyzicenum, Heraclidem Clazomenium, in Themistoclem, Periclem, Cimonem, alios. Interiectoque iniquo de republica et de legibus Platonicis iudicio (c. 117) transit ad inuidiam et superbiam Euphraei, Callippi, Euagonis, Timolai, Chaeronis, discipulorum Platonis. Denique sub finem (p. 509 a) haec leguntur: *τοιούτοι δ' εἰσὶ καὶ νῦν τῶν Ἀκαδημιακῶν τινες, ἀνοσίως καὶ ἀδόξως βιοῦντες. χρημάτων γὰρ ἔξ ἀσεβείας καὶ παρὰ φύσιν κυριεύσαντες διὰ γοητείαν νῦν εἰσι περιβλεπτοί.* Qui haec omnia composuit — neque de Athenaeo ipso ullo modo cogitandum est —, uir fuit in dialogis eius philosophi summopere uersatus, si quidem l. l. Athenaei prouocatur ad leges, rempublicam, Ionem, Menonem, Euthydemum, conuiuium, Cimonem, Gorgiam, Timaeum, Menexenum; idem uidetur Academiae rediuiuae addictus fuisse; idem eo consilio scripta Platonis peruestigauit, ut exempla *ζηλοτυπίας* inde petita in unum locum congereret.

Iam uero ad uocem omnigenae historiae *ζηλοτυπίας* meminere, quaeso, nobis supra reuocandum fuisse Ael. u. h. XII caput 16, quod sic incipit: *λέγεται Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ζηλοτυπώτατα πρὸς τοὺς ἑταίρους διατεθῆναι*, et ubi rex ob inuidiam in Perdiccam, Lysimachum, Seleucum, Antigonum, Antipatrum, Ptolemaeum, Tarrhium, Pithonem carpitur. Videmus igitur utrobique eiusdem rei exempla uia et ratione excerpta ex diuersis fontibus, altera ex Platone, altera ex libro quodam de rebus Alexandri composito. En, denuo ex uerbis Athenaei prospicit facies Fauorini, Academici illius et lexicographi. Hauserunt sua et Aelianus et Athenaeus ex lemmate omnigenae historiae uoce *ζηλοτυπία* notato.

Quod iudicium ferenti mihi haec conspicua utriusque scriptoris conuenientia praesidio est:

Di. La. III, 48: *Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήωνα τὸν Ἐλεάτην· Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήιον, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονεύμασι* (uerba commentationis de Platone a Diogene scriptae). Ad argumentum autem omnigenae historiae enucleandum commentariorum fragmentis uis probandi inest<sup>1)</sup>.

Ath. XI c. 112 p. 505 bc: *Πρὸ γὰρ αὐτοῦ (Πλάτωνος) τοῦθ' εὔρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήιος Ἀλεξαμενός, ὡς Νικίας ὁ Νιζαεὺς ἱστορεῖ καὶ Σωτίων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ποιητῶν οὕτως γράφει 'οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τήιου τοὺς προτέρους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων'. ἀντικρὺς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραμέναι τὸν Ἀλεξαμενόν.*

Sed audiamus praeterea Gellium XIV, 3: 'Qui de Xenophontis Platonisque uita et moribus pleraque omnia exquisitissime<sup>2)</sup> scripsere, non afuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putauerunt et eius rei argumenta quaedam coniectaria ex eorum scriptis protulerunt. Quod neque a Platone in tot numero libris mentio umquam facta sit Xenophontis neque item contra ab eo in suis libris Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis sectatorum in sermonibus quos scripsit commemorerit. Id etiam non sinceræ neque amicae uoluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonis, quod 'de optimo statu reipublicae administrandae' scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in uolgu exierunt, opposuit contra conscripsitque diuersum regiae administrationis genus quod *παιδείας Κύρου* inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque permotum esse Platonem ferunt, ut quodam

1) Vide p. 105 sqq.

2) Cf. Gell. X, 12, 9.

in libro mentione Cyri regis habita retractandi leuandique eius operis gratia uirum quidem Cyrum nauum et strenuum fuisse dixerit, *παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἤγθαι τὸ παράπαν* (uid. legum III p. 694 C) etc. Extremo capite, ut Plato et Xenophon malevolentiae crimine purgentur, haec subiuncta sunt: 'aequiparatio ipsa plerumque et parilitas uirtutum inter se consimilium, etiamsi contentionis studium et uoluntas abest, speciem tamen aemulationis creat' etc.

Optime haec uerba Gellii a Maassio <sup>1)</sup> ad Fauorinum referuntur uirum 'memoriarum ueterum exsequentissimum'. Quae quantopere conueniant ad initium loci quem ex Athenaeo supra attuli in aperto est. Neque uero ex omnigena historia hausta sunt, sed ex alio quodam uolumine Fauorini, ut uidetur e commentariis. Iam fides adiuncta est illis quae dixi eum certa ratione fontibus suis esse usum et in lexico suo repetiisse quae antea per alia scripta disperserat. Scilicet ex hoc fluxerunt quae Athenaeus de illa contentione philosophorum affert.

Atqui philosophum, inquires, Platonicum quo tandem iure putas in principem et ducem suae sectae conuiciis saeuiisse? Sed non est, quod in ea re haereamus. Nam Fauorinus quamquam uel potius propterea quod quartam, quam dicunt, Academiam professus est, uir erat sui iudicii <sup>2)</sup>, ac si eum, ut ad rationem Peripateticorum uergebat <sup>3)</sup> et iucundissimam quamque doctrinam arbitrio suo uidetur amplexus esse <sup>4)</sup>, ita uituperasse credimus quae in Platone ipsi displicuissent, num rem animo fingimus ab eius ingenio alienam? Ceterum Athenaei capita, quae in medio sunt, non tam ad odium Platonis uidentur reuocanda esse quam ad studium quoddam uitia generis humani praeclaris exemplis confirmandi.

Verum quod fabulosam Alexandri historiam per species discerptam in lexicon Fauorini intextam fuisse nobis erat statuendum <sup>5)</sup>, si legimus Ath. l. XII caput 55, ubi de luxuria singulorum deinceps Alexandri legatorum agitur, nonne hac enumeratione rursus de indole omnigenae historiae commonemur?

1) L. l. p. 77 sqq. 2) Gell. XX, 1, 9. 3) Plut. quaestt. conu. VIII, 10, 2. 4) Marres p. 55 sqq. 5) Pagg. 54 sqq. et 75 sq.

Philosophum Fauorinum in octauo libro Athenaei haec quoque historiola comprobatur: p. 354 e: *οὐκ ἀχαρίτως δὲ καὶ Σφραῖρον, τὸν συσκολάσαντα μὲν Χρυσίππῳ παρὰ Κλεάνθει, μετὰπεμπτον δὲ γινόμενον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου, κηρίων ποτὲ ἐν τῷ δείπνῳ παρατεθεισῶν ὀρνίθων, ἐκτείναντα τὰς χεῖρας ἐπισχεθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὡς ψεύδει συγκατατιθέμενον. τὸν δ' εὐστόχως ἀποφῆρασθαι εἰκόνα οὗ τούτῳ συγκατατίθεσθαι, ὅτι εἰσὶν ὄρνεις, ἀλλ' ὅτι εὐλογόν ἐστι ταύτας ὄρνεις εἶναι. διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου· τὴν μὲν γὰρ ἀδιάφυστον εἶναι, τὸ δ' εὐλογὸν ἄλλως ἀποβαίνειν. Versatur in discrimine sententiarum de facultate comprehendendi. Pyrrhonei enim et de iis qui a parte quartae, quam dicunt, Academiae stabant longe plurimi menti, quippe quae neque per se quidquam praestare posset et omnia externis atque aduenticiis uisionibus deberet, facultatem ueri indagandi omnino abiudicabant. Contra Stoici commune iudicium hominum secuti ea quae sensibus percepta erant pro ueritatis habebant criterio. Fauorinus uero in hac prouincia philosophiae fere sola et tamquam sua elaborauit. Nam libri eius philosophici, qui quidem noti sunt, ad unum omnes, et *Πυρρωνείων τρόπων λόγοι* 1) et *Πλούταρχος ἢ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως*, et *πρὸς Ἐπίκτητον*, et *Ἀλκιβιάδης*, et *πρὸς Ἀδριανόν*, et *πρὸς Δρύσωνα*, et *πρὸς Ἀρίσταρχον* ad *κατάληψιν* pertinebant 2). Atque ad eam contemptionem iudicii sensuum processit, ut ne solem quidem comprehensibilem esse contenderet 3). Quamquam idem non ubique sibi constitit; in Plutarcho saltem esse aliquid quod liquido cognosci posset uidetur concessisse 4). Quid uero? Nonne illud Athenaei ad hanc Fauorini dubitationem iocose illustrandam mirum quantum conuenit? Accedit quod ipsam illam *καταληπτικὴν φαντασίαν* in scriptis Fauorini usitatissimam iisque paene propriam fuisse Galenus testis est, in libri cui nomen est *περὶ ἀρίστης διδασκαλίας**

1) Gell. XI, 5, 5. Philostr. uit. soph. I, 8 (p. 208). Di. La. IX, 87.

2) Gal. *περὶ ἀριστ. διδασκ.* p. 131. 3) Ibid. p. 131 init. et 138, 17.

4) Ibid. p. 131, 18.

p. 131, 26 his usus uerbis: καὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον, νῆ τοὺς θεούς, ὅπως ὁ Φαβωρίνος εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν φωνὴν εἰωθῶς μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων οὐ παύεται λέγων οὔτε τὸ καταληπτόν, οὔτε τὴν κατάληψιν, οὔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις ἀντικείμενα, οἷον στερητικῶς λεγόμενα ἀκαταληπτόν φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτήν.

Neque ego, cum Plutarchus huc non faciat, inter Academicos recentiores noui ullum auctorem cuius scriptis illae facetiae Sphaeri philosophi et Ptolemaei regis uindicari possint praeter Fauorinum.

Denique Diogenes, Fauorini excerptor, VII, 177 eandem prorsus narratiunculam exhibet.

4.

Di. La. VIII, 53: Athen. I p. 3c: Καὶ ἐπὶ τὰς ἐστιάσεις δὲ παρακαλῶν (sc. Larensius), πατριδα, φησί (sc. Athenaeus), τὴν Ῥώμην πᾶσιν ἀποφαίνει. τίς γὰρ τὰ οἴκοι ποθεῖ τούτῳ ξυνῶν ἀναπεπταμένην ἔχοντι τοῖς φίλοις τὴν οἰκίαν; κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν Ἀπολλόδωρον, εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσὶν φίλου, ἔστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντα τὰς θύρας. ὁ θυρωρὸς ἰλαρὸς πρῶτόν ἐστιν, ἢ κέων ἔσηγε καὶ προσῆλθ', ὑπαντήσας δέ τις δίφρον εὐθέως ἔθηκε, καὶ μηδεὶς λέγει μηδέν.

τοιούτους ἔδει καὶ τοὺς λοιποὺς εἶναι πλείους· ὡς τοῖς γε μὴ τοῦτο ποιοῦσιν ἔρει τις 'τί μικρολογεῖς; πλείαι τοι οἶνον κλισίαι. δαίνου δαῖτα γέρονσι θάλειαν· ἔοικέ τοι'.

τοιούτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, ἑκατόμβην τῶ ὄντι θύσας καὶ οὐ ψευδωνύμως, πάντας Ἀθηναίους εἰστία-

Σάτυρος δ' ἐν τοῖς βίοις φησὶν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαιέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαιέτου· ἐπὶ τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ, ἢ, ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ, δρόμῳ. ἐγὼ δ' εὖρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φαβωρίνου, ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεοῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων.

Haec uerba ex Athenaeo adscripta, remotis iis quae ab eo ipso praefationis loco adiecta sunt — neque difficile est ea internoscere —, ad uocem omnigenae historiae ἐστίασις uidentur reuocanda esse.

5.

Di. La. VIII, 63: Ath. XIV c. 12 p. 620 a: Οὐκ ἀπελίποντο δὲ ἡμῶν τῶν συμποσίων οὐδὲ ῥαψωδοί. ἔχαιρε γὰρ τοῖς Ὀμήρου ὁ Λαρήνσιος . . . ὅτι δ' ἐκαλοῦντο οἱ ῥαψωδοὶ καὶ δημηρισταὶ Ἀριστοκλῆς εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ χορῶν. τοὺς δὲ νῦν δημηριστὰς ὀνομαζομένους πρῶτος εἰς τὰ θεάτρα παρήγαγε Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελωδηθῆναι φησιν οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου

σεν. Ἀλκιβιάδης δὲ Ὀλύμπια νικήσας ἄρματι πρῶτος καὶ δευτέρως καὶ τέταρτος, εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, θύσας Ὀλυμπίῳ Διὶ τὴν πανήγυρον πᾶσαν εἰστίασε. τὸ αὐτὸ ἐποίησε καὶ Λεώφρων Ὀλυμπίασιν, ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου. Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀκραγαντίνος ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἄρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. ὁ δὲ Χίος Ἴων τραγωδίαν νικήσας Ἀθηνησιν ἐκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χίον κεράμιον.

ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρον καὶ Φωκυλίδου. Κλέαρχος δ' ἐν τῷ προτέρῳ περὶ γρίφων τὰ Ἀρχιλόχου (φησὶν) ὁ Σιμωνίδης ὁ Ζακύνθιος ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου καθήμενος ἐρραψώδει'. Λανθία δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ λαμβοποιῶν Μνασίωνα τὸν ῥαψωδὸν λέγει ἐν ταῖς δειξέσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι. τοὺς δ' Ἐμπεδοκλέους καθαρμούς ἐρραψώδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψωδός, ὡς φησὶ Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ. Ἰάσων δ' ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι Ἡγησίαν τὸν κωμῶδον τὰ Ἡσιόδου, Ἐρμόφαντον δὲ τὰ Ὀμήρου.

De Empedocle: Αἰτούτους δὲ τούτους τοὺς καθαρμούς ἐν Ὀλυμπίᾳ διαρραψώδησαι λέγεται Κλεομένην τὸν ῥαψωδόν, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονεύμασι.

Habemus apud Athenaeum eum omnigenae historiae indicem ut uidetur fere integrum, qui sub uoce ῥαψωδοὶ exstitit.

## 6.

Di. La. V, 5: Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκτην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, ὡς φησὶ Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, ἐπειδὴ περὶ τὸν ὕμνον εἰς τὸν προει-

Athen. XV c. 51 p. 696 a: Τούτων λεχθέντων ὁ Δημόκριτος ἔφη, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ πολυμαθεστάτου γραφὴν Ἀριστοτέλους εἰς Ἐρμίαν τὸν Ἀταρνέα οὐ παιάν ἐστιν, ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπενεργάμενος Δημόφιλος, εἰς αἰδῶ τε παρασκευασθεὶς ὑπ' Εὐρυμέδοντος (i. e. interprete Schweighaeusero: 'qui honoris causa ab Eurymedonte accusator subornatus est'), ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ἄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις ὁσημέραι εἰς τὸν

ρημένον Ἑρμείαν  
ἐποίησεν.

§ 6: ὁ δὲ ὕμνος ἔχει  
τοῦτον τὸν τρόπον·

§ 7: Sequitur car-  
men ab Aristotele  
in honorem Her-  
meae compositum.

Tum (§ 8) Diogenes  
ipsius epigrammate de  
Aristotele interiecto sic  
pergit (§ 9): τοῦτον  
πρῶτον Φαβωρίνος  
ἐν παντοδαπῇ ἱστο-  
ρίᾳ λόγον δικανικὸν  
ἐπὲρ ἑαυτοῦ συγγρά-  
ψαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ  
ταύτῃ τῇ δίκῃ καὶ λέ-  
γειν ὡς Ἀθήνησιν  
ὄγκη ἐπ' ὄγκῃ γη-  
ράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ  
σύκῳ.

Ἑρμείαν παιᾶνα. ὅτι δὲ παιανος  
οὐδεμίαν ἔμφρασιν παρέχει τὸ ἄσμα,  
ἀλλὰ τῶν σχολίων ἐν τι καὶ αὐτὸ εἶδος  
ἔστιν ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως φανερόν ὕμν  
ποιήσω· subsequitur Aristotelis  
paeian siue carmen in Hermeam.

c. 52: ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα εἴ τις τι  
κατιδεῖν ἐν τούτοις δύναται παιανι-  
κὸν ἰδίωμα . . . παιᾶν δ' ἐστὶ καὶ ὁ  
εἰς Κρατερόν τὸν Μακεδόνα γραφεὶς,  
ὃν ἐτεκτήνατο Ἀλεξίνος ὁ διαλεκτικός,  
ὡς φησὶν Ἑρμιππος ὁ Καλλιμάχειος  
ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἀριστοτέλους. ἄδε-  
ται δὲ καὶ οὗτος ἐν Δελφοῖς, λυρίζον-  
τός γέ τινος παιδός. καὶ ὁ εἰς Ἀγήμονα  
δὲ τὸν Κορίνθιον, Ἀλκινόης πατέρα,  
ὃν ἄδουσι Κορίνθιοι, ἔχει τὸ παια-  
νικὸν ἐπίφθεγμα. παρέθετο δὲ αὐτὸν  
Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῇ πρὸς  
Ἀράνθιον ἐπιστολῇ. καὶ ὁ εἰς Πτολε-  
μαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασι-  
λεύσαντα παιᾶν ἐστίν, ὃν ἄδουσι Πρό-  
διοι . . .; idem argumentum usque ad  
finem capitis producitur.

Ex inciso παιᾶν inscripto uidemus habere Athenaeum libri XV  
capita 51 et 52, Aristotelis hymnum Laertium; hic autem dic-  
tum eius philosophi, quod subiunxit, ex alio quodam lem-  
mate fortasse uoce πρῶτος aut δικανικός aut λόγος insignito uidetur  
deprompsisse. Hoc igitur discrimen inter Athenaeum et Dioge-  
nem compilatores omnigenae historiae intercedere puto, ut ille  
partes fere integras in quaestiones suas conuiuiales transtulerit,  
hic modo hac modo illa littera στοιχεῖα euoluta multas undique  
particulas excerpserit.

## 7.

Memorantur Parmeniscus Pythagoreus et in Fauor. com-  
ment. apud Di. La. IX, 20 et in Ath. XIV p. 614ab, Lanice,



nutrix Alexandri eademque mater Proteae, hominis ebriosi, et in Faunor. omn. hist. apud Ael. u. h. XII, 26 et in Athen. IV p. 129 a.

## 8.

Faunor. omn. hist. apud Ael. u. h. XII, 15: Τὸν Ἡρακλῆ λέγουσι τὰς ἐν τοῖς ἄθλοις σπουδὰς διαναπαύειν ταῖς παιδιαῖς. ἐπαίξε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκιμήνης μετὰ παιδίων πάνν σφόδρα. τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν λέγοντα  
παίζω· μεταβολὰς γὰρ πόνων  
ἀεὶ φιλῶ.

λέγει δὲ τοῦτο παιδίον κατέχων. καὶ Σωκράτης δὲ κατέληφθη ποτὲ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου παίζων μετὰ Λαμπροκλέους ἔτι νηπίου. Ἀγησίλαος δὲ κάλαμον περιβάς ἔπτενε μετὰ τοῦ υἱοῦ παιδὸς ὄντος, καὶ πρὸς τὸν γελᾶσαντα εἶπε ἔνυν μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένη πατὴρ αὐτός, τότε ἐξαγορεύσεις. ἀλλὰ καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνν σφόδρα ἐτέρπετο μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων· μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις.

Athen. XII p. 518 f — 519 b: Παιδίοις γὰρ ἔχαιρεν ὁ Μασσανάσσης καὶ εἶχε παρ' αὐτῶν τρεφόμενα τῶν υἱῶν (πολλοὶ δ' ἦσαν) τὰ τέκνα καὶ τῶν θυγατέρων ὁμοίως. καὶ πάντα ταῦτα αὐτὸς ἔτρεφε μέχρι τριῶν ἐτῶν, μεθ' ἃ ἀπέπεμπε πρὸς τοὺς γεγεννηκότας, παραγινομένων ἄλλων. τὰ δὲ αὐτὰ ἔφη καὶ Εὐβουλος ὁ κωμικός ἐν Χάρισιν οὕτως

καὶ γὰρ πόσω κάλλιον, ἱκετεύω,  
τρέφειν  
ἄνθρωπον ἔστ' ἄνθρωπον, ἂν  
ἔχη βίον,  
ἢ χῆρα πλατυγίζοντα καὶ κεχηνότα,  
ἢ στρουθὸν ἢ πίθηκον, ἐπίβουλον κακόν.

καὶ Ἀθηνόδωρος δὲ ἐν τῷ περὶ σπουδῆς καὶ παιδιαῖς Ἀρχύταν φησὶ τὸν Ταραντῖνον, πολιτικὸν ἅμα καὶ φιλόσοφον γενόμενον, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα ἀεὶ τούτων τοῖς παιδίοις παρὰ τὴν διαίτην ἀφιεμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἦδυσθαι.

Excerpsit uterque lemma uocabulo παιδιὰ inscriptum, alter alia praetermittens.

## 9.

Fauorin. omnig. hist. apud Ael. u. h. XII, 31 (ex lemmate τρυφή inscripto): Φέρε οἴνων Ἑλληνικῶν διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς πάλαι ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν.

Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, ἱερὸς δὲ ἦν ἄρα οὗτος τῆς Δήμητρος.

καὶ Χίος οἶνος ἐκ τῆς νήσου, καὶ Θάσιος ἄλλος, καὶ Λέσβιος.

καὶ ἐπὶ τούτοις Γλυκὺς τις ἐκαλεῖτο, πρέπων τῷ ὀνόματι τὴν γεῦσιν, καὶ Κρής ἄλλος (cf. Ath. X p. 440f.). καὶ ἐν Συρακούσiais Πόλλιος· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τινος ἐγχωρίου βασιλέως.

ἔπινον δὲ καὶ Κῶον οἶνον, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκάλουν·

Athen. I p. 10 a:

Καὶ τοῦτον Πράμνειον, ὃν ἴδμεν παχὺν καὶ πολύτροφον.

I p. 28e: Χίου δὲ οἴνου καὶ Θασίου μέμνηται Ἐπίλυκος Ἰσίου καὶ Θάσιος ἠθρημένος· καὶ Ἀντίδοτος δὲ Ἰσίου ἐγγεῖ

ὁ γὰρ ἂν λαβὼν μου καταφάγη τὴν καρδίαν, ἔταν πῖω τοῦτ', εὐθύς ὑγιῆς γίνεται·

Ἀσκληπιὸς κατέβρεξε . . .

Ἰσίου δὲ πώματος οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἠδίων πιεῖν φησὶν Ἀλεξίς.

I p. 31b: Ἰππυς δὲ ὁ Πηγίος τὴν Εἰλὸν καλουμένην ἄμπελον Βίβλιαν φησὶ καλεῖσθαι· ἦν Πόλλιον τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακούσων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ἰταλίας. εἶη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις Γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος ὁ Βίβλιος οἶνος.

I p. 32e: Ἰκανῶς δὲ καὶ ὁ Κῶος τεθαλάττωται. καὶ ὁ Ρόδιος δὲ

καὶ Ῥόδιον, κατὰ τὰ αὐ-  
τὰ ὀνομάζοντες. τί δέ; οὐκ  
ἐκεῖνο τοῖς Ἑλλησι τρυφῆς  
ἀπόδειξις; μύρω γὰρ οἶνον  
μιγνύντες οὕτως ἔπινον,  
καὶ ὑπερησπάζοντο τὴν τοι-  
αύτην κρᾶσιν· καὶ ἐκαλεῖτο  
ὁ οἶνος Μυρίνης. μέμνη-  
ται δὲ αὐτοῦ Φιλιππί-  
δης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιη-  
τῆς.

ἐλάττονος μὲν κεκοινώνηκε θαλάσ-  
σης, ὁ δὲ πολὺς αὐτοῦ ἀχρεῖός  
ἐστιν.

I p. 32 b: Καὶ ἐξῆς δέ φησιν ἑάν  
τις κερᾶση σκληρὸν καὶ εὐοσμὸν  
μαλακῶ καὶ ἄοσμῳ, καθάπερ τὸν  
Ἡρακλεώτην καὶ τὸν Ἐρυθραῖον,  
τοῦ μὲν τὴν μαλακότητα, τοῦ δὲ  
τὴν εὐοσμίαν παρεχομένου. Μυ-  
ρίνης δὲ οἶνος κεῖται παρὰ  
Ποσειδίππῳ ἑδισηρὸς ἄτοπος  
ὁ Μυρίνης ὁ τίμιος.

Sequi uidetur Athenaeum ex omnigena historia commentatio-  
nem quandam de uinis exscripsisse, neque uero eandem, quam  
Aelianum in u. h. XII, 31. Nam hoc caput aequae ac uicina  
ex uoce τρυφή sumptum esse puto, id quod etiam uerbis τί  
δέ; οὐκ ἐκεῖνο τοῖς Ἑλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις arguitur. Athe-  
naeus igitur in libro primo lemmate οἶνος eiusdem lexicī uide-  
tur usus esse. Quod si uere suspicor, Fauorinus bis de uinis,  
fusius s. u. οἶνος, minus cumulate s. u. τρυφή exposuit. Cete-  
rum si quaestiones Homericæ, quibus liber primus δειπνο-  
σοφιστῶν scatet, Fauorino debentur<sup>1)</sup>, uinorum quæ ibidem  
exstat commentationis rationem diuersam esse probabile non est.

Efficacissimum uero argumentum in his positum est:

Steph. Byz. s. u.: Ἀλεξανδρεῖαι, πόλεις ὀκτω-  
καίδεκα — τὸ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεὺς — Διδυ-  
μος δὲ παρατίθεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους  
τοῦ Κυρηναίου τὸ Ἀλεξανδρίτης. Φαβωρί-  
νος δὲ ἐν τῷ περὶ παντοδαπῆς ὕλης  
Ἀλεξανδρειώτης φησί (uerba a Marresio  
restituta; codices enim haec exhibent: Δί-  
δυμος δὲ παρατ. χρ. ἐξ Ἐρατοσθένους τοῦ  
(Mein., τὸ West.) Ἀλεξανδρίτης. Φαβωρίνος  
δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξαν-  
δρειώτην φησί).

Ath. I pag. 33 d:  
Ὅτι ὁ Μαρεώτης  
οἶνος ὁ Ἀλεξαν-  
δρεωτικὸς τὴν  
μὲν προσηγορίαν  
ἔχει ἀπὸ τῆς ἐν  
Ἀλεξανδρείᾳ  
ζοήνης Μαρείας.

1) Vide p. 110 sqq.

## 10.

Cognouimus igitur pro exilitate fragmentorum <sup>1)</sup> Fauorini amplissime patere huius cum Athenaeo congruentiam.

Quod uero eadem aequalitas argumenti omnibus libris *δειπνοσοφιστῶν* propria est, eo rapit nos concludendi necessitas, ut omnes, quatenus quidem similibus rerum indicibus continentur, ad *παντοδαπὴν ἱστορίαν* reuocandos esse censeamus. Quod iudicium credo fore ut confirmetur, si quis diligentiore quam ego institui comparatione in rationem quae Athenaeo cum Diogene intercedit inquisierit.

De uariae autem historiae fontibus hoc epimetro id lucrati sumus, ut Aelianum lexico Fauoriniano bis usum esse appareat, et ipso, et per Athenaeum; scilicet lexicī uestigia per uaria eius dispersa ad omnigenam historiam tamquam ad fontem primum, illa XXVIII capita ex Athenaeo sumpta ad eandem quasi ad secundarium recedunt.

## C.

Atqui dogmatis loco habent uiri litterati Athenaeum inhaesisse uestigiis Pamphili Alexandrini <sup>2)</sup>, qui fere inter annos p. C. n. 50—100, utique post <sup>3)</sup> Apionem floruit, et cum alia scripta grammatica tum *λειμῶνα* confecit <sup>4)</sup>, compendium uariorum copiosissimum. Laudatur autem ab illo tricies quinques. Age uero, ut ante oculos uersetur, quomodo mentio eius auctoris fiat, exempli gratia hos locos Athenaei accuratius consideremus:

XI c. 50 p. 475 c: *ΚΕΛΕΒΗ. τούτου τοῦ ἐπιώματος Ἀνακρέων μνημονεύει*

ἄγε δὴ φέρε' ἡμῖν ὧ παῖ  
 κελέβην, ὅπως ἄμυστιν  
 προπίω, τὰ μὲν δέξ' ἐγγέας  
 ὕδατος τὰ πέντε δ' οἴνου  
 κνάθους.

1) Marres omnino CXIV collegit; plura colligere potuit; in inscriptionibus librorum constituendis etiam minus profecit. Quamquam materiam utilem suppeditat. 2) Vide Urlichs. in mus. Rhen. n. XVI p. 247.

3) Ath. XIV p. 642 e. 4) Suid. s. u.

ἄδηλον δὲ ποῖον εἶδος ἐστὶ ποτηρίου· ἢ πᾶν ποτήριον κελέβη καλεῖται ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβὴν ἢ τὸ λείβειν· τοῦτο δ' ἐπὶ τοῦ ἕγρου συνήθως ἔταπτον, ἀφ' οὗ λέγεται καὶ ὁ λέβης. Σειληνὸς δὲ καὶ Κλείταρχος τοὺς Αἰολεῖς φασιν οὕτω καλεῖν τὸ ποτήριον. Πάμφιλος δὲ τὸ ποτήριον θερμοποτίδα καλουμένην τὴν κελέβην εἶναι. Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς γλώσσαις ποιμενικὸν ἀγγεῖον μελιτηρὸν τὴν κελέβην εἶναι. καὶ γὰρ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος ἐν πέμπτῳ Θηβαῖδος φησὶ κτλ.

XI c. 56 p. 478b: ΚΟΤΥΛΟΣ. τὰ μόνωτα ποτήρια κότυλοι, ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει. Διόδωρος δ' ἐν τῷ πρὸς Ἀνκόφρονα παρὰ Σικωνίοις καὶ Ταραντίνοις ἐπιπολάζειν φησὶ τὸ ἔκπωμα, εἶναι δὲ αὐτὸ λουτηρίῳ ἑοικὸς βαθεῖ. ἔχει δὲ καὶ οὗς ἐνιαχῆ. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Ἴων ὁ Χῖος κότυλον οἴνου πλέων λέγων. Ἐρμιππος δ' ἐν θεοῖς

τόν τε κότυλον πρῶτον ἤνεγκ' ἐνέχυρον τῶν γειτόνων.

καὶ Πλάτων ἐν Αἰὶ καλουμένῳ τὸν κότυλον φέρει φησὶ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις. Εὐβουλος δὲ ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ Παρόπταις

ὁ δ' ἱερεὺς εὐηγορῶν

ἐν μέσοις αὐτοῖσιν ἐστὼς τὴν καλὴν σκευὴν ἔχων  
οἶνον ἐξέσπενδε κοτύλῳ.

Πάμφιλος δὲ ποτηρίου φησὶν εἶναι γένος, ἴδιον δ' εἶναι Διονύσου. Πολέμων δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ Δίου κωδίου φησὶ κτλ. Ceterorum locorum in quibus ad Pamphilum prouocatur condicio non diuersa est. Iam ad indagandum uerum auctorem talium commentationum non singula quibus quaeque continetur scriptorum testimonia anxie rimanda sunt, sed hoc opus est quaerere, quis primus totas consarcinauerit. Neutiquam is erat Athenaeus ipse. Ergo cogitant de Pamphilo, quippe qui et *λειμῶνα* scripserit, librum sermonum conuiuialium simillimum, et saepe in his commemoretur, et ceteris qui ibi nominantur auctoribus ad tempora Athenaei propius accesserit. Et quo minus opus quod is *περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων* composuit ad deriuandas istas similium rerum enumerationes Athenaeo proprias applicari debet, eo confidentius ipse ille *λειμῶν* praecipuus

fons putatur. Enimuero, ut res ita se habuerit, qui potuit fieri — id quod uel ex locis apposis elucet —, ut Pamphilus non initio uniuscuiusque commentationis solidae atque continuae, sed in mediis indicibus tamquam singularum rerum auctor et perinde ac ceteri scriptores memoretur? Quocirca ex eo quod is identidem apud Athenaeum affertur nihil aliud efficitur, nisi ut hic duces quendam primarium Pamphili aetate posteriorum secutus sit. En Fauorinus, ut scriptor interpositus inter tempora Pamphili et Athenaei.

‘At ne uerbo quidem’, forsam inquies, ‘nomen eius in libris *δεικνοσοφιστῶν* significatur’. Immo uide ne id ipsum a me stet. Nam Athenaeus si consilium habuisset bona fide fontes suos aperire, Fauorini thesauros non laudare non potuit. Nunc uero de iis omnino reticens indicauit sibi esse, cur taceret.

Atque si conceduntur quae de Athenaeo adhuc disputata sunt, ualet illud, quod antea <sup>1)</sup> conieci, Fauorinum in omnigena historia per Pamphilum cum doctis studiis Alexandrinorum cohaesisse.

#### XVII. De Fauorino Diogenis Laertii auctore.

Ubicumque cursus orationis Diogenis insertis aequalibus quibusdam indicibus consistit, de omnigena historia fonte cogitandum est.

Ac primum quidem inuenta philosophorum ei debentur. Nam quia in singulis uitis, cum compluria memorantur, intima uicinitate coniuncta exstare solent et permulta hic illic conglutinata sunt et omnia uno eodemque uinculo, scilicet uoce *πρω̃τος*, continentur, omnia ex articulo *πρω̃τος* fluxerunt lexici Fauorini, ad cuius studium primas origines indagandi mirabiliter conueniunt. Quid quod ipsa passim ad omnigenam historiam diserte reuocantur, et Diogenem tum cum inuenta litteris consignabat illam ante oculos habuisse saepius apparet, uelut libri IX paragraphos 51—54 scribentem, si quidem in § 50 haec dicit: *ἐκαλειτό τε Σοφία, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν π. ι.*

1) Pag. 105.

καὶ πρῶτος ἔφη κτλ. Secuntur inuenta Protagorae. Frustulum igitur se Fauorino debere apertis uerbis confitetur; locum qui sequitur luculentissimum eidem tribuere noluit.

Dein confirmatur id quod Maass demonstrasse sibi uideatur, cognominum indices Diogenianos Fauorini esse. De quibus in o. h. scriptum fuisse etiam ex u. h. XII, 35 didicimus (cf. p. 77). Vox autem πρῶτος, qua quidem Fauorinum auctorem argui modo diximus, nonnusquam etiam in homonymis occurrit, uelut in IV, 58, V, 85, VIII, 47 (II, 112). Denique quoniam constat lexicon Diogeni praesto fuisse, nonne illi catalogi proxime ad indolem talis libri accedunt? Hos autem communem locum, fortasse s. u. δμῶννοι, illic occupasse nescio an inde colligendum sit, quod de definiendo Periandrorum, Miltiadarum, Sibyllarum, Bacidum, liberorum Niobae numero Aelianus ex o. h. pendens libri XII capitibus 35 et 36 continuis exponit.

Libri III paragraphi 26—35 ita cohaerent, ut sint de inuidia qua comici et philosophi Platonem carpserint. Sumptae sunt ex quadam omnigenae historiae parte, quam uocabulo χλεύη sine ἔχθρα inscribere mihi liceat. Quam originem clamant cum aequalitas loci tum quae § 34 tractatur Xenophontis in Platonem maleuolentia, de qua uide p. 114 sq., Fauorinique nomen et ante (§§ 24 et 25) et post eum (§ 37) appositum. Gemella lemmata exscripserunt Diogenes l. l. et Athenaeus XI cc. 112—120; hic quae sub uoce ζηλοτυπία de Platonis in alios inuidia exstabant, quae sub uoce χλεύη siue ἔχθρα de aliorum in Platonem inuidia ille.

Raro autem continentes partes Diogenes ex Fauorini miscelaneis deprompsit. Immo in multa frustula ea discerpsit et inuicem inspexit magnamque operam in euoluendis iis atque perscrutandis posuit. Nam inuenta philosophorum ex uoce πρῶτος sumpta admodum uarie per omnes libros digessit et ex copiosissimo lemmate uoce παιὰν notato (cf. Ath. XV c. 51) solum Aristotelis hymnum transcribere satis habuit (V, 7); easdemque nonnumquam res uel ad diuersos locos singulorum Fauorini compendiorum (V, 76) uel ad coniunctam omnigenae

historiae commentariorumque memoriam rettulit (II, 38 et 39 de Polycrate, III, 19 et 20, VIII, 12), aut de diuersis rebus utrumque opus iisdem locis laudauit (IX, 23).

Quae cum ita sint, Diogenes in compilando tantum abest ut fontes suos perinde atque Athenaeus continuo exhausserit, ut multis undique fragmentis conexis fallacem speciem doctrinae sedulitatisque praebet. Unde efficiuntur maximae illae difficultates quibus unusquisque in auctores eius inquirens detinetur. Ne Maassio quidem contigit ut de Fauorino suo praecipuo Diogenis fonte omnibus persuaderet. Verum tamen summa eorum quae comprobare studet confirmatur; reicienda sunt quae a Willamowitzio ei opponuntur:

Proficiscendum est a conspicua illa testimoniorum copia, qua apud Diogenem etiam leuissimae quaeque historiolae fulciuntur. Ac non tantum accumuluntur fontium indicia, sed diuersis passim scriptoribus laudatis auctoritas uniuscuiusque testimonii definitur, quaestionumque de quibus inter doctos non constabat soluuntur difficultates. Quae scribendi uel potius disserendi ratio adeo singularis est, ut unum eundemque auctorem clamet. Is erat Fauorinus.

Primum enim scimus hunc et ipsum in coaceruandis scriptorum indiciis sibi placuisse: Di. La. V, 41 de Theophrasto: *Φαβωρίνος δέ φησι γηράσαντα αὐτὸν ἐν φορείῳ περιφέρεισθαι· καὶ τοῦτο λέγειν Ἑρμιππον παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον ἐν οἷς ἔφρασκε πρὸς Λακύνην τὸν Κυρηναῖον.* Apud Aelianum XII, 36 de numero liberorum Niobae nominantur Homerus, Lasus, Hesiodus, Alcman, Mimnermus, Pindarus; in Protagorae inuentis, quae modo lexico Fauoriniano addiximus, Platonis *Θεαίτητος* et *Εὐθύδημος*, Timon, Artemidorus dialecticus *ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον*, Aristoteles *ἐν τῷ περὶ παιδείας*, Epicurus, Alcidas; apud Diogenem III §§ 26—35 (o. h. s. u. *χλεύη* siue *ἔχθρα*) Theopompus *ἐν Ἡδυχάρει*, Anaxandrides *ἐν Θησεῖ*, Timon, Alexis *ἐν Μεροπίδι* et *Ἀγκυλίῳ*, Amphis *ἐν Ἀμφικράτει* et *Λεξιδημίδῃ*, Cratinus *ἐν Ψευδυποβολμαίῳ*, Alexis *ἐν Ὀλυμπιόδωρῳ* et *Παρασίτῳ*, Anaxilas *ἐν Βοτρυλίῳ καὶ Κίρκῃ καὶ*



*Πλουσίαις*, Aristippus ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τροφῆς, Xenophontis *συμπόσιον*, *Σωκράτους ἀπολογία*, *Κύρου παιδεία*, Platonis *πολιτεία* et *νόμοι*, dialogus quem Antisthenes *Σάθων* inscripsit. Eadem testimoniorum multitudo propria est Athenaei sermonibus conuiuialibus, quos ad omnigenam historiam recedere supra statuendum erat, ex aliis praeterea ueterum libris nulli. Aelianus autem congesta illa scriptorum nomina in uariam historiam recipere omnino aspernatus est. — Nunc iam intellegimus, quid sibi uelit Gellius, cum ex multis et remotis lectionibus omnigenam historiam conflata fuisse dicit.

Dein Fauorinus parata illa testimoniorum quasi congerie suum iudicium saepius adiciebat, atque eo quidem consilio, ut Homericorum instar qui *λυτικοὶ* uocabantur aporias enodaret. Veluti Xenophontis Platonisque mutua simultatem postquam exemplis ex ipsorum uoluminibus petitis probauit, ut erat utriusque philosophi admirator, ita explicare conatus est, ut 'parilitatem uirtutum inter se consimilium, etiamsi contentionis studium et uoluntas absit, speciem tamen aemulationis creare' (Gell. XIV, 3), illosque *αἰσθόμενους τῆς ἰδίας ἐκάτερον ἀρετῆς περὶ πρωτείων διαφέρεσθαι* (Ath. XI c. 112) sumendum esse diceret.

Etiam Diogenes tales aporias a Fauorino solutas exhibet:

V, 1, 5: Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν π. ἰ., ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησε εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν.

VIII, 1, 47 de Pythagora: Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρίνος ἐν τῇ ὀγδόῃ π. ἰ. παρατίθεται (i. e. Fauorinus auctore Eratosthene), τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πνεύσαντα ἐπὶ τῆς μῆ' Ὀλυμπιάδος κτλ. . . . τοῦτον ὁ Φαβωρίνος φησι ὄροις χρῆσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὑλῆς, ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς ἐκείνω πλησιάσαντας, καὶ μετὰ ταῦτ' Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς Στωικούς. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν

στρογγύλην· ὡς δὲ Θεόφραστος, Παρμενίδην· ὡς δὲ Ζήνων, Ἡσίοδον.

II, 5, 38 de Socratis accusatoribus: ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύενκτος, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν π. ἰ., συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὡς φησι Ἐρμιππος, ἢ Ἄνυτος ὡς τινες. προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημιουργός. (39) Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς καὶ Πλάτων ἐν ἀπολογία τρεῖς αὐτοῦ κατηγορησάσασιν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλητον· τὸν μὲν Ἄνυτον ὡς ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον· τὸν δὲ Λύκωνα ὑπὲρ τῶν ῥητόρων· καὶ τὸν Μέλητον ὑπὲρ τῶν ποιητῶν, οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρε. — Φαβωρίνος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους.

I, 4, 79: γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιπτακὸς νομοθέτης, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη.

IX, 3, 23 de Parmenide: καὶ δοκεῖ πρώτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἐσπερον καὶ Φωσφόρον, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ Πυθαγόραν. Καλλίμαχος δὲ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. Vide et I, 7, 98 sq. cum paginis meis 89 sq. et 77.

Locos appositos non a Diogene esse compositos sed solidas unius auctoris, Fauorini, commentatiunculas in promptu est. Diogenes igitur nonnumquam descripsit non tantum auctorum quae Fauorinus congesserat testimonia, sed etiam iudicia quae idem congestis testimoniis de aporiis illis tulerat. In quo cardo quaestionum Diogenianarum uersatur. Nunc uero facillime expeditur quod eadem nonnumquam res modo ad Fauorinum modo ad antiquiores quosdam scriptores reuocantur: III, 37: *Εὐφορίων δὲ καὶ Πανάιτιος εἰρήκασιν πολλάκις ἐστραμμένην τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας, ἣν πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς.* III, 57: *ἦν καὶ εὐρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρου ἐν τοῖς*

*ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας δευτέρῳ.* 'Sufficeret' Wilamowitzio 'hic unus locus ut Fauorinum a perpetuo Diogenis fonte secerneret'. Atqui res nihil habet offensionis, dummodo Diogenem statuamus modo Fauorinum ipsum modo auctores ab eo laudatos antestatum esse. Dein quod utraque historia miscella Fauorini in eodem saepe argumento uersabatur, nonne gemelli eiusmodi loci ad communem lexicī et commentariorum memoriam referri possunt?

Saepius ea quae disertis uerbis Fauorino uindicantur eam speciem prae se ferunt, ut breuia additamenta esse uideantur parentheseon instar uitis Diogenis carptim inserta. Qua re Wilamowitz ad refutandam Maassii sententiam utitur, fraude compilatoris deceptus. Nam multo amplius patent talibus locis Fauoriniana. Diogenem compilatorem ad singula quae profert e 'grandibus' uoluminibus Fauorini conquisiuisse quae eis Fauorino laudato opponeret aut adiungeret parum est credibile. Immo uero non tantum ea quae speciem additamentorum habent ipsa, sed etiam ea in quae addita sunt Fauorino debentur.

Veluti quod in VI, 25 est Diogenis Cynici in Platonem acerbe dictum his uerbis excipitur: *Φαβωρίνος δέ φησι ἐν π. ἰ. Ἀρίστιππον εἰπεῖν τοῦτο.* Quae sic uidentur interpretanda esse: transcriptit Diogenes ex o. h. alicuius auctoris de Diogenis dieterio testimonium; simul quod Fauorinus ibidem de genuina origine eius iudicauerat.

IV, 7, 54 de Bione: *ἀπορία δὲ καὶ τῶν νοσοκομούντων δεινῶς διετίθετο, ἕως Ἀντίγονος αὐτῷ δύο θεράποντας ἀπέστειλε. καὶ ἠχολούθει γε αὐτῷ ἐν φορείῳ, καθά φησι Φαβ. ἐν π. ἰ.* Iam qua tandem causa Diogenem ut hoc leuissimum de lectica indicium ex omnigena historia adiceret commotum esse putabimus, nisi totum locum quem adscripsi ibi inuenit?

IX, 29 de Zenone Eleata: *οὗτος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησεν. Φαβωρίνος δέ φησι Παρμενίδην καὶ ἄλλους συχνούς,* i. e. inuentores τοῦ Ἀχιλλέως λόγον in o. h. cum alios tum Zenonem haberi exposuit; ipse uero ibidem controuersias doctorum ita disceptauit, ut Parmenidi illud inuentum addiceret.

Narrat Diogenes III, 19 Platonem a Pollide Lacedaemonio uenisse Aeginae, quam insulam Platonis patriam fuisse Fauorinus in o. h. docuit (III, 3); in media autem paragrapho 19 de Platone haec interposita sunt: ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὸς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβ. ἐν π. ἰ. Iam uero recordemur uariae historiae l. XIII capita 23—25, ubi enumerantur qui ex rebus secundis fructum utilitatis non perceperint, ad omnigenae historiae partem uoce *παλίγοτος* notatam supra nobis reuocanda fuisse. Indidem uidetur deriuata esse illa narratio Diogenis, qui uerbis ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὸς τὸν νόμον argumentum in quo lemma *παλίγοτος* uersabatur significare satis habuit, reliqua quae indidem mutuatus est Fauorino noluit tribuere.

Agitur libri III paragraphis 48—62 perpetuis de dialogo, atque ita quidem, ut initio in uniuersum de ui ac notione et de generibus eius, dein de dialogorum Platonis partitionibus et numero quaeratur. Qui hanc commentationem composuit post Thrasyllum uixit, qui in § 56 nominatur; dein erat philosophus in scriptis Platonicis summopere uersatus; porro gaudebat quadam aequalitate argumenti diiudicandisque aporiis (§ 61 sq.) et dialogos genuinos a spuris secreuit (62). Haec omnia conueniunt ad Fauorini omnigenam historiam, quae in media dissertatione (§ 57) laudatur: εἰσὶ τούτων, φησὶν (sc. Θρασύλλος), οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι ἔξ καὶ πενήκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης — ἦν καὶ εὗρισκῆσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρα ἐν τοῖς ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωρίνος ἐν π. ἰ. δευτέρῳ — τῶν δὲ νόμων εἰς δυοκαίδεκα. Paucula igitur Diogenes Fauorino adscripsit; largam de dialogis commentationem se ἐκ τοῦ δ' στοιχείου lexicī illius furatum esse dissimulabat.

Quoniam apparuit in uitis eius permulta inesse Fauoriniana quae Fauorino apertis uerbis non uindicantur, quatenus ea pertineant quaerendum est. Cognoscuntur singulari illa ratione qua auctores nominantur. Ex Fauorino igitur Diogenes Laertius pendet ubicumque tale quid dicit quale in VI, 26 de Diogene Cynico: πατῶν αὐτοῦ (sc. Πλάτωνος) ποτε τὰ στρώματα κεκληγότες φίλους παρὰ Διονυσίου, ἔφη πατῶ τῆν

Πλάτωνος κενοσπουδῖαν'. πρὸς ὃν ὁ Πλάτων ὅσον, ὃ Διόγε-  
 γνες, τοῦ τύφου διαφαίνεις, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι'. οἱ δέ  
 φασὶ τὸν Διογένην εἰπεῖν 'πατῶ τὸν Πλάτωνος τύφον'. τὸν  
 δὲ φάναι 'ἐτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες'. Σωτίων δ' ἐν τῷ τε-  
 τάρτῳ φησὶ τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Πλάτωνα τὸν κύνα;  
 uel quale in VIII, 51: Ἐμπεδοκλῆς, ὡς φησιν Ἰππό-  
 βοτος, Μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ Ἐμπεδοκλέους, Ἀκραγαντι-  
 νος. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν ἱστο-  
 ριῶν, ἐπίσημον ἄνδρα γεγονέναι τὸν Ἐμπεδοκλέα τὸν πάππον  
 τοῦ ποιητοῦ. ἀλλὰ καὶ Ἐρμῖπος τὰ αὐτὰ τοῦτω φησὶν.  
 ὁμοίως καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων, ὅτι λαμπρᾶς ἦν  
 οὐκίας ἱπποτροφηγός τοῦ πάππου. λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθέ-  
 νης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις . . . 53: Σάτυρος δ' ἐν τοῖς  
 βίοις φησὶν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κα-  
 τέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαινέτον· ἐπὶ τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμ-  
 πιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλῃτι νενικέναι, τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ  
 πάλῃ, ἢ, ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιδρομῇ, δρόμῳ . . . Τη-  
 λαύγης δ' ὁ Πυθαγόρου παῖς ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον ἐπιστολῇ  
 φησὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα Ἀρχινόμου εἶναι υἱόν. 54: ὅτι δ'  
 ἦν Ἀκραγαντίνος ἐκ Σικελίας, αὐτὸς ἐναρχόμενος τῶν καθαρ-  
 μῶν φησιν.

Neque uero Diogenes, quamquam Fauorinum ex memoria  
 hominum extinguere studebat, facere potuit, quin suam eius  
 notitiam iactaret; in § 53 enim gloriabundus haec addit: ἐγὼ  
 δ' εὔρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φαβωρίνου ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσσε  
 τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων καὶ ἀδελ-  
 φὸν ἔσχε Καλλικρατίδην. Quae igitur proxime adscripta est  
 de patre Empedoclis aporia e commentariis sumpta est Fauo-  
 rini, qui adhibita historiola de boue Olympiae dispertito Satyri  
 quidem de Exaeneto patre indicium probauit. Iam uero si  
 excipimus pauca illa quae Diocli debentur <sup>1)</sup> philosophorumque  
 placita, testamenta, epistulas et Diogenis ipsius πάμμετρα,  
 quod eadem testimoniorum quasi strues per omnes libros de-  
 prenduntur, omnes ad Fauorinum reuocandi sunt.

1) Vide Maass. p. 8 sqq.

Accedunt alia. Fauorinum apophthegmatum uenatorem fuisse constat; ad apophthegmata magna pars operis Laertii pertinet. Et quod singulae uitae, si summam spectas, non tam perpetuis factorum factorumque continuationibus quam breuioribus adnotamentis uaga quadam libidine constructis uidentur contineri, nonne firmatur illud quod diximus, exhaustis multis inuicem florilegiorum Fauorini lemmatis hanc illam inconstantiam argumenti ortam esse? Pluribus uerbis hanc sententiam defendendi spatium non datur; uiam tamen praemonstrasse mihi uideor. Nunc autem elucet Aeliani cum Diogene consensum, quem cunctans antea <sup>1)</sup> ad Fauorini memoriam reuocauit, ad probandum hunc auctorem uariae historiae omni dubitatione remota ualere.

*XVIII. De Aeliani historiae animalium fontibus.*

A.

De historiae animalium fontibus quidquid docti inde a Gesnero usque ad nostram aetatem protulerunt falsum est. Neque enim Aelianus eum librum conscribens usus est Athenaeo neque Oppiano neque uero Nicandro. Sane si quis horum cum illo affinitates saepe manifestissimas obiter intuetur, ualde procliuè est periculum ne in errores incidat. Sed in ista libidine impudentissima, qua alius compiler alium cum ad uerbum describeret ex memoria hominum remouere studebat, uerae librorum necessitudines perspici nequeunt, nisi uia et ratione disquiratur, utrum alteri alteris prorsus conueniant an hic illic uberiores sint. Etiam dispositionis utrorumque ratio habenda est.

B.

1. Quod si in comparando tenemus, primum quidem ex Athenaeo historiam animalium non pendere cognoscimus, quamquam ei his locis respondet:

hist. anim. XV, 23

h. a. XV, 27

h. a. III, 16

Athen. VII c. 18 p. 282 e — 283 f.

Athen. IX c. 39 p. 387 f — 388 b.

Athen. IX cc. 41 et 42 p. 389 b c.

1) Pag. 57 sq.

h. a. III, 42	Athen. IX c. 40 p. 388 b—d.
h. a. III, 35	Athen. IX c. 43 p. 390 a.
h. a. X, 35	Athen. IX p. 390 c.
h. a. XV, 28	Athen. IX c. 45 p. 391 a—d.
h. a. XV, 29	Athen. IX p. 393 e.
h. a. XVII, 24 (cf. et u. h. I, 14)	Athen. IX c. 49 p. 393 c—f.
h. a. IV, 2 (cf. et u. h. I, 15)	Athen. IX c. 50 p. 394 e—395 a.
h. a. XVI, 23	Athen. XII c. 19 p. 520 c d.

Iam si apparuit historiam animalium fontium quadam communitate non modo cum uaria historia<sup>1)</sup>, sed etiam cum Athenaeo coniunctam esse, quoniam et Athenaeum et Aelianum uaria scribentem lexico Fauorini, atque id etiam in lemmatis de bestiis componendis usos esse scimus; librum de natura animalium et ipsum ad omnigenam historiam partim referendum esse sequitur. Accedit, quod Helices oppidi demersio, quam Fauorinus apud Stobaeum flor. CV, 62 deplorat et quam simul cum morte Pollidis Lacedaemonii in commentariis enarrauit (cf. Di. La. III, 20), memoratur etiam in hist. an. XI, 19, ubi et Lacedaemonii cum Helice urbe occidisse dicuntur.

Philosophi Platonici uestigium reperitur in h. a. XV c. 29, ubi locutio *οὐδὲ ἕκταρ βάλλειν* ita usurpata est, ut significet 'ad similitudinem alicuius rei prope non accedere'. Quae praeterea apud solum Platonem in republ. IX p. 575 C occurrit.

## 2.

Audio ex libello quem C. G. Kuehn 'de uia et ratione qua Claudius Aelianus in historia animalium conscribenda usus est' Lipsiae 1777 emisit I. G. Schneiderum in periculi critici p. 128 Perizonio et Valesio ceterisque qui de uita Aeliani exposuissent crimini dedisse, quod non uidissent 'certam aetatis Aelianeae notam inde peti posse, immo debere, quod sophista ille multa ex Oppiani poetae libris in suam de animalibus historiam transtulerit'. Doleo quod periculi critici aditus mihi non est. Verum tamen noui hanc sententiam, quam primus tulit Gesner, propagauit Iacobs, ex Aeliani hist. an. Lips. 1784

1) Cf. p. 28 sq.

et halieuticis Oppiani Lips. 1813 a Schneidero editis. Consentiunt autem inter se

Aeliani		Oppiani		Aeliani		Oppiani	
h. a. II, 17		hal. I, 212—243.		h. a. II, 41		hal. III, 432—442.	
h. a. IX, 52		hal. I, 427—437.		h. a. I, 3		hal. III, 520—525.	
h. a. IX, 53		hal. I, 438—445.		h. a. I, 46		hal. III, 610—619;	
h. a. I, 13		hal. I, 512.				cf. IV, 242—263.	
h. a. XV, 19		hal. I, 522—532.		h. a. I, 2		hal. IV, 40—110.	
h. a. I, 16		hal. I, 747—755.		h. a. I, 12		hal. IV, 127—146.	
h. a. II, 22		hal. I, 777—799.		h. a. I, 14		hal. IV, 172—210.	
h. a. I, 30		hal. II, 128—140.		h. a. I, 15		hal. IV, 216—241.	
h. a. I, 19		hal. II, 141—166.		h. a. I, 23		hal. IV, 308—373	}
h. a. I, 32		hal. II, 253—418.		h. a. I, 23		hal. IV, 610 sq.	
h. a. I, 33		hal. III, 117—120.		h. a. XV, 1		hal. IV, 419—436.	
h. a. I, 40		hal. III, 132—137.		h. a. XIV, 8		hal. IV, 450—467.	
h. a. I, 5		hal. III, 144 sqq.		h. a. VIII, 18		hal. IV, 468—503.	
h. a. I, 4		hal. III, 323—326	}	h. a. II, 13		hal. V, 62—108.	
h. a. I, 4		hal. IV, 40—64		h. a. II, 8		hal. V, 425—447.	
h. a. I, 26		hal. III, 340.		h. a. I, 18		hal. V, 519—588.	

Mordet subinde oculos, ut ita dicam, ea conuenientia; quam diu cum animo luctatus sum utrum ad Aelianum Oppiani compilatorem an ad communem quandam fontem reuocarem. Tandem haec sententia in me uicit. Namque ego, cum omnino laborem poematum uerba in sermonem pedestrem transferendi Aeliano, ut exscriptori inerti, tribuere dubitarem, uidi eum etiam in historiolis Oppiano cetera plane consentaneis plura quam hunc poetam et identidem de iisdem piscibus diuersa exhibere. Continuatio quoque utrorumque quos contuli locorum licet saepius eadem sit, tamen in uniuersum discrepat. Quas ob causas, cum Schneider ambigue fluctuans alias congruentias ad Oppianum, alias ad parem originem referat, nos ad tertium quandam auctorem, quem uterque secutus sit, deducimur. Uterque igitur euadit compilator, nisi quod eundem librum de piscatu compositum <sup>1)</sup> Aelianus uertit in orationem sophisticam, in poeticam Oppianus.

## 3.

Nicandrum Colophonium cur ab Aeliano consultatum esse negem, operae non pretium est causis ex theriacis uel ex alexipharmacis allatis disserere. Nam quid cogitari potest

<sup>1)</sup> De scriptoribus rei piscariae cf. Athen. I p. 13 b. Ael. h. a. epilog. et XIII, 21, XV, 4, 9, 19.



ineptius, quam ut Aelianus poetam tantum non quattuor saeculis ab ipsius aetate remotum adierit? Etiam ratio qua ille in historia animalium laudatur ei commento obstat; de qua satis habeo te ad hos locos remisisse: h. a. V, 42, IX, 20, X, 9, 49, XVI, 28.


Ceteroqui radices historiae animalium in tenebris relinquantur. Meam autem de iis opinionem supra in p. 86 indicaui.

XIX.

Pseudoplutarchi apophthegmata regum et ducum nescio an ad Fauorinum, fortasse ad eius *γνωμολογικά*, quae apud Suidam commemorantur, reuocanda esse statuendum sit. Cf. p. 27 sq.

XX.

Restat ut librorum affinitates quae proxima dissertatione tractatae sunt sub uno adpectu ponam:



## I N D E X.

---

	Pag.
I. De Claudii Aeliani temporibus . . . . .	3
II. De Aeliani auctoribus quid uiri docti adhuc senserint . . .	11
III. De Athenaeo Aeliani auctore . . . . .	12
IV. Qua ratione Aelianus Athenaeo usus sit . . . . .	18
V. Athenaeo cum uaria historia comparato quid de auctoribus Aeliani profecerimus . . . . .	24
VI. Quae ratio sit inter Aeliani uaria et ceteros quos nouimus ueterum libros . . . . .	25
VII. De fontium indiciiis ex Aeliano ipso petendis . . . . .	30
VIII. Fontes circumspiciuntur . . . . .	47
IX. De Fauorini libris miscellis . . . . .	48
X. Aelianum Fauorinum ducem primarium secutum esse . . .	56
XI. De Pamphila Aeliani auctore . . . . .	81
XII. De Pamphila Fauorini auctore . . . . .	89
XIII. Concluditur de fontibus uariae historiae quaestio . . . .	92
XIV. De aliis quibusdam quaestionibus Aelianeis . . . . .	94
XV. De Fauorini omnigena historia denuo . . . . .	104
XVI. De omnigena historia Athenaei fonte . . . . .	108
XVII. De Fauorino Diogenis Laertii auctore . . . . .	126
XVIII. De Aeliani historiae animalium fontibus . . . . .	134
XIX. De Pseudoplutarchi apophthegmatum originibus profertur coniectura . . . . .	137
XX. Librorum affinitates in uno conspectu ponuntur . . . .	137


---

DE POLYPHEMO ET GALATEA

COMMENTATIONEM PHILOLOGICAM

SCRIPSIT

GEORGIUS RICARDUS HOLLAND.



## PRAEMONENDA.

---

Philologicam inscripsimus hanc commentationem, quia lepidae fabellae de Polyphemo et Galatea in poesi ueterum reliquiis, quas nondum subtili diligentia criticoque iudicio explicatas, emendatas, comparatas, suppletas uidemus, hanc curam quantulumcumque admouere conabimur. Atque illo titulo paulum seiungere uoluimus archaeologicam quae dicitur fabulae tractationem non prorsus secludentes quidem hanc ueterum ingenii partem artisque poeticae recuperandae fontem inexhaustum, tamen uiribus nos inferiores esse intellegentes, quam qui post Ottonis Iahn in symbol. archaeol. p. 411 sqq. et Wolfgangi Helbig in symbol. philolog. Bonn. p. 359 sqq. inchoatam et multis locis libri 'quaestiones de pictur. par. Camp.' inscripti repetitam inuestigationem quaestioni promouendae prodessemus. Qui uiri quamquam non modo artificum, sed etiam poetarum monumenta plena fere congressere (cf. Iahnium l. l. p. 411 sqq. c. adnot.; Helb. symb. p. 361 sq.), quibus pauca tantum addemus, tamen praecipuam litterarum interpretationi potissimum nauare operam non eorum erat consilium, ita ut singulari commentatione hanc partem tractare non superuacaneum uideretur<sup>1)</sup>. Persuasimus autem nobis non posse uerum fructum percipi, nisi singulas huius argumenti personas

---

1) Parum enim diligenter notissima recoxit Glaeserus progr. Siegburg. a. 1879 'de Polyphemi mytho' inscripto nimis properanti pede progrediens, et qui nuperrime innotuit Bohemus Fr. Krsek sua lingua de Polyphemo et Galatea commentatus in annal. philol. et paedag. qui inscribuntur 'Listy filologické a paedagogické' X p. 170—183 Iahnii et Helbigii uestigia uidetur pressisse, quantum intelleximus e narratione argumenti Hirschfelderi script. hebdomad. phil. 1883 nr. 36 p. 1133—1134 inserta.

inde ab initiis, ubi primum earum iniecta sit mentio, usque ad ultima tempora ueterum poesis persequamur, ut conexu illustrato plus luminis ad singula poemata redundet, quam separata unius generis tractatio argumento adhibere solet. Scimus uero haud pauca ad comparisonem singulorum poetarum spectantia in uirorum doctorum commentariis ad illorum poemata compositis latere, quibus multa nos debere libere profitemur.

Priusquam autem ad nostram rem adgrediamur, pauca in uniuersum de Cyclopibus uidentur disputanda. De Cycloperum natura atque origine apertum intercedit discrimen inter antiquissimos mythologiae Graecae auctores Hesiodum et Homerum. Ille enim theog. uu. 139 sqq. refert Gaeam ex Urano peperisse Cyclopes tres Bronten, Steropen, Argen, qui Ioui tonitru et fulmina fabricati sint, hic longe diuersos inducit imprimis Odyss. IX, 106 sqq. feros pastores numero non definito neque origine communi indicata. Tertium genus Cycloperum comparet apud Ps.-Aristotelem <sup>1)</sup> mir. aud. 121, ubi miri aliquid narrat de Thracum natione hoc nomine significata, de qua accuratius edocemur a posterioris aetatis scriptoribus, imprimis a Strab. VIII p. 372 fin.; Paus. II, 16, 5. VII, 25, 5; Apoll. biblioth. II, 2, 1, 3; schol. Eur. Or. 965; Eustath. p. 1622, 54 sqq., qui omnes fere consentiunt eo quod narrant Cyclopes ingentibus muris circumdeditur urbes, praecipue Tirynta et Mycenas, dissentiunt eo quod alii aliunde oriundos dicunt fabulosos artifices. Vario modo has diuersitates inter se conciliare studuerunt uiri docti. Atque Klausenius quidem (Ulixis fata ex Hesiodo explicata, Bonnae 1834 p. 2 sqq.) Homeri Cyclopes quasi deductos esse ex daemonibus Hesiodeis statuit, alii, ut Prellerus mythol. Gr. I<sup>3</sup>, 511 sqq., tria haec genera nihil aliud esse arbitrantur quam Neptuniarum uirium diuersas significationes, rursus alii Homericos et Hesiodeos Cyclopes 'ex tertio illo genere diuersa ratione originem traxisse' iudicant, cuius sententiae princeps est Schoemannus, qui hanc quaestionem

1) Vide etiam Pherecydem ap. schol. Apoll. Rhod. IV, 1091 (Muell. frgm. hist. Gr. I fr. 26) cf. Schoemann. p. 327 adn. 7, quem plerumque sequimur.

diligentissime tractauit in 'schediasmate de Cyclopibus' ind. lect. Gryphiswald. aestiu. 1859 (= op. acad. IV p. 325 sqq.). Ut hoc est certo iam pridem poetae in depingendis his monstribus non eam differentiam obseruauerunt, quam historica ratio postu-lasset, sed utriusque imaginis lineamenta et colores quasi in una tabula commiscuerunt, cuius rei luculentissimum exemplum uidetur esse unus ille oculus in fronte collocatus, quem Cyclopibus innatum fuisse testatur Hesiodus his (theog. 143)

*μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσω ἐνέκειτο μετώπῳ.*

Quem cum mythologi fulminis ignem significare probabiliter statuunt, ab Hesiodica descriptione translatus uidetur ad Homericam, ubi Polyphemum uno tantum lumine praeditum esse multis ex locis elucet (Od. IX, 382 sq. 390. 394 etc.)<sup>1)</sup>. Multum autem ut uidetur ad confundendas utriusque poetae hac in re proprietates ualuit communis sedes duorum generum, quae postea fabulosae huic nationi adsignata est. Nam ab Homero ad terram incognitam relegantur, Hyperiam uel prope Hyperiam sitam, ut longinquitate itineris denotetur morum feritas cf. Od. VI, 4 sqq. de Phaeacibus

*οἳ πρὶν μὲν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ,  
ἀγχοῦ Κυκλώπων ἀνδρῶν ὑπερηγορόντων,  
οἳ σφεας σινέσκοντο, βίηφι δὲ φέρετεροι ἦσαν,*

recentiores omnes fere incolas eos fuisse Siciliae tradunt, Aetnaearum regionum cf. schol. Od. IX, 106. Aetnae autem in igniuomo camino cum ueteres posuerint Vulcani ministrorumque officinam, conciliatas esse inter se diuersas cogitationes facile intellectu (cf. Schoemann. l. l. p. 332). Nulli autem ex miraculosis priscarum fabularum heroibus magis in litterarum materiam abiere, nulli poetarum studio sic sunt arrepti, nulli tam communi omnium poesis aetatum certamine exculsi quam Cyclopes, cuius rei causa inde repetenda, quod hi potissimum largissimam iocandi copiam offerebant, atque descriptio Homericam posterioribus poesis generibus, maxime comoediae, plurimas ansas dabat, quae eorum indoli planè responderent. Ne-

1) Ut res plane nota diserte non significatur; quare de ceteris Cyclopibus idem colligere licebit cum interpretibus cf. schol. u. 106.

que praetermittendum, quod solent Cyclopes cum Ulixis fabulis coniungi, quem non minus poesis Graecae quam Troiani belli heroem tuo iure dixeris. Unum uero potissimum poetae sibi e Cycloperum numero elegerunt, in quo totius gentis mores ac naturam quasi uno conspectu repraesentarent, quem non solum in antiquarum fabularum orbe retractarent atque recolerent, sed quem nouis fabulis implicare atque in uariarum personarum consuetudinem inferre perquam adamarent, quo crebrius tritam imaginem nouis coloribus interpolare liceret. Cyclops enim *κατ' ἐξοχήν* per totam Graecarum et Romanarum litterarum memoriam est Polyphemus ipso nomine <sup>1)</sup> ad peruulgatam famam spectante; filius Neptuni et Thoosae nymphae <sup>2)</sup>, id quod testimoniorum multitudine illustrare non difficile est (Benselero s. u. *Κύκλωψ* auctore) cf. Od. XXIII, 312; inscriptiones fabularum Epicharmi et Euripidis, carminum Philoxeni, Timothei, Theocriti; Eur. Troad. 437; Demad. in Demetr. eloc. 284; Plut. quaest. symp. I, 5. Cat. 9. Galb. 1; Lucian. dial. mar. I c. 5, II. catapl. 14; Paus. X, 22, 7; Polyaen. I, 10; Athen. I p. 19 f.; Quint. Smyrn. VIII, 126; schol. Theocr. XI, 1; Nic. Eug. VI, 503. 517. 527. 545; Horat. sat. I, 5, 63. ep. II, 2, 125; Val. Fl. I, 136 al. Primus autem induxit Polyphemum Homerus, cuius uestigia secuti huic potissimum Cycloperum generi excolendo posteri operam nauarunt, dum nomina Hesiodica recedunt, quae confusa sunt recentioris aevi socordia, ueluti Nonnus confudit Dionys. XIV, 52 sqq., qui Polyphemum inter Bronten, Steropen, Argen, alios enumerat. Nos Polyphemi personam iam accuratius persequemur inde ab Homeri aetate historico ordine usi usque ad id tempus, quo libere tractare argumenta desinebant uersificatores <sup>3)</sup>.

1) De etymologia assentimur Lehrsio (Aristarch. <sup>2</sup> p. 460 not.), qui in altera nominis parte uocem *φύμη* inesse recte cognouit.

2) Cf. Hom. Od. I, 70 sqq.; schol. Od. IX, 106. 311.

3) Similes fabulas in aliarum gentium mythologiis obuias collegit et illustrauit Guil. Grimm comm. acad. Berol. 1857, cui nuper accessit Kr. Nyrop: Sagnet om Odysseus og Polyphem, København 1881.



## CAPUT I.

*Polyphemus apud Homerum.*

Od. IX, 105—555.

Narrationis filum deducere ut in fabula notissima neque opus est et officio fungitur Hyginus fab. CXXV. Polyphemus est ingenti magnitudine et robore, id quod a poeta et disertis uerbis significatur et rerum et instrumentorum pari immensitate illustratur<sup>1)</sup> cf. uu. 187. 257. 428. 190 sqq.:

καὶ γὰρ θαῦμα τέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἔφκει  
ἀνδρὶ γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ εἴῳ ὑλήεντι  
ὑψηλῶν ὀρέων, ὅ τε φαίνεται οἶον ἅπ' ἄλλων.

214. 269. 296. 372. 407. 446; u. etiam Od. I, 70. X, 200. XII, 210. Lapidis immensi mole portam obstruit 240—243. 304 sq. 313 sq. 340. 416; saxa molitur 481 sqq. 495 sqq. 537 sqq.; lignorum fert ingens onus 233 sq.; clauam permagnam gerit 319 sqq.:

Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῶ  
χλωρὸν ἐλαϊνεον· τὸ μὲν ἔκταμεν, ὄφρα φοροίη  
αὐανθέν· τὸ μὲν ἄμμες ἔϊσκομεν εἰσορόωντες  
ὅσσον θ' ἰστὸν νηὸς εἰκοσόροιο μελαίνης,  
φορτίδος εὐρείης, ἣ τ' ἐκπεράα μέγα λαῖτμα.  
τόσσον ἔην μῆκος, τόσσον πάχος εἰσοράασθαι

(cf. Lucil. satur. XV fr. I Muell.). Voce utitur late sonanti 167. 257. 395. 399. 401. 403. Vesci et bibere solet supra humanum modum 248 sqq. 292 sq. 353 sq. 360 sq. 371 sqq. Ferae mentis est neque humana aut diuina iura agnoscit, id quod et ex communi omnium Cycloperum descriptione apparet et saepe numero de Neptuni filio repetitur cf. 106 sq.:

Κυκλώπων δ' ἔς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων  
ἰκόμεθ' etc. cf. VI, 5 sq.

112 sqq: τοῖσιν δ' οὐτ' ἀγοραὶ βουλευφόροι οὐτε θέμιστες,  
ἀλλ' — θεμιστεύει δὲ ἕκαστος  
παίδων ἢ δ' ἀλόγων οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσιν.

1) Cf. schol. Od. IX, 187; Eustath. p. 1621, 50 sqq.; Quintil. inst. or. VIII, 4, 24.

cf. 215. 287. 350 sqq. 368 sqq. 428: ἀθεμίστια εἰδώς. 477 sqq. 494. u. etiam Od. II, 19. XX, 19. Ipse uero Polyphēmus praecellit ceteris impietate ac scelere; nam recte interpretes — primus Aristarchus cf. Apoll. Soph. lex. Hom. s. u. ἀθεμίστων; Lehrs. Arist.<sup>2</sup> p. 182 — concludunt ceteros non omni caruisse deorum religione <sup>1)</sup> ex uersibus 107 sqq.:

Κυκλώπων — οἳ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν

οὔτε φυτεύουσιν etc.

u. 111: καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.

cf. 410 sqq. 509 sqq. Contra Polyphēmus ab omnium consuetudine recedit cf. 188 sqq.:

οἶος ποιμαίνεσκεν ἀπόπροθεν· οὐδὲ μετ' ἄλλους  
πωλεῖτ', ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ἤδη

neque Ionem ueretur cf. 273 sqq.:

νήπιός εἰς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας,  
ὅς με θεοὺς κέλειαι ἢ δειδίμεν ἢ ἀλέασθαι·  
οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν  
οὔδὲ θεῶν μακάρων, ἐπεὶ ἢ πολὺν φέρτεροί εἰμεν.  
οὔδ' ἂν ἐγὼ Διὸς ἔχθρος ἀλευάμενος περιδοίμην  
οὔτε σεῦ οὔθ' ἐτάρων, εἰ μὴ θυμὸς με κελεύει.

cf. 520 sqq. Neque uidetur coniugem liberosue habere ut ceteri cf. 115. Cyclopes neque serunt neque fabrorum artes nouerunt 108. 125 sqq., cum sua sponte omnia proueniant <sup>2)</sup> 109 sqq.:

ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,  
πυροὶ καὶ κριθαὶ ἠδ' ἄμπελοι, αἳ τε φέρουσιν  
οἶνον ἐριστάφυλον, καὶ σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.

Habent igitur triticum, hordeum, uites, quas ipse Polyphēmus agnoscit 357 sqq. Diuitiae autem eorum constant in gregibus ouium et caprarum, quorum cultura operati uitam degunt pastoralem; Polyphēmus possidet μῆλα h. e. oues et capras (Lehrs. Arist.<sup>2</sup> p. 100) 183 sq. 187. 217. 220. 226. 237 sqq. 244 sq. 308 sq. 312. 315. 336 sqq. 341 sq. 405. 418. 425 sqq. 438 sqq.

1) Cf. schol. uu. 106. 107. 275. 508 et Eustath.

2) In prouerbium abiit Κυκλώπιος βίος cf. Macar. V, 44 et Leutschii adnot.

447 sqq. 461 sqq. 469. 548 sqq., quas omni cura fouet, quas ipse mulget, e quarum lacte ipse sibi caseum parat uu. 246 sqq. coll. cum u. 219. In antro casei furnos premunt; discretæ sunt diuersæ aetates agnorum et haedorum; uasa ad lac recipiendum necessaria (cf. schol. u. 223) referta 219 sqq.; mares et feminae in stabulis separantur uu. 237 sqq. coll. c. uu. 338 sq. schol. u. 218. Habitant Cyclopes in magnis montibus antra (cf. 113 sq. 400). Polyphemi antrum spatiosum (237. 337), prope mare situm (182), altum, lauris imminentibus (183), cinctum aula alto saxorum muro saepta pinibusque et quercubus ornata (184 sqq.). Solet dominus obstruere antrum ingenti saxo (u. p. 145); interior pars speluncae stercore abundat (329 sq.). Polyphemus lignis aridis in ipso antro ignem incendit cf. 233 sq. (231). 308; nocte per pecudes stratus in uirgulis (427 sq.) dormit (298). Mane pastor immensus greges agit acri sibilo 1) (315 sq.) in pascua (217. 437 sq.) et ad flumina (450), uespere reducit (336. 451 sq. 233).

Iam si totam Polyphemi personam quae quidem ab Homero depingatur respicimus, sic sententiam definimus: Cyclops est brutum monstrum corporis tantum ingenti robore fretum neque in adhibendis uiribus agile, subtiliore sensu atque misericordia uacuum, moderationis in edendo ac bibendo expers. Qua uero astutia Ulixem in antrum reducere cupit, ut xenium accipiat (517 sqq.), ea stolidae mentis edit luculentissimum documentum. Neque tamen plane abest subdola quaedam cauillatio, qua Polyphemus uexat Ithacum quamuis ferocitate parum celata 355 sq.:

δός μοι ἔτι πρόφρων καί μοι τὸν οὐνομα εἰπέ  
ἀντίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξείνιον, ᾧ ζε σὺ χαίροις,

1) Sciendum in explicatione Eustathii p. 1631, 2 sqq.: ἐνταῦθα δὲ ὡσπερ τὸν φθόγγον, οὕτω καὶ τὸν συριγμὸν ἀγριαίνων τοῦ Κίκλωπος ῥοῖζον ἀντὸν φησιν — Ἰστίον δὲ ὅτι κατὰ τὸν ποιητὴν ῥοιζεῖν λέγεται ποιμῆν τοντέστι συριττειν ἐν τῷ ἐξάγειν ποιμνιον ἢ ὅλως νέμειν 'συριγμὸν' non tantum fistulae, cuius usus a Polyphemo Homericō abhorret ipso Eustathio teste p. 1622, 12, sed stridorem labris dentibusue excitatum (cf. Etym. M. 705, 15 sq. 21 sq.) significare.

neque plane insulsus iocus quamuis sanguinolentus, quo xenium hospiti promittit 369 sq.:

*Ὅτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἐτάροισιν,  
τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν· τὸ δέ τοι ξεινήιον ἔσται,*

unde prouerbium illud *Κύκλωπος δωρεά* (Apost. X, 20 a; Luc. catapl. 14) uel *Κυκλώπειον γέρας* (Plut. quaest. symp. VIII, 8, 3) repetendum esse constat: de dono aliquo, quod ei qui accepturus est ne tantillo quidem plus utilitatis affert quam eis qui expertes sunt, nonnumquam maius damnum (cf. Plut. l. l.). Nam, ut Lucianus explicat, *ἂν τε πρῶτον ἂν τε πύματον* (sc. *Ὅτιν κατέδετα ὁ Κύκλωψ*) *οἱ αὐτοὶ ὀδόντες περιμένουσιν*. Quod tamen fit in rudibus hominibus, quos robore nemo aequiperat, ut fauore aliquem prosequantur paterno, ea uirtute ne Cyclo-  
pem quidem uidemus carere, quippe qui intentissimam tenerrimamque gregum suorum curam habeat. Consueuit ut uidetur colloqui cum pcedibus suis, ueluti flebili modo misericordiam nisi Cyclops esset moturo arietem quae passus sit exponit 447 sqq. eumque domini iacturam sentire et deflere opinatur 452 sqq. (uide etiam pretiosum scholium u. 456). Per totam autem narrationem ut par est epica dominatur grauitas ac ne mica quidem admixta leuioris uel comicae artis<sup>1)</sup>: pallidum pauorem importat bestiae impetus, neque is, qui Troiam ceperat, semper retinet animum cf. 236. 396, quem socios defecisse his ex uersibus apparet: 331 sqq. 376 sq. 381. 492 sqq.

Haec Polyphemi persona per totam sequentem aetatem quasi adumbratio suberat cuius picturae, qua eadem figura repraesentaretur. Singula uero lineamenta licet interdum delituerint plane euauerunt numquam aliis alius aeuī poetis alio magis inclinantibus hic detrahentibus illic adicientibus amplificando hic illic minuendo (cf. etiam Glaeser. l. l. p. 4 sq.). Quas quidem singulorum et poetarum et poesis generum proprias rationes ab Homero proficiscentes quantum poterimus illustrare suscipiemus.

1) Welckerus de Epicharmo op. I p. 321 iam in Odyssea hilaritatem non ita multum a comoedia distantem agnoscit.

Atque in epico genere Cyclops non tantopere uidetur studia poetarum excitasse quam ceteri, quorum fata a Smyrnaeo uate ex parte tantum celebrata et consummationem quandam et prooemium uidebantur postulare. Certe nullum quod scimus exstat testimonium aut indicium, ex quo colligi liceat etiam post Homerum epica arte hanc fabulam esse tractatam, quae res praeter causam supra commemoratam inde uidetur repetenda esse, quod parum prope accedebat haec narratio ad mythorum Troicorum contextum et quod Cyclops ferocissimus per se ab heroibus seiunctus in carmine grauioris argumenti primas partes agere uix poterat. Nec magis antiquior lyrica ars ad humile argumentum uidetur descendere potuisse <sup>1)</sup>. Eo autem uberius haec fabula in poesi dramatica imprimis comica exulta est, in cuius paene consuetudinem abiit. Et enim non solum per omnium aetatum comoedias hoc argumentum in usitatissimis et celeberrimis uersatur, sed etiam dithyrambis et mimis acceptissimam suppeditauit materiam. Quis primus hoc argumentum ad hilarem rationem deflexerit Cyclopique personam comico habitu induerit, nescimus; neque tamen a uero multum aberrabimus, si Epicharmum Coum hoc fecisse suspicabimur.

---

## CAPUT II.

### *De Cyclope Epicharmeo.*

Ut hoc statim praemoneamus, si quidem quaerendo inuestigare uolumus consilium et mentem poetae, in nuda quamuis acri interpretatione fragmentorum subsistere uix poterimus, sed aliorum poetarum poemata ad idem argumentum spectantia in comparisonem uocare et licebit et necesse erit; maxime

---

1) Tactam esse saepius cladem Cyclopeam in Ulixis fabulis praecipue erroribus enarrandis facile suspicamur, ueluti fortasse ab Alcman cf. fr. 28 sqq. 148 Bergk.<sup>4</sup>; v. Sophocl. fr. 419 N. Welcker. de trag. Gr. p. 247; Ribbeck. de trag. Rom. p. 275.

in dramaticis operibus quamuis modeste redintegrandis confugiendum erit ad unicum tractationis dramaticae exemplum, cui hoc in naufragio pepercit saeculorum iniquitas, ad Euripidis fabulam satyricam Cyclopem, si quid luminis e superstitis operis condicione perditis adhibeatur. Ne uero quis grauetur quod cum fabula satyrica uariae aetatis comoedias comparamus, discrepantia, de qua quid sentiamus postea accuratius indicabimus, magis spectabat ad singularum personarum mores describendos quam ad actionis progressum sermonisque in certis rebus paene sollemnem contextum. Quare et cum Homero, in qua re nonnulli praeiere, et cum Euripide, id quod plerumque omissum est, Epicharmi et aliorum frustra conferemus.

Scriptissem autem Epicharmum Cyclopem testantur Herodianus et Athenaeus frustula nonnulla seruantes, quorum rectum qui quidem ex fabulae cursu probabile fiat ordinem constituisse uidentur editores. Atque Athenaeus IX p. 366 b hunc laudat uersum trimetrum e Cyclope fabula haustum (fr. 60 A.)

*χορδαί τε ἄδὸν ναὶ μὰ Δία χὼ κωλέος*

cf. Eustath. p. 1183, 5; h. e. 'et uiscera dulce quid per Iouem et perna'. Apertum est hoc aliquem dicere, qui praedicet horum ciborum iucunditatem ipse expertus, id quod ex obtestatione concluditur. Iam quid magis consentaneum quam Cyclopem ipsum (cf. Bodium hist. art. poet. Graec. III, 2 p. 73) haec uerba dicere, cuius est quam maxime edere et bibere? Quam ob causam *χορδαί* per 'uiscera' reddere maluimus quam per 'farcimina', ut fecit Grysarius de Dor. com. p. 286, quamquam hanc uocem de cibo aliquo ex intestinis animalium imprimis pecudum apparato usurpari non ignoramus cf. Cratin. fr. 192 K.; Aristoph. Ach. 1119. fr. 687 K.; Pherecrat. fr. 130, 9 K.; Eubul. Lacon. fr. 1, 3 M.; Axion. Chalcid. fr. 2, 4 M. Sed uix cogitandum erit de uictu animalium, quoniam hunc praedicare opus non erat; significantius haec intellegere licebit de Cyclope hominum cenam laudibus tollente; neque uocabuli *χορδή* usus repugnat, si quidem Aristophani (Euripidi?) dicere licuit fr. 461, 1 K.: *ἐγευσάμην χορδῆς ὃ δῦστηνος τέκνων*. Similiter apud Homerum uiscera comedit Polyphemus Od. IX, 292 sq. Sed ne quis

inde contra nos repetat argumentum quod Iouem obtestatur qui Iouem nihil curet, opponimus Euripidis uersum 586 coll. c. uu. 320 sqq. et Theocr. id. XI, 29. Ulixis igitur sociorum cruenta dape peracta fingimus nobis Cyclopem haec uerba effudentem; nam uix Epicharmus spectatoribus ipsam uescendi scaenam proposuerat, si quid colligere licet ex Euripidis analogia, apud quem Ulixes uu. 382 sqq. de cena funesta narrat, ipse Polyphemus postea demum ex antro exit uersibus Anacreonteis uoluptatem et satietatem suam prodens his 503 sqq.:

παπαπαῖ, πλέως μὲν οἴνου,  
γάννυμαι δὲ δαιτὸς ἥβῃ,  
σάφρος ὀλκὰς ὡς γεμισθεῖς  
ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄρκας.

Laudat Cyclops cibum etiam Euripidem, cum Ulixes ei poculum uini offert uu. 418 sq.:

φίλτατε ξένων,  
καλὸν τὸ πῶμα δαιτὶ πρὸς καλῆ δίδως.

Ad hanc ipsam scaenam pertinere alterum fragmentum, quod seruauit Athenaeus XI p. 498 e (Eustath. p. 1775, 20), olim a uiris doctis intellectum est:

φέρ' ἐγγέας εἰς τὸ σκύφος (fr. 61 A.)

h. e. 'age postquam in poculum infudisti', quod Grysar. l. l. p. 287 componit cum uersu HomericO Od. IX, 355:

δὸς μοι ἔτι πρόφρων καὶ μοι τεδὸν οὖνομα εἰπὲ,

et possunt nonnulli loci Euripideae fabulae paulo maiore iure adhiberi, imprimis, ut omittamus uu. 416 sqq., 510: φέρε μοι, ξεῖνε, φέρ' ἄσκὸν ἔνδος μοι. 556: ἔγγει, πλέων δὲ τὸν σκύφρον. 568: φέρ' ἐγγεόν νυν. Videntur Epicharmea rudera esse trimetri iambici, neque inepte quis coniecerit uerbo finito, quod ad participium ἐγγέας requiritur, eandem indicatam fuisse sententiam, quae additur uersu Odysseae, sic fere

φέρ' ἐγγέας εἰς τὸ σκύφος (τοῦννυμα<sup>1)</sup> λέγε).

Nam et apud Homerum l. l. et apud Euripidem u. 548 tum demum, cum uinum praebuit, ab Ulixee nomen quaeritur. Maior

1) Τοῦννυμα Dorica forma apud Epicharmum fr. 27, 2 A., correcta fr. 100, 3 A.; cf. Ahrentem de dial. Dor. § 17, 5.

rem autem dubitationem mouet tertium fragmentum Herodiano uindice superstes *περ. μον. λεξ. p. 10, 31 Lehrs. (fr. 62 A.)*

*καὶ τὸν Ποτιδᾶν, κοιλότερος ὄλμιον πολὺ*

(cod. *αἰνετόν* corr. Meinek. comic. Gr. II p. 482 cod. *ὄλμοῦ* corr. Blochius) h. e. 'per Neptunum, multo magis cauus mortario'. Recepimus emendationes Meinekii et Blochii cum omnibus fere editoribus ut nobis uideatur certissimas; neque Bodius l. l. p. 74 de precatone ad Neptunum patrem a filio caecato missa illa uerba intellexisset, si emendationem eius uerbi ne cum metro quidem congruentis, quo ad illam suspicionem inductus uideatur, *αἰνετόν*, nouisset. Dubitanter proponemus nostram de horum uerborum sensu coniecturam. Ac dixisse ea Polyphemum ex Neptuni <sup>1)</sup> patris inuocatione probabile; referimus autem ad Euripidis u. 577, ubi Cyclops, postquam ultimum poculum exhaustit, dicit *ὡς ἐξένευσα μόγις* significans contentionem, qua ad calicis solum penetrauerit. Quidni fingamus apud Epicharmum eum intermisisse ductum de potione perpetranda propter poculi altitudinem desperantem his uerbis

*καὶ τὸν Ποτιδᾶν, κοιλότερος ὄλμιον πολὺ*

sc. *ὁ κύλιξ ἐστίν*. Ac uidetur ad hanc explicationem quadrare, quod calix comparatur cum mortario, quoniam uocem *ὄλμος* et ipsam significare poculum altum cornus specie scimus ex Athen. XI p. 494 b, qui notionem illustrat Menesthene auctore: *ποτήριον κερατίου τρόπον εἰργασμένον ὕψος ὡς πυργοιαῖον*. Sumpsimus adhuc argumentum fabulae Epicharmiae fuisse Homericum, quamquam testimoniis non probauimus. Neque potest probari; sed cum duo certe fragmenta magna cum probabilitate ad illud argumentum relata sint, inde aliquid fidei uidetur effici. Procul autem habenda quoniam plane in casum abit cogitatio de Polyphemi amore in Galateam, quae multis ariolationum ambagibus, certo indicio nullo fulciri potest, id quod recte intellexere Gysar. l. l. et post eum Lorenz. 'de Epicharmi Coi uita et script.' p. 135.

1) Talibus potissimum ex obtestationibus uidetur repetendus esse is usus, quem nuperrime explanauit Otto Ribbeck Alazon. p. 87 not. 28.



Iam ut paulo politiore imaginem si poterimus elaboremus, circumspiciamus, num quid ex tota Epicharmi arte ceterarumque eius comoediarum ratione ad hanc illuminandam possit redundare. Neque uero totam quaestionem a Grysario l. l., a Welckero in censura huius libri = op. I p. 271 sqq., a Lorenzo l. l. tractatam recoquere nobis proposuimus, sed quae quisque horum probabiliter enucleauit ad hanc fabulam, imprimis ad Cyclopi personam delineandam reuocare. Incipiendum uidetur ab Arist. poet. 5 p. 1449 b, 5 sqq. Va., qui dicit: τὸ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις (sc. ὑπέδειξαν sec. Vahlen). τὸ μὲν ἔξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε —. Argumenta igitur mythologica in comoedia tractare coepit Epicharmus; quales inter fabulas si erat *Κύκλωψ*, testimonium habemus ab Epicharmo primo in scaenam inductam esse hanc personam. Amasse autem hunc poetam praeter ceteras huiusmodi personas proponere aliquo modo probat Herculis exemplum <sup>1)</sup>, quem identidem ridendum spectatoribus propinavit cum in aliis tum in his fabulis *Ἥβας γάμος*, *Ἡρακλῆς παρὰ Φόλω*, *Βούσιρις*. Etiam huius personae indolem comicam, quae per totam posteriorum poesin hilarem dominatur (cf. Athen. X p. 411 a), Siculus poeta uidetur quodammodo constituisse. Ante omnia uero castigauit ingentis hominis uoracitatem et ebriositatem, quae sine dubio crebras dabant ridendi ansas, quo spectant omnia fere Hebes nuptiarum fragmenta et unum quod superest Busiridis, quod cum optime ad illustrandum inseruiat mandentem Cyclopem (cf. Eust. p. 1629, 50 sqq.), adscribamus fr. 9 A.:

Πρᾶτον μὲν αἰ κ' ἔσθοντ' ἴδοις νιν, ἀποθάνοις,  
βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἄ γνάθος,  
ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδιον,  
σίξει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα.

Cognoscimus autem in his fabulis eiusmodi personas, quae immenso corporis robore instructae supra humanum modulum

1) Vide quae de huius persona breuiter disputauit Welckerus de fab. satyr. p. 318 sqq.

rebus ad uitam necessariis indigeant, quae propter membrorum molem rusticitatem quandam prae se ferant. Qui quidem mores agrestes cum maxime appareant in uilibus cotidianisque uitae negotiis administrandis, haec potissimum a poeta eliguntur, in quibus et spurcum aspectum inurbanosque mores et stomachi inexpletam auiditatem uentrisque libidinem eorum, quorum immanibus operibus et facinoribus plerumque stupefieri solent mortales, cotidianorum homunculorum naturae appropinquando uellicet. Talis est Hercules, talis Pholus Centaurus, talis Busiris, talis Polyphemus. Neque igitur dubitamus, quin Epicharmus in Cyclope delineando maxime respexerit eius ἀθηφαγίαν et φιλοποτίαν; discrimen autem ab aliis eiusdem argumenti comoediis in eo positum fuisse opinamur, ut fortasse Cyclops iucunditatem humanae carnis contra aliarum lautitiarum laudes defenderet. Adprime autem Polyphemi uinulentia faciebat ad Siculi poetae consilium, quippe quem Athen. X, 429a primum ebrium hominem in scaenam comicam produxisse testetur. Non refragabimur, si quis putauerit in hoc dramate solum hoc studuisse Epicharmum, ut profusa hilaritate ac petulantia spectatores oblectaret. Sed cum sciamus non sine causa eum ὀψοφαγίαν denotasse, ut ciues castigaret luxuriae nimium deditos (cf. Lorenz. l. l. p. 92 sqq.), haud inficete existimamus conici posse Epicharmum eo consilio monstrum humanae carnis uictu exsultans induxisse, ut exaggerando lautitiarum studio in ea re, quam uniuscuiusque sapor reformidare debebat, mores aequalium irrideret. Neque tamen abhorruit Epicharmus a dulciore quadam et molliore uitae rusticae consuetudine fabulis suis intexenda, si quid probat Athenaei testimonium XIV p. 619a—b: ἦν δὲ καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν βοσκημάτων ὁ βοσκολιασμός καλούμενος. Διόμοιος δὲ ἦν ὁ βοσκός Σικελιώτης ὁ πρῶτος εὐρών τὸ εἶδος. μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀλκνόνι καὶ ἐν Ὀδυσσεὶ ναυαγῷ. Nescimus, quod argumentum tractauerit poeta in fabula, quam inscripsit Ὀδυσσεὺς ναυαγός; quamquam coniectura est proposita a Grysario l. l. p. 290 sqq., qui nisus aliquo fragmento a Diog. Laert. III, 12, 16 seruato (fr. 96 A.), quo quis

Eumaeum alloquitur, et praeunte Odofredo Mueller Dor. II<sup>2</sup> p. 351 ad Ulixem fabulam relato putat ita argumentum concinnatum fuisse, ut Ulixes naufragio facto ad insulam patriam appelleretur et ad propinquam Eumaei subulci aulam profectus cum eo de multis rebus imprimis philosophicis sermonem institueret, cuius disputationis specimen a Diogene seruatum sit, spectans ad omnium animalium *τὴν τῆς ὁμοιότητος θεωρίαν*. Haec coniectura ita placuit Welckero l. l. p. 297, ut facetissime opponi iudicaret naufragum et philosophum (u. etiam Bergk. comment. de reliqu. com. Att. ant. p. 150; L. Schmidt. quaest. Epicharm. Bonn. 1846 p. 52; Mullach. frgm. phil. Gr. I, 132). Neque tamen nos ad horum uirorum partes adducimur neque adductus est Lorenzius l. l. p. 186 not. 4, qui neque de naufragio cogitari, cum certe naufragus non uenerit Ulixes ad Eumaeum subulcum, neque philosophiam Pythagoricam ferri posse recte cognouit, licet debili argumentatione Grysarii partes tueatur Holmius hist. Sic. ant. I p. 424. Propter solum autem Eumaei nomen in hanc comoediam relatum est fragmentum philosophicum, quod absque hoc nomine nemo umquam huic fabulae uindicasset. Contra si ab ipsis fragmentis Ulixis naufragi proficiscimur, ab illo Athenaei loco et Pollucis X, 134: *ὀρθίαξ τὸ κάτω τοῦ ἰστοῦ καλεῖται, ὡς τὸ ἄνω καρχήσιον· καὶ ἔστι τούνομα τὸ ὀρθίαξ ἐν Ἐπιχάρμου Ναυαγῶ*, posterius referimus probabiliter cum Grysario et Welckero ad ipsam cladem titulo significatam, ex priore discimus Diomum, bucoliasmi inuentorem, commemoratum fuisse. Si his ex fragmentis conclusio facienda est, putabimus Ulixem naufragum uenisse ad homines pastorem uitam degentes. Prouocamus ad Hom. Od. IX, 283 sqq., quibus uersibus Ulixes interroganti Polyphemo ubi nauem reliquerit respondet:

*νέα μὲν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων  
πρὸς πέτρῃσι βαλὼν ἑμῆς ἐπὶ πείρασι γαίης,  
ἄκρη προσπελάσας· ἄνεμος δ' ἐκ πόντου ἔνεικεν·  
αὐτὰρ ἐγὼ σὺν τοῖσδε ὑπέκφυγον αἰπὴν ὄλεθρον*

(cf. Eur. Cycl. 109. 299 sqq.). Simulat igitur Ulixes se naufragum aduenisse ad Cyclopus terram. Nonne ad haec uerba

respicere potest titulus Epicharmeus? Nonne cogitari potest *Κύκλωψ ἢ Ὀδυσσεὺς ναυαγός*? Non consumimus imparia: copulatos esse Cyclopem et naufragum Ulixem nostro iure concludimus ex insigni Athen. loco I p. 19fsq.: *τὰς δὲ κίθαρινδίας* (sc. *ἐθανμάζοντο μιμούμενοι*) *οἱ περὶ τὸν ἕξ Ἰταλίας Οἰνωνᾶν, ὃς καὶ Κύκλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσεῖα σολοικίζοντα, ὃ αὐτὸς φησι* (sc. *Ἀριστόξενος*), quem locum postea in usum nostrum uertemus. Fragmenta autem Naufragi optime conueniunt. Potuisse enim mali partem inferiorem *ὄρθιαξ* in naufragio commemorari nemo negabit, sed unumquemque hoc admonebit periculi illius Ulixis, cum carina et malo coniunctis ad insulam Calypsus ferretur Od. XII, 420 sqq. Nanciscimur autem altero fragmento nouum quendam ad Cyclopem describendum colorem. Succedit enim oculis imago Polyphemi pecudes ducentis et *βουκολιασμόν* h. e. cantum pastorem canentis, fortasse fistula cantantis, si huc referre licet quod editores inter incerta fragmenta enumerant Lorenz. fr. B 130: Polluc. IV, 56: *καὶ ἔρετικὰ δὴ τιν' ἀνλήματα καὶ ποιμενικά· Ἐπίχαρμος δὲ καὶ ποιμενικὸν τι μέλος ἀνλεῖσθαι φησιν*. Quod si uerum est, iam paulo expolitiorum habemus pastoris imaginem quam quae apud Homerum conspiciatur, ubi ingens opilio *πολλῇ ῥοίζῳ* greges ad montem agitare dicitur u. 315. Defenditur, non fulcitur sententia nostra eo, quod alias quoque Epicharmi fabulas duplici titulo fuisse inscriptas qui comoediarum seriem percurrit facile animaduertit cf. *Ἐλπίς ἢ Πλοῦτος* (Athen. VI p. 235 f.; Herod. π. μον. λεξ. p. 21, 13 sq. Lehrs.; Bekk. anecd. Gr. I, 105), *Κωμασταὶ ἢ Ἀφαιστος* (Apoll. Dysc. de pron. p. 75, 3 sq. Schn.)<sup>1)</sup>. Porro non prorsus in casum coniectare nobis uidemur, si philosophum Epicharmum non minus huic comoediae quam ceteris admiscuisse putamus aptas quasdam ratiocinationes philosophicas praesertim sententiis breuibis inclusas, quales eum adhibuisse testatur anonym. de com. III, 21 sq.: *τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ ἐρετικὸς καὶ φιλότεχνος*. Concludimus autem hoc ex Euripidis

1) *Φιλοκτήτης ἢ Ὀδυσσεὺς ἀτόμος*? cf. Welcker. Mus. Rh. I (1833) p. 588 adnot.

analogia, qui philosophantem inducit Polyphemum uu. 316 sqq. Atque quis magis uidebatur idoneus ad philosophiae placita repraesentanda quam qui deis se inferiorem esse non crederet? qui uel apud Homerum prae se ferret impietatem? (cf. Od. IX, 273 sqq.) Quamquam quae potissimum Cyclops Epicharmus philosophatus sit uix coniectura assequemur, certe non ipse poeta suam sententiam Polyphemi uerbis subiecisse putandus est. Magis hoc credere licebit de Ulixis persona, cui Pythagoreorum disciplina <sup>1)</sup> magis conueniebat; poterat Ulixes Polyphemum deorum prouidentiae admonere eiusmodi uerbis, qualia seruauit ex Epicharmo Clemens Alexandrinus Strom. V, 14, 100 (III p. 80 Dind.) fr. 147 A.:

*οὐδὲν ἐκφρεύει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν τυ δεῖ·  
αὐτὸς ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπιτας, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός,*

eodem modo, quo adhortatur Ulixes Homericus uu. 269 sqq.:

*ἀλλ' αἰδεῖο, φέριστε, θεούς· ἰκέται δέ τοι εἰμιν.*

*Ζεὺς δ' ἐπιτιμῆτωρ ἰκετάων τε ξείνων τε  
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηθεῖ,*

Euripideus Cycl. uu. 310 sq.:

*τὸ δ' εὐσεβῆς*

*τῆς δισσεβείας ἀνθελοῦ et imprimis uu. 353 sqq.:*

*σύ τ' ὦ φαινήων ἀστέρων οἰκῶν ἔδρας*

*Ζεῦ ξένι', ὄρα τὰδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις,*

*ἄλλως νομίζει Ζεὺς, τὸ μηδὲν ὄν, θεός.*

Fortasse Polyphemus uini utre delectatus de natura hominum festium protulit iudicium Clem. Al. Strom. IV, 7, 45 (II p. 342 D.):

*Ἀσχοὶ φύσις ἀνθρώπων περυσιαμένοι,*

si quidem iambus cum Ahrente fr. 145 restituendus<sup>2)</sup>, quod Lorenzius (fr. B 5) ne ipse quidem metrum indicans negat. Cf. quae apud Euripidem disputantur uu. 525—529. Atque talia cogitanda erunt apophthegmata illa philosophica, quae

1) Cui potissimum se addixisse Epicharmum ex testimoniis colligi poterit (Diog. Laert. VIII, 78; Plut. Num. 8; Clem. Al. Strom. V, 14, 100), quamquam non certae scholae uidetur assecla fuisse cf. Zeller. hist. phil. Gr. I<sup>4</sup> p. 460 sqq.

2) Animaduertendum tamen anapaestum in altero pede trimetri apud Epicharmum non inueniri cf. Lor. p. 160.

Epicharmus comoediis inseruit; sic enim optime explicatur facilitas et pernicitas dialogi, ad qualem spectat uersus Horatianus (ep. II, 1, 58), quam probabilem reddunt frustula singulis saepe uersibus inclusa. Neque dubitamus, quin poeta alacritatem sermonis auxerit aenigmate illo per Ulixidis fictum nomen *Οὐτις* formato, quod Homerus induxit uu. 366 sq., Euripides non spreuit u. 549 cf. u. 535 <sup>1)</sup>, qualia aenigmata ab ipso *λόγος ἐν λόγῳ* appellata in deliciis habuisse Epicharmum testatur Eustathius p. 1634, 15 sqq. (Lor. p. 120). De loco autem, ubi fabulam agi uoluerit poeta, haud improbabilis coniectura uidetur inde fieri posse, quod ipse maximam uitae partem inter Siculos degit, quorum ad terram posteriores Cyclopes relegant. Illud certe effici poterit ex Thuc. VI, 2 uerbis *παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαισιργόνες οἰκῆσαι, ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν οὔτε ὁπόθεν ἐσηλθόν ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. ἀρκεῖτω δὲ ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται καὶ ὡς ἕκαστός πῃ γινώσκει περὶ αὐτῶν* dixisse ante historicum poetas, in quorum numero Homerum non esse uidimus, partem Siciliae incoluisse Cyclopes.

Hoc certe hac nostra disputatione, quae si paulo accuratiora exploranda erant non potuit non uacillanti pede progredi, effectum opinamur comicam indolem Cyclopi ex Homericis descriptione elegisse Epicharmum, quam ad ridendum proponeret spectatoribus, ipsam autem personam non solum exaggerando auxisse praesertim in edendi et bibendi immodestia, sed etiam nouis coloribus appictis expoliuisse.

### CAPUT III.

#### *Polyphemus apud Cratinum.*

Cratinus in scaenam produxit Polyphemum notissima fabula *᾽Οδυσσεὺς* inscripta, quam quasi mediae comoediae indolem praeiisse antiqui testes affirmant. Platonius enim *περὶ δια-*

1) Posteros delectatos esse hoc lusu testis Theophylact. ep. 40; cf. etiam Ps.-Theocr. Syring. u. 1.

φορᾶς κωμωδιῶν p. XIII, 35 sqq. Duebn. dicit, cum prisca comoedia pertinuerit ad irridendos iudices et praetores et plebem: παρεῖς ὁ Ἀριστοφάνης τοῦ συνήθως ἀποσκῶψαι διὰ τὸν πολλὸν φόβον, Αἴολον τὸ δράμα, τὸ γραφὲν τοῖς τραγωδοῖς, ὡς κακῶς ἔχον διασύρει. τοιοῦτος οὖν ἔστιν ὁ τῆς μέσης κωμωδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοστικῶν Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα. p. XIV, 67 sqq.: ἀνέφθνον γὰρ τὸ τοιοῦτον, οἷον διασύρει Ὅμηρον εἰπόντα τι ἢ τὸν δεῖνα τῆς τραγωδίας ποιητῆν. τοιαῦτα δὲ δράματα καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ τραγωδίᾳ ἔστιν εὔρειν, ἀπερ τελευταῖον ἐδιδάχθη λοιπὸν τῆς ὀλιγοχρίας κρατυνθείσης. οἱ γὰρ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς Ὀδυσσεΐας καὶ Ὀμήρου. Colligere autem possumus ex hoc testimonio terminum, post quem hanc fabulam egit Cratinus, annum Ol. 85, 1 = 440, cum eo Morychide archonte illud ψήφισμα περὶ τοῦ μὴ κωμωδεῖν ἐξ ὀνόματος latum esse ex schol. Arist. Ach. 1150 coll. 67 constet. Fuit igitur Cratini fabula διασυρμὸς Ὀδυσσεΐας, sed quantum fragmenta argumentum ostendunt uidetur fuisse tantum διασυρμὸς Κυκλωπέας. Neque tamen, id quod iam pridem perspectum est, Cratinus Homerum ut poetam oblique perstrinxit propter prauum studium et insulsam argumentorum tractationem, uti comici Euripidem castigauerunt, sed quae posteriori aetati in bono Homero ridicula uidebantur captauit, nonnumquam etiam εἰπόντα τι uellicauit ita tamen, ut dignitati uatis diuini nihil detraheret. Huius rei rectam intellegentiam aperuit Welckerus de Epich. p. 321 sq., deinde egit de hac comoedia felici acumine Bergkii in comment. de rell. com. Att. ant. p. 141 sqq., qui pauca reliquit addenda Meinekio et Kockio. Non in animo est singulorum fragmentorum sedem indagare, qua in re plurima recoqueremus: quae ad personam Cyclopi excolendam faciant inuestigabimus argumentum fabulae ubi opus uel fructuosum est tangentes.

Videtur fabula exorsa esse ab Ὀδυσσεῶν h. e. Ulixis et sociorum in Cyclopiam insulam aduentu, quam num Siciliam

finxerit Cratinus ex frustulis seruatibus non liquet. Nam aliter fragmenta 138—140 K. apte in fabulae continuum conexum inseri non possunt. Cogita igitur aduenisse Ulixem cum comitibus in antrum Polyphemi interdiu, dum ipse Cyclops in pecudum pascuis uersetur, eodem modo, quo singula facta se excipere uidemus apud Homerum, ubi Cyclops uespere demum domum redit hospitesque inuenit cf. Od. IX, 231 sqq. (*ποτιδόρπιον*), item ut apud Euripidem paucis quibusdam mutatis Cycl. 129 sq. 203 sqq. Colligimus autem uespere domum reuerti Cyclopem e uerbo *πανημέριοι* fr. 142:

*ἴσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκόν  
[πυὸν δαινύμενοι κάμπιμπλάμενοι πυριάτῃ].*

Stomachatur autem Polyphemus quod hospites delectati sunt diuersis lactis generibus eisque necem minitatur fr. 143:

*ἀνδ' ὃν πάντας ἐλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἐταίρους  
φρούξας, ἐψήσας κατ' ἀνθρακίᾳς ὀπτήσας  
εἰς ἄλιμν τε καὶ ὀξάλιμν κατ' ἐς σκοροδάλιμν  
χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἀπάντων  
ὑμῶν φαίνεται, κατατρῶξομαι, ὃ στρατιῶται.*

Componenta haec sunt cum scaena Euripidis uu. 233 sqq., ubi Silenus Cyclopi quantum saeuierint socii Ulixis in diuitias eius indicat, et ipse uu. 241 sqq. dulcedinem taetrae cenae mente sibi proponit. Quam quidem rei institutionem ab Homero non sumpsit Cratinus, cum ibi ne uerbo quidem increpet Polyphemus aduenas, quamuis et ipsi caseos ederint u. 232. Fragmento autem illo fundamento uti debemus, si qualem induxerit Cyclopem Cratinus cognoscere studemus. Memorabilis enim est singularum rerum in cena apparanda accurata dispositio et percipiendam uoluptatem praegustans luxuria, quae hic primum fit obuia, quamquam ab Epicharmerae fabulae indole non multum uidetur abesse. Apud Homerum enim ne uerbo quidem addito binis Ithacensibus apprensus, trucidatis, in frustra discissis crudam carnem ὥστε λέων ὄρεσίτροφος deuorat uu. 287 sqq. Apud Cratinum autem fusius exponit omnes se tosturum, cocturum, assaturum, deinde uariis iuribus mergentem electurum qui appetitui maxime arrideat; quod quam-



quam partim ex discrepantia epicae et dramaticae poesis explicatur, tamen apud comicum habes consummatum gulonem delicatum in fera dape aestimanda. Eandem elegantiam inuenimus apud Euripidem, ubi multis locis differentia inter coctam assamque carnem humanam indicatur, quamquam non tam subtilis palati describitur Cyclops, ueluti 243 sqq.:

ὡς σφαγέντες αὐτίκα  
πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἀνθρώπος  
θερμὴν ἔδοντος δαῖτ' ἄτερ κρεανόμων,  
τὰ δ' ἐκ λέβητος ἐφθὰ καὶ τετηχότα.

cf. 358. 373. 403 sq.

Videtur autem nobis coniectura Porsoni ad Crat. fragm. u. 2 καπ' ἀνθρακιᾶς pro καπανθρακίσας, ut Athen. IX p. 385 c, καὶ ἐπανθρακίωσας, ut Poll. VI, 69 habet, quam maxime commendari, quod tria genera apparandae carnis facile distinguimus, difficile quattuor, φρύγειν torrere sc. in craticula, ἔψειν coquere sc. in aqua, ὀπτᾶν assare in ueru carbonibus suppositis, quem assandi modum Euripidis loci supra allati ostendunt. Omnino subtiles distinctiones adamauit Cyclops Cratineus, id quod demonstrant et tria iura ἄλιμη, ὀξάλιμη, σκοροδάλιμη et tria genera lactis fr. 142 γάλα λευκόν, πνός, πυριότης, si quidem alterum uersum Cratineum esse uere suspicatus est Porsonus, atque hac quidem ex causa reicimus lectionem a nouissimo editore pro 'πνὸν δαινύμενοι' propositam 'τυρῶν αἰνύμενοι'. Induit igitur Polyphemos personam coqui, ueluti eum appellat Euripides Ἄιδου μάγειρον Cycl. 397, et congruit cum hac persona fr. 135 probabiliter huc a Bergkio relatum Poll. VI, 26:

οὐπω πιον τοιοῦτον οὐδὲ πίομαι

Μάρωνα,

quippe quo bene notetur elegantia in uinis aestimandis. Nam recte concluderunt his ex uerbis interpretes iam usu cognitum habuisse uinum Cyclopem ut apud Homerum Od. IX, 357 sq. sic apud Cratinum, nondum autem tam praestantis notae potum exhausisse. Laudat autem uinum Cyclops apud Homerum u. 359:

ἀλλὰ τὸδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποζῶξ,

apud Euripidem uu. 418 sq.: φίλτατε ξένων,  
καλὸν τὸ πῶμα δαιτὶ πρὸς καλῆ διδως.

Diutius uersatum esse poetam in Polyphemi uinulentia exornanda facile credimus Bergkio l. l. p. 158, quamquam causa est, cur fr. 141:

τῆ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη καὶ τοῦνομά μ' εὐθύς ἐρώτα  
non intellegamus de Ulixē uini poculum Cyclopi praebente, ut acceperunt fragmentorum editores. Nam si fr. 135 recte illi scaenae attributum est, permirum, quod tam breui interuallo, quanto secreta fuisse debent haec frustula, metrum immutatur. Et quam frigidus iocus ipsum Ulixem incitare Polyphemum ad nomen sciscitandum, nimirum ut quam celerrime aenigma iam diu praeparatum promat? Quam urbani sales in Welckeri l. l. p. 324 explicatione <sup>1)</sup> magno comico unice digna, qui refert uersum ad ipsam caecationem, cum Ulixes candentem stipitem oculo impingit. Sic optime intelleguntur uerba τοῦνομά μ' εὐθύς ἐρώτα, quoniam tunc uerum nomen professurus est saena laetitia Laertiades, praesertim si statuimus praecessisse fr. 136, nec minus acerba ironia illa λαβὼν ἤδη sc. uinum et τόδε sc. hoc uinum: ignem proferuntur. Atque consentaneum est ea parte fabulae uiuis coloribus depictam fuisse Polyphemi luxuriam, qua Ulixes quas lautitias in uagis erroribus inuenisset ei fusius exponebat, si uera est Welckeri coniectura fuisse Cratini comoediam Odysseam quandam culinariam. Iam si externam spectamus Polyphemi speciem qualem exornauit Cratinus, unum oculum ei adsignatum secundum Homeri descriptionem apparet ex fr. 149: Phryn. ecl. p. 136 L. (p. 209 Rutherford.) μονόφθαλμον οὐ ἤγτέον, ἑτερόφθαλμον δέ. Κρατίνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα <sup>2)</sup>. Ac uidetur ex incerta-

1) Prae qua sordent Herwerdeni et Naberi (Mnemos. N. S. VIII p. 24 sq.) medelae non satis acriter refutatae a censore in Burs. annal. 1880 I p. 175 adnot. 1.

2) Nihil curanda testimonia Fauor. Moschopuli, gram. in Etym. Gud. p. 635, 9, qui dicunt Cratinum μονόφθαλμον dixisse; nam recte iam Pauwius (cf. Lob. s. u.) perspexit exquisitius uocabulum esse μονόμματον, ac uidetur μονόφθαλμος ut prosae orationi aptius in grammaticorum λέξεις

rum fabularum Cratini fragmentis unum et alterum in figuram Polyphemi praeter ceterorum animalium habitum quadrare, ueluti *μιξοφρως* fr. 430, *φαγᾶς* fr. 451, *γαστροχάρυβδης* fr. 397 (praeter Homericam faciem hexametri optimam terminationem exhibens). In scaena repraesentatum erat antrum Cyclopi, quale ab Homero describitur; commemoratur enim fr. 137 haud dubie stratum eius, quod Homerus ex salicis uirgulis compositum fuisse dicit Od. IX, 427 sq. Leni autem ironia epicas formulas castigat hexametro usus Cratinus eadem qua epicus poeta constantia etiam tunc eas adhibens, cum prorsus uidentur a sana sententia abhorrere, quo imprimis pertinet *ἐρίηρας ἑταίρους* fr. 143, 1 atque, ut nos quidem arbitramur, fr. 136 *φίλον παῖδ'*, quae uerba nobis hac potissimum de causa Cyclopi uidentur tribuenda <sup>1)</sup>. Homericum sermonem imitantur etiam haec *ἀλυσκάζειν* (cf. ex. gr. Od. XVII, 581), fr. 138—140, *πανημέριοι* fr. 142 (Il. XVIII, 29) al. Omnino autem Cratinum paulo liberius Homericam uocabula Homericumque sermonis colorem captasse ad ludificandum cum ex multis fragmentis eluceat, uelut ex his, quae forte ex incertis collecta habemus fr. 315. 314. 357. 340. 382. 332, non dubitandum, quin in hac potissimum fabula, quae tota in Homeri narratione niteretur, illius studii exercendi et largissimam materiam inuenerit et praeclara exempla ediderit. Praeterea Cyclopem plebeio sermone locutum esse accommodato rusticitati ac feritati unum certe documentum exstat fr. 142 uerbum *χορτάζεσθαι* (cf. Bergk. l. l. p. 157). Ex incertae autem sedis fragmentis Kockius non inepte huic fabulae uindicauit fr. 326 schol. Theocr. IX, 19 (Ahr. II p. 306, 19 sqq.): *χόρια — τὰ τῶν ἐμβρύων ἀγγελία. εἰώθασι*

sub Cratini nomine irrepsisse animo tantum ad *μόνος* oppositum illi *ἕτερος* intento; contra *μονόμματος* est poetarum sermonis cf. Aesch. Prom. sol. fr. 194 N.

1) Quod Kockius dicit Cyclopem neque nosse Laertem neque Ulixem carum Laertae filium appellare potuisse, quid magis uerisimile, quam in oraculi illius a Telemo accepti hexametris fuisse commemoratum *Λαερτιάδην*? In altero argumento mentem comici non uidetur satis assecutus esse uir doctissimus.

γὰρ ἔγκατα πλήσαντες (ex Reiskii coniect.) καὶ ξηραίνοντες  
ὀπτᾶν, εἶτα ἐσθίουσι ταῦτα, ἃ καὶ χόρια προσαγορεύουσιν.  
Κρατὶ νεοτρόφοιο γέννας χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη, ubi iam  
Toupius recte restituit Cratini nomen cetera sic fingens

Ἄρονος εὐτρόφου κρέας

Χόρια τ' ἐμβρύων τε πλήθη, alii aliter. Nouissimus editor haec edolauit

εὐτρεφεῖς ἀγέλας

χόρια τ' ἐμβρύων τε πλήθη

nisi haud dubie aliqua discrepantia scripturae νεοστέφει  
Vatic. 3, γέννας ed. Bas. II (cum scholiis Calliergi); neque tamen  
nobis persuasit. Videntur enim accuratius spectanda esse ipsa  
scholiastae uerba, qui dicit uelamina, quibus includantur fetus  
in aluo, solere a pastoribus ad edendum apparari, non ipsos  
fetus, non ἐμβρύων πλήθη; quare hic aliqua corruptela latet,  
quam remouisse nobis uidemur scribentes ἐμβρύων πλήρη;  
uersus sic instauramus transposito uocabulo χόρια, quod prin-  
cipale est,

χόρια νεοτρόφοιο γέννας

ἐμβρύων τε πλήρη,

ita ut nihil aliud dixisse poetam arbitremur quam 'membranae  
subolis recentis fetuumque plenae', praecessisse autem uel sub-  
secutum accuratius praeceptum culinarium, quod sequitur etiam  
apud scholiastam Theocriti. Iam cum uideatur hic cibus ple-  
rumque in pastorum mensis appositus fuisse, non absonum est  
hic de Cyclope, homine subtilis palati, cogitare, qui μόσχον  
ὀπτόν laudat etiam apud Euripidem Cycl. u. 325, ad qualem  
scaenam illa uerba reuocanda erunt.

Vidimus igitur Cratinum in uniuersum fabulam Homericam  
secutum γαστριμαργίαν Cyclopis in maius auxisse fortasse  
hac in re Epicharmi exemplo adiutum, omnino autem magis  
id spectasse, ut Homericam huius rei tractationem carperet,  
quam de suo nouaret, id quod sequenti tempore factum uide-  
bimus in fabula satyrica.

Propter tituli similitudinem paucis hic absoluere liceat de  
Theopompi — posterioris sane aetatis Aristophaneae comici

cf. Mein. hist. crit. p. 237sq. — fabula Ὀδυσσεύς inscripta, quae Bergkio de rell. com. Att. ant. p. 413 audit Ὀδυσσεύς secundum Pollucis VII, 74 testimonium uix contra Athenaei IV, 165 b et schol. Aristoph. uesp. 1346 consensum urgendum et ob id ipsum ut titulum ita argumentum comoediae Cratinea uidetur repetiisse. At enim desiderantur in fr. 34 K., quod sic legit Bergkius

Εὐριπίδου ὅτι ἄριστον οὐ κακῶς ἔχον  
τὰλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα

et explicat: Euripideum est ientaculum non sane contemnendum etc. 'de Ulixē socios hortante, ut Cyclopi caseo et lacte prouti collibuerit fruantur', certa indicia huius fabulae; immo suadent non pauca, ut cogitetur de Ulixē in patriam redeunte, illud autem fragmentum intellegatur cum Ribbeckio Colac. p. 23 not. 4 de prociis, quorum est quam maxime τὰλλότρια δειπνεῖν, id quod Kockius quoque sensisse uidetur conferri iubens titulum eiusdem poetae Πηγελόπη.

---

#### CAPUT IV.

##### *Polyphemus in fabula satyrica.*

##### § 1.

##### De Aristiae Cyclope.

Adprime conueniebat Cyclopi figura satyricarum fabularum indoli, cum immania monstra priscae antiquitatis uel barbaros a uernaculis moribus abhorrentes captare soleret, quibus secleris uindicta ab heroibus importaretur. Erat igitur inter personas Cercyonis, Scironis, Sylei, Busiridis, Amyci aliorum, quos primus congressit in secunda quam statuit argumentorum satyricorum classe Welckerus de fabula satyr. (in libro: addit. ad trilog. Aeschyl. Francof. ad Moen. 1826) p. 302 sqq. Primus autem in hoc genus dramatis Polyphemum induxisse uidetur Aristias, Pratinae, satyricae fabulae inuentoris, filius, quem inter celeberrimos huius generis auctores laudat Paus. II, 13, 5.

Nec dubium uidetur esse, quin iam ante Cratinum hoc argumentum in scaena egerit, etsi certa temporum indicia non habemus. Sed cum Cratini Ὀδυσσεῦς actam esse non ante Ol. 85, 1 supra cognouerimus, Aristias autem sit filius Pratinæ, quem Ol. 70 certasse cum Aeschylō et Choerilo Suidas s. u. *Πρατίνας* testatur, et ipse secundus fuisse perhibeatur in eo certamine, quo Aeschylī tetralogia *Λάιος, Οἰδίπους, Ἐπιτὰ ἐπὶ Θήβας: Σφίγξ* uicit Ol. 78, 1 cf. hypoth. Sept. c. Theb. in cod. Med.<sup>1)</sup>, certum est eum antecessisse Cratinum. Itaque chronologicus ordo postulabat, ut de illius fabula ante Cratineam diceremus, sed singula genera nolimus disiungere. Unus autem uersiculus, quem fata superstitem esse uoluerunt ex dramate Aristiæ, id certe demonstrat idem argumentum fuisse, quod Homerum secuti plurimi poetae tractauere: Ulixis dolum aduersus Cyclopem uino sopitum perpetratum. Laudat autem hunc uersum Suidas s. u. ἀπώλεσας:

ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ (Trag. fr. N. fr. 4 p. 563) addens ἐπὶ τῶν τὰ καλῶς πρότερον γέγονενα ὕστερον μικροῦ τινος ἔνεκεν κακοῦ ἀνατρεπόντων ἢ ἐπὶ τῶν ἄχαρίζονται δολούντων καὶ μὴ ἀκέραια παρεχομένων. Noui aliquid affert Zenobius II, 16: ἐν Κύκλωπι δράματι Πολύφημος οὕτως πρὸς Ὀδυσσεά λέγει, ὅθεν εἰς παροιμίαν περιέστη (cf. Diogen. II, 32), cuius usus exemplum exstat apud Athen. VIII p. 362 a. Dicit igitur haec uerba Polyphemus ad Ulixem; neque uero habemus Euripidea, quibus haec comparemus. Apud Euripidem enim nusquam Cyclops de uini mistione aut aqua infusa deprauatione loquitur, tangit tantummodo simile quid Silenus u. 557. Nec poterat hac de re stomachari, quoniam apud Euripidem uini plane inscius est, ut infra uidebimus; apud Aristiam autem cum tam subtilis palati fingatur, ut tenuitatem uini statim sentiat, concludere licebit iam pridem uini eum non expertem fuisse, qua in re Homerum secutus est cum Cratino Aristias. Quomodo in ceteris fabula comparata fuerit nescimus, quamquam cum aliqua probabilitate statuerunt uiri

1) De fide uerborum in uita Soph. n. 19 (p. 16 Iahn.) καὶ Χοιρίλω καὶ Ἀριστίᾳ dubitatur.

docti (cf. Welck. l. l. p. 286) Aristiae Cyclopem Euripidis fuisse exemplar, quorum poetarum cognationis allatum est a Meinekio documentum hoc *Ἰδον τραπέζεις* Arist. apud Athen. XV p. 686 a (Nauck. fr. 3): *Ἰδον μάγειρος* Eur. Cycl. 397<sup>1</sup>). Unum tamen fragmentum Aristiae Cyclopi non sine aliqua ueri specie uindicabimus incertae sedis quod laudat Athen. II p. 60 b (Nauck. fr. 6), ubi de fungis exponit ganeo

*μύκασσι δ' ὀρέχθαι τὸ λάϊνον πέδον,*

paulo uerbosius idem Eustath. p. 1017, 13 sq. Sed quamuis hic discrete testetur de fungis sermonem esse, quod non multum ualet, quoniam Athenaeum exscripsit, quomodo in talem conexum fungi inculcentur? Et cognouere iam pridem uiri docti errasse Athenaeum; quare Schneidewinus scripsit *μυκασσι* a *μυκή* 'mugitus', quae uox legitur apud Apoll. Rhod. Argon. IV, 1285 a scholiasta explicata per *ἤχοι, μυκήσεις*. Quam accentus mutationem si accipimus, sententia euadit haec: 'mugitibus autem fremebat saxum solum', quod si de Polyphemi antro dicatur, nemo offendat. Poterat autem hoc in narratione aliqua uel descriptione proferri, qualem ex. gr. inchoat Ulixes Cycl. Eur. uu. 382 sqq. Hoc si uerum, poteritne coniectura fieri de gregibus Polyphemi? *μυκᾶσθαι* enim et *μυκηθμός* sunt uocabula boum mugitus apud Homerum (Od. X, 413. XII, 265) propria, etiamsi aliorum quoque animalium clamorem hac uoce significari non nescimus. Quid? Nonne iam Aristias potuit hac in re ab Homeri narratione deflectere, ut etiam boues adderet Polyphemi gregibus, id quod ab Euripide factum uidebimus? Sed cautius erit nihil nisi Euripidis uerba u. 426: *ἐπήχει δ' ἄντρον* in comparisonem uocare (cf. Hom. Od. IX, 395).

## § 2.

### De Euripidis Cyclope.

Iam licet tandem aliquando firmo pede insistere et fragmentis agglutinandis supersedere, quoniam uni certe fabulae

1) Quod Welckerus p. 302 addebat, nusus esse peruersa lectione Athen. VI p. 270 c uidetur.

satyricae pepercit fati iniquitas: Euripidis Cyclopi. Quae quidem fabula quo certamine, cum quibus coniuncta tragoediis acta sit nescimus, neque praesto sunt ea indicia chronologica, quae in ceteris fabulis se offerunt ex didascaliiis aut temporis tectis significationibus petita, sed sola ex metrica ratione aliquid potest concludi, etsi fabulam satyricam liberiore usu exsultasse neque cum tragoediarum consuetudine comparari posse et per se consentaneum est et testimoniis ueterum firmatur cf. schol. ad Hephaest. p. 183 (Gaisf.). Attamen qui trimetri iambici rationem curatius examinauere, iure uidentur statuere extremae Euripidis aetati hanc fabulam adsignandam esse cf. Rumpel. Philol. XXIV p. 408; C. F. Mueller.: de pedib. solut. in dial. senar. Aesch. Soph. Eur. Berol. 1866 p. 143 not. 3; nam Zirndorferi (de chronol. fab. Eurip. Marb. 1839 p. 110 sq.) argumenta, qui propter Aristophanis Nubium quosdam locos, qui ad illam fabulam alludere ei uidentur, eam ante a. 423 actam censet, facili negotio redargui possunt. Videtur autem Euripides potissimum huius modi argumenta, quibus animalia propter uirium magnitudinem uel morum ferocitatem hominibus inimica et odiosa debitas dant poenas, prae ceteris adamasse, quoniam maior pars nouem qui traditi sunt titulorum ad tales res spectat, ueluti Syleus, Busiris, Sciro, Eurystheus, Autolycus. Cyclopi autem argumentum quomodo uariauerit, ut noui quid Atheniensium subtili iudicio propinaret, difficile est perspectu, eo difficilius, quod ne primus quidem satyrico characterē tractauit, quo haud dubie quasi nouo lumine aspersa est expressa imago. Nam cum Cyclops subito nouo comitatu cinctus sit, nouae se praebent ansae solita uariandi, figurae inueteratae aliorum consuetudine arcessita mutandae atque expingendae. In Cyclope autem Euripideo describendo id potissimum sequemur, ut quibus rebus ab Homero distingatur, accuratius quam adhuc factum est perscrutemur. Apertis uerbis Sicilia et Aetna mons domicilium Cyclopi dicitur cf. uu. 20. 95. 106. 114. 130. 298. 366. 395. 660. 703. Externam autem speciem ipsius Polyphemi in uniuersum eadem quam Homerus praeciit ratione, in singulis magis consumma-



tam et auctam atque adeo magis definitam exhibuit poeta satyricus. Est Polyphemus ut ceteri Cyclopes (u. 21) unoculus<sup>1)</sup> cf. uu. 79. 174. 475. 633. 636. 648. 657. 663. 673, filius Neptuni cf. uu. 21. 262. 290 sqq. 318. 413, sed confunditur iam Homeri genealogia cum Hesioidea, cum mater dicatur u. 648 Gaea, quam ingenti filii formae melius respondisse recte iudicauerunt Brodaeus et Hermannus ad h. l. Quam enormem formam ne scaenicus quidem poeta describere et ceterarum rerum inaudita ratione exprimere desinit, quamquam difficile erat in scaena figuram magnitudine ceteros homines tanto superantem proponere (cf. Wieseler. de fab. satyr. in stud. Gotting. 1847 II p. 639 sq.)<sup>2)</sup>. Optime autem narrari poterant mirabilia ab Ulixe, cum ex antro reuersus choro quae uiderit refert uu. 382 sqq.:

*ἐπεὶ πετραίαν τήνδ' ἐσέλθομεν χθόνα*<sup>3)</sup> etc.,

ubi dicitur Polyphemus in foco locasse

*ὑψηλῆς δρυὸς*

*κορμούς πλατείας ἐσχάρας βαλὼν ἐπι,*

*τρισσῶν ἀμαξῶν ὡς ἀγώγιμον βάρος,*

(cf. Od. IX, 233 sqq.; imprimis 241 sq.), cratera autem implesse ὡς δεκάμφορον et poculum apposuisse

*εἰς εὖρος τριῶν*

*πήχεων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο.*

Ac facile credimus ipsum palum praeustum fuisse iocosa magnitudine, ex qua conclusionem facerent spectatores de oculi circuitu u. 472. Nec mores ab Homericis multum diuersi: mansit impietas et ferocia cf. ἀνόσιος uu. 26. 31. 348. 378. 438. 693; δυσσεβής 30. 289. 311; θῆρ<sup>4)</sup> πανουργός 442; ἀναιδής 592; νηλής 369; θεοστνγής 396. 602; κακός 599. 627; ἀποβώμιος

1) Ubi propter uersum uel ad magnitudinem significandam legitur ὄμματα, ut uu. 459. 470. 511 uel βλέφαρα u. 485, unus oculus intellegendus item atque apud Homerum.

2) Vocis tonitru (cf. Philostr. uit. Apoll. VII, 28) actor uidetur naturam Cyclopi expressisse cf. Eustath. p. 1628, 24 sqq.

3) Pro χθόνα conicimus πτύχα; proposita στέγην, λεπταίαν — πέτραν non satisfaciunt. πτύξ uerbum Euripidi crebro in usu cf. Andr. 1277; Phoen. 84; Hel. 605; Suppl. 212. 979 saep.

4) Cf. Lycophr. 765 τὸ τυγλωθέν δάκος.

365; ἄμικτος 429; ἀνήρ, ᾧ θεῶν οὐδὲν ἢ βροτῶν μέλει 605, quamquam ipse Polyphemus superbe iactat genus a deis deductum u. 231:

οὐκ ἦσαν ὄντα θεόν με καὶ θεῶν ἄπο;

Nec potuit poeta philosophus, qui etiam Ulixi de Iouis diuinitate ratiocinationem uu. 353sq. suppeditat, occasionem dimittere, quin Cyclopem suam de deorum fide atque auctoritate uitaeque pretio et usu sententiam promentem induceret uu. 316sq., de qua festiue disputauit Wilamowitzius Anal. Eurip. p. 226sq. In deliciis habet Polyphemus ut ceteri Cyclopes (cf. u. 22: ἀνδροκτόνοι) carnes humanas cf. uu. 92sq. 126. 249. 356. 374; quare audit ξένων δαιτυμών 610, θῆρ ξενόδαττης 658, et solet Silenus mensam ei apparare pretiosas offas ostendens cf. 313sq. Mentis non est ita sagacis, sed Sileni credit obtestationibus u. 262 et mendaciis et quasi consiliarium eum adsciscit 539, quamquam ipse Silenus ἀμαθίαν Cyclopis 173 cauillatur, qui choro quoque est ἀπαίδευτος 493. Differentia inter scaenicum et epicum poetam apparet eo, quod ille θεοστύγης Ἰδίου μάγειρος artis culinariae est eximie peritus neque caret necessariis instrumentis: cultris (uu. 241sq.), securi (u. 395, quem transponimus cum Hermanno post u. 399), cortina (392), ueribus apte fabricatis (393sq.), ipso foco (384), quorum apud Homerum nulla fit mentio. Nec dedignatur uariationem in cena adornanda, cum carnes partim coquere partim assare didicerit uu. 396sq. 244sq., cui quidem consuetudini saepius eum indulsisse ex satyrorum adhortatione mandendi dulcedinem anthropophago praemonstrante uu. 356sq. sequitur. Atque omnino Cyclops deditus est abdominis uoluptatibus, quarum proponit imaginem edacitate turgentem uu. 323sq.:

ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέη,

ἐν τῆδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα

ἢ μόσχον ὀπτὸν ἢ τι θύρειον δάκος

δαινύμενος, εὖ τέγων τε γαστέρ' ἑπίτιαν,

ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα etc.,

nec sine subtili consilio Euripides induxit Cyclopem a uenatione reuersum num prandium sit paratum ex choro quaeren-

tem, ut nostri solent uenatores, uu. 214 sqq. Modum uero edendi et bibendi non magis quam apud Homerum scit tenere, ita ut quae deuorauit mox eructet cf. Od. IX, 373 sq.; Eur. 591 sq. (562. 523), ac uidetur consilium 'nihil relinquendi' praecipue Cyclopeum fuisse Od. IX, 292; Eur. uu. 314. 570. 575. Animaduertendum autem in Polyphemo, ubi primum uini notitiam nactus est, statim cupidinem comissionis excitari, eam igitur meri uim apparere, quae rusticitati et tumultui inclinet cf. 445 sq. 507 sqq. 537:

*ἡλίθιος ὅστις μὴ πικρὸν κῶμον φιλεῖ,*

dum potator usibus edoctus Silenus solus frui uult Bacchi dono 540. Optime autem immoderata libido cernitur in toto illo epeisodio 519 sqq., ubi Silenus et Polyphemus quasi certamen ineunt potandi. Atque his in rebus enarrandis Euripidem habuisse quos sequeretur ex eis, quae disputauimus, elucere opinamur, in satyrorum uinulentia illudenda fortasse Aristiam. Cuius fragmentum si supra recte interpretati sumus, nouauit Euripides, quod Cyclopes uini ignaros induxit, id quod et disertis uerbis testatur Silenus Ulixae interrogante uu. 123 sq. et ipsius Polyphemi inscitia uu. 521 sqq. comprobatur. Cur uero mutauerit ab Homero traditam et a posterioribus ut uideatur retentam consuetudinem, in propatulo est: multo efficacius scaenico poetae is uino domatur, qui eius uim nondum perspectam habet, quam qui meliore tantum nota pellectus nimium exhaust. Videtur Euripides etiam in possessione Cyclopiis describenda nonnulla nouasse. Cum Homero conueniunt pecudum diuitiae, quarum lactis et caseorum largas in antro asseruat copias, etsi paulum immutata est res pecuaria Cyclopiis satyris inductis. Conspicitur enim Polyphemus potius locuples possessor quam ipse pastor, cum satyris eorumque ministris (u. 83) pascendi munus imposuerit cf. uu. 26. 41 sqq. 76 sqq. al. Sileno sene domestica negotia administrante cf. u. 29. Neque tamen propterea curam atque amorem pecudum deposuit, sed acerrimo studio cauet, ne quicquam neglegatur a leui pastorem caterua; quapropter rediens satyrorum turbis aspectis increpat Bacchi discipulos magna indignatione tri-

metri solutionum multitudine optime significata uu. 203 sqq. et num rei pecuariae bene consuluerint studiose sciscitatur. Possidet autem Cyclops *μῆλα* ut apud Homerum cf. uu. 28. 122. 162 al. 'oues et capras' et agnos a comitibus Ulixix ex antro actos uidet uu. 224 sqq. 189. Sed quattuor locis <sup>1)</sup> indicatur etiam boues in gregibus esse (cf. Borsdorf. commentar. in Theocr. id. XI, Iaurauiae 1874 p. 4) uu. 136. 218. 302. 389, quod, nisi arbitrari mauis non presse Homeri uestigia secutum esse hac in re Euripidem <sup>2)</sup>, ideo eum instituisse existimauerimus, ut quam ditissimum dominum efficeret Polyphemum. Nutrimenta eadem fingit quae Homerus: lae et caseos uu. 122. 327; unum addit (nam *μήλων βορῆ* etiam epicum Cyclopem uixisse consentaneum) carnem ferinam, quam iam pridem se abominari dicit Polyphemus uu. 247 sqq.:

*ὥς ἔκπλεώς γε δαιτός εἰμ' ὄρεσζόου·  
 ἄλις λέοντων ἐστὶ μοι θοινωμένω  
 ἐλάφων τε, χρόνιος δ' εἴμ' ἀπ' ἀνθρώπων βορῆς.*

Nimirum non edit uir portentosus nisi *θῆρειόν τι δάκος*, bestias feroces uel magnitudine praecellentes, leones uel ceruos, quorum pellibus uestitur cf. u. 330. Quam praedam captat per montes persequens uestigia cum canibus (130), quos praeter pecudes alit, qua de re infra accuratiora proferemus. Ad ferocitatem augendam pertinet etiam quod Euripides frumentorum expertes reddidit Cyclopes cf. uu. 121 sq. 133 sq., cum Homerus Od. IX, 107 sqq. frumenta eis terram ultro progignere narret, quae Euripideo Cyclopi necessitate coacta tantum gramina et pabulum praebet 332 sq. Neque tamen caret uita Polyphemi commoditate quadam et rusticana iucunditate, quamuis rudi-

1) Quamquam de integritate primi loci dubitamus; nam cur Silenus bouinum tantum lac adesse dicit (singulari numero *βοός!*), cum u. 218 caprinum inueniatur? Fortasse scribendum *πυὸς γάλα*, quod quidem lactis genus apud comicos crebro occurrit, quae coniectura quodammodo commendatur, quod Athen. XIV p. 658 c et ex eo Eustath. p. 1485, 32 legunt *Διὸς γάλα*.

2) In minutioribus rebus libere uersatum esse tragicum docet quod titionem oleaginum dicit Ulixes 455 (Od. IX, 319 sq.), quernum chorus 615.

bus moribus pastoris accommodata, quae maxime conspicua fit, ubi ipse Cyclops suae uitae consuetudinem exposite deformat 316 sqq. Et alias inueniuntur imagunculae bucolici coloris cf. 360:

*δασυμάλλω ἐν ἀγίδι κλινομένῳ.*

541:

*καὶ μὴν λαχνῶδες γ' οὐδας ἀνθηρᾶς χλόης.*

Vini autem uis procreat cantum Polyphemi, cuius apud epicum poetam nullum uestigium. Sed est mugitus potius quam carmen modulatum neque fauente Musa editur cf. 423. 425 sq., ut antrum late resonet. Titubat autem ex spelunca

*ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος*

*σκαίος ἀπωδός (489 sq.),*

ut comissatum eat ad Cyclopes fratres (445 sq.), et carmen satietatem pransi potique illustrans effundit. Conuenit denique cum tota descriptione Euripidea quod dedignatur Cyclops muliebri genus et amorem muliebrem turpem iudicans exercitum, qui unius mulierculae causa Phrygum terram inuaserit (283 sq.) et quod fera libidine ebrietate inflammata secum trahit Silenum quasi Ganymedem suum puerili amore magis se delectari dicens quam muliebri his uerbis 581 sqq.:

*οὐκ ἂν φιλήσαιμ'. αἱ Χάριτες πειρῶσί με.*

*ἄλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι*

*κάλλιστα νῆ τὰς Χάριτας· ἦδομαι δέ πως*

*τοῖς παιδιζοῖσι μᾶλλον ἢ τοῖς θήλεσιν.*

Si totam imaginem Euripideam uno conspectu animo concipimus, in uniuersum secutus est poeta Homeri exemplum ferocitatem premens et barbaros mores, quos Ulixes ne eo quidem flectere potest, quod Graecae originis illum admonet uu. 297sqq., quam quidem saeuitiam auxit singulis in rebus tragicus poeta de suo, omnino singula lineamenta magis exprimens et actionem eiusque condiciones astrictius ut dramaticus et distinctius elaborans. Neque magis quam Homerus ridiculum effinxit Polyphemum, sed una excepta scaena, ubi ebrium uacillantem induxit, ridiculas partes per totam fabulam assignauit satyrorum choro. Illam autem ipsam scaenam non

dubitamus quin non primus proposuerit. Est enim ut uidimus tantum non manifesta in quibusdam rebus imitatio priorum, ueluti taetram gulam ad Epicharmum uel Cratinum reuocare poterimus, fortasse ad Aristiam uinulentiam. Neque nimis audacem esse putamus coniecturam, ex qua philosophandi studium, non ipsam philosophiam inde ab Epicharmo in Cyclopiis sucum et sanguinem (si quidem habet poetica figura sucum et sanguinem) ita abiisse opinamur, ut ne Euripides quidem doctum ei sermonem subicere omitteret.

Tractatum esse argumentum de quo dicimus in aliis fabulis satyricis nulla iam exstant testimonia<sup>1)</sup>. Quamquam lubenter unum uersum ad hoc potissimum genus relegemus trimetrum iambicum seruatum a Zenobio I, 92:

*ἂν οἶνον αἰτῆ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου, qui addit ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν αἰτούντων, δεινὰ δὲ λαμβανόντων. Ἡ δὲ ἱστορία ἀπὸ τοῦ Κύνκλωπος, παρόσον αἰτήσας οἶνον τὸν Ὀδυσσεῖα τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερήθη. Ὀδυσσεῖα γὰρ ἐν τῷ σπηλαίῳ κατασχῶν ὁ Κύνκλωψ καὶ τοὺς ἐταίρους αὐτοῦ ἀρξάμενος κατεσθίειν, οἶνον παρ' αὐτοῦ λαβὼν ἔπιε καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν χάριν δίδωσιν ὕστατον αὐτὸν καταφαγεῖν· μεθυσθεῖς δὲ μετὰ τὸ πιεῖν καὶ ὑπνώτων παρ' ἐλείνου ἐξετυφλώθη. Integram huius uersiculi formam uidetur exhibere schol. Arist. pac. 123 Rau. et Ven. (D. p. 174 b, 53), ubi pro κόνδυλον legitur pluralis κονδύλους metricae legi respondens, quam hoc in prouerbio paulatim euanuisse ex altera forma licet colligi a Veneti solo scholiasta allata:*

*εἰ δὲ οἶνον αἰτεῖ, κόνδυλον αὐτῷ δός* (D. p. 174 b, 48sq.). Aristophanis autem scholiastae cum adponant: *ὑπὲρ τοῦ ἐθίζειν τοὺς παῖδας μηδὲν τι περιττὸν αἰτεῖν* (ζητεῖν) Bergkio poet. lyr. Gr. III<sup>4</sup> p. 610 paroemiographi, 'qui haec ad Cyclopiis fabulam rettulerunt, omnino doctrina uidentur intempestiue usi esse'. Sed miramur duas res inter se commutasse uirum

1) Lepidum fuit inuentum Timanthis pictoris satyricarum fabularum memoria fortasse excitatum, qui dormientem Cyclopem in tabella proponens magnitudinem ita expressit, ut 'satyros thyrso pollicem eius metientes iuxta pingeret' cf. Plin. n. h. XXXV, 74.

doctissimum: prouerbii usum et originem. Usurpatum esse hoc prouerbum de liberis nimia poscentibus facile largimur Aristophanis scholiastae et Bergkio, sed ut fit longe alia poterat esse origo, quam si testantur grammatici ab illa fabula esse repetendam, cur tergiuersemur? Iam cum trimetro inclusa sit sententia, ad quam alludere Aristophanem scholiastae adnotant, suspicamur ex dramate satyrico ante Aristophanis Pacem h. e. ante Ol. 89, 3 = 421 acto eam sumptam esse, cogita ex Aristiae Cyclope, ex quo prouerbialem uersum petitum esse supra uidimus. Imaginamur autem dixisse hoc satyrorum coryphaeum Ulixi et *κονδύλους* intellexisse titionem eodem modo, quo apud Euripidem uerbosus est in adhortatione magis quam in actione uu. 473 sqq. 483 sqq. 608 sqq. 630 sqq. 654 sqq. translato sensu palum funestum appellans *καρκίνον* u. 609.

Ex dramate satyrico fabula illa transiit ad id poesis genus, cui antiquitus erat cognatio cum satyrorum choris, in dithyrambum.

---

## CAPUT V.

### *De Polyphemo et Galatea in dithyrambis.*

#### § 1.

#### De Timothei Cyclope.

Proficiscimur a loco Aristotelis multum uexato necdum prorsus ad liquidum perducto poet. II p. 1448a, 10 sqq. Sermo est de imitatione (*μιμήσει*) agentium (*πραττόντων*) in quouis genere tractandi, quae quidem reddat aut meliores aut pares aut deteriores, et pergitur: *καὶ τὸ περὶ τοὺς λόγους τε καὶ τὴν ψιλομετρίαν, οἷον Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρωδίας ποιήσας πρῶτος καὶ Νικοχάρης ὁ τὴν Ἀηλιάδα χείρους· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς διθυράμβους καὶ περὶ τοὺς νόμους, ὥσπερ \* \* γᾶς, Κύκλωπας<sup>1)</sup>*

1) Cod. Par. ὥσπερ | γᾶς κυκλωπᾶσ

*Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος, μιμήσαιο ἄν τις· ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγωδία πρὸς τὴν κωμῶδιαν διέστηκεν, ἡ μὲν γὰρ χεῖρους, ἡ δὲ βελτίους μιμῆσθαι βούλεται τῶν νῦν.* Quaeritur, quid sit illud γὰς in codicibus traditum. Propositurus est Aristoteles exempla, ut etiam in dithyrambis et nomis illam legem ualere demonstret: quapropter consentaneum esse duxerunt uiri docti et dithyrambi et nomi exemplum proponi. Ac iam pridem nomi exemplum e uerbis traditis elicuerunt sic legentes ὡς Πέρσας (καὶ) Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος, cum Pausaniae VIII, 50, 3 testimonio constet Πέρσας fuisse νόμον Timothei. Statuendum tunc erat et Timotheum et Philoxenum scripsisse et Persas et Cyclopem, quod reuera statuit quondam Bergkiius poet. lyr. III<sup>4</sup> p. 616 sq. ipse tamen propter nimiam infirmitatem postea hanc opinionem reprobat. Et quid hoc loco Πέρσαι? Si Aristoteles duo tantum genera distinguere uolebat, ut duo tantum distinxit in dramatica poesi, non poterat discernere *ὁμοίους* et *χεῖρους*, quoniam prius nisi cum reliquis duobus generibus coniungitur plane otiosum est, sed debebat ut subinde *βελτίους* et *χεῖρους*. Cui autem generi tribuamus Πέρσας? Celebrabantur hoc nomo res a Graecis contra Persas praeclare gestae (Bippart. loco mox laud. p. 65), ac possit quispiam cogitare fuisse meliores descriptos illos *Μαραθωνομάχους*, sed cum *Κύκλωπας* in toto conexu nihil aliud significare possit quam ipsos Neptuni filios barbaros, non titulos tantum dithyramborum, etiam Πέρσας non solum titulum carminis alicuius, in quo meliores delineantur alii, accipere debemus, sed ipsos homines Persas, quos Timotheus neutiquam supra humanam uirtutem sustulisse putandus est. Porro nimis contorta et a simplici interpretatione abhorrens nobis uidetur quam posteriorem iniit rationem Bergkiius l. l. p. 617, ut Timotheus in Persis meliores, idem in Cyclope mediocres, Philoxenus in Cyclope deteriores imitatus sit. Deinde illud γὰς in nomen poetae auxerunt simul nomi exemplum recuperaturi, ueluti Vahlenus in altera ed. Aristot. poet. supplens ὡσπερ Θεοὺς Ἀργᾶς ita quidem, ut Θεοὶ Argae illius, quem νόμους composuisse scimus ex Athen. XIV p. 638 b,



melius genus, Cyclopes Timothei et Philoxeni deterius genus repraesentarent. Nuper tamen idem uir subtilissimus ut uideatur simplicissime mendum sustulit in Herm. uol. XII p. 192 scribens γάρ, expositione tamen coniecturae supersedens, quam nos sic accipimus, ut talem ἀνομοιότητα inter Cyclopem Timothei et Philoxeni intercedere putemus, qualem aut inter pares et deteriores aut inter sublimes et deteriores aut inter sublimes et pares. An sic accipiendum, ut per se intellegatur nec per se commemorandum sit in dithyrambis et nomis sublimi et par genus posse delineari, itaque uerbis ὅσπερ γὰρ Κύκλωπας etc. humilis tantum classis inducatur exemplum, quo etiam hanc istis poesis generibus exprimi posse demonstraretur? Ut hoc intellexit aenigmatista non persuasit γάρ corruptum esse in γὰρ. Felicius nobis uidetur locum tractasse Susemihlius Mus. Rhen. XXXV p. 486 sqq., qui primus intellexit hoc exemplo non id agi, ut comprobetur diuersos poetas in diuersis poesis generibus diuersa argumenta diuerse tractare extollentem hunc, illum detrectantem, tertium fideliter delineantem, sed in eodem genere diuersos poetas idem argumentum diuerse tractare. Conclisit igitur et diuersos fuisse Cyclopes Timothei et Philoxeni atque huius quidem detractum, illum elatum, utriusque uero esse exemplum dithyrambi, id quod requireret simile exemplum nomi, quod nimis impedit sic suppluit: ὅσπερ Πέρσας Τιμόθεος καὶ Ἀργῶς, Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος. Hoc recte monuit uir doctissimus distinguendum esse etiam in Cyclopibus sublime, mediocre, humile genus tractandi, licet refragetur Eduardus Hiller in Burs. anal. 1881 I p. 134; nam posse in diuersis uel in eodem genere diuersos agentes diuerse fingi, ex. gr. in nomis et dithyrambis deos meliores, deteriores Cyclopes quid adnotaret Aristoteles, cum per se deorum maiestas, humilitas Cyclopum propria esset? Debent profecto in eodem genere et in diuersis tales diuersi exhiberi.

Sed nimium nobis uidetur Susemihlius orationis hiatum statuuisse. Prudenti enim consilio Erwinus Rohde Mus. Rhen. XXXIV p. 572 adnot. 2 ex Stephani Byzantii et Suidae in enu-

merandis carminibus Timothei discrepantia effecit ambiguum fuisse nomen carminum quibus maxime floureret citharoedus Milesius, *νόμων* et *διθυράμβων*, quoniam uiderentur grammaticis propius accedere ad dithyrambum recentiorem Philoxeni quam ad priscum nomum Terpandri. Quid? Nonne statuere licet etiam Aristotelis loco dithyrambos et nomos pro uno genere copulatos esse ita quidem, ut exemplum ad utrumque genus quadrans electum sit: *Κύκλωπες* <sup>1)</sup>. Hoc si uerum, textus ipse non modo indicat duorum ex tribus generibus poetas Timotheum et Philoxenum, sed suppeditat etiam corruptela tertium, cuius ex nomine remansit illud — *γάς*. Dubitari non potest, quin Timotheus repraesentauerit sublime genus, potest, utrum Philoxenus mediocre an infimum. Commendat tamen indoles Philoxenii poematis magis, ut prius statuatur, quoniam Cytherius ut postea uidebimus Cyclopeam naturam humanae circumdedit, optime igitur sic ut hominem exhibuisse Cyclopem dicitur. Ergo humillimi generis exemplum desideratur: nullum autem aptius quaerenti se offeret quam ab Athen. I p. 19 fsq. traditum: *Εὐδικὸς δὲ ὁ γελοιοποιὸς ἠὲδοκίμει μιμούμενος παλαιστὰς καὶ πύκτας, ὡς φησὶν Ἀριστόξενος· Στρατων δ' ὁ Ταραντῖνος ἐθαυμάζετο τοὺς διθυράμβους μιμούμενος· τὰς δὲ κίθαρχοδίας οἱ περὶ τὸν ἐξ Ἰταλίας Οἰνώωναν, ὅς καὶ Κύκλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσεῖα σολοικίζοντα, ὃ αὐτὸς φησιν.* Haec memoria summa auctoritate fundata Aristoxeni Tarentini, Aristotelis discipuli, cuius in libellum *περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως* fr. 48 relegat Muellerus fr. hist. Graec. II p. 284, non pauca praebet expeditu difficilia. Nihil enim scitur de Oenonae temporibus nisi quod ex ipso illo loco colligitur natu maiorem eum esse Aristoxeno nec multum confert ad accuratiorem scientiam quod eundem esse credunt uiri docti (primus O. Iahn. proll. Pers. p. LXXXVI adnot. 3) qui eodem Aristoxeno auctore (fr. 56 M.) ab Athenaeo XIV p. 638 b dicitur *τῆς κίθαρχοδίας πρῶτος ἐπὶ τὸ γελοῖον παρωδὰς εὐρεῖν, Οἰνώπας*, cuius

1) Non est traditum dithyrambum fuisse Timothei Cyclopem cf. Rohdium l. l.

aemulatores perhibentur Polyeuctus Achaeus et Diocles Cynaethus non magis noti quam is quem sibi ad imitandum proposuerunt. Aliquid tamen, si nobiscum putas citharoedorum illorum nomen esse unum, ex altero loco potest effici, ubi iunctura ὡσπερ τῶν ἑξαμέτρων τινὲς ἐπὶ τὸ γελοῖον παρωδᾶς εὖρον, οὕτω καὶ τῆς κιθαρωδίας πρώτος Οἰνώπας eo fert, ut quae secundum indolem hic componuntur epicae et citharoedicae poesis parodiae, eas ne temporis quidem magno intervallo existimemus disiunctas. Iam cum epicae parodiae inuentor omnium in ore sit Hegemo Thasius (cf. Aristot. poet. 2 p. 1448 a u. Schraderum Mus. Rhen. XX p. 186 adnot. 1), Alcibiadis coaeuus, non multum aetate distare ueri simile est Oenopam illum uel Oenonan, citharoedicae parodiae inuentorem. Nonne adprime hic locus quadrat ad Aristotelem illustrandum? Quemadmodum in epica poesi tertium genus imitationis efficit parodia Hegemonis Thasii, ita in dithyrambica uel nomica parodia Oenopae. Restituimus igitur apud Aristotelem huius mimi nomen, cuius ueram formam esse Οἰωνᾶς, non Οἰνώπας arguit frustulum superstes perispomenon γᾶς. Neque uero sufficit substituisse nomen proprium ὡσπερ Οἰωνᾶς Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος: altiore ulcere laborat uerborum collocatio. Falsus accentus uocis Κυκλωπᾶς, qualis legitur in codice Parisino, simplicissime sic explicatur, ut aberrasse putentur librarii oculi ad simile uerbum eiusdem notae, Οἰωνᾶς nimirum <sup>1)</sup>, quod aut praecessit uel secutum est aut, id quod hic probabilius uidetur, in proximi uersus capite fuit positum. Unde uidetur in superioris lineae initium elatum, ubi nunc remansit γᾶς ex νᾶς facile oriundum. Supplentes autem particulam καὶ sic arbitramur locum refingendum: ὡσπερ Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος (καὶ Οἰωνᾶς) μιμήσασθαι ἄν τις· et agnoscimus testimonium de discrepantia carminum praecipue Timothei et Philoxeni. Videtur enim Timotheus Cyclopiis naturam grandiore quam taetriorem concepisse, magis

1) Nunc melius ad nostram rem faceret forma Οἰνώπας, quae scribenda esset Οἰνωπᾶς, sed nomina propria in -ωπας exeuntia uidentur paroxytona esse omnia cf. Fick. nom. pers. Gr. p. 141.

monstri immanitatem quam anthropophagi impudentiam denotasse, omnino magis Homerico characterere induxisse Cyclopem quam satyrico nel eo, qui postea demum in dithyrambo et comoedia obtinuit.

Ceterum de Timothei Cyclope pauca tantum ex fragmentis aliisque indiciis coniectare possumus congruentia tamen illa quidem cum ista Cyclopis indole. Ne de tempore quidem quo editi sint Cyclopes Timothei et Philoxeni neque uter prior, uter posterior, satis liquet. Philoxeni dithyrambum non potuisse ante Ol. 93, 4 agi postea uidebimus, solet autem a recentioribus ante Timothei carmen proferri. Sed omnino nescimus, quando Timotheus scripserit Cyclopem, nisi forte inde quid concludere licebit, quod priore loco laudatur ab optimae fidei auctore Aristoxeno in schol. Il. IX, 219; et ipsius aetas Timothei hoc uidetur comprobare. Etenim si marmoris Paro ep. 76 fides est habenda, natus erat Ol. 83, 2 = 447, mortuus Ol. 105, 4 = 357, cum eodem auctore ep. 69 Philoxeniae uitae termini statuatur Ol. 86, 2 = 435 et Ol. 100, 1 = 380. Accipimus autem familiaritate quadam citharoedum coniunctum fuisse cum Euripide tragico, qui adolescentem explosum consolabatur (cf. Plut. an sen. s. ger. r. c. 23 p. 795 d), quocum Archelai hospitio fruebatur (cf. Plut. de Alex. fort. p. 334), in cuius cenotaphium epigramma composuisse perhibebatur (cf. Bippart. l. l. p. 58 sq.). Atque ante tragici fabulam satyricam scripsisse Timotheum carmen suum uix credibile<sup>1)</sup>; potius adolescentem senioris poetae uestigia pressisse ueri simile, quamquam haec omnia specie magis quadam probabilitatis admissa quam demonstrata esse concedimus. Certe ante oculos habuisse Timotheum Euripidis drama uno fragmento comprobabimus. Neque magis certa scimus de carminis indole et argumento. Bene meruit de Timotheo Georgius Bippart: *Philox. Timoth. Tel. dithyramb. rell.* Lips. 1843, qui longe superat Mauricii Schmidt in *diatrib. in dithyr.* 1845 in coaceruandis

1) Mire errauit Hartungius in praef. edit. Eur. Cycl. p. 8 contendens auctores fuisse Euripidi praeter Choerilum (?) et Aristiam Timotheum et Philoxenum.

recentiorum commentis sedulitatem ad dispiciendam artem poetæ parum fructuosam. Argumentum autem fabulam Homericam fuisse inter omnes constat. Spectant enim aperte ad uinum ab Ulixæ Polyphemo præbitum uersus ab Athen. XI p. 465 c et Eustath. p. 1631, 61 sq. seruati (Bergk. l. l. fr. 5)

Ἐχευε<sup>1)</sup> δ' ἐν μὲν δέπας κίσσινον μελαίνας  
 σταγόνος ἀμβρότας ἀφρῶ βροάζον·  
 εἴκοσιν δὲ μέτρον ἀνέχευεν ἕμισγέ θ'  
 αἶμα Βακχίου νεοθύτοις δακρύοισι Νυμφᾶν.

Notanda autem est imitatio Homeri, cum pæne ad uerbum expressa dixeris haec de Od. IX, 208 sqq.:

τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιθεᾶ οἶνον ἔρουθρόν,  
 ἐν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα  
 χεῦ· ὀδμη δ' ἤδεια ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει  
 θεσπεσίη· (cf. Bipp. p. 71).

Atque δέπας κίσσινον apud Homerum est κισσύβιον u. 346, quod ποιμενικὸν ποτήριον esse, ὁποῖον καὶ τῷ συβώτῃ ἐν τοῖς ἐξῆς Ἐνμαίῳ ἐστίν, ὡς δηλοῖ φασὶ καὶ Τιμόθεος ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Κύκλωπι, παραφράσας οὕτως adnotat Eustathius hausta ut uidetur doctrina ex schol. Od. IX, 346, et habet Euripidis Cyclops σκύφος κισσοῦ u. 390<sup>2)</sup>. Sed cauendum est, ne δέπας κίσσινον de Cyclopi uasculo intellegamus, quamquam hoc suadere uidetur Eustathii adnotatio. Nam uix credibile est miscuisse uinum quo Polyphemum sopiturus esset Ulixem, neque Homerus neque Euripides hoc dixerunt, sed potius quam fortissimum potum suggerere fortissimo uiro e re erat. Praue igitur Eustathius antiquiorem auctorem exscripsit Athenaei loco inductus, qui perperam Homeri illos uersus uerbis in-

1) Schneidewini coniectura Nunt. Gott. 1844 p. 1386 ἐπλήσε reiectanea, quod de mistione sermo, ubi funditur et uinum et aqua; expletur non poculum, sed crater.

2) Ingentis magnitudinis sibi fingunt poculum Cyclopi oblatum Deinosophistæ Athen. XI p. 461 c d. 481 e, cum ter exhaustum Cyclopem prostrauerit, et reprehendunt Dionysium Samium, quod in compendio mythologico (cf. Welcker. cycl. ep.<sup>2</sup> p. 70 sqq.) illud κρυβίον appellauit; cf. et Athen. XI p. 477 d e.

cohat καὶ Ὀδυσσεὺς ὤπασεν. Subiectum enim est Maro, a quo dono acceperat uinum illud Ulixes, neque de alio in Timothei uersibus cogitandum erit, quod Bippartus intellexit p. 71, etsi hic Ulixem illis uersibus apud Homerum egregium uinum Maronis Cyclopi commendare falso dicit. Apud Timotheum ad hunc finem Ulixem illos uersus elocutum esse libenter concedimus, nisi forte simplex narratio agnoscenda erit. Alterum fragmentum (fr. 4) Chrysipp. *περὶ ἀποφατικῶν* c. 10: εἰ Κύκλωψ ὁ τοῦ Τιμοθέου πρὸς τινα οὕτως ἀπερήνατο οὗτοι τὸν γ' ὑπεραμπέχοντα οὐρανὸν εἰσαναβήσει,

quod cur priore loco posuerit Bergkius nescimus, posteriori carminis parti adsignandum est probabiliter, non certo a Bipparto p. 72 sic explicatum, ut Cyclops occaecatus Ulixem per antrum quaerens minaretur utique se illum apprensurum, cum uix in caelum ascensurus esset. Ex incertae autem sedis fragmentis non sine specie ueri arcessitum est Etym. M. p. 630, 41 (fr. 7):

*τεταμένον ὀρίγανα διὰ μυελοτρεφῆ,*

qui uersus de Cyclope per speluncam strato intellegendus uidetur, nec tamen ut origano antrum ornatum sit, sed ut — Bipparti p. 73 opinionem sequimur — ὀρίγανα μυελοτρεφῆ dithyrambico tumore significant uinum organitum (cf. Caton. de agri cult. c. 127, 2), cuius ui prostratum *τανυσσάμενον διὰ μήλων* (Hom. Od. IX, 298) Ulixes uisu priuaturus erat.

Ac fortasse Bergkio ut umbram alicuius de hoc fragmento testimonii resuscitaret contigit. Apponitur enim peruerse in Etym. M. Ὀδυσσεῖας δ', unde ille nonnullis codicibus fauentibus edolauit Ὀδυσσεῖ. Ac possumus ultra progredi. Etenim cum Suidas s. u. Τιμόθεος c titulum carminis singularis enumeret Πέρσας ἢ Ναύπλιον iunctura ut uidetur peruersa, contra Athenaeus VIII p. 338 a et ex eo Eustath. p. 1538, 5 exhibeant ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλω, primus Bippartus p. 63 duplicem aliquem titulum fuisse coniecit *Ναυτίλος ἢ Ναύπλιος* ut nobis quidem uidetur sine ullo sale. Nam cur *Ναυτίλος* addebatur, cum celeberrimum nautam esse Nauplium nemo nesciret

(Apollod. bibl. II, 1, 5, 13. II, 7, 4, 3. III, 2, 2, 1), ut de inepto syllabarum lusu taceamus, quem ab hac tituli duplicatione abhorrere putamus. Quid? nonne titulus esse poterat Ὀδυσσεὺς ναυτίλος item atque Ὀδυσσεὺς ναυαγός, totus autem Κύκλωψ ἢ Ὀδυσσεὺς ναυτίλος, ueluti apud Euripidem u. 98 Ulixes se comitesque suos appellat ναυτίλους κεχρημένους? Conueniat autem cum hoc argumento quod de Ναυτίλω Timothei refert Athenaeus l. l. Dorionem iocatum esse tempestate aliqua a Milesio in Ναυτίλω descripta<sup>1)</sup> in olla bulliente se maiorem uidisse, cum Cratinum quoque similia in scaena proposuisse uiderimus. Quamquam ad Nauplium quoque quadrat tempestatis descriptio. Porro ad Cyclopem uidetur pertinuisse error aliquis Timothei ab Aristonico (Aristarcho) ad II. IX, 219 notatus (Bergk. fr. 19): ἡ διπλή, ὅτι θῦσαι οὐ σφάζαι, ὡς ὁ Τιμόθεος ἐπέλαβεν καὶ Φιλόξενος, ὁμοίως τῇ ἡμετέρα συνηθεία, ἀλλὰ θυμιάσαι καὶ ὅτι θνητὰς τὰς ἐπιθυνομένας ἀπαρχάς. Philoxeni autem praua interpretatio illius uerbi quo pertineat cum Suidas indicet s. u. ἔθυσας, ἀντιθύση, etiam Timotheum eodem loco peccasse ueri simile Od. IX, 231:

ἐνθα δὲ πῦρ κήαντες ἐθύσαμεν et q. s.

Uterque enim uidetur de pecudibus Cyclopis mactatis cogitasse. Miramur autem, quod interpretes huic poemati nondum uindicarunt uersus ab Anaxandride apud Athen. X p. 455 f. (fr. 17) ἐν Αἰσχρῶ prolotos, quos cum Meinekio sic scribimus

Ἄρτίως διηρτάμηκε καὶ τὰ μὲν διανεκῆ  
σώματος μέρη δαμάζει' ἐν πυρικτίοισι γᾶς·

Τιμόθεος ἔφη ποτ', ἄνδρες, τὴν χύτραν οἶμαι λέγων.

Solent Timotheo tribuere ultima tantum uerba ἐν πυρικτίοισι γᾶς, quod haec sola explicat Anaxandrides, sed nobis ultimi uersus ratio uno tenore praegressis subiuncti suadere uidetur, ut horum si non metrum et uerba ipsa omnia, at certe argumentum Timothei esse cum Bipparto p. 79 statuamus. Referimus autem hos uersus ad Cyclopem comites Ulixidis mactantem

1) Quae Schmidtus l. l. p. 112 sq. Eustathii loco, qui nisi Athenaeum hic auctorem habet neminem, fretus de retractatione (διασκευή) dicit, non intellegimus.

et uario modo ad cenam apparantem. Primum enim corpora discindit in singula membra <sup>1)</sup>, deinde partes porrectas in ollis coquit. Apparet autem illi τὰ μὲν responderere debere τὰ δέ, quo eas partes addiderit poeta, quas ferus ille coquus igne assauerit; quapropter τὰ διανεκῆ μέρη sensum adipiscuntur porrectarum partium corporis i. e. brachiorum erurumque <sup>2)</sup> praestantiorum haud dubie Bipparti insulsa explicatione, qui uocabulum διανεκῆ ad magnitudinem partium pertinere censet. Manifestus autem est cum Euripidis Cyclope conexus, qui similem in dape administranda distinctionem expressit uu. 402 sqq.:

καὶ καθαράσας

λάβρω μαχαίρα σάρκας ἔξώπτα πυρί,  
τὰ δ' εἰς λέβητ' ἔρῆκεν ἔψεσθαι μέλη.

Propter tenuitatem autem fragmentorum uix certo dici poterit, quomodo compositum fuerit poema Timothei. Probabiliter id tantum statuere poterimus luxuriatum esse poetam in uinulentia Polyphemi uinique et potentia et praestantia describenda secutum exemplaria Homeri et Euripidis, Aristotele autem teste nobiliore usum Cyclopi delineatione, quacum consentit sermo fragmentorum.

## § 2.

### De Philoxeni dramate.

Bene accidit, quod de hoc opere paulo accuratiora sciri possunt testimoniis magis quam fragmentis, nec defuerunt qui redintegrando carmini operam nauarent. Videtur autem, ut uetustiora omittamus, intra annos 1843—1846 quasi certamen restaurandi ortum esse praeunte Bergleinio: de Philoxeno Cytherio Gott. 1843 commentatione prudenti iudicio insignita. Secuti sunt eodem anno Bippartus l. l., a. 1845 Maur. Schmidt,

1) Cf. Etym. M. p. 270, 9 adnot. (cod. Voss.) διαρταμήσαντες· διακόψαντες, διαμερίζαντες· οἷον μεληδὸν διαρταμήσαντες ex Meinekii coniectura pro μεληδόν.

2) Sic intellexit Dalecampius; cf. Hesych. διανεκέσιν· ἐκτεταμένοις, μεγάλοις. Meinekius γῶτον διανεκέες intellegit.



eodem anno Guilielmus Klingender: de Philoxeno Cytherio dissertatione inaug. Marburg. et tempore et pretio ultima, uerborum iactantia plerumque inuenta recoquente, prauo iudicio nonnumquam detorquente. Denique a. 1846 Hartungius Philol. I p. 415—417 hunc dithyrambum tetigit repetens magis quam ipse inuestigans. Igitur cum tantum curae in re nihilominus dubia positum pauca reliquerit frumento demesso spicas legenti, quae postulat commentatiunculae integritas breuius repetemus paulo plenius de Synesii epistula exposituri.

Maxime memorabile et plane nouum in Philoxeni dithyrambo est, quod primum et commemoratur et intente tractatur amor Cyclopi in Galateam Nereidem. Nam quae ante Cytherium huius rei uestigia indagasse sibi uisi sunt uiri docti, ea nulla sunt, ueluti Welckeri commentum, quod in adnotationem 17 comment. de Epicharmo p. 322 relegauit, in Cratini fr. 143 fortasse inter delicta illa, ἀνδ' ὄν tosturus est Cyclops comites Ulixis, cogitandum esse de Galatea ab iis intemperanter lacessita, cuius rei infirmissimum testimonium ingenio nimis indulgens ex fr. 146 nondum expedito petere non debebat. Si iusta esset reprehensio illa Polyphemi, artam Galataeae cum illo consuetudinem exspectaremus ab hoc tempore alienam. Nec cum toto consilio fabulae Cratineae in διασφριῶ Ὀδυσσεείας posito hoc concineret. Nec magis certum, quod Natalis Comes (Conti Natale) Mythol. IX, 8 p. 987<sup>1)</sup> refert: 'dicitur Polyphemus non modo amasse Galateam, sed etiam Galatum ex illa suscepisse, ut testatus est Bacchylides', cui paulo cautius fidem habere debuerunt Bipp. p. 34 adnot. 16 et Schmidt. p. 56, cum nunc quidem antiqui scriptoris auctoritas deficiat<sup>2)</sup> (cf. infra cap. X). Ignoramus autem, num Galatea nympha ante Philoxenum carminibus sit celebrata, quam inter ceteras Nerei filias eminuisse epitheto Homeri (Il. XVIII, 45) ἀγαλλειπή non satis comprobatur (cf. Hes. theog. 250). Cau-

1) Qua nos usi sumus editionis Geneu. a. 1651 est p. 975 (Bergk. Bacchyl. fr. fin. laudat p. 987).

2) Ceterum confudit etiam Natalis Comes Polyphemum Cyclopem cum Polyphemo Argonauta l. l. p. 973 sqq.

sam uero, cur Philoxenus amorem potissimum Polyphemi induxerit, non sine controuersia tradunt auctores. Legitur enim ap. schol. Theocr. VI, 7: *Δοῦρις φησι διὰ τὴν εὐβοσίαν τῶν θρεμμάτων καὶ τοῦ γάλακτος πολυπλήθειαν τὸν Πολύφημον ἰδρῦσασθαι ἱερὸν παρὰ τῇ Αἴτνῃ Γαλατείας. Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα καὶ μὴ δυνάμενον νοῆσαι τὴν αἰτίαν ἀναπλάσαι, ὅτι Πολύφημος ἦρα τῆς Γαλατείας. Contra Athenaeus I p. 6f—7a refert: *συννεμέθνε δὲ τῷ Φιλόξενῳ ἠδέως ὁ Διονύσιος. ἔπει δὲ τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐρωράθη διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη· ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύκλωπα συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γινόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον Κύκλωπα ὑποστησάμενος, τὴν δ' αὐλητρίδα Γαλάτειαν, ἑαυτὸν δ' Ὀδυσσεά.**

Apparet, qua in re discrimen positum sit. Duris Samius primum Cytherium poetam de suo finxisse amorem Polyphemi in Galateam dicit, Athenaeus mythum uulgatum ab illo ad propriam sortem aptatum esse. Per se Athenaei narratio speciem ueritatis prae se fert, cum talia deorum heroumque commercia non a poetis fingantur, sed ex mythologica uulgi memoria sumantur. Atque est Duris Samius dubiae fidei auctor<sup>1)</sup>; quamquam quod priore loco exhibet condidisse Polyphemum propter pecudum pascuorumque praestantiam et lactis ubertatem ad Aetnam montem Galataeae fanum reuera uidetur inter Siculos fama uulgatum fuisse, cum Lucianus quoque de uer. hist. 2, 3 templum Galataeae Nereidis in fabulosa insula fuisse narret (cf. Iahn. l. l. p. 411; Helbig. l. l. p. 361). Errasse autem Duridem iam intellexit Bergleinius p. 44 sqq., qui recte sic rem sibi constituit, ut Galataeae 'nominis originationem Siculis rei pecuariae imprimis deditis ansam dedisse' affirmaret, 'ut in nymphae marinae simul tutela pecudes esse crederent gregumque secundum prouentum cum lactis ubertate ad eam auctorem referrent (cf. Eustath. p. 1131, 5 sqq. 1622, 21 sq.)'. Qua opinione ducti etiam Polyphemum uidentur fani illius fortasse reuera propter faustam nauigationem consecrati conditorem

1) Mueller. fr. hist. Gr. II p. 468. Eckertz.: de Duride Samio imprimis de eius in rebus tradendis fide, Bonn. 1842 p. 16.

fecisse, quem amore Nereidis potissimum flagrasse communis origo ad deos marinos reuocata uulgo fabulatori facile persuaderet. Athenaeum igitur secuti, de cuius fonte statim pauca addemus, totum carmen artissime cum uita Philoxeni cohaesisse comperimus.

Constat autem poetam diutius uel saepius Syracusis apud Dionysium maiorem tyrannum uersatum esse, qui regno potitus est Ol. 93, 4. Bergleinius accuratius tempus illius commorationis simulque dithyrambi definire conatus inde ab anno Ol. 97 altero, cum debellatum esset cum Carthaginiensibus, pacem magis continuam satis otii talium studiorum suggestisse (Diod. XV, 6) non male coniecit. Refertae sunt eorum historiae, qui de Dionysio scripserunt uel res Syracusanas illius temporis tetigerunt, lepidis fabellis de tyranni et poetae altercationibus et reconciliationibus (cf. Diod. l. l.; Luc. adu. ind. 15; Plut. de fort. Al. p. 334; Athen. I, 6; Suid. s. u. *Φιλοξένου γραμματίων*; u. Holm. Sic. II p. 449), praesertim cum poeta carminum pangendorum studio a tyranno sibi soli placente pertinacius exercitato minime faueret ob iudicii libertatem saepius in lautumias coniectus. Quam quidem poenam perpessus esse dicitur ab Athenaeo etiam cum tibicinam aliquam a Dionysio amatam attrectasset, qua de re audiendus etiam schol. Arist. Plut. 290 p. 341 b, 24 sqq. D.: *ὁ Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν Σικελίᾳ ἦν παρὰ Διονυσίῳ. λέγονσι δὲ ὅτι ποτὲ Γαλατεία τινὶ παλλακίδι Διονυσίου προσέβαλε· καὶ μαθὼν Διονύσιος ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς λατομίαν. φεύγων δὲ ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὰ ὄρη (cum deterioribus codd. priores peruerse μέρη) τῶν Κυθήρων καὶ ἐκεῖ δράμα τὴν Γαλατείαν ἐποίησεν, ἐν ᾧ εἰσήγγεχε τὸν Κύκλωπα ἐρῶντα τῆς Γαλατείας· τοῦτο δὲ αἰνιττόμενος εἰς Διονύσιον· ἀπέειπε γὰρ αὐτὸν τῷ Κύκλωπι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος οὐκ ὠξυδόρκει.*

Differentia exstat aliqua, quod Aristophanis scholiasta in montibus Cytherorum insulae factum esse drama autumat, dum in ipsis lapicidinis Cyclopem compositum esse tradit Athenaeus, quocum consentit Aelianus uar. hist. XII, 44, qui addit pulcherrimam lautumiarum cauernam nomen accepisse a Phi-

loveno. Magis arridet quod habet Athenaeus quem plerique secuti sunt; sed ob id ipsum, quod nimis concinna euadit narratio, cui Aeliani sophistica ratiocinatio quin adiceret uerba *παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν ἐκ Διονυσίου τιμωρίαν καὶ καταδίκην, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργῶν ὁ Φιλοξένος* temperare non potuit, commenticia uidetur etiam ab Aeliano *φασί* uerbo paululum addubitata. Potuit autem Philoxenus posteriore aliquo uitae tempore in patriam redire, ubi liberius odio suo satisfaceret, quamquam e lautumiis Tarentum fugisse dicitur a Suida s. u. *Φιλοξένου γραμματίου* (cf. Bipp. p. 27 adnot. 28)<sup>1)</sup>. Composuit autem carmen haud dubie aula Sicula relicta. Quid? quod Athenaeus I p. 6 ef Phania Eresio auctore narratiunculam refert de ioco aliquo coram Dionysio a poeta instituto, ut maiorem nullum tyranno appositum adipisceretur, ubi aperte profitetur Philoxenus se Galateam scribere ideoque a pisce natu maiore de Nerei rebus melius edoctum iri? Quam contradictionem recte cognouit Klingenderus p. 72 adnot. 96, qui Athenaeum ipsum sibi non constare dicit. Sumpsit autem compilator hanc quidem fabellam ut ipse indicat ex Phania Eresio, certe usque ad uerba *τὴν τριγλάν τὴν παρακειμένην αὐτῷ*, id quod enuntiatorum ratio ostendit. Num cetera quoque ab eodem auctore mutuatus sit ualde dubitamus, quamuis Muellerus fr. hist. Gr. II fr. 13 sic existimet; nam continuatur oratio enuntiato directo nec sequitur indirectum ut supra, ubi sequenti enuntiatione *τὸν οὖν Διονύσιον γελάσαντα* et q. s. etiam praegressum *εἶπεν* ad uerba *Φανίας φησίν* adligatur. Neque ullum scriptorem potuisse aperte sibi contradicentia sic adnectere nihil accuratius addentem putamus; quare ultima, quae testimonium de carminis origine continent, Phaniae abroganda esse censemus<sup>2)</sup>, quamquam haec quaestio non prius diiudi-

1) Vide etiam Schneidewinum Nunt. Gott. a. 1844 p. 1378, qui pro uerbis *εἰς τὰ ὄρη τῶν Κυθήρων* conicit *εἰς τὰ περὶ Κρότωνα*.

2) Possit quispiam cogitare omnia ex Phania sumpta esse, sed diuersis ex libris; ac potuit sane Eresius easdem res bis tangere, quod etiam Muellerus l. l. monuit, in libro *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων* et in libris *περὶ ποιητῶν*.

cari poterit, quam de Athenaei in fontibus usurpandis ratione certiora cognouerimus.

Ipsa autem fabella haud dubie a peripatetico ficta est suspecta illa quidem etiam eo, quod gulosum hominem depingit Philoxenum (cf. περιπαθῆς ὢν τοῖς ὄψοις), qua in re maxime cernitur commutatio Cytherii cum Leucadio (cf. Schmidt. l. l. p. 12). Nam colligere iam prius de Galatea carmine celebranda cogitasse poetam et postea crimine commisso mythicum argumentum ad irrisionem tyranni inuertisse nimis temerarium esset. Omnino autem et Athenaei et Aristophanis scholiastae ut uidetur optime eruditi (u. ultima uerba ἀπέκασε etc.) testimoniis de occasione et origine carminis fidem abrogare, id quod fecit Schmidtus p. 56 (cf. etiam p. 16) dicens: 'ne multis quae de tyranni caecitate adduntur impugnem, mirus profecto casus tulisset, si tot cum rerum tum nominum similitudines tam prospere se non tam obtulissent poetae quam accommodassent potius submisissentque', superciliosi, non cauti iudicii est. Nam quae tot se submiserunt rerum nominumque similitudines? Nominum una, qua commotum Philoxenum omnino carminis consilium concepisse existimare licebit, quod idem erat nomen tibicinae atque Nereidi: Galatae; rerum nulla alia, quam quod scaena utraque in Sicilia. Nam omnis fabula amatoria, ubi inops aliquis amator ab aemulo et potentiore et minus amabili oppugnatur et opprimitur — antiqua fabula semper noua — facile ad Cyclopi et Galatae amores cum Ulixē coniunctos deflecti potest, praesertim si de suo Ulixē partes poeta finxit. Si uero luminis acie carebat Dionysius, adprime hoc conueniebat ad hanc potissimum fabulam <sup>1)</sup> et a poeta studiose arripiebatur, sed ne necesse quidem erat accedere hanc opportunitatem.

Ficta esse quae Athenaeus tradidit credit etiam Klingenderus p. 54 sq., qui postquam ipse nonnulla suggestit, quae optime faciant ad mythi et irrisionis meditatam iuncturam, 'eo

1) Κυκλώπειον βλέμμα in prouerbiū abiit, si Suidae Vossiano s. u. Κίκλωπες fides habenda; uar. l. κλέμμα.

cernit Athenaei inconsiderantiam, quod sub Ulixis persona poetam latuisse dicit. Nam debuisset poetam, si fabulam de Cyclope Galateam amante ad ea quae ipse expertus esset accommodare uoluisset, non omittere eam rem, quae ipsi talis carminis tali modo componendi quasi ansam praebuisse crederetur, sed suam personam ei tribuere, quem fama Galateae amatorem fuisse ferret. Cum uero numquam quisquam auiderit Ulixi rei quicquam cum Galatea fuisse, exspectandum potius substitui in eius locum Acin<sup>3</sup>, quod fecit re uera Droysenius in Arist. Plut. uersion. u. 290, reprobatur tamen iure suo Klingenderus. Num credibile est poetam eius personam induxisse, quem saxo obrutum Polyphemo poenas dedisse in fabulis Siculorum esset? Quasi uero quicquam interfuerit poetae poenam istam premere. Immo ultionem suam premere uolebat, ultus autem Polyphemum solus est Ulixes, non Acis (cf. etiam Bipp. praef. p. IX). Hac certe in re ad suum commodum mythum poterat deflectere, si deflexit. Ita autem statuit Klingenderus p. 55 de ueterum opinione: 'fuisse quidem nonnulla in Philoxeni poemate uidentur, quae et ad poetam ipsum et ad Dionysium pertinerent; quod ubi cognitum est, totum carmen ad tyrannum illudendum conditum esse subque fabulosis illis Ulixis, Polyphemi personis homines certo tempore uere uiuentes latere creditum est. Tibicina autem illa ficta uidetur esse, ut haberent quae Galateae nympphae responderet'.

Est merum autoschediasma quod dicitur substitutum in locum testimoniorum, quae nulla argumentatione reiecta sunt. Atque cur tantopere inauditum erat uellicari tali ratione Syracusanorum tyrannum? Etenim ne ad priscae comoediae libertatem prouocemus, mediae nouaeque poetarum proprium erat externos tyrannos sale perfricare, cum domesticos non possent. Plane autem simili ratione usus erat quondam Cratinus, qui in Nemesi comoedia Periclem et Aspasiam subdiderat personis Iouis et Nemesis (cf. Bergk. comment. de rell. com. Att. ant. p. 130). Statuimus igitur eo consilio composuisse dithyrambum Philoxenum, ut castigaret Dionysium.

Iam si ad ipsius dithyrambi <sup>1)</sup> artem atque rationem exponendam pergimus, grauissimam materiam praebent scholia ad Aristoph. Pluti uu. 290 et 298 accedentibus paucis fragmentis et testimoniis. Per ludibrium enim Aristophanes Philoxeni dithyrambum imitatus est in illo cantico Pluti, cum Cario seruus Pluto domum Chremyli ducto (uu. 249 sqq.) agricolis conuocatis (uu. 253 sqq.) diuitiis et meliore uita promissis (uu. 261 sqq.) saltando Cyclopem agens chorum ducit. Ex his tamen uersibus 290—301 dolendum, quod non satis certa ut ex parodia <sup>2)</sup> colligi possunt, nisi ex scholiis iis fides accedit.

*Καρ. καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι θρητταελοὶ τὸν Κύκλωπα  
μιμούμενος καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων  
ἑμᾶς ἄγειν· ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες  
βληχώμενοι τε προβατίων  
αἰγῶν τε κίναβρωντων μέλη,  
ἔπεσθ' ἀπεψωλημένοι· τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε.*

*Κορ. ἡμεῖς δὲ γ' αὖ ζήτησομεν θρητταελοὶ τὸν Κύκλωπα  
βληχώμενοι, σὲ τουτοῖν πινωῖντα καταλαβόντες,  
πήραν ἔχοντα λάχανά τ' ἄγρια δροσερά, κραιπαλιῶντα  
ἡγούμενον τοῖς προβατίοις,  
εἰκῆ δὲ καταδαρθόντα πον,  
μέγαν λαβόντες ἡμμένον σφρηγίσχον ἐκτυγλιῶσαι.*

Subit statim imago Polyphemi saltantis et gregem suum, quem ex ouibus et capris compositum esse uidemus, ducentis. Scholia autem addunt induxisse Philoxenum Cyclopem *κίθαριζόντα* uel *λίραν κατέχοντα* et ex ipso dithyrambo ad uerbum repetita esse *ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες* p. 341 b, 12 sq., quibus uerbis Cyclops cogitandus erit adhortatus esse

1) Ab omnibus animaduersum est modo Cyclopem modo Galateam dithyrambum inscribi:

*Κύκλωψ*: schol. Arist. p. 341 b l. 5. 13.

Athen. I p. 7 a.

Zenob. V, 45.

*Γαλάτεια*: schol. Arist. p. 341 b l. 28.

Athen. I p. 6 e.

2) Saepius hoc Philoxeno ut omnibus dithyrambographis accidisse notum est.

pecudes, ut suam citharaeque uocem adiuuarent, et *Θρεττανελό* (p. 341 a, 53 sqq.: *ἔστι δὲ τὸ Θρεττανελὸ τῆς λύρας ἀπήχημα καὶ οὐ συνάπτεται πρὸς τὴν σύνταξιν· ἀλλὰ διότι καὶ αὐτὸς ἦδε, τούτου χάριν ἐνέθηκεν*)<sup>1)</sup>, quod optime sic explicauit Bergleinius p. 49, ut Polyphemus 'uelut pulsandi expers uoce strepitum lyrae imitaretur et post complures uersus cantum suum uoce illa interpellaret'. Cantu autem quamuis dissono Polyphemus Galataeae animum superbum mulcere eamque allicere uoluit cf. schol. p. 341 b, 17 sqq.: *κεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν Κύκλωπα κιθαρίζοντα καὶ ἐρεθίζοντα*<sup>2)</sup> τὴν Γαλάτειαν.

Praeterea autem caecationem quoque ut hac uoce utamur Polyphemi expressam fuisse discimus ex schol. ad u. 298. Vario modo uiri docti diuersas has actiones se subsecutas conexasque finxerunt. Qui in uniuersum parodiam Aristophaneam ad cursum carminis Philoxenii adumbratam esse consentiunt neque priores, qui de hac re scripserunt, alium ducem secuti sunt. Sed primus ut uidetur Bergkiius epistulam aliquam ostendit Synesii episcopi, qui sub finem saeculi p. Chr. n. IV. philosophiae litterisque omnis generis sat fructuosam nauauit operam. Agitur autem in epistula 121 de litteris ab Athanasio quodam, qui propter scelus aliquod carcere inclusus fuisse uidetur, ad Synesium datis, ut in libertatem se uindicaret. Cui respondet Cyrenaeus episcopus numquam se manum porrecturum homini fraudatori ad iustitiam impediendam, quod sibi ut sacerdoti minime liceret. Iam initio epistulae comparat Athanasium illum carcere inclusum cum Ulixee antro Polyphemi incluso, qui frustra custodi ut se dimittat persua-

1) Cur Bergkio fr. 11 uideatur ridiculi gratia hoc ipse finxisse Aristophanes non intellegimus, cum testetur etiam alter schol. p. 341 b l. 16 sqq. *εἶτα κιθάρας ἦχον μιμούμενος ἐν τῷ συγγράμματι τοῦτό φησι* (subiectum solus esse potest Philoxenus) *τὸ ῥῆμα Θρεττανελό*. Ex uerbis enim p. 341 b, 11 *τὸ δὲ Θρεττανελὸ ποιὸν μέλος καὶ κρονμάτιόν ἐστι, τὸ δὲ ἀλλ' εἶα τέκεα* etc. nihil suspicionis contrahi potest, cum particularum aduersatiuarum in scholiis usus non tam premendus sit.

2) Non feliciter Bergk. *τερεθίζοντα εἰς* ex Athen. I p. 20 a; *ἐρεθίζων* pariter usurpatum atque *ἐρέθω* Ps.-Mosch. III, 85.



dere studeat, quamvis magna illi officia polliceatur. Iam exscribamus hanc epistolae partem ex Hercheri editione:

Ὀδυσσεὺς ἔπειθε τὸν Πολύφημον διαφεῖναι αὐτὸν ἐκ τοῦ σπηλαιῶν. Ἔγὼς γάρ εἰμι, καὶ εἰς καιρὸν ἂν σοι παρείην οὐκ εὐτυχοῦντι τὰ εἰς τὸν θαλάττιον ἔρωτα. ἀλλ' ἐγὼ τοι καὶ ἐπιπρῶδες οἶδα καὶ καταδέσμους καὶ ἐρωτικὰς κατανάγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν Γαλάτειαν. μόνον ὑπόστηθι σὺ τὴν θύραν ἀποκινῆσαι, μᾶλλον δὲ τὸν θυρῶν τοῦτον· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ ἀκρωτήριον εἶναι φαίνεται. ἐγὼ δὲ ἐπανήξω σοι θᾶπτον ἢ λόγος, τὴν παιδα κατεργασάμενος. τί λέγω κατεργασάμενος; αὐτὴν ἐκείνην ἀποφανῶ σοι δεῦρο πολλαῖς ἴνυξι γενομένην ἀγώγιμον, καὶ δεήσεται σου καὶ ἀντιβολήσει, σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύσῃ. ἀτὰρ μεταξὺ μέ τι καὶ τοιοῦτον ἔθραξε, μὴ τῶν κωδίων ὁ γράσος ἀηδὴς γένηται κόρη τρυφώση καὶ λουμένη τῆς ἡμέρας πολλαῖς. καλὸν οὖν εἰ πάντα εὐθετήσας ἐκκορήσειάς τε καὶ ἐκπλυνεῖς καὶ ἐνθυμιάσειας τὸ δωματίον· ἔτι δὲ κάλλιον, εἰ καὶ στεφάνους παρασκευάσαιο κιττοῦ τε καὶ σμίλακος, οἷς σαντόν τε καὶ τὰ παιδικὰ ἀναθήσαιο. ἀλλὰ τί διατρέβεις καὶ οὐκ ἐγχειρεῖς ἤδη τῇ θύρᾳ; πρὸς οὖν ταῦτα ὁ Πολύφημος ἐξεκάγχασέ τε ὅσον ἐδύνατο μέγιστον καὶ τῷ χεῖρε ἐκρότησε. καὶ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς ᾗετο αὐτὸν ὑπὸ χαρμονῆς οὐκ ἔχειν ὅ τι ἑαυτῷ χρήσαιτο, κατελείσαντα τῶν παιδικῶν περιέσεσθαι· ὁ δὲ ὑπογενειάσας αὐτόν, ὡς Οὐτί', ἔφη, ἄριμύτατόν μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐν πράγμασιν. ἄλλο μέντοι τι ποίκιλλε· ἐνθὲνδε γὰρ οὐκ ἀποδράσεις'. ὁ μὲν οὖν Ὀδυσσεὺς (ἠδίκηϊτο γὰρ ὄντως) ἐμελλεν ἄρα τῆς πανουργίας ὀνήσεσθαι, σὲ δὲ Κύκλωπα μὲν ὄντα τῇ τόλμῃ, Σίσυφον δὲ τοῖς ἐγχειρήμασι δίκη μετήλθε et q. s.

Primus fructum ex hac epistula ad accuratiorem dithyrambi Philoxenii scientiam comparandam percepit Otto Ribbeck, qui hoc filo ductus in commentatione de idylliis Theocriti ann. Boruss. vol. XXXII a. 1873 p. 59—98 inserta dramatis genuinam formam adumbravit ex instituto suo docto apparatu omisso multa ostendens magis quam singillatim comprobans. Quaerendum est, quanti aestimandum sit illud epi-

stolium. Ac reuocandam esse et totam hanc scaenam in antro Cyclopi et singulas res ad litterarum aliquod monumentum inde apparet, quod singularum rerum enarratio ad finem epistulae non erat necessaria, ad quem suffecisset indicare magna promississe Ithacum. Ex monumento autem nunc deperdito haec hausta sunt, quod a nullo scriptore, quos quidem integros aut naufragos habeamus, Ulixes cum Polyphemo de manumissione ut ita dicamus paciscens inducitur. Iam cum apud neminem coniunctos fuisse amores Polyphemi cum clade eius unius carminis argumento firmis documentis comprobare possimus nisi apud Philoxenum, quid magis consentaneum quam statuere Synesii epistulam esse dithyrambi partem metro solutam? At uero restant nonnulla, quae quin prorsus assentiamur prohibent.

Videndum est primum de Ulixis persona. Quam quomodo in ceteris epistulis mente conformatam habuerit Synesius si contemplamur, non prorsus cum Homericis conuenire uidemus. Nam ut eos locos omittamus, ubi Ulixis errores et casus ex more horum rhetorum <sup>1)</sup> in comparationem uocantur cum aliorum hominum fati, ueluti ep. 32 comparatur Ithacus Sirenas fugiens, ep. 148 naufragus (u. etiam ep. 158), Laestrygones Cyclopemque superans ep. 137, herois naturam nobis quidem magis magisque uidetur deposuisse et uafri ueteratoris non tam induisse quam clarius exseruisse, ita ut Sisyphei patris quem dicebant in aestimationem ueniret; sic Synes. eum ep. 50 una cum Sisyphe nominat: *τὸν Σίσυφον δὲ καὶ τὸν Ὀδυσσεάμισῶν. καὶ γὰρ εἶ τι καὶ λέγοιεν ἀληθές, ἀλλὰ τοιοῦτοί γε ἦσαν οἷοι τὰ πλεῖστα ψεύδεσθαι.* Huc uidetur etiam metaphorice usus ep. 142 spectare. Deinde personam sumpsit eam, in quam mutatus erat a Minerua, cum in Ithacam rediisset, senis calui dolis et fallaciis onerati, qualem Synesius narrat in Anchemachetarum memoria esse ep. 148, 288:

1) Largam materiam suppeditabit Hercheri index. Amant eius casus laudare imprimis Iulianus (epp. 7. 33. 52. 58 fr. 5), Procopius (epp. 18. 25. 62. 93. 117. 124. 128), Theophylactus (epp. 43. 38. 55. 82) cf. etiam Aen. ep. 23; Apoll. Tyan. ep. 44; Luc. ep. 3; Plat. ep. 2.

καὶ Ὀδυσσεὶα τινὰ αὐτοῦ φίλον ὀνομάζουσιν οἱ χρηστοὶ βουκόλοι, φαλακρὸν μὲν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δεινὸν ὀμιλῆσαι πράγμασι καὶ πόρον ἐν ἀμηχάνοις εὑρεῖν. ἀμέλει γελῶσιν, ὅταν περὶ αὐτοῦ λέγωσιν, ἡγούμενοι πέρουσιν ἐπιτευφλῶσθαι τὸν Κύκλωπα, καὶ ὡς εἴλετο μὲν ὑπὸ τῷ κριῶ τὸ γερόντιον et q. s. et qualem alii epistularum auctores sibi fingunt Cynicorum principem existimantes cf. Cratet. ep. 19, Diog. 7. 34. Iam haec persona etiam huius epistulae Ulixi subesse nobis uidetur, quamquam senex caluus non apertis uerbis indicatur. Ipse enim se nominat γόητα carminum et illecebrarum amatoriarum peritum et Polyphemus eum alloquitur: δομιύτατον ἄνθρώπιον καὶ ἐγκατατετριμμένον τοῖς πράγμασιν. Totus autem tenor orationis Ulixis sophisticæ artis est luculentissimum documentum; nam id quod maxime adpetit, ut Cyclops ostro saxum amoueat, obiter tantum praestigiis suis et captionibus inserit, primum μόνον ὑπόστηθι σὺ τὴν θύραν ἀποκινήσαι, μᾶλλον δὲ τὸν θυρεὸν τοῦτον· ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀκρωτήριον εἶναι φαίνεται (haec ultima uerba homunculi infirmitatem uidentur ostendere), deinde interiecto tumore uerborum, quibus rhetoricis artificiis (κατεργασάμενος. τί λέγω κατεργασάμενος; αὐτήν etc.) et compta gradatione (καλὸν οὖν — ἔτι δὲ κάλλιον) futura uoluptas depingitur, quasi nulla dubitatio esse possit: ἀλλὰ τί διατριβεις καὶ οὐκ ἐγχειρεῖς ἤδη τῇ θύρᾳ; Quam quidem personam num consentaneum est Philoxenum ipsum sibi imposuisse? Num eius e re erat impostoris partes magis sustinere quam uiri honesti dira necessitate ad dolum confugere coacti? Neque putamus caluum senem ipsum se proposuisse (nam de Phidiae similitudine cogitare noles), si quidem pulcherrimæ Nereidi commendari uellet. Immo ipsum haud dubie poeta se induxit quam praestantissimum, quo sua uirtus et uictoria atque Cyclopis discrepantia in clariore luce ponerentur. Accedit quod Polyphemus quamuis brutus non decipitur callidi hospitis promissis, sed alia ratione libertatem Ulixes uidetur recuperasse (cf. ὁ μὲν οὖν Ὀδυσσεὺς — ἡδικοῖτο γὰρ ὄντως — ἐμελλεν ἄρα τῆς πανουργίας ὀνήσεσθαι), id quod nescio an rursus abhorreat a consilio poetae,

qui nisi persuadentem faceret ueteratorem, omnem illam scaenam non induxisset, cum id quoque studeret, ut quam stultissimum describeret Dionysium. Denique Synesii Ulixes id tantum agit, ut solum se seruet comitibus destitutis, quod congruit cum illo caractere, non concineret eum Philoxeni consilio; si uero statuere mauis omnino sine comitibus illum Ulixem induci, ne hoc quidem quadrat ad Philoxenium, quem sociis comitatum fuisse ex Aristophanis parodia apparet.

Ut aperte dicamus quid sentiamus: uidetur nobis et persona Ulixis et orationis tenor et scaenae decursus magis ad comoediam quam ad hunc dithyrambum quadrare; alius enim poetae nihil intererat quam optimum fingere Ulixem, sed finxit talem, qualis in posteriore poesi uidetur excultus esse<sup>1)</sup> ex suo arbitrio risus mouendi causa res sibi constituens. Scaenicae autem actionis memoriam referre dixeris gestus illos Cyclopi cachinum quam maximum tollentis, manus complodentis, mentum Ulixis permulcentis, quos libentius e comoedia repetamus quam ex dithyrambo scaenico. Neque tamen totam epistolam ex hoc fonte deriuare uelimus. Verba enim: *καὶ δεήσεται σου καὶ ἀντιβολήσει, σὺ δὲ ἀκκιῆ καὶ κατειρωνεύσῃ*, quibus amoris ratio plane inuertitur ita quidem, ut is, qui adhuc submissas preces non est dedignatus, cum amata non solum fauet, sed ipsa ad preces descendit, *Ἀκκοῦς* partes agere et despicientiam simulare dicatur, ea inquam uerba comonefaciunt nos Theocriti id. VI, quo ironice Polyphemi amor a duobus pastoribus illuditur, ipse autem aestu ipsius Nereidem incensam esse ratus nihil se sentire simulat uu. 25 sq. Atque Alexandrinam artem ostendunt amatoriae illae *ἐπρωδαί* et *κατάδεσμοι* et *κατανάγκαι* et *ἴνγγες* et antri purgandi singula praecepta accurate descripta. Quibus ex causis dubitamus, num epistula Synesii uti possimus incorrupta duce ad resuscitandum Philoxeni dithyrambum. Quin uero similis scaena in illo carmine fuerit non dubitamus, cum Philoxenus primus

1) Vestigia huius personae habes uel in Sileni uerbis Eur. Cycl. 104:  
*οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὶ Σισύφου γένος.*

duas illas fabulas de caecato et de amante Polyphemo uideatur coniunxisse, sed a posterioribus imprimis comicis retractata est et exulta, Alexandrinae aetatis flosculis exornata, fortasse ne ipsius Synesii quidem ingenii plane immunis. Cum Bergkio igitur, qui causis non additis sic sententiam statuit: 'Synesius si non ipsum carmen usurpauit, at rhetorem aliquem antiquiorem, qui illo usus est, uidetur secutus esse', non consentimus. Iudicio de Synesii epistula facto redimus ad conexum dithyrambi illustrandum. Omnes fere, qui eum sibi contexuere, amatoriam cantilenam fecerunt Cyclopem prius edentem quam Ulixem sociosque eius deprehendisset cf. Bipp. p. 33, Schmidt. p. 65, Hartung. p. 415 sq. itemque Bergkio ordine fragminum eandem sententiam profitetur. Contra Ribbeckius prima scaena dithyrambi in antro inclusos facit ferum hospitem cum aduenis. Proficiscendum est ex Aristophanis uerbis uu. 298 sq. *κραιπαλῶντα* <sup>1)</sup> *ἡγούμενον τοῖς προβατίοις*, quae inter se coniungenda esse nouissimus editor interpunctione ommissa recte docuit. Cyclops igitur cum oues ducere, quibus comitatus ad Galateam canendam litori adpropinquat, ebrius dicatur, uinum iam antea ab Ulixee accepisse censendus est. Quare cum Ribbeckio praegressam esse uini donationem iure statuemus, cuius rei etiam inde argumentum sumere licebit, quod apud Synesium Polyphemos Ulixem adloquitur ambiguo illo nomine *Οὔτις*. Iam cum apud priores, Homerum et Euripidem, tum demum Cyclops nomen ex hospite quaerat, cum uini dulcedine delectatus est, ueri simile erit etiam Philoxenum rem ita instituisse. Sermo autem ille non post cantilenam Cyclopis uidetur habitus esse. Priori igitur carminis parti adsignanda uidentur fr. 10 et 9.

Suid. *ἔθυσας, ἀντιθύση* (uulg. *ἀντὶ τοῦ θύση* corr. Gaisford. ex append. prou. II, 10): *τοῦτο παρὰ Φιλοξένῳ ὁ Κύκλωψ λέγει πρὸς τὸν Ὀδυσσεύα. ἀπεκδέχονται γὰρ τό· ἐνθάδε πῦρ κείαντες ἔθυσαιμεν* (Hom. Od. IX, 231) *παρὰ τῷ ποιητῇ εἰρη-*

1) Videntur in schol. u. 298 p. 342, 21 sqq. haec: *ἐμέθυσε γὰρ ἐκείνον Ὀδυσσεύς* post uerba: *κραιπαλῶντα· μεθύοντα* transponenda librarii neglegentia illuc delata.

σθαι ἐπὶ τῶν ἀρνῶν, οὐχὶ δὲ τὸ ἀπεθύσαμεν νοεῖσθαι u. schol. II. IX, 219 (Timoth. fr. inc. 19 supra p. 183). Recte explicatum ab interpretibus fragmentum. Minatur Polyphemus mactatum iri Ulixem, sicut ipse agnos mactauerit. Longius igitur progressi sunt socii etiam mactantes agnos, quos apud Euripidem tantum uirgulis uinctos abactosque uidimus cf. Cycl. 224 sq. Similiter Sileno calumniato Euripideus Cyclops minitatur uu. 243 sq.:

ὡς σφαγέντες αὐτίκα

πλήσοσι νηδὺν τῆν ἐμήν et q. s.

Cognita hospitis crudelitate pronuntiauit Ulixes fr. 9:

οἴω μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖξεν

Zenob. V, 45 ἐπὶ τῶν δυσανασχετούτων ἐπὶ τινι δυσχερεῖ πράγματι λέγεται ἢ παροιμία. Κύκλωψ γάρ ἐστι δράμα Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ ὁ Ὀδυσσεὺς περισχεθεὶς τῷ τοῦ Κύκλωπος σπηλαίῳ λέγει etc. Diogen. VII, 19; Apost. XII, 52. Multi sunt Schmidtius p. 61 sq. et Bippartus p. 43 sq. in uiro-  
rum doctorum de hoc uersu erroribus enumerandis. Tuetur metrum analogia a Meinekio Com. fr. IV p. 550 allata: ἀλλ' εἶα τέεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες. Apud Homerum antro inclusi lacrimantes manus Ioui tendunt cruenta sociorum nece con-  
specta uu. 294 sq., apud Euripidem uu. 351 sq. exclamat Ulixes:

κρείσσονας γὰρ Ἴλιον

πόνους ἀφῆγμαί κἀπὶ κινδύνου βάρθρα.

Mira hariolatus est Hartungius p. 416, qui dormiente Polyphemo asserit Ulixem haec cantasse ipsum se ad opus perpetrandum stimulantem; quasi quisquam angore expresso animum sibi addat. Vino incitatus Polyphemus haud dubie tenuiores affectus Ulixi professus (cf. Ribb. p. 73) captiuos uidetur coegisse, ut comitarentur se comissaturum, sicut Cario senes adhortatur, ut se sequantur, qui cum postea de caecando monstro uerba faciant ipsi Ithacensium partes suscipiunt. Statuere possumus ad suum finem uertisse Philoxenum Euripidis inuentum, qui Cyclopem induxit comissatum ire ad Cyclopes fratres gestientem uu. 445. 530 sqq. nec nisi Sileni auaro consilio (540) retentum. Voluit nimirum Galataeae quasi triumphantem, capti-

uorum turba cinctum unum se uictorem ostendere, neque gregem suum in antro reliquisse putandus erit, qui diuitiis se commendare uellet (cf. Schmidt. p. 65). Speciosa autem est Ribbeckii coniectura, ex qua hoc modo irrisum esse dithyrambicum satyrorum chorum arbitratur nisus sine dubio Aristoph. u. 295:

ἔπεσθ' ἀπειψωλημένοι· τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε.

Fortasse chorum ex satyrico dramate hac in fabula sollemnem satyrorum (Bipp. p. 34) idoneis uestimentis magis ad gregis similitudinem adaptarat poeta, ut non solum τράγοι, sed etiam αἴγες, οἶες, ἄρνες, κριοί in scaena conspicerentur. Progressus igitur Cyclops ad litus cantilenam amatoriam edit, cuius initium dithyrambico nouatorum uerborum tumore conspicuum seruauit Athenaeus XIII p. 564e (fr. 8): ὁ δὲ τοῦ Κυθηρίου Φιλοξένου Κύκλωψ ἔρωϊν τῆς Γαλατείας καὶ ἐπαινοῦν αὐτῆς τὸ κάλλος προμαντευόμενος τὴν τύφλωσιν πάντα μᾶλλον αὐτῆς ἐπαινεῖ ἢ τῶν ὀφθαλμῶν μνημονεύει λέγων ὧδε

ὦ καλλιπρόσωπε

χρυσεοβόστρυχε Γαλάτεια,

χαριτόφωτε, θάλος<sup>1)</sup> ἔρώτων.

Laudat igitur amatae faciem, crines, uocem, omittit oculos celebrare non praesagiens caecationem, ut addit Athenaeus ex grammaticorum somniis, qua in re nullum acumen inesset, sed quod pulchritudinem oculorum non sentit ipse propter unius sui luminis aciem quam maxime inflatus, qua de re postea plura dicemus. Ad finem uero carminis, non ut Bergkius (fr. 7) fragmentis ordinatis uidetur indicare ad initium adductus ille quidem Theocriti id. IX imitatione, releganda est umbra fragminis alicuius, quae tribus locis contexitur schol. Theocr. XI, 1: καὶ Φιλόξενος τὸν Κύκλωπα ποιεῖ παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφίσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὅτι ταῖς Μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκείται. Plut. quaest. symp. I, 5: ὅπου καὶ τὸν Κύκλωπα Μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαι φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος. Erot. c. 18: Μού-

1) Sic Bergk. poet. lyr. Gr.<sup>4</sup> Fiorillo θάλλος. Traditur κάλλος.

σαις εὐφρόνοις ἰωμένη τὸν ἔρωτα κατὰ Φιλόξενον (u. Philod. de mus. uol. Hercul. I, 15). Discimus igitur desiderio medicatum esse Polyphemum iam apud Philoxenum — dignum quod adnotetur. Imperat autem delphinis, ut nuntient Galateae amorem non ultra musicam ualuisse, ex qua solacium adeptus sit. Belle hoc instituit poeta, quod rursus cum animalibus fecit colloquentem Cyclopem Homeri exemplum secutus idem quod obuersabatur, cum pastorem gregem adhortantem induxit (cf. schol. Od. IX, 456). Puta uero uerbis illis

ἀλλ' εἶα τέκεια θαμὴν' ἐπαναβοῶντες

etiam Ulixis comites ut plauderent a Cyclope incitatos esse, ueluti Cario incitat rusticos; nonne acerrimum aculeum infixisset Dionysio conuiuas imprimis Philoxenum ut plauderent poematis suis saepe impellentem? Omnino autem poetica studia Dionysii salibus perfricuisse poeta censendus est (cf. Ribbeckium p. 73).

Num Galatea responderit canenti nescimus; sed ualde probabile uidetur eam tacuisse, cum delphinos nuntios mittat non exauditus amator, cf. Schneidewinum nunt. Gott. 1844 p. 1379 sq. Quod qui sani iudicii est probabit. Futtilis enim est Klingenderi p. 49 sq. argumentatio, qui non concedit Bergleinio Galateam in scaenam non prodiisse, cui si non primas at fuisse certas quasdam in carmine partes et ex nomine dithyrambi, qui etiam Galatea inscriptus sit, et ex Athen. I p. 6 concludit, 'quibus Philoxenum Cyclopis persona Dionysium, nymphae tibicinam, Ulixis semet ipsum significasse narret, denique per se ueri simillimum esse' iudicat, 'modo cogitemus, quam bene duobus illis coram in scaenam productis sollers et ingeniosus poeta uti potuerit'. Ultimum argumentum nihil ualet, alterum nihil de hac parte dithyrambi probat, primum nullum est, modo memineris parum constare, uter titulus ipsi Philoxeno placuerit. Iam sopitum Cyclopem in somnum incidisse damnique ab Ulixite accepisse uiri docti consentiunt cogitantes eum in antrum reuertisse. Quod si nos acciperemus, statuenda erat duplex scaenae mutatio, quam Schmidtius statuere non dubitauit, qui p. 65 existimat initio carminis Ithacenses in-



ductos esse in antrum descendentes ovesque mactantes Polyphemo absente ideo, ut *προεξάρχοντα* haberet Ulixem personatum (cf. p. 236 sq.). Sed ne opus quidem est uiolentam illam mutationem accipere, si recte intellegimus Aristophanis uerba *εἰκῆ δὲ καταδαρθόντα πού*. Πού enim non est 'fortasse', quoniam constabat senibus dormiuisse apud Philoxenum Cyclopem, sed 'alicubi', qui locus propter indefinitam dicendi formam non in antro uidetur esse. Quare caecatum esse Cyclopem extra antrum titione facili opera illinc arcessito, neque Homericam fabulam de captiuis ouium auxilio seruatis adhibitam esse opinamur, quam propter scaenicas difficultates etiam Euripides immutauit. Neque tamen existiisse potest dithyrambus, quin aliquo modo Galatae amore frueretur Ulixes. Postulat enim dithyrambi consilium, ut Galatae fauor, quem Polyphemus blanditiis frustra adpetierat, ultro obtigerit Ulixi, ne aculeus hebes maneret, ut Ribbeckii uerbis utamur, qui praeceunte Bipparto praef. p. IX rectissime hunc finem flagitauit — finem dicimus; nam qui negat necesse esse scire Ulixem de amore nymphe Glaeserus p. 7, parum respexit ueram poetae partes ipsius Ulixis agentis condicionem. Hac in parte dithyrambi Galateam in scaenam prodiisse negari non poterit; singula huius scaenae artificia nos fugiunt.

Haec quidem mythis commutatio nusquam per litteras nostras occurrit, sed unum fortasse quamuis tenue et deformatum frustum multis saeculis post apparens ex uasta illa ficticiarum de bello Troiano historiarum aggluie expiscari licebit. Leguntur enim apud Dictyn Cretensem VI, 5 haec: '(Ulixes) narrare occipit, quo pacto — deuenit in Siciliam: ubi per Cyclopa et Laestrygona fratres multa indigne expertus ad postremum ab eorum filiis Antiphate et Polyphemo plurimos sociorum amiserit, dein per misericordiam Polyphemi in amicitiam receptus filiam regis Arenen, postquam Alphenoris socii eius amore deperibat, rapere conatus, ubi res cognita est, interuentu parentis puella ablata per uim, exactus per Aeoli insulas deuenit ad Circen etc.'. Similia paucis mutatis narrant dubiae fidei auctore usi Ioann. Malalas chronogr. V

p. 114—117; p. 116: *πρωΐας δὲ γενομένης προσήγαγεν ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ τῷ Πολυφήμενῳ ξένια καὶ προσέτεσεν αὐτῷ εἰπὼν ὅτι ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν τόπων ἐλήλυθε πεπλανημένος ἀπὸ πολλῆς κυμάτων ἀνάγκης ἀπαριθμήσας αὐτῷ καὶ τὰς συμβάσας αὐτῷ κατὰ θάλασσαν διαφόρους συμφορὰς, ὅστις Πολύφρημος συμπαθήσας αὐτῷ ἤλεσεν αὐτὸν καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ, ἕως οὗ ἐγένετο ἐπιτήδειος ὁ πλοῦς. ἡ δὲ θυγάτηρ τοῦ Πολυφήμου ὀνόματι Ἑλλη ἐρωτικῶς διετέθη πρὸς τινα εὐπρεπῆ ἄνδρα τῶν μετὰ τοῦ Ὀδυσσεύος ὀνόματι Λεΐωνα καὶ ἐπιτηδείου ἀνέμου πνεύσαντος ταύτην ἀφαρπάσαντες ἐξώρμησαν ἐκ τῆς Σικελίας νήσου, ἅτινα ὁ σοφώτατος Σίσυφος ὁ Κῶος ἐξέθετο.* Cedren. p. 132 c d. Bekk. I p. 232; Tzetz. chiliad. hist. 360 uu. 928—945; cf. etiam Ioann. Antioch. in Muell. frgm. hist. Gr. IV p. 551. Quamquam cauendum est, ne ex his somniis quicquam de Philoxenii dithyrambi cursu colligamus, tamen non sine aliqua mythi illius commutati memoria uidentur ficta esse.

Haud infeliciter uiri docti incertae sedis fragmentis in hoc dithyrambo locum adsignarunt. Bergkii enim, cui assentiuntur Bergleinius et Schmidtius, Athenaei uerba XV p. 692 d (fr. 6)

*συμβαλοῦμαι τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα*

(κατὰ τὸν Κυθήριον ποιητήν), quae ab Athenaeo (I. I. et VI p. 271 b) et aliis (Dionys. Hal. de comp. u. c. 1; Append. pro-uerb. IV, 77 tom. I p. 453) prouerbiali sensu usurpantur, ut illa *εἰς ἔρωτα* omnino superuacanea uideantur, initium fuisse carminis Philoxenii coniecit parum prudenter, ut nobis uidetur (cf. et. Bipp. p. 45). Potuit enim haec dicere propter primam personam solus ipse Philoxenus i. e. actor eius, quem in dithyrambo Ulixis partes egisse scimus, debuit autem haec dicere non Ulixis, sed poetae nomine. Prologum alterius actoris propterea statuere nolumus, quod tertia tunc persona *συμβαλεῖται* sc. ὁ ποιητής exspectanda erat, si quid ex prologis Terentianis concludendum; itaque manet haec difficultas, ut actori Ulixis primum uere Philoxeni, deinde Pseudo-Philoxeni partes sustinendae sint.

Paulo maiore ueri specie a uiris doctis huic dramati sunt adsignata fragmenta inc. 16 et 17. Athen. II p. 35d (Eustath. 1770, 9): ὁ δὲ Κυθήριος Φιλόξενος λέγει

*εὐρείτας οἶνος πάμφωνος*

et Athen. X p. 446 ab:

(ὁ αὐτός φησιν Ἀντιφάνης ἐν τῷ Τραυματίᾳ)

*παραδίδου δ' ἑξῆς ἔμοι*

*τὸν ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης.*

*A. Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν; B. ἀλλὰ τίς;*

*A. Φιλόξενος δήπουθεν. B. οὐδὲν διαφέρει,*

*ὦ τῶν ἐλέγχεις μ' ἔνεκα συλλαβῆς μιᾶς.*

Apparet pertinere haec fragmina ad ebrietatis scaenam. Prius sic uertit Casaubonus 'uinum large fluens omnis generis uoces ciet' explicatione uice uera et ad locum inuestigandum fructuosa, quam respuere non debebat Bippartus p. 44 ipse mire interpretans *πάμφωνος* de grato sonitu uini in poculum infusi coll. Pindar. Ol. VII, 1sq., quod et ab usu uocis abhorret significantis omnis generis modulationem (*αὐλῶν πάμφωνον μέλος* Pind. Pyth. XII, 19 u. et. Pyth. III, 17) uel omnino loquacitatem alicuius rei (*πάμφωνοι χεῖρες* de pantomimo Antip. Thessal. in Anthol. Plan. XVI, 290, 6) et a conexu, qui est apud Athenaeum. Atque hoc ex conexu nobis uidetur aliqua coniectura de loco fragmenti fieri posse. Etenim cum sermo sit de diuersa ui uini tristem hilarem, inualidum fortem red-dente (cf. ibi Cypriorum poetae, Diphili, Chaeremonis uerba) *πάμφωνον* i. e. loquax putamus uinum appellatum esse, quod loquacem fecerit sc. Cyclopem, cui suspicamur haec dixisse Ulixem, cum de recta uini bibendi ratione praeciperet, qualem habes scaenam apud Euripidem uu. 570. 573. Ac fortasse licebit sic ordinare sententias: 'si bene fluet uinum, magnus orator uel potius magnus musicus exsistes sc. ut perores et permulceas Galateam'. Nimirum uoluit Polyphemum iam irri-guum ut plus uini combiberet spe illa commouere certior factus de eius amoribus. Atque metri grauitas praecipiendi grauitati respondet. Fragmento autem 17 postulat Cyclops, cui persuasit hospitis astutia, potum illum membra roboran-

tem, quo animum sibi addat ad mulierculae fauorem captandum.

Adespota fragmenta omni dubitatione seclusa huc referri possunt nulla. Quae Himerius orat. I, 19 (Bergk. l. l. p. 610) laudat: εἰ δὲ καὶ τὸ ἄνθος τῆς ὄψεως γράφειν ἐθέλωμι, τὰ ποιητῶν ἀνάγκη φθέγγεσθαι· ὧ̄ λευκότητος καὶ γάλακτος· ταῦτα γὰρ ποῦ τις ποιμῆν παρ' ἐκείνοις ποθῶν τὴν Γαλάτειαν τὴν Νηρηΐδα προσείρηκεν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ποιήσας τέχνης τὸ μέλος a Schneidewino annal. litt. Ien. 1845 p. 1100 (cf. Hartung. p. 416) in plenum uersum aucta hunc

ὧ̄ λευκότατος καὶ γάλακτος λευκοτέρως,

quem cur Bergkiius antiquo poeta plane indignum iudicet intellegimus, non dispicimus, cur ad Theocrit. XI, 20 referendum iubeat, propter metrum ab aetate Alexandrina abhorreere nobis uidentur; ac nescio an dimeter trochaicus dithyrambicis numeris plane dignus facile procudatur hic

λευκότατος παῖ γάλακτος

respondens fere adlocutionis metro

χρυσεοβόστρυχε Γαλάτεια,

χαριτόφωνε, θάλος ἐρώτων,

ut pastor Aetnaeus 'lactis niuei candoris filiam' sermone tumido amatam compellet, quo spectat uerbum sophistae προσείρηκεν. Contra prouerbium Diog. VII, 82 a Bergkio uindicatum πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν· ἐπὶ τῶν ταχέως γινομένων· ἀπὸ τοῦ Κύκλωπος ἢ μεταφορὰ Philoxeniae originis nulla re arguitur ne explicatum quidem a quoquam. Hoc tantum nobis constat non coniungendum esse cum prouerbio a Suida s. u. δαλός laudato: δαλός εἰς πῦρ, quod idem ualere atque ἵππος εἰς πεδίον uel αἰτὸν ἵπτασθαι διδάσκεις, δελφίνα νήχεσθαι διδάσκεις docet Diog. I, 65 usurpatum de eo, qui stimulat aliquem sua sponte et proprio impetu acturum. Contra πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν fere idem esse dixeris, quod notissimum illud πῦρ ἐπὶ πῦρ cf. Apostol. XV, 15, qui habet πῦρ ἐπὶ πυρὶ, κακὸν ἐπὶ κακῷ· ταύτης μέμνηται Πλάτων (legg. II p. 666 a) καὶ Αἰβάνιος (orat. IV, 146 R.) 'πῦρ ἐπὶ πῦρ ἡσθόμην' (u. etiam Zenob. V, 69), de cuius prouerbii praecipue in amoribus usu

cf. Rohdium de fab. Rom. Graec. p. 160 adnot. 3 et quos ille laudat Heins. ad Ou. art. amat. I, 244; Bergk. comm. de rell. com. Att. ant. p. 31, qui docent solere unum Veneri accedens *πῦρ ἐπὶ πυρὶ* ('ignis in igne' Ouid.) dici. Fortasse etiam Cyclopi unum ardorem amoris auxit. An de amore omnino non cogitandum, sed ex similitudine eorum, quae dicit Polyphemus Eurip. u. 683 caput rupi illidens: *κατόν γε πρὸς κατῶ*, ad illud prouerbium aliquid repetendum, ita ut *δαλός* possimus propria significatione accipere (Eur. u. 462 saep.)? — Neque adsentiri possumus Wilamowitzio in Herm. uol. XIV p. 172 sq. frustulorum duorum iam a Schottio, Senecae editore, Philoxeno attributorum memoriam renouanti, quamquam non contradixit Eduardus Hiller <sup>1)</sup> in annal. Burs. 1881 I p. 134. Leguntur enim apud Senec. suas. I, 12 haec: 'Corruptissimam rem omnium quae umquam dictae sunt, ex quo homines diserti insanire coeperunt, putabant Dorionis esse in metaphrasi dictam Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit . . . (lac. sign. W. Mueller, O. Ribbeck). Haec quomodo ex corruptis eo perueniant, ut et magna et tamen sana sint, aiebat Maecenas apud Vergilium intellegi posse. Tumidum est

*ὄρεος ὄρος ἀποσπᾶται*

Vergilius quid ait? rapit

haud partem exiguam montis (Aen. X, 128).

Ita a magnitudine discedit, ut non imprudenter discedat a fide. Est inflatum

*καὶ χείρια βάλλεται νῆσσοις.*

Vergilius quid ait? qui de nauibus

credas innare reuolsas

Cycladas (Aen. VIII, 691).

Non dicit hoc fieri, sed uideri. Propitiis auribus accipitur, quamuis incredibile est, quod excusatur, antequam dicitur'.

Iam Wilamowitzius librorum scripturam *ΚΕΙΡΙΑ χείρια* legens doricos numeros procudit hos:

*ὄρεος οὖρος ἀποσπᾶται καὶ χείρια Βάλλεται νᾶσσοις . . .*

1) Idem in edit. IV. frg. lyr. Gr. non recepit.

et Philoxeni esse euinci affirmat Theocriti uersu VII, 152:

*τὸν κρατερόν Πολύφαιμον, ὃς ὄρεσι νᾶας ἔβαλλε*

haec ipsa imitatione a Meinekii iudicio defendendo.

Sed fatemur ignorare nos, cur omnino adespota fragmenta haec iudicauerint uiri docti, quod si uerum esset, maxime miraremur his potissimum non addidisse rhetorem auctoris nomen, cum unicuique sententiae in praecedentibus et sequentibus auctorem praepone soleat. Atque habemus auctorem Dorionem rhetorem, cuius quidem uerba in metaphrasi Odysseae dicta etsi concedimus propter 'haec' pronomen excidisse Muellero et Ribbeckio, tamen quidni singulas elocutiones tumore praeter ceteras insignes repetitas esse statuamus? sc. ut cum Vergilii sermone compararentur. Poterat autem aptissime in metaphrasi res inflante et supra modum extollente sic circumscribi uersus Homericus (Od. IX, 481):

*ἀπορήξας κορυφήν ὄρεος μέγαλοιο.*

Optime uero concinunt tumida illa atque inflata uerba etiam praesenti tempore uinacitatem quandam efficientia cum Dorionis genere dicendi, quod quidem ex Senecae scriptis cognoscamus cf. controu. X, 5, 23: furiose, contr. I, 8, 16: 'Dorion dicit rem paulo quidem elatiorem, quam pressa et ciuilis oratio recipit etc.'; suas. II, 11: 'disertissima sententia'. Quam ob causam quamuis dolentes non tollimus hanc Philoxeni prolem, praesertim cum ne ipse quidem sospitator facile dixerit, quomodo haec cum ratione dramatis conciliet. In dramate — et drama fuisse hunc dithyrambum ex Aristoph. schol. (cf. *ὑποκριτής* p. 342 a, 14 D.) clare elucet, drama autem melicum <sup>1)</sup> — dici haec poterant solis a comitibus Ulixidis ingentes Cyclopi iaculationes spectantibus, quae sane maxima esset scaenica difficultas sic euitata ab Euripide, ut minitaretur tantummodo Cyclops uu. 704 sqq. — Neque cum fructu perlustrauimus quae Bergkiiu congegit lyricorum adespota fragmenta, unum dithyrambici coloris fr. 128 Demetr. *περὶ ἐρμην.* 91 (rhet. Gr. III

1) Consensus est hac de re; Bergleinius p. 56 dissentiens satis refutatus est a Klingendero p. 47.

p. 283 Sp.): *ληπτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα, οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, ὅσον 'θεοπεράτους πλάνας'* ex Ulixis aliqua de erroribus narratione excerptum esse potest, qualem habemus Hom. Od. IX, 259—262.

Restat, ut quali arte Philoxenus Polyphemum induxerit breuiter exponamus. Apparet ex consilio dithyrambi nonnulla pigmenta nouare debuisse Philoxenum, quae cum Polyphemi persona sollemni non conexas Dionysii uitae ac moribus denotandis inseruissent, quae nunc ne coniectura quidem prorsus assequi possumus. Scimus uero, qualem in scaena proposuerit poeta Pseudo-Dionysium ex scholio ad Arist. Plut. u. 298: *πήραν ἔχοντα· Φιλοξένου ἐστὶ παρηγμένον καὶ τοῦτο τὸ ῥήτόν. τοιοῦτον γὰρ τὸν Κύκλωπα εἰσάγει πήραν ἔχοντα καὶ ἐπὶ ταύτῃ λάχανα ἄγρια. — Ἄλλως. ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς παιγνιωδῶς ἐπιφέρει τὰ τοῦ Φιλοξένου πήραν βαστάζειν τὸν Κύκλωπα καὶ λάχανα ἐσθίειν. οὕτω γὰρ πεποίηκε τὸν τοῦ Κύκλωπος ὑποκριτὴν εἰς τὴν σκηρὴν εἰσαγόμενον. ταῦτα δὲ πάντα διασύρων τὸν Φιλόξενον εἶπεν ὡς μὴ ἀληθεύοντα· ὁ γὰρ Κύκλωψ, ὡς φησὶν Ὀμηρος, κρέα ἤσθιε καὶ οὐ λάχανα.* Induxit igitur Cyclopem peram gestantem cum oleribus agrestibus et roscidis; qua in re quod ab Homero discessisset, ab Aristophane eum uellicatum esse inepta est scholiastae opinio; neque enim propter ueritatis studium Philoxenum carpsisse putandus est comicus, sed ut ridiculam scaenam in Atheniensium memoriam reuocaret. Talem autem exhibens figuram scaenicam, cui Dionysii tyranni proprios mores uel potius propria uitia inussit, ad homunculorum naturam uidebatur Philoxenus appropinquasse Aristoteli poet. 2, minus 'quod humane et uiuentem et amantem induxit', ut Schmidtus p. 74 sq. arbitratur, sed quod eum instruxit peruulgatis cotidianorum hominum uitiiis, non formidulosis et monstruosis ut in Cyclope expectes neque exaggeratis et distortis, sed uilibus et tritis. Imprimis illo habitu Cytherius uidetur denotare genus hominum, quod illo tempore magis magisque inclaruit: philosophorum cynicorum, quorum auctor Antisthenes Socrate mortuo et paulo post Diogenes affectabant rerum necessarium in-

opiam<sup>1)</sup>. Talium uero hominum externam speciem multi imitabantur, qui philosophi uolebant haberi; pertinebat autem ad totum hunc apparatus (*Λιογένεια ὄπλα* Crat. epist. 23) maxime *πήρα* nutrimentis quam uilissimis referta (cf. Luc. Cynic. multis locis et descriptiones apud epistularum auctores passim obuias, praecipue Alciphr. III, 40. III, 14; Diog. 30; Crat. 23. 33). Et cogitandus erit Cyclops in scaenam prodiisse etiam cetero instructus apparatu, quem optime enarrat Alciphr. III, 40: *κόμην ἀχμηρὰν ἀνασειών, τὸ βλέμμα ἰταμός, ἡμίγυμος ἐν τριβωνίῳ, πηριδίον ἐξηρητημένος καὶ ῥόπαλον ἐξ ἀχράδος πεποιημένον μετὰ χειρας ἔχων, ἀνυπόδητος, ῥυπῶν*<sup>2)</sup>. Fortasse allusit Philoxenus ad philosophica tyranni studia, ut amabant poetae aliquantulum philosophicae doctrinae circumdare Polypheмо. Videtur autem celeberrimus Philoxeni dithyrambus (Ael. nar. hist. XII, 44) multarum urbium scaenas frequentasse actus fortasse ab ipso poeta, quantum efficitur ex Hermesianactis fragmento ap. Athen. XIII p. 597 sqq. uu. 69 sqq.:

Ἄνδρα δὲ τὸν Κυθήρηθεν, ὃν ἐθρέψαντο τιθῆναι  
 Βάαχου, τὸν λωτοῦ πιστότατον ταμίην,  
 Μούσαις παιδευθέντα Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς  
 ὠρνυῆ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,  
 γινώσκεις, αἴουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατεῖς  
 αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὑπὸ προγόνοις<sup>3)</sup>.

1) Ipsum Socratem ἐν τριβωνίῳ et ἀνυπόδητον in Conno traduxit Amphias fr. 9 K.

2) Πινῶντα eum appellat etiam Aristoph. Plut. u. 297 (e Brunckii coniectura).

3) Priora dedimus ex Meinekii frgm. com. Gr. III p. 645 sq. restitutione, in posterioribus immerito haesisse criticos putamus, quorum sententias u. ap. Berglein. p. 58 sqq. Ceterum nescio an sine subtili consilio Hermesianax in hoc potissimum poeta Nympharum et Musarum nutritionem et institutionem praedicauerit fortasse alludens ad uitam Philoxeni, quam enarratam habes ap. Suid. s. u. Φιλόξενος b. B. Φιλόξενος Ἐβλυτίδου Κυθήριος λυρικὸς ἔγραψε διθυράμβους κδ'. τελευτᾷ δὲ ἐν Ἐφέσῳ. οὗτος ἀνδραποδισθέντων τῶν Κυθήρων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἡγοράσθη ὑπὸ Ἀγεσίου τινός, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐγράφη, καὶ μύρμηξ ἐκαλεῖτο· ἐπαιδεύθη δὲ μετὰ τὸν θάνατον Ἀγεσίου, Μελανιπίδου πριαμένου αὐτὸν τοῦ λυρι-



Verba enim *τιναχθεῖς ὠρυγῆ* referenda ducimus ad scaenicae actionis ululatum, quo greges fictos pulpita personuisse credimus; est enim *ὠρυγῆ* bestiarum propria uox, luporum ut ait Pollux V, 86 et minorum animalium ferorum id. V, 88 fin., canum, ut testatur Hesychius s. u., qua ex notione in illustrandis illis uerbis proficiscendum erit, ut dicatur Philoxenus i. e. Ulixes personatus 'conquassatus eiulatu' gregum amorem Galatæe testificantium (cf. uu. 73 sq.) in scaena comparuisse, cum Polyphemum cantaturum ad litus comitaretur. Subobscura nobis uidetur explicatio Schubarti, praeceptoris summe uenerandi (de Hermesianactis elegis Plau. 1858 p. 16sq.), qui Fr. Palm auctore Hom. Od. u. IX, 395 comparato Philoxenum ab Hermesianacte dici clamore ἐτ' ἰνὸν Cyclopis i. e. Dionysii ex antro eius i. e. Syracusis expulsum per Colophonem uenisse arbitratur, ita ut elegiacus poeta ea ipsa uerba *ὠρυγῆ τιναχθεῖς* ex ipso Philoxeni carmine deprompserit. Tectam hanc Cyclopeae cládis significationem ueremur ut quisquam intellexerit, neque perspicitur, cur per Colophonem quondam uenisse dicatur Cytherius clamore in Asiam usque fugatus, cum ipsum uidisse non possit Leontium.

Inuenimus igitur primum in Philoxeni dramate amorem feri Cyclopis, qui paulo molliores et tenuiores sensus excitauit, quamquam non prorsus exstirpata est ferocitas, id quod fingere posteriorem demum aetatem uidebimus. Praeterea non est omittendum, quod hic primum citharizantem et saltantem deprehendimus Cyclopem. Duabus his rebus nouatis plane noua fundamenta iecit Philoxenus nouae ueteris figurae tractationis, atque in his potissimum argumentis excolendis et perpoliendis uersatur sequentium aeuorum ars a celeberrimo Cytherii dithyrambo profecta.

κοῦ et q. s., ubi uerba *ἐτράφη καὶ μύρμηξ ἐκαλεῖτο* illustrare putamus Hermesianactea *ὃν ἐθρέψαντο τιθῆναι Βάκχον* et rursus *ἐπαιδέυθη δὲ — Μελανπίδου πριαμένον αὐτὸν τοῦ λυρικοῦ* haec *Μούσαις παιδεύθηεντα*.

## CAPUT VI.

*De mediae nouaeque comoediae tractationibus.*

## § 1.

## De Nicocharis Galatea.

Quod argumentum paulum refrenata priscae comoediae libertate a Cratino in locum priorum titulorum substitutum esse uidimus, redit in eius comoediae generibus, quae ex illo tempore prima incrementa ceperunt. Atque adprime conueniebat maxime Philoxeni irrisione auctum cum tota indole mediae nouaeque quam dicimus comoediae. Quae cum argumenta a fabularum diuinarum ad cotidianam uitam translatarum irrisionibus repetere mirum quantum adamaret et rei publicae hominumque publicorum castigatione, qualis antiquae erat comoediae, abstinere coacta magis mortuos imperatores et oratores externosque tyrannos exagitaret, fabulam aliquam has duas res comprehendentem studiose amplectebatur (cf. Ribbeck. de med. et nou. com. Att. Lips. 1857 p. 13 sqq. et 17 sqq.). Hac quidem generali obseruatione probabiliorem reddi opinamur Meinekii coniecturam, ex qua fabulas nomine *Γαλάτεια* inscriptas notum mythum tractasse censet, quam Iahnii (symb. archaeol. p. 412 adnot. 6) dubitationem per se non uituperandam, ex qua de titulis a mulierum nominibus sumptis cogitari posse autumat. Accedit quod fragmenta ex his fabulis superantia cum hoc argumento bene concinnari possunt, etsi ex huius poesis partis naufragio non tam locupletes euasimus quam ex dithyrambis. Incipimus uero a Nicocharis fabula *Γαλάτεια* haud ignorantes solere hunc poetam in antiquae comoediae auctoribus numerari, sed uergente prisco comoedias componendi more et tempore poetam proprium noui generis argumentum tractantem nouae classi adsignare maluimus. Enumeratur autem Galatea a Suida s. u. *Νιχοχάρης*, et ex omnium fere ceterorum titulorum similitudine mythicam rem propositam esse nostro iure concludere possumus; neque inepte conferatur Cyclopis figura cum Herculis uxorem ducentis et cho-

regi atque Centauri persona. Ex duobus quae aetatem tulerunt frustulis prius (fr. 2 K.) (Meinek. hist. crit. p. 254) Poll. X, 93: *εἵπτος δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσηματοθήκην κυμινοδόκον Νικοχάρους εἰπόντος ἐν Γαλατεία*

*σοφαῖσι παλάμαις τεκτόνων εἰργασμένον  
καὶ πόλλ' ἐν αὐτῷ λέπτ' ἔχον καδίσηκια  
κυμινοδόκον*

Meinek. intellegit de muneribus Galatae a Cyclope oblati felici opinamur coniectura. Nam etiamsi postea, ubi poetae in donis Polyphemi depingendis coloribus non parcent, huiusmodi munera non deprehendimus<sup>1)</sup>, tamen genus munerum monstrat mores Cyclopi, et enucleare hac ex re possumus, qualem poetae finxerint. *Κυμινοδόκον* autem qui donat h. e. uasculum uariis condimentis sollerter secretis refertum, cuius structuram accuratius disces ex similitudine uasculi *κέρνος* appellati apud Athen. XI p. 476 ef et plenius p. 478 d descripti (cf. Kock. l. l.), is haud dubie uersatus est in condimentis et cibos large conditos in deliciis habet. Subtilis igitur palati etiam Nicochares proposuisse existimandus est Cyclopem. Ac uidemus Polyphemum opifices sollertes ambientem, ut fabricentur Galatae instrumentum culinarium, quod cogitamus ingenti pro Cyclopea magnitudine in scaenam prolatum spectatorum risus mouisse. Alterum fragmentum (Kock. 3) exstat apud schol. Arist. Plut. 179: *Φιλωνίδην δ' οὐ τὸν ποιητὴν φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφανεῖσι ἐγγεγραμμένον δράμασιν ὡς οἱ περὶ Καλλίστρατον ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες· ἀλλὰ παιδιᾶς ἕνεκεν τὸν αἰσχιστον καὶ ἀπαιδευτον. κωμωδεῖται δὲ ὡς εὐπορος καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι καὶ ἡλίθιος. Νικοχάρους Γαλατεία*

*τί δῆτ'; ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου  
τοῦ Μελιτέως.*

Recte coniecit Meinek. Galatae haec uerba ad Cyclopem esse. Respuit nympa Musam Polyphemi, rudem cantilenam, quod efficitur ex notione *ἀπαιδευτος* apud Euripidem u. 493

1) Tamen cf. Nicet. Eug. VI, 524.

respiciente ad praegressum uersum 489 ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος. Comparat autem Galatea amatorem cum Philonide Melitensi, persona comicis largissimam uellicandi materiam praebente, qui quidem sane habebat cur cum Cyclope conferretur, si uera tradunt Aristophanis scholiastae dicentes l. l. grandi eum figura et opulentia et stultitia insignitum fuisse, quibus sordes quoque accessisse discitur ex Arist. plut. uu. 303 sqq. cf. schol. u. 303: καὶ ταῦτα εἰς Φιλωνίδην τὸν Μελιτέα ὡς οὐ μόνον μέγαν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθῆ καὶ ὑώδη. Rem autem habebat cum eo celeberrima meretrix Lais diuitiis eius pellecta cf. schol. Plut. u. 179 p. 334 b, 30 sqq.: Φιλωνίδης ἀνὴρ τις ἦν πλούσιος, οὐτινος ἀμόρφου ὄντος, διὰ τὰ χρήματα ἐρᾷ Λαῖς αὐτοῦ, ἣ ἐν Κορίνθῳ ἀδομένη πόρνη. Acumen autem huius comparationis tum demum persentiscimus, cum reputamus Laidem ex Sicilia fuisse oriundam matre Timandra (schol. u. 179), quam dicebatur Philoxenus a Dionysio dono accepisse. Aptissime igitur allusit nympa Sicula ad meretricis Siculae amores famosos propter diuitias hominis ceteroqui bruti ac libidinosi simulatos (cf. Bergk. comment. de rell. com. Att. ant. p. 400 sqq.). Discimus uero ex hoc fragmento in scaenam prodiisse Galateam, et fuisse dialogum inter amatorem et amatam, qua de re in Philoxeni dithyrambo dubitabamus; sic autem exagitatum esse Cyclopi ardorem, ut mythicarum personarum condicio cum praesentis temporis uitaeque rationibus componeretur, quo multas iocandi ansas oblatas esse in propatulo est. Num caecatio in dramate fuerit nescimus; aegre uero ad dramaticam actionem consummandam desiderabatur aemulus aliquis Polyphemi, qualem Ulixem tantum adhuc cognouimus.

## § 2.

### De Antiphanis Cyclope.

Non minus in tenebris uersamur fabulae Antiphaneae *Κύκλωψ* inscriptae indolem instauraturi, quamquam duo certe fragmenta paulo uerbosiora indulsit temporum edacitas. Quae coniuncta statim apponere placet.

Athen. VII p. 295 f: Ἀντιφάνης δ' ἐν Κύκλωπι ὑπερακον-  
τίζων τὸν τένθην Ἀρχέστρατὸν φησιν

ἔστω δ' ἡμῖν κεστρεὺς τιμητός <sup>1)</sup>,  
νάρκη πνικτή, πέρκη σχιστή,  
τευθὺς σακτὴ, συνόδων ὀπτός,  
γλαύκου προτομή, γόγγυρον κεφαλή,  
βατράχου γαστήρ, θύννου λαγόνες,  
βατίδος νῶτον, κέστρας ὀσφύς,  
ψήττα, ξίφιος <sup>2)</sup>, μαινίς, καρίς,  
τρύγλη, φνκίς·  
τῶν τοιούτων μηδὲν ἀπέστω <sup>3)</sup>.

5

et

Athen. IX p. 402 e: τὰ δὲ παρὰ τοῖς κωμωδιοποιοῖς λε-  
γόμενα δεῖπνα ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὡσὶ μᾶλλον ἢ τῆ  
φάρυγι· ὥσπερ τὰ παρ' Ἀντιφάνει μὲν ἐν Ἀκαστρίᾳ — ἐν  
δὲ Κύκλωπι φησι

τῶν χερσαίων δ' ὑμῖν ἦξει  
παρ' ἐμοῦ ταυτί·  
βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ἠλιβάτας <sup>4)</sup>,  
αἰξ οὐρανία, κριὸς τομίας,  
κάπρος ἐκτομίας, ὕς οὐ τομίας,  
δέλφαξ, δασύπους, ἔριφοι . . . <sup>5)</sup>,  
τυρὸς χλωρός, τυρὸς ξηρός,  
τυρὸς κοπτός, τυρὸς ξυστός,  
τυρὸς τιμητός, τυρὸς πηκτός.

5

Arte inter se cohaerere haec fragmenta iam Meinekius cogno-  
uit, dubitavit tamen de pronominum fr. I, 1 et II, 1 ratione in  
priori (maiore) editione comicae poesis reliquiarum scribens  
fr. I, 1 ὑμῖν cum cod. C, in Athenaei editione et in minore

1) Ex Porsoni emendatione; libri ὑμήτιος.

2) Coniecit Meinekius; codd. ψήττας κίσχος.

3) Nescio an praestet deleto articulo paroemiacum restituere, qui claudat sententiam.

4) Ex Eustathio p. 1753, 24, qui testatur Cyclopi haec uerba esse nescio an non alio auctore quam Athenaeo, reposuit Meinekius.

5) Lacunam indicavit Dindorfius.

reliquiarum reponens ἡμῖν. Quaeritur, quis elocutus sit fragmina. De posteriore constare uidetur non tam Eustathii sublestae fidei testimonio quam rei ipsius perspicuitate: Cyclopis sunt uerba, quem uidemus promittere gregum suorum subolem uenationisque capturam nec minus sex casei genera, in quo faciendo sollertem eum fuisse docet Homeri fabula. De priore fragmento hoc nobis constat non promittentis esse haec uerba, sed postulantis. Promittentis est fr. II, 1 futurum ἤξει, postulantis sunt imperatiui fr. I, 1 ἔστω u. 9 μηδὲν ἀπέστω. Quae de causa fr. I, 1 ἑμῖν non potest ferri, solum quadrat ἡμῖν. Qui sunt ἡμεῖς? Cyclopem hoc pronomine significari ideo non est ueri simile, quod fr. II, 2 de se loquens non pluralem, sed singularem usurpat. Postulantur autem his uersibus uariae deliciae piscium marinorum, lautae offae subtilitatem culinarii iudicii prodentes. Agitur in his duobus fragmentis de compensatione quadam mercium ita quidem, ut posterius responsum contineat a Cyclope ad prius datum; quamquam non statim annectere licet fr. II, id quod dissuadet particula δέ u. 1, cui opposita erat particula μέν, et in capite enuntiati elatum τῶν χειρσαίων. Quae quidem indicant excidisse talem fere sententiam:

Marinas quidem delicias non habeo,  
τῶν χειρσαίων δ' ἑμῖν ἤξει etc.

Quae in Cyclopis fabulis exstat mercium compensatio? Cogitet quispiam de mercatura Ulixis cum Sileno facta, quae proponitur ab Euripide Cycl. uu. 133 sqq. (u. impr. 137 sq. 150. 160. 254 sq. 257. 260. 270 sq.) ac statuatur non Silenum, sed ipsum Cyclopem egisse cum hospitibus Ithacensibus. At uero qui dicuntur ναυτίλοι κεχηρημένοι non delicias ad famem sedandam parum idoneas postulabunt, sed quae gestiunt apud Euripidem: panem et aquam fluuialem uu. 96 sqq. Quare cogita, num talis scaena fortasse condicioni indicatae magis respondeat: Postulant Nereides (pluralis numerus propter ἡμῖν fr. I, 1), ut Galatae sibique praebeat Polyphemus maris exquisitissimas lautitias, quas cum afferre non possit Cyclops, quicquid in gregibus possidet expetendi lasciuis nymphis offert. Nam per

ironiam prius fragmentum prolatum esse nobis persuasimus: pollicentur Nerei filiae Neptuni uastae proli adducturas se esse Galateam sororem, dum has apposuerit nuptiales epulas, non ignorantes numquam eas congesturum esse Cyclopem, quippe qui mare timeat nandi non peritus (cf. Theocr. id. XI, 60 sqq.). Cuius quidem postulationis procacitati optime conuenire nobis uidetur repetita adhortatio: *τοιούτων μηδὲν ἀπέστω*.

Quae si uera concinnauius, de indole Antiphanis fabulae discimus haec: Actio erat in scaena proposita de Galateae nuptiis inter chorum Nereidum <sup>1)</sup> et Cyclopem iocandi causa, non serio consilio. Cyclops ipse proponitur pastoris potissimum habitu et apparatu — praeses quam ditissimus rei pecuariae. Possidet enim non solum oues et capras, ut apud Homerum, et boues, ut apud Euripidem, sed etiam sues (fr. II, 5), lepores uenatus est <sup>2)</sup> (ib. u. 6), casei uario modo apparandi est peritissimus. Videtur igitur epularum elegantia, quae in hac fabula sollemnis erat, non tam Cyclopi quam nymphis marinis tributa fuisse. — Ulixes in fabula fuisse non traditur. Si traderetur, tertium quod superest fragmentum Poll. IX, 88: *παρ' Ἀντιφάνει ἐν τῷ Κύκλωπι*

*Κέρμα γάρ τι τυγγάνω*

(ib. VII, 170: *κέρμα ἐνικῶς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν Ἀμπελοργῶ καὶ Ἀντιφάνει ἐν Κύκλωπι*) intellegeremus de Ulixē Cyclopi num-

1) Quem hic primum probabiliter statuere possumus, in cassum statuit Klingenderus in Philoxeni dithyrambo l. l. p. 50.

2) V. 6 anapaesticam tripodiam ferri non posse uidit Dindorfius. Cum ex uenaticis feris leporem tantum commemorari miremur, huius generis bestiae nomen excidisse ratis in mentem nobis uenit u. Ouidianus met. XIII, 832, ubi Cyclops dona amatae offerens dicit:

nec tibi deliciae faciles uulgataque tantum  
munera contingent, dammae leporesque caperque  
parue columbarum demptusue cacumine nidus:  
inueni etc.

Iam cum caprum habeamus u. 3, leporem u. 6, dammae notionem periisse arbitrati, ut similitudine litterarum initialium facilitatem excidendi excusarem, incidimus in uocabulum *δορκάς* et proponimus:

*δέλφαξ, (δορκάς), δασύπους, ἔριφοι.*

cf. Nicet. Eugen. VI, 525.

mos pro esca offerente in comparationem uocato uersu Euripideo Cycl. 160:

*πρὸς τῷδε μέντοι καὶ νόμισμα δώσομεν*

supplentes non cum Meinekio λαβὼν uel λαχῶν, sed potius ἔχων uel, ut trimeter exeat, φέρων; conueniret autem sensus abiectus singularis numeri κέρμα cum naufragi Ithacensis penuria. Si uero liceret sumere Ulixis fabulam conexam fuisse in hoc dramate cum amoribus, etiam unum et alterum ex fragmentis incertae sedis non sine aliqua ueritatis specie suam stationem recuperaret. Quamquam — id quod in uniuersum de incertis et anonymis frustulis comicorum semel dixisse sufficiat — quae conguessit grammaticorum et lectorum sedulitas maxima ex parte generales sunt sententiae pertinentes ad epularum lautitias, bibendi suauitates, uitae praecepta, mulierum matrimoniiue iudicia, similia, quae poteris permultis adsignare comoediis; perrarae sunt reliquiae certa certi conexus indicia prae se ferentes, ex quibus aliquid sciri possit de indole fabulae. Itaque non spondemus nullum alium esse locum fragmentorum nisi in quem nos restituere conati simus, sed si aliunde accesserit aliqua similitudo, nos a probabilitate quadam non nimis aberrasse opinabimur. Animaduertimus autem duarum sententiarum cum Euripidei Cyclopi uerbis necessitudinem harum fr. inc. 14 Athen. II p. 45a:

*μεταλλάξαι διάφορα βρώματα  
ἔσθ' ἡδύ, καὶ τῶν πολλάκις θρυλουμένων  
διάμεστον ὄντα τὸ παραγεύσασθαι τινος  
καινοῦ παρέσχε διπλασίαν τὴν ἡδονήν*

cum Sileni ap. Eur. uerbis uu. 250 sq.:

*τὰ καινά γ' ἐκ τῶν ἡθάρων, ἃ δέσποτα,  
ἡδίον' ἐστίν*

et fr. inc. 40 Stob. floril. X, 22:

*τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει  
μικρὰς, ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακρὰς*

cum Ulixis ap. Eur. uerbis uu. 311 sqq.: πολλοῖσι γὰρ

*κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἡμείψατο.*

Suo iure quispiam nobis opposuerit ab utroque poeta haec



esse ex sermonis vulgaris prouerbiis repetita et redire apud alios quoque poetas (cf. Men. monost. 6); sed nonne respondere nostro iure possumus easdem actionis eiusdem rationes renouasse eiusdem sententiae memoriam? Similiter Ulixem potissimum statuamus ad Cyclopem, quem uino domiturus est, dicere fr. inc. 35 Athen. I p. 23 a: *εἴρηται δὲ τὸ βρέχειν καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν. Ἀντιφάνης*

*δεῖ γὰρ φαρόντας δαψιλῶς βρέχειν*

uel, si Meinekio feliciter cessit coniectura,

*δεῖ γὰρ φαρόντας [φάρουγα] δαψιλῶς βρέχειν,*

cf. anal. crit. ad Athen. p. 11,

quae ad tale consilium pertinuisse suspicemur, quale proponit Ulixes Euripideus uu. 573 sqq.:

*κὰν μὲν σπάσης γε δαιτὶ πρὸς πολλῇ πολύν etc.*

Interponere hic liceat sententiam de Matronis loco <sup>1)</sup> corrupto, de quo iudicium ferre debemus, ap. Athen. IV p. 135 b, ubi Matro parodus cenam Xenoclis rhetoris Atheniensis formulis Homericis exagitatis festiue describit et uu. 22 sqq. apuam inducit:

*ἦ δὲ φαληρικὴ ἦλθ' ἀφύη, Τρίτωνος ἑταίρη,*

*ἄντα παρειάων σχομένη ὄνπαρὰ κρήδεμνα,*

*τοὺς δ' ὁ Κύκλωψ ἐφίλει καὶ ἐν οὔρεσιν ἐξεπεφύκει,*

*πίνας ἦλθε φέρων καὶ \*ἄμυλα ἤχχεντα.*

Vocum corruptelis non laborare locum probe perspiciet qui priorum atque illustrium philologorum conamina perlustrauerit apud Schweighaeuser. animaduers. in Athen. II p. 430 sqq. congesta, lacunosum esse uidit Meinekios, qui u. 24 et a praegressis disiunxit et in duos uersus dispescuit, quorum alterius initium, exitum alterius censuit. Hac uia pergentibus expediendum est nobis, quid supplendum sit ad uerba *τοὺς δ' ὁ Κύκλωψ ἐφίλει*. Quod cogitet quispiam et ipsi cogitauimus subesse Galateam, praesertim cum ceteri pisces nominibus mythologicis iocose insigniantur u. 22: *ἀφύη — Τρίτωνος ἑταίρη*, 33: *σηπίη — Θέτις ἀργυρόπεζα*, 36: *γόγγρος — Τιτύος*, 50: *τεν-*

1) Hunc locum debemus Grafii nostri amicitiae.

*θίς* — <sup>3</sup>*Ιθίς* al., uetat pluralis generis masculini *τούς*. Didi-  
 cimus uero ex fabulae historia omnibus temporibus Cyclopem  
 adamasse caseos, quos sexies uariatos ultimum ut praestan-  
 tissimum donum enumerare eum modo cognouimus apud Anti-  
 phanem. Supplemus igitur *τυρούς* cetera non expedituri et  
 referimus ad piscium apparatus, quem significatum esse uoce  
*κρήδεμνα* u. 23 uere concludere Dalecampius et Schweighaeu-  
 serus. Caseus autem quantopere in deliciis fuerit gulonibus in  
 piscium escis apparebit Athenaei librum VII legenti cf. p. 278 c.  
 286 d. 288 d. 306 b. 309 f. 311 c (*Συρακόσιοι καὶ Ἰταλιῶται*).  
 314 d. 320 b. 321 c. 322 d. 325 f al. Videtur autem piscis no-  
 men excidisse, qui cum caseo apparabatur. Altero autem uersu  
 annexum fuisse imaginamur enuntiatum relatiuum ad ipsam  
 rem non pertinens, quo Cyclopis natura epica uerbositate ex-  
 planabatur ut fit in Homero, id quod commendat exitus ex  
 Homeridarum poesi sumptus *ἐξεπεφύκει* cf. hymn. Cer. 12, quam  
 formam mutando perdere non debuit qui de Matronis paro-  
 diarum reliquiis egit Monast. 1856 Guilelmus Paessens p. 17.  
 Cyclopem uero caseos amantem ex communi mythi memoria  
 etiam in suae aetatis comoedia uiua retinuit Matro, quem circa  
 exitum quarti a. Chr. saeculi fuisse autumant cf. Paess. p. 1.

### § 3.

#### De Alexidis Galatea.

Pastoris habitum in Antiphanis Cyclope praeualuisse si  
 recte conclusimus, ad culinarias uirtutes efferendas rediisse  
 putamus Alexidem, cuius ex dramate *Γαλάτεια* inscripto quat-  
 tuor fragmenta supersunt. Mythicum fuisse argumentum pu-  
 tanti assentimur Meinekio hist. crit. p. 390, qui hanc fabulam  
 adscribit mediae cōmoediae aetati h. e. priori artis aetati poe-  
 tae, cuius uitae terminos posuit Ol. 97 et 123. Grauissimum  
 fragmentum seruauit Athenaeus XII p. 544 e ea ratione, qua  
 incohat uerba poetae, demonstrans se non ipsum legisse in-  
 tegram fabulam: *κωμῶδων δ' αὐτὸν* (sc. *Ἀριστιππον*) *Ἄλεξις*  
*ἐν Γαλατείᾳ ποιεῖ τινα θεράποντα διηγούμενον περὶ τινος*  
*τῶν μαθητῶν τάδε*

ὁ δεσπότης οὐμὸς περὶ λόγους γὰρ ποτε  
 διέτριψε μειρακίσκος ὃν καὶ φιλοσοφεῖν  
 ἐπέθετο. Κυρηναῖος ἦν ἑνταῦθά τις,  
 ὡς φασ', Ἀριστιππος, σοφιστὴς εὐφυνής,  
 μᾶλλον δὲ πρωτεύων ἀπάντων τῶν τότε  
 ἀκολασία τε τῶν γεγονότων διαφέρων. 5  
 τούτῳ τάλαντον δοῦς μαθητῆς γίγνεται  
 ὁ δεσπότης. καὶ τὴν τέχνην μὲν οὐ πᾶν  
 ἐξέμαθε, τὴν δ' ἀρτυσίαν συνήρπασεν 1).

Versus 5 sq. uix integri. Nimis inaniter augetur notio illius  
 εὐφυνής uoce μᾶλλον, nisi uerbum πρωτεύων additamento maius  
 quid et inexpectati continente definitur, ut u. 6 διαφέρων da-  
 tivo ἀκολασία. Conati uero Graecis uerbis hiatum explere, si  
 ludere fas est, profecti ab oppositione philosophorum, qui sunt  
 et qui fuerunt, desideramus eos, qui erunt, ut comica exagge-  
 ratione dicatur Aristippus etiam futuros superare (cf. Mardo-  
 nium Xerxem laudantem Herod. VII, 9), rati sic quodammodo  
 alludi ad apophthegma aliquod Aristippi in Athenaei uerbis  
 ut opinamur seruatum XII p. 544 a: παραπλησίως τοῖς ἀσώ-  
 τοις οὔτε τὴν μνήμην τῶν γεγονυιῶν ἀπολαύσεων πρὸς αὐτὸν  
 ἡγούμενος οὔτε τὴν ἐλπίδα τῶν ἐσομένων, ἀλλ' ἐνὶ μόνῳ τὸ  
 ἀγαθὸν κρίνων τῷ παρόντι, τὸ δὲ ἀπολελανθέναι καὶ ἀπολαύ-  
 σειν οὐδὲν νομίζων πρὸς αὐτόν, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἔτ' ὄν, τὸ δὲ  
 ὡς οὐπω [καὶ ἄδηλον]. Hunc igitur edolauimus progressum:

μᾶλλον δὲ πρωτεύων ἀπάντων τῶν τότε  
 (ἀσωτία, τῶν δ' ἐσομένων ἀπληστία)  
 ἀκολασία τε τῶν γεγονότων διαφέρων.

Vides ut aberrare potuerint librarii oculi. Didicisse igitur fer-  
 tur aliquis δεσπότης non philosophiam a philosopho, sed artem  
 cibos condiendi. Qualem erum in tota fabula nullum alium  
 inuenimus quam ipsum Cyclopem, in quo coqui personam ex-  
 seruisse uidemus Alexidem. Institutus autem si comice fingitur  
 ab Aristippo Cyrenaico, quem primum Socraticorum mercede  
 discipulis doctrinam uendidisse scimus ex Diog. Laert. II, 8, 65,

1) Libri ἀρτησίαν συνήρπασεν. Meinekius emendauit.

consentit hoc cum philosophandi illo studio, quo Cyclopi igno-  
rantiam exornare amabant poetae. Videntur autem haec nobis  
insulse dicta esse, nisi Alexis certum quendam hominem hac  
irrisione pungeret. Non enim sine causa adulescentia discipuli  
tempus institutionis definitum Aristippumque eo tempore ad-  
fuisse indicatum est. *Ἐνταῦθα* notio, si uerum argumentum  
oculis proponimus, nullum alium locum significare potest quam  
Siciliam. In Sicilia autem Aristippus minimum bis uersatus  
est consuetudine usus non solum Dionysii maioris, sed etiam  
minoris cf. Henricum de Stein: de philosophia Cyrenaica, Gott.  
1855 p. 57 sqq. Primum uero Syracusas Aristippum peruenisse  
Steinius ponit in tabula (p. 20) anno 389, deinde a. 361 una  
cum Platone. Iam nobis uu. 5 sqq. eam aetatem Aristippi osten-  
dere uidentur, qua summa et corporis et ingenii alacritate flo-  
rebat, excludere senectutem; senex autem septuagenarius ite-  
rum Syracusas uenit, si recte Steinius annum eius natalem  
haud multo ante a. 435 ponit. Quare uel hanc ob causam  
priorem terminum praeferamus. Eximie autem omnia expe-  
diuntur, si *δεσπότην* illum Dionysium maiorem sub Cyclopi  
persona latentem esse statuimus. Facit poeta seruum aliquem  
narrantem de eri studiis philosophicis carpens Dionysii cum  
Aristippo familiaritatem, quam culinariam magis quam philo-  
sophicam fuisse testatur schol. Lucian. Menipp. p. 20, 7: *δεινὸς*  
*τὰ περὶ γαστέρα τε καὶ τοὺς μαγείρους σοφιστῆς· παρῆν*  
*Διονυσίῳ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τὴν Σικελίαν αὔξων αὐτοῦ τὴν*  
*τρυφήν* etc. Iam licet his ex rationibus aliquid computare  
de tempore fabulae Alexidis. Omne acumen irrisionis hebes  
mansisset, nisi Dionysius, cum Cyclopi persona tectus uelli-  
cetur, in uiuis fuisset; mortuus autem est a. 367. Iam si  
initio Ol. 97 h. e. ca. a. 390 natum esse Alexidem e Thurio-  
rum clade ca. Ol. 97, 3 recte conclusit Meinekius hist. crit.  
p. 375 sq., referre poterimus fabulae actionem in adulescentiam  
poetae.

Qua cum computatione concinit, quod *δεσπότης* ille flo-  
ridos annos iam pridem egressus in scaena proponebatur, id  
quod sequitur ex uerbis *ποτὲ διέτριψε μετράκιστος ὢν*. Ac

fingimus nobis Galateam inter primas adolescentis poetae fabulas fuisse, quippe qui nouare argumenta nondum ausus argumentum in scaena spectatum, quale iam erant Cyclopi in Galateam amores praesertim in eis regionibus, ubi natus erat poeta, repeteret. Videmus autem ex Philoxeni dithyrambo remansisse Dionysii Cyclopi nomine tecte significati irrisionem; ac uidetur Alexis senem balbulum nymphae amore correptum spectatoribus propinasse. Neque mirum, quod comicus illos amores ad senectutem Dionysii rettulit. Consueuerant opinamur spectatores in scaena Dionysium Cyclopi persona indutum aspicere, ut quod senex aliquando proferebatur figura sollemnis ueteribus libidinibus nondum depositis non modo non mirarentur, sed de integro riderent. — Prius autem fragmentum haud ita magno interuallo excepisse uidetur fr. II Athen. VII p. 314 d:

*νάρκην μὲν οὖν, ὡς φασιν, ὠνθυλευμένην  
ὀπτᾶν ὄλην,*

quam abruptam sententiam Meinekius suppleuit dubitanter addens *δεῖ*. At uero nescio an praecipendi notio ab eo abhorreat, qui uerbis *ὡς φασιν* artis culinariae subtilitates non penitus se nosse significet. Quare statuamus eundem illum seruum, a quo priora dicta sunt, tali fortasse conexu haec dixisse 'narcam quidem, ut aiunt, condimentis impletam totam assare' <didicit> (*ὀπτᾶν ὄλην* <*μεμάθηκε*>), non didicit — iam annexam fuisse putamus philosophicae doctrinae aliquam regulam, ut comica oppositione exempli artis assandi et philosophicae thesis risus moueretur. Ac cernitur eo acumen illius sententiae, quod assare pisces, non coquere Siculi erat praeter ceteris moris, id quod discimus ex Ehippi comici Philyr. fr. I Athen. VII p. 286 e coll. c. Platonis comici et Arcestrati fragmentis ab Athenaeo VII p. 314 seruatis. Etiam hac re uidetur quodammodo comprobari Siculum fuisse argumentum. Quae praeterea laudantur ex Alexidis Galatea, nihil fere nos docent fr. III Antiatt. B. p. 93: *εὐοψίαν ἀντὶ τοῦ εὐπροσωπίαν. Ἀλεξίς Γαλατεία* cf. Poll. VI, 38 (*εὐοψονίαν* cf. Mein. suppl. add. comic. uol. III in uol. V p. CCIII) et fr. IV Phot. lex. s. u. *νομι-*

κόν (I p. 448 N.)· τὸν ἐπιστήμονα τῶν νόμων<sup>1)</sup>. Ἄλεξις Γαλατεία cf. Antiatt. B. p. 109, quamquam non inficete quispiam conieceroit εὐοψίαν Galateae Cyclopem cantu celebrasse, non εὐπροσωπίαν (cf. Philox. fr. 8, 1), quoniam ὄψον ei omnis pulchritudinis praestantissimum exemplar esset. Eius autem quam ab Aristippo didicit philosophiae Cyclops personatus quasi specimen spectatoribus fortasse proposuit fr. inc. 31 Plut. de aud. poet. p. 21 d: οἶον τοῦ Ἀλέξιδος κινουῦντος ἐνίου, ὅταν λέγη

τὰς ἴδονας δεῖ συλλέγειν τὸν σῶφρονα·

τρεις δ' εἰσὶν αἱ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι

τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ,

τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν,

τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν,

ἔπομνηστέον, ὅτι Σωκράτης τοῦναντίον ἔλεγε, quae memoriam reuocant uiuam eorum, quae Cyclops Euripideus philosophatur uu. 336 sq.:

ὡς τοῦμπιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοῦφ' ἡμέραν

Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σῶφροσιν coll. uu. 316 sq.

Videtur igitur per mediam comoediam ea imago Polyphemi praeualuisse, quam Cratinus adumbrauerat, adscitis amoribus a Philoxeno primo inductis ita tamen, ut inter poetas alios alios colores libentius picturae inferret, qua quidem ratione sola probabiliter explicatur, quod spectatores eiusdem personae repetitae descriptionis non taedebat. Ac ueri simile factum arbitramur Dionysii quoque Cyclopis nomine uellicationem in illius aetatis comoediam transiisse. — Comica autem irrishio opinamur nonnihil contulit ad impellendum Zoilum<sup>2)</sup> Amphipoliten Ὀμηρομάστιγα, cuius aetatem intra annos a. Chr. n. 400 et 330 ponit Blassius de eloquent. Att. II p. 344 sqq., ut Polyphemi figuram non cum fauore ab Homero delineatam defenderet et laudaret detrectans magis Ulixi, quantum sequitur ex uno quod superat fragmento ap. schol. Plat. Hipparch.

1) Fortasse hi νόμοι non diuersi ab eis, quos explicat Antiatt. B. p. 109, 24: νόμους· τὸ νόμισμα, οὓς οἱ Ἰταλικοὶ νόμους καλοῦσιν.

2) Huius me admonuit Franciscus Poland amicus.

p. 334: *τέως· δηλοῖ τὸ πρὸ τοῦ. — Ζωῖλος ἐν τῷ εἰς Πολύφημον ἐγκωμίῳ· οὕτω γὰρ ὁμογνωμόνησαν οἱ θεοὶ περὶ τῆς τιμωρίας ταύτης, ὥστε πάντοθεν Ὀδυσσεὺς τέως ὁ σωζόμενος καὶ τὰς ναῦς ἀκεραίους περιποιούμενος περιώφθη μετὰ τὴν ἀρὰν ὑπὸ τῆς Ἀθηναῖς. Nimirum efficacem ostendebat ipso ex Homero (cf. Blass. l. l. p. 345) ἐνστατικός ille imprecationem Polyphemi excaecati in Ulixem emissam Od. IX, 528 sqq. ita quidem, ut etiam Mineruae, fidelissimae tutricis, misericordia destitutus socios et naues amitteret omnes antea non tanto facto naufragio (cf. Lehrs. Arist.<sup>2</sup> p. 205). Atque facile imaginamur iustas demonstrasse Zoilum preces istas ratiocinatione sophistica, cuius uiuam imaginem in consimili causa utiliter conferes Gorgiae Ἑλένης ἐγκώμιον, causis inuentu non difficilibus, quoniam clandestino consilio Ithacensis dormientem necauerat hospitem (cf. Blass. l. l. p. 347). Erat igitur 'dis gratiosus' (cf. Lehrs. l. l.) Cyclops, ac fortasse a nobilitate originis incohabat laudationem rhetor ut Leontinus l. l. §§ 3 sqq.*

## § 4.

## De noua comoedia.

Num nouae comoediae auctores huic argumento operam nauarint prorsus dubium. Studuerunt uiri docti alteri ex Apollodoris fabulam aliquam *Γαλάτεια* inscriptam uindicare (Meinek. hist. crit. p. 467), primus Toupius Add. ad Theocr. II p. 402, titulum corrigentes a Stobaeo flor. III p. 242, 11 M. traditum

*Ἀπολλοδώρου Γάλακτος*

*τοῖς γὰρ μερμινῶσιν τε καὶ λυπουμένοις*

*ἅπανα νῦξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά.*

Iam ut corruptus sit titulus, tamen ipsa uerba de hoc argumento cogitare minime cogunt; nam quod fortasse quispiam de Polyphemo desiderio tabescente colligat, aduersantur uerba *μερμινῶν* et *λυπεῖσθαι*, quae uix de amoris dulci amaritie usurpantur, et alia exempla a Byzantino lectore sub titulo *περὶ λύπης ὅτι λίαν μοχθηρὰ καὶ ἐπώδυνος τοῖς φροντίζουσιν* allata. Quamquam igitur si traditum esset facile crederemus

Apollodorum Geloum (cf. Suid. s. u.) potissimum talem fabulam scripsisse ex patriis mythis haustam, tamen non tam certa res est, ut cum Rohdio (de fab. Rom. p. 77 adnot. 2) affirmare audeamus scripsisse Apollodorum Galateam.

Paulo certius iudicium ferri posse nobis uidetur de Posidippi aliquo titulo tribus locis a Polluce commemorato IV, 175. VII, 111. X, 22 semper fere consentientibus codicibus *ἐν Γαλάτῃ*, praeterquam quod X, 22 liber Falckenburgianus habet *ἐν Γάλατι*, cui non multum tribuas. *Γαλάτῃ* datium descendere uoluit Meinekius a nominatiuo *Γαλάτης*; at iam Salmasius pro *Γαλάτῃ* proposuit *Γαλατεία* et assentientem nactus est diuinum Bentleium Phalarid. p. 465 (uers.). Quam quidem sententiam immerito spreuerunt recentiores, cum certe probabilitatis conclusione nitatur. Dissertit enim Pollux IV, 173 sqq. Aristotele auctore de nummis et ponderibus rationes Atticas comparans cum Siculis et non solum apud Siculos poetas inueniri dicit nummum Siculum *λίτραν* (cf. Hultsch. metrol. p. 206), sed addit: *ἔνιοι δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι κομφοδούντων τῶν νέων, οἷον Φιλῆμων ἐν Σικελικῷ καὶ Ποσειδωνικός ἐν Γαλάτῃ*. Iam cum antea 173 dixerit Pollux: *στατήρα δὲ οἱ τῆς κομφοδίας ποιηταὶ τὴν λίτραν λέγουσιν* (cf. et. Poll. IX, 81 sq.) concludere licebit tunc solum *λίτρας* mentionem iniecisse poetas Athenis, si de Siculis rebus ageretur, quod de Philemonis 'Siculo' praeter ipsum titulum ueri simillimum fit ex Athen. XIV p. 658 ab (fr. II M.). Itaque cum sequatur etiam *ἐν Γαλάτῃ* Siculas res tractatas esse, quid magis consentaneum, quam notissimam Siculorum fabellam esse propositam<sup>1)</sup>? Quid uero Gallo cum nummo Siculo? 'At enim traditur *ἐν Γαλάτῃ*, non *ἐν Γαλατεία*'. Non corrigimus cum Salmasio, sed putamus idem esse *Γαλάτῃ* atque *Γαλατεία* ex analogia talium formationum ut *Εὐρώπεια Εὐρώπη*, *Ψαμάθεια Ψαμάθη*, *Καλλιόπεια Καλλιόπη*, *Περσεφόρεια Περσεφόνη* sim. quales multas congegit Lobeckius in paralipp. gr. Gr. p. 320 sqq. Alterius autem formae *Γαλάτῃ* etiamsi nullum exemplum apud scriptores Graecos

1) Sic enim conclusionem ducimus, non inuerso ordine ut uidetur Salmasius.



uidetur exstare, tamen umbram certe testimonii repetere uelimus e Seruui ad Aen. I, 201 adnotatione e codice Fuldensi Petri Danielis (cf. Thilon. praef. p. IV) sumpta: 'quidam tamen haec saxa inter Catinam et Tauromenium in modum metarum situ naturali dicunt esse, quae Cyclopea appellantur, quorum medium et eminentissimum Galate dicitur'. Susplicamur enim maximo illorum saxorum Cyclopeorum nomen amatae Cyclopiis inditum fuisse. Quare titulum Galatae certo Posidippo uindicamus dolentes, quod de ipsa fabula nihil fere scimus. Nam una superest sententia Poll. VII, 111: τὰ θυροποιῶν (sc. εἴρηται) ἐν τοῖς περὶ οἴκων (οἷς προσθετέον, ὅτι ἦν Ὀμηρος μὲν εἴρηκε κορώνην, οἱ δὲ νῦν κόρακα, οὕτως ὠνόμασε καὶ Ποσειδίππος ἐν Γαλάτῃ εἰπὼν 'κόρακι κλείεθ' ἢ θύρα'. ἔστι μὲν οὖν οὐ κεκοιμένη τοῖς νέοις ἢ φωνή etc.), quam lectionem cum Meinekio praeferimus alteri X, 22: κόρακι κρούεθ' ἢ θύρα. Quam si comparamus cum Theocr. uu. VI, 31 sqq., ubi Polyphemos spernere se simulans Galatae amorem dicit:

ταῦτα δ' ἴσως ἔσορεῦσα ποιεῦντά με πολλάκι πεμψεῖ  
 ἄγγελον· ἀντάρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὁμόσση etc.,  
 ita quidem, ut apud Posidippum Polyphemos dicat: quotiens ad Galatae ianua accedebam, κόρακι κλείεθ' ἢ θύρα, ipsi concedimus magis ludere id esse quam comprobare.

Atque haec quidem de comoediae auctoritate enucleauimus animum attendentes ad Polyphemi potissimum figuram non nescientes Cyclopes etiam aliis in fabulis inductos esse chori partes agentes, ueluti in Eupolidis comoedia Χρυσῶν γένος, a Callia in Cyclopiibus al. (cf. Bergk. de rell. com. Att. ant. p. 363 sq.). Attamen ex iis parum utilitatis redundabit ad Polyphemi personam cognoscendam, in qua excolenda data opera studium posuere omnium aetatum poetae. Ex fragminibus comicorum anonymorum nihil fere expiscati sumus, certe nihil, quod non eodem iure similibus argumentis tribui possit.

Vidimus igitur, quemadmodum singuli poetae suis quisque coloribus exornarint imaginem Polyphemi ab Homero adumbratam. Qua ex descriptione studiosissime arreptam esse uoracitatem et uinulentiam ingentis uiri facile explicatu ex

generibus poesis, quae eum sibi elegerant tractandum; sed ne hae quidem in re subtiliores desiderauimus discrepantias inter singulos poetas, qui modo ferocem anthropophagum modo delicatulum coquum exseruerunt. Iam inde a perantiquo tempore philosophica quadam aura circumdatum sensimus brutum monstrum. Plane autem nouam speciem exhibuit amor Galataeae in dithyrambica poesi recentiore primum obuius, qui etiam cantandi saltandique studium in rudi homine excitauit. Unum ab Homero magis quam cetera excultum usque ad hanc aetatem miro modo neglectum est: Polyphemi pastoralis uita et indoles bucolica, quam tactam esse coniecimus ab Epicharmo et Antiphane. Hanc quidem posterior aetas diligentius excoluit.

---

## CAPUT VII.

### *De Alexandrinorum poesi.*

Inhibendus erat hic temporis paulisper cursus per litterarum spatia institutus, cum libertate Graecorum amissa etiam in poesi factitanda noua aetas exoriatur, qua haec quoque fabula noua capit incrementa. Duplici enim modo tradita materia discinditur altero ad argumenti ambitum spectante ad tractationem poeticam pertinente altero. Primum enim Ulixis persona, quam sollemnem fere in fabulae suppellectile cognouimus, quia necessaria erat ad actionem dramaticam implectendam, tunc a poetis solet secerni propterea, quod caecatio Polyphemi segregatur ab amore; qui quidem ita a poetis tunc in deliciis habetur et praefertur, ut alterius partis memoriam paene oblitteret. Nec mirum erit quod huic parti magis fauebant poetae reputanti, quantopere huius aevi studia tenuioribus affectibus inclinauerint, cum praesertim amor Polyphemi ueterem figuram expoliendi maiorem quam clades praerberet copiam. Deinde toto caelo distant genera tractationis, in quae fabula illa ex comoedia transit. Est sane proprium huius argumenti, ut paene omnibus — tragoedia excepta — ludicrae

artis formis commode adaptetur et acceptum sese praeberit et epico tenore narratum et scaenico apparatu actum, non minus cum satyrorum lasciuia conexum quam comicorum iocis irrisum, non solum cum gestu dramatico recitatum, sed etiam dithyrambico tumore cantatum. Tunc efflorescit humillimum genus musicae artis mimorum ab antiquo tempore repetendum, sed Romana demum aetate ad fastigium perfectionis et gratiae euectum, cuius ad scurrilitatem et procacitatem quadrabant Polyphemi mores et casus; neque abhorrebat a fabulae natura, ut saltando spectatoribus proponeretur. Hoc in genere Cyclopi personam perfectius excultam esse nemo exspectabit: ut rudes mores taeterque aspectus in maius auferentur ipsa res suadebat.

Contra Alexandrini qui dicuntur poetae subtili expolitione hanc figuram exornabant duritiem mollientes, saeuas libidines mitigantes, deformitatem minuentes, ut caelatam pastoris amantis imaginem exprimerent. Hac in poesi progressus fit in excolenda Polyphemi figura et consummatio, neque ultra hanc aetatem scimus prodiisse qui non traditos uel monstratos colores imitaretur, sed ipse libere suo ex ingenio effigiem extunderet. Excoluere autem lepidam fabellam inter Alexandrinos Hermesianax, Callimachus, Theocritus, Bio, quorum quidem sciamus nomina duorum e carminibus fere sola superantia. — Difficile est horum poetarum tempora ita distinguere, ut quem quisque praecesserit quemque secutus sit accurate dinosci aut quibus quisque usus sit uel uti potuerit auctoribus certo sciri possit. Facile concedetur natu maximum fuisse Hermesianactem, quem nobilissimum carmen Leontium inscriptum ante a. 287 edidisse Pausaniae locum I, 9, 8 rectius interpretatus docta adnotatione comprobauit Erwinus Rohde de fab. Rom. p. 75. Ante quod tempus uix Callimachus Theocritusue poemata sua diuulgant, si quidem aequales fuere Arati, quem ca. Ol. 118 natum esse ostendit Fr. Ritschelius de bibliothecar. Alexandr. chronologia op. I p. 71 sq.<sup>1)</sup> Praesulem igitur su-

1) Natu minorem fuisse Callimachum consequens est ex Arati uita I, 74 sqq. Westerm. cf. Keilium in Ritsch. op. I p. 234.

mere licebit in hoc argumento Alexandrinae aetatis poetarum Hermesianactem.

§ 1.

De Hermesianactis elegia.

Aelius Herodianus propter glossam γλήν unicum fragmentum poematis seruauit περ. μον. λξ. 16, 13 Lehrs.: οὐκ ἀντι-  
θήσει τις ἡμῖν τὸ παρὰ τῆς Ἑρμησιάνακτι ἐν Λεοντίου α΄

δερχόμενος πρὸς κῦμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν.  
οὐ γὰρ ἐντελής, ἀποκεκομμένον δὲ ἐκ τοῦ γλήνη. Ad Cyclo-  
pem hunc uersum pertinere euincit unus ille oculus, quem  
poetae, non artifices Polyphemo potissimum attribuunt; nec  
poterat ullus uersus aetatem ferre alius qui clarius imaginem  
amantis Cyclopis ante oculos poneret. Videmus enim Neptuni  
filium ex litore in mare prospicientem Achillis instar, qui  
ὀρόων ἐπ' ἀπείρονα πόντιον matrem inuocat II. I, 350, mari-  
nam nympham prodire gestientem, 'amoris ardorem oculi ful-  
gore testificantem' (cf. Bach.: Philet. Coi, Hermes. Coloph. at-  
que Phanoclis rell. Halis 1829 p. 96). Cognoscimus autem iam  
Hermesianactem typum illum sculpsisse, quem posteriores in  
depingendo Polyphemo amatam quaerente ut sollemnem sunt  
imitati, cuius rei non sufficit testes afferre ut fit Theocritum  
XI, 13 sqq. et Ouid. metam. XIII, 778 sqq., sed redit eadem  
res apud Bionem fr. XV, 1 sq. A.:

αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὴν ὁδὸν ἐς τὸ κάταντες  
τῆνο ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα ψιδυρίσδων.

Ps.-Bion. XV (Ahr. id. inc. VI), 2 sq.:

Ἀῆς νύ τί μοι Ανκίδα Σικελὸν μέλος ἀδὺ λιγαίνειν  
ἱμερόεν γλυκύθυμον ἐρωτικόν, οἷον ὁ Κύκλωψ  
ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠϊόνι τᾷ Γαλατεία;

Philostr. imag. II, 18: ἐρᾷ γὰρ τῆς Γαλατείας παιζούσης ἐς  
τουτὶ τὸ πέλαγος.

Nonn. XIV, 65: εἰσορόων — Γαλάτειαν ἐπέκτυπε γείτοني  
πόντω. cf. et. Val. Flacc. Argon. I, 136.

Nec Cyclops solus maris undis affigit uisum, sed etiam  
gregis custos canis domini sequitur exemplum cf. Theocr.

VI, 10 sqq.:

ἅ δὲ βαῦσδει

εἰς ἄλλα δερκομένα, τὰ δὲ νιν κατὰ κύματα φαίνει  
 ἄσχη καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.

Comparatis his locis fit manifestum, quo fere conexu Polyphemus dicatur mare spectare, nimirum edens simul carmen amatorium, quo alliciat Galateam, quod quidem carmen statim adnectitur apud Theocritum XI, 17 sq.:

καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας

ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὄρων ἄειδε τοιαῦτα,

apud Ovidium metam. XIII, 785 sqq.:

senserunt toti pastoria sibila montes,  
 senserunt undae.

Non multum igitur a uero aberrabimus, si apud Hermesianactem quoque aut praegressam aut subsecutam esse statuerimus mollem cantilenam. Quod additur:

μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλῆν,

pertinet ad descriptionem figurae Cyclopi, quam alias inuenimus ipsi cantui insertam; neque hic accuratorem delineationem praecessisse opinamur, sed si quid sentimus hoc additamentum epici tenoris more adiunctum uidetur eo, quo indicata oratione directa per particulas δέ uel γάρ adnecti solet aliquid hemistichii fere cancellis inclusum, quod loquentis externam condicionem et habitum illustrat cf. II, VII, 95. X, 390. IX, 433. VIII, 493 sqq. Od. VIII, 476; Apoll. Rhod. I, 887. III, 1067 sq. et qui proxime ad illum faciunt loci II, I, 104. 200. Ceterum qua ratione carmen uel hanc primi Leontii libri partem composuerit Hermesianax prorsus nos fugit; nec nauci est ad uirorum doctorum de hac re opiniones nouam addere non magis probabilem. Profecti sunt hac in quaestione instituenda maxime ab insigni fragmento longiore ab Athen. XIII p. 597 sqq. seruato tertii illo quidem libri, et cum in hoc celeberrimi poetae et philosophi qui quidem uim amoris passi essent ex ordine recenserentur, etiam in ceteris libris parem cateruam aliorum amatorum productam fuisse coniecere, uelut in primo propter Polyphemum pastorum. Cuius coniecturae fides uel inde ualde infringitur, quod de altero libro simile quid comprobari nequit,

nisi cum Schulzio (quaestiones Hermesianact. diss. Bonn. Lips. 1858 p. 37) ad uile refugium descendere uelis. Qui fretus argumento fabulae de amore Arceophontis ab Arsinoa illuso ab Antonino Lib. metam. 39 seruatae poetam 'consilio in hoc libro paululum immutato respexisse eorum amatorum genus statuit, in quibus infelices amoris exitus illustrarentur', ipse sibi non constans, sicut Hermesianax non fuisset, si sic poemata disposuisset, cum infelicis exitus amorem Menalcae Chalcidensis, quem sec. arg. Theocr. id. IX Colophonius narrauit *ἔρασθῆναι τῆς Κυρηναίας* (Rohdus l. l. p. 78 adn. 1 cum cod. k *κηρναίας*) *Εὐπίτης καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιτυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι*, cum Bachio ad primum librum releget. Non fingimus nobis erotici poetae tam seuerum ordinem in adnectendis fabulis amatoriiis, neque hac re opinamur amatae puellae animum delectasset aut detinuisset, neque hoc suadet superstes frustum, quippe quod centum fere uersibus poetas nonnullosque philosophos comprehendat, cum sic continuata serie non sufficerent amatorum categoriae. Immo uariasse putamus Hermesianactem ex animi uoluntate et amoris fluctuante affectu argumenta et felices et infelicis exitus et teneri desiderii et feruidae libidinis fabulas modo exponentem modo adumbrantem, omnino exemplar exstitisse poetarum elegiacorum Romanae aetatis, qui ut ipse amatae nomen inscripserunt libellis suis, uelut Propertius Cynthiae. Cf. etiam Lucilii libr. XVI, qui 'Collyra' inscriptus erat sec. Porph. ad Hor. carm. I, 22, 10. Itaque incauti esset de huius fabulae tractatione certa concludere, quam utrum exposite narrauerit an tetigerit paucis uersibus nescimus. Bene tamen accidit, quod eum poetam, quem primum hoc argumentum Alexandrinorum poetarum scholae et arti supeditasse suspicari licet, cognitum habuisse scimus ex fragmenti uu. 69 sqq. Philoxeni drama, qui in hac fabula ut in musica nouae tractationis est quasi antesignanus. Habemus igitur conexum Alexandrinae artis cum dithyrambo recentiore manifestum, ac non inepte quispiam coniecerit Hermesianactem h. l. u. 73 uerbis *γινώσκεις ἄτοσσα μέγαν πόθον* ideo quoque orationem ad Leontium secunda persona conuertisse,

quod primo libro iam Galataeae eiusque feri amatoris mentionem fecerat.<sup>1)</sup>

## § 2.

### De Theocriti idylliis.

Denenimus ad eos poetas, in quibus cum gloria et uirtus totius poesis Alexandrinae nitatur, tum huius argumenti insignis dulcedo posterisque propagata celebritas consistit, Theocritum et Callimachum. Nescimus, uter utro hac in materia tractanda fuerit prior, cum aequales fuisse bucolicum et grammaticum testetur scholiasta Theocr. ap. Ahr. II p. 2 B. Non multum iuuamur, quod Callimachus epigr. 47 uu. 1 sq. respicere uidetur Theocriti id. XI, id quod suadent imprimis uerba bucolici u. 17: ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὔρε (cf. Hiller. ad h. l.) et Battiadae ἀνεύρετο τὰν ἐπαιδιάν, quamquam potest alicui ueri similis uideri Callimachum non ad Theocriti carmen allusurum fuisse, si ipse iam antea eundem mythum tractasset. Scimus autem — hoc paene solum certum est — Callimachi Galateam ex uersibus hexametris constitisse, quo metro praeter hoc unum tantummodo quantum ex fragmentis colligi potest composuit poematum, Hecalae τορευτὸν ἔπος, quod tum demum ab eo factum esse constat, cum elegiacae poesis elegantia et tenuitate summam gloriam adeptus obtrectatoribus nauseam mouisset. Quod cum posterius aliquod uitae tempus indicare uideatur, etiam Galateam huc referemus. Theocriti autem idyllum XI accuratioribus terminis circumcludi poterat, si quando poeta in Sicilia fuisset constaret. Nam recte concluserunt uiri docti e uerbis XI u. 7: ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῶν poetam cum hoc scriberet in Sicilia commoratum esse, ubi fuit a. 265, cum hymnum in Hieronem, Syracusanorum regem, componeret. Videtur autem propria indoles et externa causa undecimi idyllii cogere, ut iuuenem fingamus Theocritum (adulescentulum fingit Wilamowitzius Herm. XIV p. 173), si quidem

1) Etiam ceteris locis, ubi secundam adhibet personam uu. 49. 75, talia significat carmina, quae illo tempore uidentur eruditae puellae in lectionis deliciis habuisse, Alcaci et Philetae.

eum cui remedium amoris suppeditat poeta Niciam amicum iuuenem potius quam aetate prouectiorem teneris affectibus indulgisse condonabis. His de causis quamuis ambiguis si Theocriti idyllum XI prius fuisse Callimachi epyllio statuimus, prorsus idonea ansa temporis definiendi caremus in idyllio VI, quo redeunt Polyphemi et Galataeae amores. Hoc unum nobis uidetur quam maxime commendari, quod nonnulli statuerunt post id. XI compositum id. VI, et commouemur maxime propterea, quod in undecimo mythus ex ordine et epico quodam tenore exponitur *διηγηματικῶς*, sexto ut plane notus quasi in scaena partes pastoribus sustinentibus agitur cf. Hiller. ad id. VI. Itaque de Theocrito primum disserere satius erit.

Depinguntur Polyphemi et Galataeae amores duabus eclogis XI et VI magna ipsius affectus intercedente discrepantia. Undecimo enim idyllio flagrantissimus amor Cyclopis proponitur, sexto amatam aspernans superbia. Iam cum sub finem carminis XI infelix amator Musarum remedio sedatus ipsum se stimulet ad excutiendum iugum, quali fastidio eum se inflantem uidemus id. VI, continuatum esse quodammodo argumentum recte cognouit Hillerus in praemon. ad id. VI etiam haec ex re causam deducens, cur eclogam numero priorem posteriorem iudicaret tempore. Seiunctim haec idyllia tractare opus erit tunc, cum de forma mythi immutata disseremus; nunc cum primum typum Polyphemi a Theocrito elaboratum, deinde cantilenae amatoriae indolem, denique Galataeae imaginem describere in animo est, comprehendere ambo poemata licebit.

Ut supra monuimus, Homericæ Cyclopis descriptionis una pars paene delituit per posteriorum poesim: bucolica natura. Quam studiosissime arreptam esse a celeberrimo bucolicae poesis auctore Theocrito eo propensius credimus ac paene exspectamus, quod apud Homerum, omnium poetarum maxime Alexandrinorum fontem inexhaustum, uix alibi reperiēbat accuratiorem culturae rusticae imprimis rei pecuariae enarrationem minutissimas res complectentem, quam in antro aulaque Polyphemi Odysseae libri IX. Hanc potissimum ceteris Homericæ



imaginis coloribus seclusis suae arti subiecit paucissimos aliunde flosculos adsumens, sed ipse suo ex ingenio plane nouum et uiuacem effingens charactera. Talem uero proponit Polyphemum, ut non amplius reformidemus, sed delectemur et aliquantulum faueamus perditae atque infeliciter amanti misericordiam ferocitati Veneris uel domitae non denegantes <sup>1)</sup>, id quod poeta duobus maxime artificijs assecutus est. Primum enim adulescentem induxit Cyclopem cf. XI uu. 8 sq.:

*ὄζ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας*

*ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τῶς κροτάφως τε.*  
Quo artificio saeuitiae leniendae idoneam ansam nactus recidit occasionem ferocitatis exercitandae eo, quod segregauit Polyphemum Ulixis commercio, quocum antiquitus coniunctus nisi barbaris moribus praeditus cogitari non poterat. Quod consulto Theocritum fecisse uel inde apparet, quod ceteris locis, ubi Cyclopem commemorat exempli causa tangens magis quam fusius de eo narrans, non ab Ulixee seiunctum inducit ita quidem, ut eum traditam mythi formam et conexum sequi facile colligas cf. XVI, 51 sqq. et VII, 151 sqq. sec. Hillerum:

*ἄρά γέ πε τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ,  
τὸν κρατερόν Πολύφαιμον, ὃς ὄρεσι νᾶας ἔβαλλε,  
τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' ἀγλία ποσσὶ χορεῦσαι;<sup>2)</sup>*

Neque tamen abstinere potuit Alexandrini poetae docta subtilitas, quin quamuis leniter attingeret importunam cladem Polyphemo inferendam, cuius rei uestigia cernimus XI uu. 52 sq., ubi amator etiam unum oculum exuri ab amata se passurum esse cantat, et uu. 60 sqq., ubi nandi arte se institutum iri promittit, si qui nauta peregrinus insulam appellat. Apertius VI, 23 sq. caecationis fit mentio quamuis et ipsa tectior quam apud imi-

1) Rectissime de Theocriti arte hoc in argumento conspicua iudicauit iam Federus: amor Polyphemi ex Theocrito, Ouidio et Metastasio, Erlangae 1765 p. XII sq.

2) Copulauitne Theocritus uini praedicandi gratia fabulas duas Epicharmi, quem et *Κύκλωπα* et *Προκλέα παρὰ Φόλω* scripsisse constat, ita ut de harum comoediarum indole aliquid redipiscamur hoc ex loco, ueluti iam Epicharmum saltantem proposuisse Polyphemum?

tatorem Romanum, cum Telemi uatis ipsa uerba reticeantur. Quibus praemunitis transimus ad ipsam Polyphemi imaginem delineandam.

Habitat Polyphemus in Sicilia, pastorum sede beata, cf. XI, 7. 47. VI, 33 adulescens opilio, cui prima lanugo succrescit, non barba horrida, intonsa, longe promissa faciem deformat, quae facies satis habet formidulosa, cum per totam frontem porrigatur unum supercilium hirsutum ab una ad alteram aurem continuum, simul autem nasus super ore consederit <sup>1)</sup> cf. XI, 31 sqq., et labra supina monstrent dentium candorem freudentemque aciem cf. VI, 37 sq. Toruus autem aspectus augetur uno illo lumine mediae fronti immisso, quod Theocritum Hesiodum (theog. 145) secutum illi indidisse probe monet Eustathius p. 1392, 37 sqq., quo lumine nihil est carius Cyclopi (XI, 53. VI, 22), quo usque ad finem fati penetrat (VI, 22 sq.), in quo pulchritudinis summam positam esse sibi persuasit (VI, 36 sq.).

Iam uero quam feliciter huic corpori Cyclopi etiamtunc monstri, sed monstri deleniti mores temperauit poeta bucolicus! Amoris uero aspera mollita, roboris immanitas subacta, saeuitas si non sublata, at certe consopita. Lepido ex casu nascitur flamma. Cum matre Polyphemi Thoosa hyacinthos carptura cum in Aetnam uenerit Galatea, uiam monstrat Aetnae infestissimus accola occasionem amplexus sollertiam comprobandi (XI, 25 sqq.). Non immoderata est libido Polyphemi neque effrenata cupidine ut in tali uiro exspectes tumescens <sup>2)</sup>, sed

ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἔλκος

Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἦπαιτι πᾶξε βέλεμνον (XI, 15 sq.)  
tenere desiderio tabescit in litore maris ac paene flebilibus

1) Cf. schol. ad XI, 33: *σιμὸς δὲ ἐστὶν ὁ συγκαθημένῃν ἔχων τὴν ῥῖνα καὶ ἀνεστηκὸτας τοὺς ῥώθωνας.*

2) Ὁρθαὶ μανίαι (XI, 11) non sunt furor intemperatus nec 'uera amoris insania', quam notionem tuentur loco Aelian. hist. anim. XI, 32, ubi dubitatur de scriptura, sed amoris furor recta amatam eamque solam petens 'nullis ambagibus utens', ut Meinekius interpretatur cf. Soph. Antig. 1195 et Dind. ad h. l. in Thesaur. s. u. Ὁρθός.

modis asperitatem Galatae deplorat. Omnia patienti animo subiturus est et pericula et molestias, gratiam nymphe si adipiscatur cf. XI, 52 sq. 56—60, modesta poscit praemia XI, 55 sq. Amori omnia posthabet oblitus ipsius rei pecuariae, cui totam curam ac studium impendere solebat, cf. XI, 11 sqq. 64. Summa assiduitate repetit a prima luce scopulum ad litus situm cf. XI, 14 sqq., quin etiam nocte intempesta cantilenam edit. Neque tamen ita ualet ardor, ut eum dormire non sinat, quemadmodum accidere uidemus perditae amantibus cf. Rohd. de fab. Rom. p. 157 — dulcedine somni non priuatur cf. XI, 22 sq., qua re rudis robustique hominis amorem perbene ad naturae ueritatem denotauit poeta. Quae sunt amatorum consuetudines dona ferendi, magna pollicendi, commissandi, optime didicit, quamquam inepte eas exercet uel exercere conatur cf. XI, 40 sqq. Subtiliter inuentum est a Theocrito, hominum et morum aestimatore admirabili, quod Polyphemos non a se ipso contra infestam Veneris potestatem petit auxilium, sed aliorum inuocat et adiumentum et subleuamen: primum matris Thoosae, quae ipsa nymphe nymphaeque familiari consuetudine usa tamen Galatae filium commendare omittit, cum eam pudeat nati rusticitatis cf. XI, 67 sqq. eum uu. 25 sqq. Matrem solam facit ream, quod repulsam fert in amore, ac natiua est puerilitas contumax, qua homo simplex participem esse uult Thoosam sollicitudinis cf. XI, 71 (cf. Hiller. ad h. l.). Est sane puerorum flagitare omne auxilium a matre, est etiam timidorum amatorum ad matris gremium confugere cf. Theocr. X, 57 sq.; Long. past. p. 298, 30 sqq. Herch. Et minitantur amatores horrenda, nisi amatae compotes fiant, ueluti Hermesia-nactem narraſſe Parthenius Erotic. 5 uel quicumque in libello mythographico auctorum testimonia adſcripſit (cf. Rohd. l. l. p. 114 sq.) refert, Leucippum ſororis amore correptum matri minitatum niſi opitularetur ipſum ſe interfecturum. Similes minas fundit Polyphemos XI, 70 sq.:

*φλασσῶ τὰν κεφαλήν καὶ τὼς πόδας ἀμφοτέρως μεν  
σφύσσειν, ὡς ἀνιάθῃ, ἐπεὶ κήγῶν ἀνιώμαι.*

Nimirum non nimia amori impendere uult barbarus amator,

non uitam ut alii, sed aliquantulum doloris — stolido ac portentoso uiro dignum. Sed non solum auxilium in amore, uerum etiam remedium contra Veneris potestatem quaesiuisse putandus est Polyphemus, si quidem fatidicae anus *Κορυθαίδος* id. VI, 40 obsequiosum se praebet consultorem.

Iam animaduertas, quantopere amor diffinixerit impium religionum contemptorem. Quem apud Homerum uidimus Iouem despicientem, apud Euripidem Iouis fulmen nihili aestimantem nec deorum supra se potentiam agnoscentem, importunam philosophiam pro uera uenditantem, credulus euasit sagae mulierculae alumnus, qui fascinationem repercutit tutamentis in tali uiro etiam magis ridiculis idem, qui apud Synesium *ἐπιφθὰς* illas et *καταδέσμους* et *κατανάγκας* et *ἕνγγας* cachinno sublato aspernatur. Nec uidetur Telemi oraculum prorsus contemnere statim eius memor unius oculi mentione facta VI, 22 sqq. Ceterum omnia uestigia illius impietatis Alexandrinus poeta caute remouit a descriptione Polyphemi, quippe qui potentissimae deae imperio subactus ostenderetur. Iurat per Pana ut pastor VI, 21, per Apollinem VI, 27, per Iouem XI, 29. Quo loco parum considerata offensa Meinekii, qui pro *ὄν μὰ Δι'* proponit *ὄδαμῆ* propterea, quod 'Iouis obtestandi forma Theocriteis pastoribus non usitata hic tanto maiorem mirationem habeat, quod Cyclops Ioui sit infensissimus'. Non enim raro in usu est formula illa pastoribus, ut Rumpelii index docet cf. IV, 17. VII, 39. IV, 50. V, 74, neque in Cyclope magis mira, qui apud Epicharmum fr. 60 A. et Euripidem u. 586 ea utitur, sed inde explicanda, ut ipse Meinekius sentit, 'quod Theocritus Cyclopi amoris ui uicto mitiorem erga Iouem animum affinxit'. Aquae timor Cyclopi, qui iam apud Homerum nauigandi expers est (cf. Fritzsche. in ed. min. ad XI, 61), quamquam ne uerbum quidem de hac re facit, manifestus fit ex id. XI, 60 sqq. (cf. Ribbeck. mus. Rhen. uol. XVII p. 569). Leni irrisione poeta amoris uim etiam eo ualentem proposuit, ut Polyphemum mirifice sibi placentem redderet. Etsi enim posteriore ecloga uu. 30 sqq. taetrica fronte parum amabili se esse aspectu concedit Galataeae, tamen sub finem uu. 77 sqq.

eo peruenit, ut aliis se puellis non tam reformidandum uideri credat — non perspicuens stolidus puer, quanto lusui iis sit, — et cum grauitate addat spondeorum pondere aucta:

*δῆλον, ὅτ' ἐν τῇ γῆ κηγών τις φαίνομαι εἶναι.*

Praecipue uero pulchritudine sua superbit id. VI, ubi Galatae amorem spernens inducitur, cum nimium sui cultor atque amator in tranquilli maris speculo effigiem spectat uu. 34 sqq. neque usquam uiuidioribus coloribus depingitur ludibrium, quo Cyclopeae formae uenustas et a Galatea et a pastoribus perstringitur.

His in moribus describendis Theocritus pleraque suo ex ingenio nouasse censendus erit: in externo habitu Cyclopi rebusque domesticis ad consummandam imaginem necessariis et Alexandrina arte non minus quam cetera delineatis traditam secutus est formam ne hic quidem proprio ingenio destitutus. Habitat Polyphemos in antro sub Aetna <sup>1)</sup> monte sito, cuius amoenitatem illustrat XI, 45 sqq. Redeunt lauri Homeri XI, 45, querna ligna u. 51 (Eurip. Cycl. 383), nec deest ἀμπελος ἢ γλυκῆ καρπός iam Homericō Cyclopi cognita, qua in re Euripidem declinasse uidimus; hedera in antro Polyphemi memoriam repetit coronarum hederacearum apud Synesium, et sunt ex hedera facta pocula Hom. Od. IX, 346 (μισόβιον), Eur. Cycl. 390 (σύρος μισσοῦ). Maxime illud ψυχρὸν ὕδωρ de suo addidisse bucolicus existimandus erit, ne deesset amatae quo gauderet frigidae aquae lauacrum. In singulis igitur rebus Homerum presse secutus poeta amoenitatis et commoditatis dulcedinem uidetur finxisse non sine memoria Euripidis, Alexandrinorum exemplaris nondum satis aestimati, qui bucolici coloris proponit imaginem: Cyclopem in antro igne accenso de tempestate securum uu. 329 sqq., quem locum obuersatum esse Theocrito contenderimus, cum id. IX, 15 sqq. Aetnaei pastoris dulcem quietem depingeret.

Pascit Polyphemos mille pecudes, quas et oues et capras comprehendisse secundum Homerum colligeremus, nisi apud

1) Suo iure Meinekius ad id. VII, 151 uidetur sollicitasse uerba τὸν ποτ' ἄνιπῶ l. l., quo nomine subobscurè Polyphemos insigniretur.

Theocritum nusquam caprarum Cyclopis mentio facta esset. Solae enim commemorantur *οἰεῖς* VI, 10. 6. 21. 28. XI, 12. 74, ab iisque potissimum ornamenta cantilenae petit pastor, qualia habes XI, 24. 20. Bones vitulosque eum habuisse non necessario ex id. XI, 21 sequitur. Videtur contradicere locus VI, 7, ubi caprarius appellatur a Galatea Polyphemus; non serio, sed uellicat eum ex more pastorali

*δυσέρωτα καὶ ἀλιόλον ἄνδρα καλεῖσα*

et pastorali sermone usa, in quo caprarii male audiebant contempti prae bubuleis et opilionibus cf. id. I, 86. Ceterum hic corrigendus est error Meinekii, qui ad Theocritum id. VI, 7 in uoce *ἀλιόλον* propterea uitium latere credit, quod 'nusquam, quamquam Homerus etiam capras inter Cycloperum greges numeret, neque reliquorum poetarum quisquam neque Theocritus Polyphemum caprarium inducat', cum praesertim 'in praecedentibus dixerit Galateam Polyphemi oues (*τὸ ποιμνιον*) malis petere'. Hoc argumentum nihil ualet, quia Philoxenum in dithyrambo capras Cycloperum induxisse — uirum maxime Aristophaneum erroris conuincente ipso Aristophane — certo concludimus ex parodiae u. 294 (cf. Antiphan. fr. II, 4). Fortasse non sine causa Alexandrinus poeta capras deesse uoluit, ut caprarii lasciuitatis maculam ei demeret, cuius mores omni ex parte mitigare studebat. Eadem autem est gregis cura et diligentia in singulis negotiis administrandis, quae apud Homerum, praecipue mulgendi lactisque bibendi uoluptas cf. XI, 35. 65 nec minus casei conficiendi, cuius abundantia gloriatur cf. XI, 36sq. 66; maxime u. 37: *ταρσοὶ δ' ὑπεραχθῆες αἰεὶ* coll. c. Od. IX, 219: *ταρσοὶ μὲν τρωῶν βροῖθρον*. Sua ex arte pastoralis uitae officia feliciter addidit poeta XI, 73sq. Desciuit paulum ab Homeri exemplo, cum canem gregis custodem uindicaret opilioni VI, 9sq. 29sq., qui apud Euripidem canes uenaticos alit, eo nimirum consilio, ut pastoris imaginem omnibus lineis exprimeret. Vides igitur Theocritum ab iis stetisse grammaticis, qui exploratum haberent possedissee Cycloperum canes. Pretiosissimum enim est epigramma Philippi Anthol. Pal. XI, 321:

Γραμματικοί, Μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀκανθῶν,  
 τελχίνες βίβλων, Ζηροδότου σκύλακες,  
 Καλλιμάχου στρατιῶται, ὃν ὡς ὄπλον ἐκτανύσαντες  
 οὐδ' αὐτοῦ κείνου γλώσσαν ἀποστρέφετε,  
 συνδέσμων λυγρῶν θηρήτορες, οἷς τὸ 'μῖν' ἢ 'σφῖν'  
 εὐάδε καὶ ζητεῖν, εἰ κύνας εἶχε Κύνλωψ,  
 τριβοισθ' εἰς αἰῶνα κατατρυζόντες ἀλιτροὶ  
 ἄλλων· ἐς δ' ἡμᾶς ἰὼν ἀποσβέσατε,

quo cum quasi in mediam grammaticorum Alexandrinorum officinam controuersiarumque studium inducamur, tum quaestiunculam quandam de hoc argumento institutam esse docemur: εἰ κύνας εἶχε Κύνλωψ. Qua in lite quamuis pusilli momenti diiudicanda fingimus nobis descriptiones rei pecuariae Polyphemi ab antiquissimis usque ad nouissimas quam accuratissime rimatos esse homines illos doctos praecipue Homericae, cuius inuestigationis tenuis remansit umbra in scholio ad Odys. IX, 221 codicis praestantis Ambrosiani Q, ubi legitur: εἰπὼν (sc. ὁ ποιητής) δὲ πάντα τὰ ἀκολουθοῦντα τῷ ὀλοκλήρῳ ποιμένι περὶ κυνῶν οὐδὲν εἶπε causa addita satis ieiuna τοῦτο δὲ συμφερόντως πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐσώθῃ Ὀδυσσεὺς διὰ τὴν ἕλακην τῶν κυνῶν (cf. Eustath. p. 1622, 12. 27 sqq.). Fingebant igitur sibi grammatici isti undique expletam et perfectam speciem pastoris, ὀλοκλήρον ποιμένα, singulas delineationes hanc ad normam reuocantes et examinantes. Similiter litigasse censendi erunt de ceteris gregis Cyclopei animalibus, maxime εἰ βόας εἶχε Κύνλωψ, neque abhorruit putamus ab illis eruditionis certaminibus quaerere, num κνηγέτης fuisset Polyphemus h. e. num canibus ad uenandum usus esset, ueluti apud Euripidem u. 130, quapropter in illo scholio adiunguntur uerba ἅμα καὶ ἄθηρον τὴν χώραν διὰ τοῦτο ὑποτίθεται. Theocritus uero uenatorem secundum fabulam satyricam exhibens Cyclopem lepidissimum inde hausit inuentum, quod amatorem rusticum tenerae nymphae offerentem facit undecim hinnuleos quattuorque catulos ursinos, 'qui cum illa ludere possint' cf. XI, 40 sq.

Iam repraesentemus animo typum Polyphemi, qualis a

Theocrito sculptus est: Cyclops adulescens taetri aspectus Veneris potestatem expertus saeuos agrestesque mores teneris affectibus accommodare studet ipse sui nimium amator, parum uafes ad puellam captandam. Neque tamen ita Cyclopi proprietatem attenuasse poeta existimandus est, ut cum Glaesero p. 9 statuere liceat repraesentari quemuis hominem nimio amori indulgentem et postea se reuocantem. Plane nouum hunc dixeris typum Theocriti ingenio procreatum, cuius externum habitum poeta bucolicus ab iis qui praecesserunt mutuatus Homericque fidelior quam alii pedisequus internam indolem ipse condidit.

Obtinet autem Polyphemus amator locum sat illustrem in amorum historia poetica, cum cantilenae amatoriae habeatur inuentor (cf. O. Ribbeck in ann. Boruss. a. 1873). Coniectando assequi possumus, quomodo canendi facultas Polyphemi personae sensim afficta sit. Saeuiore enim immanitate eminet Cyclops Homericus, quam ut musicae artis peritus cogitari possit, qui *πολλῇ ῥοιζῶν* gregem gubernat cf. Od. IX, 315. Apud Euripidem cantum excitat uini uis inuicta, *ἄχαριν κέλαδον*, quem pransus potusque anthropophagus balbutit gulae uentrisque uoluptatem perceptam laudibus tollens. Musicae facultatis rudimentis institutum inducit Philoxenus Pseudo-Dionysium, etiam cithara cantare conantem proprium carmen amatorium, quo celebrat Galatae pulchritudinem. Sed hic quoque Bacchi dono furor poeticus et musicus ei incitur. Grauiusimum uero est quod iam illum cantu amori medentem fecisse Cyclopem scimus ex Plut. quaest. symp. I, 5 (fr. 7). Remedii igitur notionem primus intulit. Perfectam cantilenam eroticam, qualem iam Hermesianacti uindicare studuimus, habemus in Theocriti id. XI. Nihil uinulentiae, nihil edacitatis, non *ἄχαρις κέλαδος*, sed *μέλος ἀδὸν ἰμερόεν γλυκύθυμον ἐρωτικόν* (Ps.-Bion. XV [Ahr. incert. idyll. VI], 1sq.), non superbia effusum, sed desiderio expressum, non citharae immodulato tinnitu interruptum, sed dulci fistulae sonitu temperatum. Non sine causa Theocritum citharam Cyclopi Philoxenii fistula commutasse existimabimus, ut hac quoque ex parte pastoris Siculi imagi-



nem absolueret mitioremque redderet charactera. Quod discrimen bene perspexit grammaticorum eruditio, cuius apud scholiastam Homeri Odysseae IX, 315 exstat residuum: πολλῆ δόλιφ' ἐμφαντικῶς πρὸς τὸ μέγεθος, εἴ γε ὄλην ποιμνὴν ζοιζήσας ἐξάγει πρὸς τὸ ὄρος. τὸ γὰρ σύριγγι χρήσασθαι ποιμαίνοντα ἡμέρου ποιμένος (cf. Eustath. p. 1622, 12. 26sq.). Iam uero hac aetate remedii illa cogitatio ita praeualet, ut Theocritus quasi hoc in fundamento eclogae suae XI structuram erexerit, eo significantius, quod ad medicum eam mittit, cui artis contra amorem usus erat nullus cf. XI, 1sq. Lepide autem initio consolationis ab ipsa arte Niciae artisque uocabulis profectus nihil ualere eam aduersus Venerem ostendit. Qua ex mente interpretandum arbitramur etiam illud uu. 3sq.:

κοῦρον δέ τι τοῦτο καὶ ἀδὸ  
γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις,

quod explicant: ob facilem usum minimè dolores commouens (cf. Borsdorf. comm. in Theocr. c. XI. Iaurauiae 1874 p. 3 ad h. u.) hoc et iucundum 'inter homines est' uel 'in potestate hominum est' non assecuti uim praepositionis ἐπί. Nobis ea ad medicinam uidetur spectare ita quidem, ut dicatur illud remedium facile adhiberi in hominibus; respondet enim soli hominum naturae. Praedicatur uero Cyclops εὐρετής<sup>1)</sup> illius medelae contra Veneris iram, cantus cf. XI, 4. 17. Atque cogitamus hoc εὐρημα doctos Alexandrinos, quorum in studiis ζήτησεις περὶ εὐρημάτων non infimo erant loco, concessisse Nep-

1) In ecl. XI u. 13 uerbum ἀείδων nobis uidetur sententiarum ordinem prorsus corrumpere. Dicitur enim Polyphemos inuenisse per interuallum demum amoris remedium cantum, ipsum illud ἀείδειν uu. 17sq.:

ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὐρε, καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας  
ὑψηλῆς ἐς πόντον ὄρων ἄειδε τοιαῦτα.

Plane igitur obtunderetur uis particulae ἀλλά, si praerepta esset notio primaria canendi. Proponimus

ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀΰτέων

'nomen exclamans Galataeae', quam de litore reuocat apud Val. Flacc. I, 136, nondum sedato aestu. ἀΰτέων uerbum de claro clamore hominum est Theocrito in usu XXIV, 37. 50; de Polyphemo Euripidi Cycl. u. 669.

tuni filio omnes, cum Theocritus ut notissimam laudet fabellam  
 uu. 7sq.: *οὕτω γοῦν ῥαῖστα διαῖγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἀμῖν  
 ὠρχαῖος Πολύφραμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας,*  
 uu. 80sq.: *οὕτω τοι Πολύφραμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα  
 μουσίσδων, ῥᾶον δὲ διαῖγ' ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκεν.*

et redeat inueniendi et medendi notio a Philoxeno ut uidetur  
 inducta apud plurimos poetarum, qui postea in hanc harenam  
 descenderunt cf. impr. Callimachum laudatum a schol.  
 Theocr. XI, 1 (= epigr. 47, 1. 4). Repraesentat bucolicus poeta  
 Polyphemum fistula canentem eadem condicione, quam Her-  
 mesianacti obuersatam esse coniecimus, in scopulo sedentem,  
 in mare prospicientem, dum a tergo pascitur grex cf. XI, 13 sqq.  
 VI, 8sq. Sed non solum interdum *φρυσιέσσας ἐξ ἀοῦς* musi-  
 cam exercet, uerum etiam eam didicit amatorum consuetudi-  
 nem, ut nocturno cantu celebret puellam cf. XI, 38 sqq.

Ipsa cantilena exemplar est pretiosissimum Alexandrinae  
 artis singula caelantis et compositionis symmetria disponentis  
 et illustrantis. In artificiosa carminis distributione explananda  
 multi elaborauere uiri docti et rationem strophicam spectantes,  
 imprimis Hermannus, Ahrens, Gebauerus, et ad minutiorem in  
 singulis uersibus responsionem animum attendentes, ut Rib-  
 beekius in stud. Theocr. mus. Rhen. XVII p. 564sqq.: nostrum  
 est carminis erotici elementa indagare et capita huius odae in  
 clariore luce ponere.

Incipit Polyphemus, ut apud Philoxenum, a pulchritudine  
 Galatae laudanda uel potius comparanda non eius uerborum  
 copiae compos, ut formam amatae laude significanti extollat.  
 Nec sentit aliud quam candorem teneramque mollitiem puellae,  
 cuius nomen a lacte deriuat, quoniam illa his maxime rebus  
 a fusco asperoque adulescente differt. Qua occasione Veneris  
 uulnus acceperit, tristi uultu animo repetit nihil dum in fauore  
 Galatae prouectus. Concedit speciei deformitatem, sed op-  
 ponit diuitias, artem musicam, munera. Amoenitatem recep-  
 taculi sui communisque uitae dulcedinem depingens ad eam  
 fertur cupidinem, ut quiduis ab amata pati sustineat. Ipse  
 periculosum ad eam iter suscipere et aquae pauorem debellare

paratus totum odium in matrem transfert, quae non adiuuet se quamuis sollicitatum.

Haec est summa carminis Cyclopei eademque summa omnis eroticae cantilenae. Auditur uero per hanc sententiarum seriem repetita querella de asperitate Galatae, cui in posteriore carminis parte respondet inuitatio desiderii plena nec tamen persuadendi ui praedita:

querella: XI, 19:

*ὦ λενὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;*

u. 23: *οἴχῃ*. 24: *φρεύγεις*. 29: *τὴν δ' οὐ μέλει, οὐ μὰ Δι', οὐδέ ἐν* uersus clausula renuntiantem dolorem commode exprimente; u. 30: *φρεύγεις*.

inuitatio: u. 42: *ἀλλ' ἀφρίζεν τὸ ποθ' ἀμέ* etc.

uu. 63 sq.: *ἔξενθοῖς Γαλάτεια καὶ ἔξενθοῖσα λάθοιο*

*ὥσπερ ἐγὼ νῦν ὦδε καθήμενος οἴκαδ' ἀπενθεῖν.*

Nec minus manifesto desiderii crescens ardor conspicitur eo, quod ipsa allocutionis formula magis magisque blanditiis inuoluitur cf. u. 25: *κόρα*, 30: *χαρίεσσα κόρα*, 60: *ὦ κόριον*. In propatulo est, quam subtiliter Theocritus bucolicum colorem et pastorem naturam denotauerit Polyphemi, qui orationis ornamenta non aliunde petit quam e uita sua, ueluti similia cf. 20 sq. 24. 39, cuius rusticitatem diuinare magis uult poeta lectores, quam uidere — hac in re ab imitatoribus toto orbe diuersus. Propria est Theocriti uirtus, quod singulas res ad imaginem Cyclopi conformandam spectantes, quas magna ex parte a prioribus poetis acceperat, suo usus polito iudicio elegantique ingenii subtilitate nouo colore induit et ad lepidae speciei concordiam consociauit. Non omnes flosculos ad auctores referre possumus; de nonnullis iam monitum est; praecipue uero larga exempla poetae suppetiisse opinamur in numeribus quae amator offert nymphae depingendis ex comoedia, ueluti cf. Antiphan. fr. II, ex quo cognosces, quam caute sciteque Theocritus sua sibi elegerit.

Male fors tulit, quod nunc demum Galatae persona e tenebris prodit distinctioribus lineamentis adumbrata. Fugit nos, qualem Philoxenus comici poetae finxerint, quamquam

dithyrambicum, si quidem ipse favore eius fructus est, peper-  
 cisse irrisionis aculeo probabile; neque cunctanter contende-  
 rimus comicos hac in figura excolenda multum elaborasse,  
 quam ueremur ne supra meretricis modulum non multum ele-  
 uarint. Quod nero Alexis et Posidippus Galateae nomen quam  
 Polyphemi fabulis inscribere maluerunt, nimis ambigua fit de  
 argumento ex titulis conclusio. Neque Theocritus primas par-  
 tes adsignauit Galateae uel aequas, sed paucis lineis definiuit  
 indolem. Non est multus in describenda nymphae pulchri-  
 tudine, quam uix totam percepit unum amatoris lumen. Can-  
 didus nitor Galateae, propria uirtus a nomine deducta et cum  
 nomine artissime coniuncta, quem iam a pastore Himerii I, 19  
 laudari uidimus, auspicatur cantilenam nobisque in itinere per  
 posteram poesim faciendo saepius obuiam erit. Venustissime  
 autem procacitatem et asperitatem puellae — sollicitudinis  
 Cyclopeae grauissimam causam — denotauit poeta cf. XI, 21:

*μόσχῳ γαυροτέρα, φιαλωτέρα* <sup>1)</sup> ὄμφρακος ὠμᾶς

u. 24: *φρέγεις δ' ὥσπερ ὄτις πολιὸν λύζον ἀθήσασα.*

Pernix nympha desperatum amorem lenti portentosique uiri  
 aspernatur instantemque cupidinem ueloci pede effugit — terri-  
 bilis monstri metus non plane orba, quales quidem eius mores  
 describuntur id. XI. Aliter enim res habet in id. VI. Ubi  
 Galatea terrore deposito caprarii quem uocat (u. 7) inanem  
 flammam cauillatur pomis, symbolis eroticis, gregem canem-  
 que petens modo hinc modo illinc, nunc prope nunc procul,  
 ut maris unda litori adstrepens et recedens. Neque tamen  
 eorum opinioni subscribimus, qui de immutata mythi forma  
 in idyll. VI cogitant. Helbigius enim, qui symb. philol. Bonn.  
 I. I. uestigia mutationis fabulae diligentissime perscrutatus est,  
 idyllio VI eam subesse sententiam censet, ut fauor Galateae  
 obtingat Polyphemo, contrariam illam quidem eclogae XI,  
 ubi spes amantem egregie fallit. De altera illa mythi forma  
 plenius testimonia examinabimus postea: hoc loco poetae  
 mentem archaeologus doctissimus non satis uidetur assecutus

1) Cf. Ribbeck. mus. Rhen. XVII, 565 sqq.

esse <sup>1)</sup>. Apparet procacem puellam irridere Cyclopem amatorium lusum exercitando, ut stimulet insipidum uirum ad se captandam iocosumque aspectum sibi paret aëra uel spumam uenantis amatoris, cui se eripiat pedum pernicitas nandique peritia. Quem si conciliare sibi studeret, uix *δυσέροια καὶ ἀπλόλον ἄνδρα* appellaret. Neque in ipsa hac ecloga serio amorem Polyphemi expetit Galatea, neque ullo ex loco Theocriti colligas umquam nymphae fauore fructum esse Cyclopem. Immo facile omnia conueniunt, si cum Hillero continuo se excipere idyllii XI extremi et idyllii VI mentem et consilium poeticum statuimus. Polyphemus enim cum cantando ardorem mulserit, animi insania perspecta (XI, 72) ad superbiam elatus fastidire conatur Galateam, qua pulchriorem se inter Cyclopum filias inuenturum sperat (XI, 76). Eodem supercilio id. VI Galateam lasciuientem non respicit cf. 25 sq. eadem stoliditate, qua id. XI, 77 sqq. puellarum risus admiratione, non irrisione sui excitasse sibi uidetur, deperire se nympham marinam (cf. VI, 26 sqq.) opinatus. Galatea uero ipsa, cum superbia inflatum uideat amatorem, non iam amoris igne inflammatum, ludere audet cum eo, quem modo reformidarat; omnino duarum eclogarum rationem expressam et comprehensam habes VI, 17: *καὶ γεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει*.

Theocritea haec argumenti tractatio, qualem modo adumbrare tentauimus, mirum quantum superauerit priores. Ubi cumque posteriorum quis eandem ad fabulam aggreditur poetica arte effingendam uel huius argumenti mentionem inicit narrationemue deducit, semper fere Theocriteae imaginis dispiciuntur elementa, id quod melius quam nos ualemus demonstrat bucolici poetae ingenium posterisque propagatam auctoritatem. Tenuia remansere uestigia per imitationem sequentium dithyrambicae comicaeque poesis, quippe quae asperiores exhibuerint typum Polyphemi; plane delituit culinaria eius elegantia gulaeque libido. Postea apparebit, quam ubera seges imita-

1) Immutauit paulum et restrinxit sententiam priorem Helbigius in libro: quaest. de pict. pariet. Camp. p. 197, ubi mutationem fabulae certe ab idyllio VI proficisci potuisse dicit.

torum succreuerit Theocrito: nunc proficisci pergemus quo instituimus itinere. Num Nicias Milesius, Theocriti amicus, hac in materia uersatus sit et qua ratione, ad certam occasionem differemus sententiam <sup>1)</sup>.

## § 3.

## De Callimachi epyllio.

Callimachi carmen Galatea inscriptum non innotuit nisi uno fragmento propter pisces a piscium laudatore Athenaeo seruato, quo non multum iuuamur; neque aliis ex indiciis satis certa conclusio fit de Callimachi in hac fabella tractanda auctoritate, quam eximiam et exquisitam fuisse in hoc potissimum poeta libenter statuas. Ac ne exploratum quidem est sollemne argumentum carmine *Γαλάτεια* tractatum fuisse, quamquam mare sapere unum illud frustulum recte uisum est editoribus. Legitur enim ap. Athen. VII p. 284c: *Καλλιμάχος ἐν Γαλατείᾳ τὸν χρύσοφρον (καλεῖ ἱερὸν ἰχθύν)*

ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐπ' <sup>2)</sup> ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν

ἢ πέρας ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἄλμης

cf. Eustath. p. 1067, 44 sq. (Schneid. fr. 37)

h. e. 'uel potius aureis superciliis sanctum piscem

uel percas et quae alia gignit maris immensa uorago'.

Ac Meinekius quidem ad Theocr. XI, 56 Cyclopem sibi fingit his uerbis, 'ut apud Theocritum Galatae terrestria dona polli-

1) Nescimus, quo iure Kornius ad Ou. met. XIII, 750—897 Euphorionem fortasse hoc argumentum tractasse contenderit. Respexitne testimonium prorsus sublestae fidei schol. Theocr. XIII, 7 sic a uiris doctis emendatum: τὸν Ἰλῆαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλείους φησὶν, Ἀπολλάνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Θεωδάμαντος, Νικάνδρος δὲ Κήνκος, Εὐφορίων δὲ Πολυφήμον τοῦ Ποσειδῶνος ἐρώμενον (Meinek. An. Al. fr. 149), ubi Euphorio Cyclopem Neptuni filium uidetur intellegere? cf. schol. Apoll. Rhod. I, 40 (Mein. fr. 144).

2) Recte uidetur pro tradito ἐν restitutum ἐπ' ex Eratosthenis uersu ap. Plut. de sollert. anim. 32 p. 981d; Bernhardyus Eratosth. p. 139, qui dubitat de Callimachea uersuum origine, refutatus a Diltheyo de Callim. Cyd. p. 109 adn. 2; uide Schneid. Callim. II p. 164; Eratosth. carm. rell. disp. et expl. Hiller. p. 34 adn. 1.

ceatur, ita ipsum a Galatea munera expetentem, quae mare gignat'. Qua explicatione accepta Rohdius de fab. Rom. p. 77 adnot. 2 concludere pergit non potuisse Cyclopem munera expetere a Galatea nisi uoti compotem factum; alterius igitur mythi formae auctorem dubitanter proponit Callimachum. Cyrenaeum fabulam non immutasse aliquo modo comprobatur epigr. 47, ubi musicam artem inuenisse dicitur Polyphemus remedium amoris, quo uix opus fuisset, si puellae fauorem sibi conciliasset (cf. Helbig. symb. p. 361 sq.). Nec persuadere nobis possumus amatorem dona flagitare ab amata, praesertim Cyclopem amatorem, qua in re ne iocum quidem agnoscere possumus: flagitare est amatae, Galatae: amatoris, Polyphemi, offerre et promittere.

Propius ad ueritatem uidetur accessisse Schneiderus Callimach. II p. 164, qui arbitratur poetam ibi dixisse 'Galateam Polyphemi tantum spreuisse et potius pisces maris congregasse, quibuscum ut dea marina luderet', quamquam non plane ad stipulamur. Munera enim cum Meinekio nobis uidentur intelligenda esse propter uerbum *φέρει*, quo notionem gignendi et offerendi magis indicari sentimus quam alendi et colendi, uerum non munera a Polyphemo expetita, sed a Galatea flagitata. Neque tamen a nymphea putamus haec pronuntiata, sed a Cyclope, cui melius conuenit mare horrendum *βυθὸν ἄσπετον* uocare quam puellae marinae undarum domicilio aduetae. Verborum autem ipsorum contextum probabiliter restituere eo difficilius est, quo minus de lectione uiri docti consentiunt. Offendimus cum Meinekio et Bernhardyo in uoce *μᾶλλον*, cum gradationis hic locum nullum iudicemus, tamen ne illud quidem quod substituit Meinekio l. l. *καλόν* arridet ut epitheton uile et pro Alexandrini poetae eruditione nimis inane. Schneidero uero, 'cui nihil uox *μᾶλλον* dubitationis habet, si statueris praecessisse nomen alius piscis minus pulchri, unde poetae in hunc sensum licuerit pergere: uel potius pulcherrimum piscem, *χρῆσοφρον*', respondendum est absonum esse, postquam pulcherrimum piscem attulit poeta, superaddere uiliores et omnia cetera maris animalia complecti. Quapropter gradationis notio

procul habenda erit et uox *μᾶλλον* ad uerbum aliquod in sequentibus olim adnexum, nunc supplendum referenda, particula autem disiunctiua ἢ in affirmatiuam ἤ mutanda, qua ratione nihil offensionis habet *χρῦσοφρος* piscis priore loco laudatus. Cogitamus autem Polyphemum in cantilena sua, cum donorum suorum praestantiam laudauerit, maesta uoce addere haec: tu uero, Galatea, non moueris:

ἢ *μᾶλλον χρῦσειον ἐπ' ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν*

ἢ *πέρας ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἄλμης*

sc. *αἶρεϊ* h. e. 'praefers nimirum sanctum piscem etc.'

Sumpsimus in hoc fragmine explicando non magis felicem fuisse in amore Callimacheum Cyclopem quam Theocriteum freti epigrammate illo 47 (Anthol. Pal. XII, 150), cuius ex Schneideri editione adscribimus uersus quattuor:

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφραμος ἀνεύρετο τὰν ἐπαιοιδὰν

τῷραμένῳ· καὶ γὰρ οὐκ ἀμαθῆς ὁ Κύκλωψ.

αἰ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα κατισχραίνοντι, Φίλιππε·

ἢ *πανακὲς πάντων φάρμακον ἅ σοφία.*

Memorable est, quod consimilis ansa uidetur fuisse Theocriti idyllii XI et huius epigrammatis: consolatur uterque poeta amicum de infausto amore et remedium ei commendat cantum Polyphemi usus exemplo, ille Niciae, Philippo hic, unde cognoscitur, quam trita illis temporibus fuerit de Polyphemo amori canendo medente fabella. Probabiliter igitur statuemus eodem fere modo quo Theocritum Battiaden expediuisse Cyclopi sollicitudinem, quamquam uel ex misero illo frustulo carminis eruditio poetae elucet, cum dona illa a Galatea praelata mediae comoediae memor enumerauerit, ubi in Antiphanis Cyclope Nereides talia ab amatore poposcisse coniecimus cf. fr. I. Ac nescio an doctus poeta uerbis *καὶ γὰρ οὐκ ἀμαθῆς ὁ Κύκλωψ* eorum de Polyphemo iudicio tecte aduersetur, qui nil nisi brutum monstrum ducebant, inter quos erat Euripides cf. Cycl. u. 173. 493. Vide Dion. Chrysostom. or. ad Alexandr. (XXXII) I p. 432, 29 sqq. D.: *μᾶλλον δ' ἕως οὐχ Ἡρακλεῖ προσέοικεν ὑμῶν ὁ δῆμος, ἀλλὰ Κενταύρω τινὶ ἢ Κύκλωπι πεπωκότι καὶ ἐρωῶντι, τὸ μὲν σῶμα ἰσχυρῷ*



καὶ μεγάλῳ, τὴν δὲ διάνοιαν ἀμαθεῖ. Cic. Tusc. V, 39, 115. Prudentiam enim adsignasse quosdam mythorum interpretes Polyphemo suam nimirum si dis placet patet ex Seru. ad Aen. III, 636: 'multi Polyphemum dicunt unum habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. nam hic uir prudentissimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus uidebat. uerum Ulixes eum prudentia superauit, et ob hoc eum caecasse fingitur'. cf. Lehrs. Arist.<sup>2</sup> p. 205 adnot.

Alias coniecturas de Callimachi epyllio, quod Hecalae arte ac tenore caelatum fingimus, nunc recidimus: fortasse postea ad hunc poetam recurrendum erit.

## § 4.

## De carmine Bionis.

Unus restat poetarum Alexandrinorum, quem huic argumento operam impendisse scimus indicio sat certo, Bio Smyrnaeus, quem *βουκολικῶν ἐπιῶν ποιητῶν* tempore tertium fuisse nunc quidem Suidae s. u. *Θεόκριτος* creditur. Laudantur enim a Stobaeo flor. 110, 17 sub titulo *περὶ ἐλλίδος* haec *ἐκ τῶν τοῦ Βίωνος βουκολικῶν* (Ahr. fr. XV)

αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὴν ὁδὸν ἐς τὸ κάταντες  
τῆνο ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἡϊόνα ψιθυρίσδων  
λίσσόμενος Γαλάτειαν ἀπηγέα· τὰς δὲ γλυκείας  
ἐλλίδας ὕστατῶ μέχρη γήραος οὐκ ἀπολείψῳ.

Nemo dubitauit, quin referenda essent haec ad carmen ali- quod a Bione de Polyphemi et Galataeae amoribus compositum. Prodit autem in conspectum Polyphemus, a quo cogita uerba illa pronuntiata, in scopulo litoris nymphae marinae mollem cantilenam emittens — trita imago, quam sollemnem plus semel deprehendimus. Non est exorata Galatea ἀπηγής tenero cantu Cyclopis. Et uidetur mollis poeta uestigia premens bucolicorum principis teneros affectus suo ex more nimis subtiliter expoliuisse et extenuasse, quippe qui *ψιθυρίζοντα* proponat eum, cuius uox uel fistula uix acquireret mitem susurrum

frondis aura agitatae. Inest autem nescio quid maeroris in primis duobus uersibus, quasi melancholica continentia, qua suam h. e. consuetam sibi, semper tamen irritam uiam se profecturum pollicetur Polyphemus dulcissime soniturus non Galateae, sed surdae harenae. Agnoscimus uero imitationem Theocriti eo, quod Bio quoque adulescentem uidetur finxisse Cyclopem, cum is usque ad ultimam senectutem iucundam spem se non depositurum praedicet uu. 3 sq. Induxit igitur Bio Polyphemum prorsus emollitum hac in re iustae mensurae sensu Theocriti proprio destitutus. Laeuum est iudicium de hoc caractere Schmitzii (adnotationes ad Bionis et Moschi carm. Monast. 1856 p. 34), qui Bionem opinatur 'meliorem reddidisse Cyclopis personam et num primus hoc fecerit', in medio relinquit.

Statio fragminis illius si accuratius indagetur, libenter ad cantilenae amatoriae finem relegemus spem propositi tenacem: quid fere praecesserit, indicant uerba *ἀντὰρ ἐγών*, quibus procul dubio opposita erat Galateae mentio sic fortasse: 'puella quidem mea, eheu, nihil mouetur, quamuis magna pollicear, quamuis sim non contemnendae speciei'; tamen ego non desistam etc.<sup>1)</sup> Hac ratione non ut Theocriteus Cyclops concludat tantum excusso amore, sed spei adhaerescens magisque inflammatus, quod nescio an cum Bionis amatoris indole melius conuenerit.

Non sine probabilitate ex Smyrnaei fragmentis nonnulla, quae collegit Stobaei cura, recentiorum sagacitas in huius argumenti orbe locauit. Memoriam enim sollemnis sententiae reuocat frgm. XVIII Ahr. Stob. ecl. phys. I, 9, 3:

*Μοῖσας Ἔρωσ καλέοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροισιν.  
 μολπὰν ταὶ Μοῖσαι μοι ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν,  
 τὰς γλυκερὰν μολπὰν, τὰς φάρμακον ἄδιον οὐδέν.*

a Piersono apud Valekenarium huc relatam assentientibus Helbigio (symb. phil. Bonn. p. 361 adnot. 4) et Schmitzio p. 36 sq., qui recte Theocriti XI, 1 sqq. 15—17 sententias de amoris medi-

1) Consimilis color sententiae Theocr. II, 164:

*ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον ὥσπερ ὑπίσταν.*

eina (*φάρμακον*) a Musis petenda comparat. Propria uero est uirtus Bioneae sententiae, quod distinctius exprimit Amoris et Musarum inuicem se subleuantium rationem. Excitat enim amor musicae artis studium, quod rursus amorem placat et aestum mitigat. Quod expertus Polyphemus Musarum sibi expetit fauorem, quae Amorem adimant<sup>1)</sup>, subleuamen autem ardoris praebeant cantum. Adprime faciebat haec sententia ad Bioneae poesis genus, quod eroticum magis dicas quam bucolicum, ad Amoris dei personam casusque fictos praecipue spectans, cuius saenitiam et procacitatem conqueri non desistit poeta cf. fr. IX. XII. XIII, cuius cum Musis commercium usu edoctus exponit fragmento VIII cum fragmento XVIII utiliter conferendo. Ab hoc autem si licet incohemus cantilenam Polyphemi ita quidem, ut initio Bionei carminis id optet, quod exitu Theocritei assecutus est: solacium Musarum et remedium amoris, finem faciat apud Bionem maesta querella, qua incipit apud Theocritum, non sanatus neque amoris furore attenuato. Inter haec fragmenta insertum est ab interpretibus fr. XIV Stob. flor. 65, 4: *μορφὰ θελυτέριστι πέλει καλόν, ἀνέρι δ' ἄλκιά,* quae uerba uirtutes suas praedicantem dixisse Polyphemum credibile est, quem propter ingentes uires superbire uidemus Ou. met. XIII, 842 coll. c. u. 864. Et nescio an congruat cum Cyclopi potissimum (cf. Schmitz. p. 40) constantia fidelique assiduitate, si fragmenti II prouerbialem dictionem de amore et spe sua, quam ad senectutem obtenturus est, usurpet Stob. flor. 29, 52: *ἐκ θαμινᾶς ῥαθαμίγγος, ὅπως λόγος, αἰὲν τοίσας χά λιθός ἐς ῥωχμὸν κοιλάινεται*<sup>2)</sup>,

1) *Φέρονεν* uix sanum. Si *φάρμακον* postulat Polyphemus à Musis, non optabit, ut adducant Amorem, qui cum iam sollicitat, sed ut auferant; quodsi *φέρειν* altera notione acciperes, ut *φέρειν καὶ ἄγειν*, Musae dicerentur secum auferere Amorem; at ipsae manento. Quare una litterula — liquida consona in alteram — mutata proponimus

*Μοῖσας Ἔρωσ καλίοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτ' ἀφέλοιεν.*

In exitu quattuor syllabarum cum elisione in quinto pede coniuncto non offendendum cf. fr. VII, 2: *ὄσπ' ἀνέσθαι*. IX, 10. 12: *Ἔρωτ' ἐδιδασκον*. 13. XII, 3.

2) In simili sententia dictum illud in partes uocat Xenophithes amator

cum apud Theocritum quoque prouerbia adhibere soleat cf. XI, 75 cum Hilleri adnot. Permira uero est ratio Schmitzii, qui fragmenta omnia fere, quae non aperte alium conexum produunt, huc referre propensus, frgm. XI. XIII. IV. III (cf. etiam ad fr. II), ipse sibi non minus incertas causas opponit; cuius ambiguum iudicium facile ad refutandum acriter reici debet in fragmento XI, ubi Bio sententiam u. 1:

*ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὶ ἴσον ἀντεράωνται*

exemplis ab heroibus sumptis illustrat et Schmitzio p. 38 'Polyphemus Galateae de amantium qui redamentur felicitate cecinisse' uidetur non reputanti illi quidem, quam peruerse puellae amator Cyclops exempla petiisset ab amicorum eorumque hominum fidelitate et amicitia. Quibus ex opinionibus cum non multum lucremur, certiores redipiscimur Bionis epyllii reliquias ex testimoniis uel testimonio; nam uix licebit de Bionis opusculo accipere uersus Myrsonis incert. idyll. Ahr. VI, 1 sqq.:

*Αἴης νό τί μοι Ανκίδα Σικελὸν μέλος ἀδὸν λιγαίνειν  
ἱμερόεν γλυκύθυμον ἐρωτικόν, οἷον ὁ Κύκλωψ  
ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἧόνι τῆ Γαλατεία;*

ex quo Ahrens huic eclogae, quae inter Bionas numerabatur, Smyrnaei nomen, quod sola ex Fuluii Ursini auctoritate prae se ferebat, dempsit. Nunc id tantum discitur ex illa mentione maxime in deliciis fuisse amores illos pastoribus, Polyphemum uero repraesentasse Siculis certe mollis carminis amatorii et actorem et cantorem. Egregium autem est testimonium de Bionis carmine in Ps.-Moschi epitaphio Bionis uu. 59—64, quibus discipulus ostendit diserte praeceptoris celeberrimum epyllium Galateae, quorum de pretio iudicium nunc suspendere placet; id unum sufficiat adnotasse confirmari his uersibus quam ex ipsius carminis fragmento deduximus conclusionem, repulsam tulisse Polyphemum.

Videtur igitur Bio ab ea quam Theocritus praecierat uia non declinasse in hac fabula poetice tractanda nisi molli

apud Aristaeon. I, 17: *πλὴν οὐκ ἀπογνωστέον ταῦτά ἐστι τοῖς ἀνδρειότεροις τῶν ἐραστῶν· ἕαντις γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτρων οἶδε κοιλαίνειν.*

suo animo magis indulgens nimis limando Cyclopiis asperitatem.

Haec comperta habemus de Graecis huius argumenti tractationibus, quales quidem propriae indolis poetae instituerint. Ac postea quidem hanc fabellam peculiaris carminis suppeditasse materiam poetae Graeco Latinouae non traditur. Abiit autem in uasta poemata materiae mythologicae ubertate abundantia, quorum in apparatu accepto est usui. Loquimur uero de sublimiore et subtiliore poesis genere, humiliter hanc materiam minime spreuisse mox ostendetur. Ea tamen uirtute praecellunt aetas Romana posteriorque Graeca in hoc mytho propagando, quod exhibent egregia testimonia et indicia, quibus illustratur tempus praegressum, quod largam monstrant uestigiorum copiam retrouersus porrectam, qua adiuti quam fecimus iacturam aliquo modo compensare et possumus et conabimur.

---

## CAPUT VIII.

### *De narratione Ouidiana.*

Quomodo innotuerit Romanis fabula, nunc non quaerimus; ante aetatem Augusteam nulla eius reperitur memoria, inde ab hac in celeberrimis uersatur laudata a Vergilio, Horatio, Propertio, Ouidio. Atque nunc quidem seorsum tractabimus narrationem Ouidianam met. XIII, 740—897, cum ea proxime accedat ad peculiaris poematii indolem et ubera ipsius poetae ingenii documenta prae se ferat. Repraesentabimus uero primum descriptionis totam imaginem obseruantes typum Polyphemi, indolem cantilenaee, typum Galataee, ut apud Theocritum fecimus, deinde de fontibus Ouidii instituemus disquisitionem.

Polyphemus Ouidii est anthropophagus Homericus amore correptus.

‘Inmitis et ipsis  
horrendus siluis et uisus ab hospite nullo  
inpune et magni cum dis contemptor Olympi’

(uu. 759sqq.) mores aspectu comprobat. Redeunt trita illa: ingens corpus ac robur (u. 842 coll. u. 864), terribilis oculus media in fronte collocatus (uu. 851sqq.), tonitru uocis (785sq. 876sq.), barba hirsuta et rigidi capilli frondosae arboris speciem capiti praebentes et saetae totum corpus occupantes (765sq. 844sqq.). Premit litus immensi uiri pondus spatioso passu se mouentis (cf. u. 776), nec sufficiunt ei humanae instrumentorum mensurae: pinum malo similiorem quam baculo gestat; centumque harundinibus eget fistula, quae tanto ori adaptetur (782sqq.). Manserunt Aetnae montis cauum antrum domicilium (cf. uu. 770. 777 al.) et res pecuaria sollemnis, utrumque tamen locupletiore ornatu instruitur. Enumerat enim Cyclops uu. 812sqq. poma, uuas, fraga, corna, pruna, castaneas, arbuta, et illud 'pauperis est numerare pecus' u. 824 ostendit diuitis domini superbiam amplissima possessione fundatam, quamquam non est, cur praeter capras et oues alias pecudes aluisse statuamus Polyphemum. Qui et ipse astutum peritumque uenatorem se commendat amatae uu. 831sqq.

Iam ut ad mores depingendos transeamus, indomita saeuitia regnat per totam naturam amore quidem mitigata. Neque enim prorsus deposuit morum feritatem, sed exercere aliquantum desiit alia eaque grauiore libidine incensus, qua reliqua obliuiscitur; sic tantum uere dicitur uu. 768sq.:

caedis amor feritasque sitisque inmensa cruoris  
cessant, et tutae ueniuntque abeuntque carinae.

Quem uu. 860sqq. effrenato furore in Acim uidemus insanientem et inuehentem, eum ab antiqua crudelitate desciuisse non credimus. 'Magni cum dis contemptor Olympi' Iouem inflato desplicatu spernit 'et caelum et penetrabile fulmen' (857) sublimiorem intellectum professus uerbis 843sq.:

nam uos narrare soletis

nescio quem regnare Iouem.

Adnota, quam prudenter Theocritus similes minas similemque impietatem imagini suae inferre euitauerit. Cachinno sublato Cyclops Telemi uaticinium contemnit uu. 770sqq., ut apud Synesium Ulixis praestigias, cum apud Theocritum 'uatem

stolidissimum' dignum iudicet, cui mala imprecetur. Cui importunitati respondet amoris intemperata libido, quae ingentem uirum insolito ardore corripuit cf. 762 sq., id quod grandi similitudine illustrat poeta uu. 867 sqq.:

uror enim, laesusque exaestuatur acrius ignis,  
cumque suis uideor translata uiribus Aetnam  
pectore ferre meo <sup>1)</sup>.

Hunc facile credimus officiorum suorum obliuisci (763) neque gregibus idoneum existere ducem (781). Quin etiam deuenit ad preces et miserationem flebili uoce inuocandam intolerabili aerumna uexatus (855 sq.), quo Theocriteus non descendit. Ut libidines monstri, ita aucta superbia. Exposita enim descriptione pulchritudinem uirtutesque suas collaudat et taetrum aspectum pro uirili uendit 840 sqq., quam ad ostentationem apud Theocritum Cyclops, qualis quidem idyllio XI proponitur, non confugit. Noua nero lumina huic imagini adpersit zelotypia Polyphemi, cum compertum habeat Galatae magis quam ipsum cordi esse pastorem Acim. Consentaneum hanc aemulationem stimulos addere amoris per se ardentissimo neque eo ualere in homine natiuo, ut amatam aspernetur, sed ut flagrantissimum odium in aemulum coniciat hoc sublato fauorem se adepturum ratus.

Paucis complecti libet typum Polyphemi Ouidianum. Continet omnes fere colores ab Alexandrinae aetatis artificibus ei appictos, sed in maius auctos et amplificatos, ut illius aei accurata subtilitas nonnihil euanuerit. Mitigata atque delenita Cyclopi natura, quam summo studio caelare et in medium proponere placuit imprimis bucolicis, non modo non sentitur, sed reuersa inuenitur prorsus fere in Homeri formidulosam speciem. Omnino Ouidius singula lineamenta ab Alexandrinis mutuatus totum colorem Alexandrinae artis spiritumque operis musiu non uidetur assecutus esse. Horrenda autem figura Polyphemi optime intellegitur, si quomodo afficiantur cernis qui prope eum uersantur. Ut Ithacenses pallido

1) Catull. LXVIII b, 13: cum tantum arderem quantum Trinacria rupes.

timore perterriti fugiunt Acis et Galatea. — Quae descriptio si minus arridet, non tota est culpa Nasonis, utpote qui, cum Acidis fatum narrantem faceret Galateam terribilisque aemuli insidias persequentem, artis consilio permotus non potuit non supponere ei orationem inuidia aliqua exacerbatam (cf. Feder. l. l. p. XIII).

Neque Theocritei ingenii tenuitatem aequiperat Polyphemi cantilena Ouidiana. Non desideratur artificiosa quaedam compositio quamuis cum bucolici formosa perspicuitate minime comparanda. Numeros enucleare supersedemus: respiciatur adlocutionis copiosa ars non solum abundans epithetorum ubertate, sed uerborum collocatione gratissime uarians orationem modo binos comparatiuos singulis uersibus copulando modo binas res comparatas, nunc anteponendo attributum nunc postponendo nunc interponendo. Duo uersus Cyclopi laudationem incohantes 808 sq. respondent duobus qui inuitationem continent 838 sq. Bene in uerborum collocatione symmetrica Naso exemplarium Graecorum usum obseruauit, praecipue Theocriti eadem initio uersuum repetens uocabula cf. 'sunt' 810. 813. 814 (Theocr. XI, 45sq.). 827 sq. 'iam' 838 sq. uel initio et post caesuram semiquinariam eiusdem uersus cf. 822 uel praegressi uu. 812sq. 821 sq. 847 sq. uel sequentis uu. 815sq. uel initio uersus et post caesuram bucolicam u. 819. Adaequare amat qui canit cum gratia quadam uersuum exitus cf. 827sq.:

sunt, fetura minor, tepidis in ouilibus agni,

sunt quoque, par aetas, aliis in ouilibus haedi.

834sq.: inueni geminos, qui tecum ludere possint,

inter se similes, uix ut dignoscere possis,

(cf. Korn. ad h. l.). Argumentum cantilenaе amatoriae sollemne est atque singulae partes ex constanti usu expressae. Tam aperte uero repetuntur sententiae Theocriteae, ut ilico similia iuxta ponere satius sit, quamquam de fontibus quaestionem postea plenius tractabimus<sup>1)</sup>. Est autem uerbositas Ouidiana

1) Studium comparationis ipsi excitant hac in re Ouidius et Theocritus; nec defuere, qui similia conferrent: nouissimus uidetur esse qui nuper innotuit Ioa. Andr. Washietl: de similitudinibus imaginibusque Oui-



quasi explicata atque extensa e radice breuitatis Theocriteae (Washietel. p. 129 sq.). Compellatio enim Galatae u. 789—807 per duodeuiginti uersus continuata primariam hausit sententiam ex duobus uersibus Theocr. XI, 20 sq. eadem seruata partitione, ut altera parte priore formositas nymphae comparando celebretur, puellae mores animusque denotentur et deplorentur altera posteriore cf. Theocr. XI, 20: Ouid. 789—797. Theocr. XI, 21: Ou. 798—807, binis comparatiuis respondentibus ternis denis. Segregantur duae partes manifesto nomine amatae repetito u. 798:

saeuior indomitis eadem Galatea iuuenis,  
quod admonet nos pronominis 'idem' simili ratione apud Theocritum usurpati, ubi (XI, 34) Polyphemus a deformitate sua transit ad diuitias laudandas:

*ἀλλ' ὠντόσ* (sic codd. e a s), *τοιούτος ἐών, βοτὰ χίλια βόσχω*.  
Liberius in usum suum uertit Naso bucolici comparationes ut hic incipiens a candore lacteae puellae, cum quo comparat folium niuei ligustri u. 789, non lac coactum, cuius mollitiem u. 796 conferre maluit, cum Theocritus hanc uirtutem potius ad agni similitudinem reuocet apud Ouidium non exstantem. Alteram uero partem prorsus ab eadem incolat imagine poeta Romanus, qua Graecus:

*μύσχω γανροτέρα*: saeuior indomitis iuuenis;  
alteram comparationem suo ex ingenio, cum uuam maturam quidem, non crudam adhibuerit iam u. 795, ita uariat, ut asperitatem, quam cum Ribbeckio mus. Rhen. XVII, 565 sqq. uoce *φιαλωτέρα* significari consentimus, conferat cum tribulis u. 803 eodem ex orbe naturae atque uua petitis.

Ceterum in comparanda Galatea luxuriatur Naso occasionem amplexus, qua ubertatis sermonisque uariandi studio indulgeret non parcus promus imaginum uerborumque thesauri. Nec tamen eum similitudinum orbem excedit, quem simplici Cyclopiis menti accommodatum exspectes. Omnes fere res com-

dianis Vindobonae 1883, qui p. 121—135 Polyphemi cantilenae sententias auctoribus restituit alio ac nos usus consilio non semper felici, quem grauioribus tantum locis laudare sufficet.

paratae ex obseruatione naturae sunt petitae uno excepto nitro u. 791, ut ex plantarum arborumque condicione ligustrum 789, alnus 790, palma, platanus 794, quercus 799, salix, uites 800, tribuli 803; e florum frugumque notitia prata 790, uua 795, hortus 797; ex tempestatum uarietate soles hiberni, aestiua umbra 793, ignis 802, uenti uolucrisque aura 807; ex annium marisque consuetudine conchae 792, glacies 795, undae 799, scopuli 801, amnis 801, aequora 804; e gregum cultura haedus 791, lac coactum 796, iuueni 798; ex uenationis peritia ursa 803, hydrus 804, ceruus 806; quin etiam 'laudatum pauonem' u. 802 et cyenum u. 796, de quibus fando tantum uidetur auduisse, ornamentis loco interponit. Qui mos amatae comparandae uel formae aliarum rerum similitudine illustrandae non dubitamus, quin ex populari usu natiuorum hominum, pastorum, uenatorum, messorum originem repetat hanc in fabulam fortasse a mimographis Siculis inductus. — Ab adlocutione transgreditur Polyphemus ad diuitias suas puellae praedicandas primum commodam monstrans habitationem in antro suo uu. 810—820, quos uersus uerbositate rhetorica effictos esse uides ex quinque Theocriti uersibus XI, 44—48, etsi aemulus Romanus longe recessit ab exemplari Graeco, a quo nihil fere nisi uinum mutuatus est, hic quoque bucolici poetae subtilitatem, qui pastorem fecit minus fruges resque edendas amatae promittentem quam umbram resque sentiendas, uertens in utilitatem. Pergit laudare Cyclops possessionem suam decem uersibus 821—830 compositis ex similitudine quattuor Theocriteorum XI, 34—37. Singula inuenies exaggerata. Mille pecudum amplificatae in numerum immensum, item pascua dilatata atque extensa, singulae pecudes discretiae: omnia uero eo aucta, quod ostendit opes suas pastor diues pronomine demonstratio 'hic' uu. 821. 824 et u. 825 uerbis his: 'praesens potes ipsa uidere'. Porro quae tribus hemistichiis Theocritus denotarat ferarum horrida munuscula XI, 40 sq., longiore septem uersuum descriptione ornamentis additis lepidis depingit Ouidius uu. 831—837. Minus bene ei cessit deformitatis Cyclopeae enarratio uu. 840—853, quam contaminauit ex Theocr. id. XI, 31—33

et VI, 34—38. Nimirum eas elegit rhetoricus poeta Cyclopeae formae partes, in quibus splendida ostenderet artificia: magnitudinem, cui Iouis maiestatem opponeret, capillorum saetarumque largum prouentum, quem exemplo arborum et equorum defenderet, unum oculum, quem cum Solis orbe conferret. Simplicitas uero et modestia Polyphemi Theocritei hac ratione plane detersa est. In reliqua carminis parte uestigia bucolici relinquit Naso, cum ibi sermo fiat de aemulo Cyclopi, quem nondum nouit Theocritus. Noeuit autem huic cantilenae rhetorica ars magis quam profuit etiam in sequentibus conspicua, ubi amator causis, cur exoptandus magis et retinendus quam reformidandus uideretur, iam commemoratis nouam adicit formula u. 854 'adde quod' non minus frigida illa quidem quam quae sequitur oppositio impietatis in deos et reuerentiae erga puellam uu. 857sq.:

quique Iouem et caelum sperno et penetrabile fulmen,  
Nerei, te uereor: tua fulmine saeuior ira est <sup>1)</sup>.

Quod nos quidem sentiamus, suauem tenorem bucolici carminis hac in cantilena non assecutus est poeta Romanus, quamquam uersuum Theocriteorum consilium etiam metro et forma expressum hic illic bene perspexit, ut monstrat imitatio Theocr. id. XI u. 29: *τιν δ' οὐ μέλει, οὐ μὰ Δι', οὐδέν,*  
cui et ex sententia et ex numero uersus clausulae maerorem quendam denotante respondet Ouidianus u. 869:

nec tu, Galatea, moueris

(cf. Washietel. p. 135, qui bene comparat Theocr. III, 33). In uniuersum igitur quamuis sollerter Naso singulos colores miscuerit, tamen non ea semper in suum usum uertit, quae subtilissime excogitata erant a prioribus (cf. Feder. p. XII), nec potuit ea adhibere, utpote qui aliam sibi mente conformasset amantis Cyclopi imaginem: inuiti tamen desideramus bella illa Theocriteae cantilenae: ardoris initium (XI, 25 sqq.), matris

1) Similes oppositiones apud scriptores eroticos sunt lumina orationis, quibus ei quos nihil mouit amore commoti proponuntur cf. exemplum instar omnium Nic. Eug. II, 357—370.

inreptionem (67 sqq.), patientiam amoris causa (51 sqq.), cantus fistulaeque iactationem (38 sqq.).

Iam vero ut par est aemulo inducto mutatus est typus Galataeae. Quae cum omne studium posuerit in Acidis amore, Cyclopem, qui obtrectat huic foederi, non potest non odisse cf. Ou. 756 sqq. cum pauore eius mentionem faciens cf. 772. 780. 873 et perterrita impetu eius in undis salutem petens u. 878. Lacrimis obortis Scyllae narrat feri Cyclopiis uim letumque caro adolescenti paratum cf. 744 sq. Verus igitur amor ex petulanti puella, quae stolidum Neptuni filium ludibrio habere solebat, effinxit sponsam de amatoris sorte sollicitam obitumque eius ex animo lugentem. His ex moribus nymphae simul intellegitur, cur ut Cyclops saeuiozem indueret animum, artis poeticae ratio postularit.

Totius huius imaginis colores quibus ex fontibus depromserit Ouidius quaestionem subiungere placet, priusquam de Acide loquamur. Accuratius uero huius potissimum poetae auctores indagari propterea summi momenti ducimus, quod difficillimam de Ouidii metamorphoseon fontibus disquisitionem ad bonam frugem adduci non posse nobis persuasimus, nisi singularum narrationum exemplaria quam diligentissime explorata sint. Quos flosculos ex Theocriti horto decerpserit Naso, quos spreuerit iam supra monitum est. — Homericæ uero uestigia imitationis non minus in singulis rebus quam in tota indole aperta sunt, quod luculenter apparet ex rei pecuariae diligenti notitia uu. 827—830, quam debet Ouidius partim Hom. Odys. IX, 219—223, ubi similiter singulae pecudes segregantur, partim eiusdem libri uu. 246—249, ubi paene ad uerbum congruit imitatio:

*ἀτίχα δ' ἤμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος  
πλεκτοῖς ἐν τελάροισιν ἀμυσάμενος κατέθηνεν,  
ἤμισυ δ' αὖτ' ἔστισεν ἐν ἄγγεσιν, ὄφρα οἱ εἴη  
πίνειν αἰνυμένῳ καὶ οἱ ποτιδόρπιον εἶη.*

Iac mihi semper adest niueum. pars inde bibenda  
seruatur, partem liquefacta coagula durant (Wash. p. 131).  
Nec minus apte ad Homerum reuocabis baculi Cyclopei magni-

tudinem cum malo comparatam Ou. 783: 'antemnis apta ferendis' Hom. Od. IX, 321 sqq. Versus autem Ouidianus 771:

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,  
memoriam repetit heroici 509:

*Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνη ἐκέκαστο* (Wash. p. 128).  
Omnino nonnulla, quae ad nastam Cyclopolis formam pertinent, epico accepta refert poeta Romanus, ueluti cum illum iaculantem facit 'partem e monte reuulsam' u. 882 (cf. met. XIV, 181 sqq.), quae est *χορυφή ὄρεος μεγάλου* Hom. 481, cuius extremus angulus sufficit ad Acim obruendum, cum apud epicum ipso impetu saxi in undas decidentis nauis ad litus redigatur Od. IX, 484 sqq.

Num nero aequae atque Homeri scaenicorum poetarum memoria Ouidio uiguerit in hoc mytho exornando non ilico affirmaueris. Certa documenta desunt: suspicamur cum Washietelio p. 133 Euripideae fabulae meminisse poetam, ubi philosophia superbientem inducit Polyphemum uu. 842 sqq.:

non est hoc corpore maior

Iuppiter in caelo: nam nos narrare soletis

nescio quem regnare Iouem. et u. 857:

quique Iouem et caelum sperno et penetrabile fulmen,  
quos uersus scriptos esse putauerimus recenti recordatione Euripideorum Cycl. 320 sq.:

*Ζητὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω, ξένε,  
οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεὺς ἐστ' ἐμοῦ κρείσσιον θεός,*

uix Homericorum Od. IX, 275 sqq., cum longius absit uerborum congruentia. Possit etiam quis securitatem Cyclopolis in antro suo uersantis, qualis inest in Ou. uu. 810 sqq.:

sunt mihi, pars montis, uiuo pendentia saxo

antra, quibus nec sol medio sentitur in aestu

nec sentitur hiems,

comparare cum inflatis uerbis Polyphemi Euripidei a u. 322:

*ὡς δ' οὐ μοι μέλει ἄζουσον* usque ad u. 331: *χιόνος οὐδέν μοι μέλει.*

Haec probabiliter statuas; totam tamen Polyphemi descriptionem ad fabulas satyricas referendam esse quod con-

tendit Kornius ad Ou. met. XIII u. 784, ueremur, ne comprobari nequeat. Nec magis constat de comoediarum et Alexandrinorum epylliorum praeter Theocriteum auctoritate, quamquam de his fortasse paulo melius edocebimur.

Unus restat, cuius uestigia manifesto ferunt ad Ouidium: Vergilius. Qui cum hanc fabulam, quippe quae celeberrima esset inter pastores Siculos, in bucolicis saepe tetigerit et uertens exemplar Theocriteum et sententias hoc in argumento genuinas per imitationes suas dispergens, qua de re mox impensius disseremus, atque in Aeneidos libro III uu. 588 sqq. Polyphemi personam induxerit et ipsam et ab Achaemenide pauente descriptam, aequali poetae non unam tantum aemulandi obtulit ansam (nimium dicit Wash. p. 125). In deliciis habitaculi congerendis met. XIII, 810 sqq. non dubitamus quin Ouidio obuersati sint loci Vergiliani, quales habes ecl. I, 80 sq.:

sunt nobis mitia poma,

castaneae molles et pressi copia lactis; uel ecl. VII, 53 sq.:

Stant et iuniperi et castaneae hirsutae;

strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma;

prae ceteris uero ecl. II, 51 sqq.:

ipse ego cana legam tenera lanugine mala

castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;

addam cerea pruna: honos erit huic quoque poma;

ubi Corydo puerum suum delicatum Alexim ut ad se ueniat precibus non minus desiderii plenis quam Cyclopi nec minus irritis implorat. Eundem autem prae se ferunt si quid sentimus colorem uersus, ubi munus catulorum ursinorum denotatur uu. 834 sqq.:

inueni geminos, qui tecum ludere possint,

inter se similes, uix ut dignoscere possis,

uillosae catulos in summis montibus ursae,

inueni et dixi: dominae seruabimus istos.

et Vergiliani ecl. II, 40 sqq.:

praeterea duo nec tuta mihi ualle reperti

capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo;

bina die siccant ouis ubera: quos tibi seruo.

Nec nullius momenti fuisse existimemus in pangendis uersibus Ou. 840 sq. uel in uertendis Theocriteis VI, 35 sqq. Maroniano eel. II, 25 sq. Porro componi possunt Ou. u. 781 et Verg. Aen. III, 660 et pinus baculi uicibus apud utrumque poetam fungens Ou. 782 coll. c. Verg. Aen. III, 659.

Manifesta uero et iam pridem intellecta, sed nondum frugifera facta deprehenditur mutuatio Ouidii, cuius originem altius repetere fortasse poterimus, his in locis met. XIII, 851 sqq.:

unum est in media lumen mihi fronte, sed instar  
ingentis clipei. quid? non haec omnia magno  
Sol uidet e caelo? Soli tamen unicus orbis,  
quos praeciit ferme uersus Vergilius Aen. III, 635 sqq.:

et telo lumen terebramus acuto

ingens, quod torua solum sub fronte latebat,

Argolici clipei aut Phoebaeae lampadis instar.

Apparet Ouidium non solum clipei similitudinem a Marone mutuatum esse, sed etiam, cum Solem antestantem faceret Polyphemum, Phoebaeae lampadis memorem fuisse. Ipsa autem res satis mira: neque enim solere Ouidium fere ad uerbum singulas res in comparando enumerando enarrando adhibitas ex praegressis poetis sibi adrogare modo in pluribus exemplis obseruauimus, nunc uno comprobamus hoc, quod Ouidius ex loco Vergiliano simillimi argumenti, ubi Galateam adloquitur Corydo eel. VII, 37 sq., nihil nisi cyenum asciscere uoluit met. XIII, 796, cuius ne candorem quidem comparauit ut Vergilius. Iam alterius illius rei comparatae, clipei, fons etiam nunc potest adiri in Callimachi hymn. in Dian. uu. 52 sqq., ubi de Cyclopiibus dicitur:

πασι δ' ὑπ' ὀφρὸν

φάεα μοννόγληνα, σάκει ἴσα τετραβοεῖω,

δεινὸν ὑπογλαύσσοντα.

Quid? si alterius quoque similitudinis eundem fontem statuiamus, nonne perspicimus, cur uterque poeta eodem ordine eadem res eadem occasione usurparit? Unde uero probabilius haec petita putabimus, quam ubi Cyclopem describere debebat poeta, ex Galataeae epyllio Callimacheo? Nunc male-

mus ad communem fontem, eundem Callimachum, reuocare etiam quae legimus Ou. 876 sq.:

tantaque uox, quantam Cyclops iratus habere debuit, illa fuit: clamore perhorruit Aetna.

et Verg. Aen. III, 672 sqq.:

clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes contremuere undae penitusque exterrita tellus

Italiae curuisque immugiit Aetna cauernis,

quae procul dubio hausta sunt ex Callim. hymn. in Dian. 56 sqq.:

*ἀν̄ε γὰρ Αἴτνη,*

*ἀν̄ε δὲ Τριναζίη, Σιζανῶν ἕδος, ἀν̄ε δὲ γέλιων*

*Ἰταλίη, μεγάλην δὲ βοήν ἐπι Κύρνος ἄν̄τει,*

quam credere exscriptum esse unum ab altero. Fortasse etiam aspectus Cyclopei capitis ab utroque cum Iuoco collatus communi auctori tribuendus est cf. Ou. 844 sq.:

coma plurima toruos

prominet in uultus umerosque, ut Iucus, obumbrat.

Verg. Aen. III, 679 sqq.:

quales cum uertice celso

aëriae quercus aut coniferae cyparissi

constiterunt, silua alta Iouis Iucusue Dianae.

Quae Iucusque de fontibus huius narrationis Graecis explorauimus, haec sunt: adhibuit Ouidius Theocritum et Homerum, nidetur adhibuisse Euripidem et Callimachum. Quid suo ex ingenio addidit? Videamus quae restent. Ouidianam esse rhetoricam expolitionem facile concedes. Quam praecipue in cantilena obuiam esse ostendimus: neque alias hunc morem deponit poeta cf. 'iam' insignibus uersus locis positum uu. 764 sqq., 'senserunt' uu. 785 sq., 'adfer' — 'ferte' u. 880. Quae est rhetorum consuetudo, ut quod uni homini semelue accidit, ad omne tempus omnesque homines transferant, manifestum huius usus exemplum est apud Nasonem, ubi Polyphemum, qui semel Ulixis socios deuorauit, fingit hospitem carne semper uescentem cf. 760:

uisus ab hospite nullo | inpune,

qui mos cum nunc quidem omittatur,

tutae ueniuntque abeuntque carinae (u. 769),



eius rhetorici artificii uestigium exstat iam apud Euripidem u. 249: *χρόνιος δ' εἴμ' ἀπ' ἀνθρώπων βορᾶς.*

Nec minus rhetorum sapit disciplinam Ouidianamque consuetudinem Cyclopis responsum uu. 774 sqq., quo Telemi uaticinium ad nitidam oppositionem inter duas notiones uerbi rapiendi propriam et translata inuertitur <sup>1)</sup>. Atque haec quidem et talia sua ex facultate poetica disciplinae rhetoricae alumnus potest addidisse: tamen relincentur nonnulla ita comparata, ut suspicionem moueant, ne alio ex horreo acceperit.

Subtilius enim ut uidimus quam Theocritea Ouidiana Polyphemi imago in certis quibusdam rebus elaborata repraesentatur, in quibus numeramus habitum Cyclopis ad canendum residentis, descriptionem in mare porrecti collis uu. 778 sq., fistulae centum ex cannis compositae u. 784, baculi mentionem 782 sq. Porro horum uersuum sententiam ab Ouidio profectam non credimus 764 sqq.:

iamque tibi formae, iamque est tibi cura placendi,  
iam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos,  
iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam  
et spectare feros in aqua et componere uultus.

Tantopere enim haec sententiola prae se fert omnes numeros artis Alexandrinae, ut quouis pignore affirmemus inde eius originem repetendam esse, etsi auctor nominatim laudari nequit.

His fortasse plura adiungi possunt, nihil tam probabile: ea uero quae attulimus alio ex fonte sunt oriunda <sup>2)</sup>; si quid sentimus — et sensui hic credere liceat deficientibus testimoniis — Alexandrina ex aetate, cuius poetas his in rebus excolendis plurimum studii posuisse constat. Nunc satis habemus statuisse alium praeter Theocritum adhibitum esse a poeta

1) Habent in deliciis scriptores erotici amoris uim cum alia comparantes multo maiorem illius auctoritatem premere cf. Ach. Tat. p. 116, <sup>3</sup>sq. Herch.: *ἐπὶ πόλεμον νῦν ἐξελεύσομαι βορκόλων· ἔνδον μὲν τῆς ψυχῆς ἄλλος πόλεμος κάθηται.* Eustath. M. p. 230, 6 sqq.: *ἡ παρθένος — ὀδυνηρότερον ὄλλο καὶ βιαιότερον ἐξήγειρέ μοι κλυδώνιον αἶ.*

2) Ouidii 'aemulatoris Theocriti' ingenio imputat Washietelius l. l. p. 127 sqq. 134.

auctorem Alexandrinum quaestionem retractaturi et sententiam stabiliri, simulatque de Acide exposuerimus.

## CAPUT IX.

### *De Acidis persona.*

De Acide fabula primum obuia apud Ouidium, deinde passim repetita apud poetas Latinos uergentis aevi haec est. Acis, filius Fauni et nymphae, Symaethi flunii filiae, egregiae formae adulescens Galatae fauore conciliato aemulus factus Polyphemi cum quando amatam fouens a Cyclope, qui modo frustra musica arte mulcere studuerat puellae fastum, conspectus sit, fugam capessit Galatea paternum regnum petente; sed immanis iaculatoris saxo obruitur. Galatea auctore resurgit amatus mole hiscente conuersus in fluuium eodem nomine insignem. Nouo igitur inuento inducitur Galatea, quae hucusque Polyphemi aestum illuserat, ipsa amoris ui correpta neque amplius asperum seruans animum. Sic auctus fabulae ambitus noua lumina addidit Polyphemi ardori, cui adiungitur *zelo-typhia*, quam naturae ueritate exprimere non omisit poeta amoris fluctuum haud imperitus; nec minus uiuo colore exornauit mutationem adulescentis duabus in his rebus suo ingenio indulgens.

Ab hac narratione Ouidiana uidentur pleraeque quae postea occurrunt mentiones profectae. Consentunt in uniuersum mythographi: Seru. ad Verg. ecl. IX, 39: 'Theocriti uersus sunt: ἐξέλθοις, Γαλάτεια, καὶ ἐξέλθοῖσα λάθοιο, quibus inducit Cyclopem usum, cum in scopulo sedens amicam suam Galateam de fluctibus inuitaret ad terras. Cyclops enim dicitur nympham amasse Galateam: quae cum Acin quendam pastorem amaret et Polyphemum sperneret, ille iratus Acin necauit, qui postea Galatae miseratione in fontem mutatus est, qui hodieque Latine Acilius dicitur [ab illius nominis deriuatione]' ad eundemque fontem reuocandi mythographi Vaticani I, 5 (Mai class. auct. III p. 2). II, 174 (l. l. p. 147) et Seru. ad Verg. ecl. VII, 37:

'Galatea — quam cum Polyphemus Cyclops adamasset, primum concubitum eius precibus expetiuit, mox uim adhibere conatus est, quem illa in mare se praecipitando effugit. Cyclops autem, cum eam de mari non posset euocare, Acin, quem nympha diligebat, ictu petrae interemit, cuius cruorem Galatea uertit in fluuium, qui eius retinet nomen'. De nomine noui fluuii discrepantiam possis ita expedire, ut fontem, in quem Acis mutatus est, Acilium dictum putes, fluuium, in quem cruor transiit, antiquum retinuisse nomen statuas, nisi Acilii nomen nimis suspectum esset, ut huic testimonio diffidere praestet. De poetica uero huius fabulae tractatione per sequens aeuum nihil innotuit, si eximis pulchrum epigramma Anth. Lat. 151 R.:

Defugiens pontum siluas Galatea peragrat,  
 custodem ut pecorum cernere possit Acim.  
 nam <sup>1)</sup> teneros gressus infigit sentibus ardens,  
 nec tamen alta pedum uulnera sentit amor.  
 ipsa Cupidineae cedunt elementa pharetrae,  
 cuius et in mediis flamma suburit aquis.

Nondum saeuum ad finem peruenerunt amores necdum turbata 'Veneris concordia'. Optime describitur ardor nymphae, quae deseruit undas, ut solent puellae marinae terrestres uiros depereuntes. Nec noua est figura puellae per siluas et loca aspera amatum quaerentis neque ullum dolorem percipientis, sed ex poetica supellectile petita: talis quaerit Venus Adonim cf. Bion. epit. Adon. 19 sqq., talis Daphnim quaerit puella Theocr. I, 82 sq., talis Narcissum quaerit Echo Ou. met. III, 370 sqq. al.; et conferri possit Ceres Proserpinam et Hylam quaerens Hercules (Theocr. XIII, 64 sqq.). Poterat igitur poeta in legendis prioribus non tiro suo ex ingenio fingere hanc sententiam: nunc cum in hac farragine uersemur, de antiquo exemplo cogitare malumus. Continuauit fabula amorem constantem etiam ultra Acidis fatum, ut et hinc et illinc adstructa

---

1) 'Nam' caret sensu, acumine 'iam', quod placuit Oudendorpio. Scribimus: quam teneros gressus infigit sentibus ardens! ut exclamatione efferatur sententia.

apud posteriores inueniamus narrationis Ouidianae supplementa: u. Sil. Ital. XIV, 221 sqq.:

quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines  
et dulci gratam Nereida perluit unda.

aemulus ille tuo quondam, Polypheme, calori  
dum fugit agrestem uiolenti pectoris iram,  
in tenues liquefactus aquas euasit et hostem  
et tibi uictricem, Galatea, immiscuit undam.

et clarius Claudianus de rapt. Pros. IV, 1 sq. Ieep.:

Lucus erat prope flauum Acin, quem candida praefert  
saepe mari pulchroque secat Galatea natatu.

Putabatur igitur nympa libens Acidis nouam formam reuisere  
priscae amicitiae memor — bella sententia uero poeta digna.  
Non multum iuuamur epigrammate ut Riesio uidetur recenti <sup>1)</sup>  
Anthol. Lat. 886 R.: Acidis tumulus.

Acidos haec cernis montana cacumina busti

aequor et ex imis fluminis ire iugis?

ista Cyclopei durant monumenta furoris:

hic amor, hic dolor est, candida nympa, tuus.

sed bene si periit, iacet hac sub mole sepultus,  
nomen et exultans unda perenne uehit.

sic manet ille quidem neque mortuus esse feretur  
uitaque per liquidas caerulea manat aquas.

Cuius quidem auctor Ouidii est pedisequus, id quod unicuique se offert (cf. Wernsdorf. poet. Lat. min. III [a. 1782] p. 277 ad u. 6) cf. u. 1 'montana cacumina' Ou. 882; u. 6 'exultans' Ou. 892; u. 8 'caerulea' Ou. 895. Haud raro apud scriptores ueteres mentio inicitur Acidis fluuii, de quo Vibius Sequester (geogr. Lat. min. ed. A. Riese p. 146): 'ex Aetna monte mari decurrit; ex huius ripis Polyphemus saxa in Ulixen iecisse dicitur', quod congruit cum chronologica mythorum Cyclopeorum ratione; cf. etiam Hesych. s. u.: ποταμὸς Ἀσίας, ἣ ἐν Κατάρη. Memoratur Ἰακίδος ἰερὸν ὕδωρ a Theocrito I, 69

1) Pentadio, praecipue uersuum echoicorum auctori cf. Anthol. Lat. 234 sq. 265, adsignauit Scaliger.

inter terrae Siculae insignia; quod idem esse atque *ψυχρὸν ὕδωρ* illud id. XI, 47 ex Aetnae montis candida niue Polyphemo demissum non credimus Vincentio De-Vit in Forcellin. lex. s. u. 'Acis', quia in antro fons uidetur intellegendus, quamquam uir doctus prouocare poterat ad prouerbiū a magno frigore huius fluuii deriuatum Diog. II, 74: *Ἄκισ ποταμὸς ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχρῶν. ψυχρὸς γὰρ ἐστὶν οὗτος* cf. Solin. p. 56, 18 sq. M.: 'Acidem quamuis dimissum Aetna nullus frigore anteuertit' (u. testimonia de Acide apud Holm. hist. Sicil. ant. I p. 339). 'Herbifer' autem Acis est Ouidio fast. IV, 468; quae omnia ante oculos ponunt torrentem inter saxa e fonte prosilientem (cf. Eustath. p. 1053, 4 sq.) frigidamque sub nemorum umbra aquam<sup>1)</sup> seruantem. Fortasse ex lapide mirae formae emanabat limpidus fons, cuius rei causam quaerens populi imaginatio hunc conexum confinxit; quod ut statuatur suadet diligentia, qua origo noui fluuii ab Ouidio depingitur. In continenti uero cogitandum esse saxum a Polyphemo in Acidem immissum ipsa res monstrat, quoniam in litore, ubi sub rupe cum Galatea latuerat, obruitur Symaethi nepos. Quare nescio an non recte saxa etiamnunc ex aequore eminentia ut in Ulixem ita in riualem a Cyclope iacta contenderit O. Iahn l. l. p. 412 adnot. 7. Popularem autem si arbitramur fabulam istam fuisse illi loco adligatam, parum ueri est simile ipsum Ouidium hac ex memoria suam materiam hausisse. Atque antea quidem notam fuisse fabellam uiris doctis diuinare magis quam demonstrare licet ex schol. Theocr. I, 69: *Ἄκισ δὲ παρὰ τὸ ἀκίδι εἰοικέναι τὰ ρεύματα. Νυμφόδωρος ἐν τῷ Περὶ Σικελίας θαυμαζομένων φησὶν, ὅτι ἐπὶ Λάφνιδος Ἄκισ ποταμὸς Σικελίας οὐκ ἦν*<sup>2)</sup>. Detegit igitur Nymphodorus errorem Theocriti, qui Acim inter Siciliae fluuios laudarit, priusquam exstaret huius nominis annis. Quod non potest fecisse nisi causa addita ratus pro-

1) Etiamnunc seruauit antiquam naturam Acis hodie 'Acque Grandi' nominatus, quem ex massa sulphurea prosilire lato flumine et mille tantum passuum cursu peracto in mare incurrere narrat Holmius l. l. I p. 27.

2) Textum dedimus ex Duebneri constitutione, quam amplexus est Muellerus fr. hist. Gr. II p. 376.

cul dubio ex sua mythorum chronologia Daphnim obiisse ante Acidis necem et mutationem <sup>1)</sup> (cf. Dnebner: 'revue de philol.' 1847 p. 457). Narrasse igitur putandus est 'Symaethii herois' fabulam. Iam si vere eidem scriptori adsignavit Muellerus fr. hist. Gr. II p. 375 libros *περὶ τῶν ἐν Σιτελίᾳ θανατοζομένων* et *περὶ νομίμων βαρβαριζῶν*, Nymphodorum scripsisse ei credimus sub Ptolemaeo Philadelpho. Illo igitur tempore nota erat fabula historico certe Syracusano in patriae mythis bene uersato, nondum ut uidetur in poeticorum studiorum orbem recepta, si quidem opus fuit admonere Theocriti lectores de errore admissio. Et re uera tum, cum Theocritus de Polyphemi amoribus composuit idyllia, trita non uidetur fuisse fabella, quam opinamur certe leniter tangere ut solent Alexandrini non omisisset. Proficimus autem nunc redeuntes ad praeclarum illud de Bionis Galatea testimonium Ps.-Mosch. epit. Bion. 59 sqq.:

*Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν τέλος, ἄν ποτ' ἔτερπες  
ἔξομένην πρὸς σεῖο παρ' ἠιόνεσσι θαλάσσας.  
οὐ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο· τὸν μὲν ἔφευγεν  
ἀ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας.  
καὶ νῦν λασαμένα τῷ κόματος ἐν ψαμάθοισιν  
ἔξειτ' ἐρημαίησι, βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει.*

Condonamus laudatori Bionis quod quos carmine celebravit uel delectavit Smyrnaeus poeta, eos lugere fingit mollissimi cantoris immaturum letum, ut uu. 26 sqq. musicae artis pascuorumque deos, uu. 69 sq. Venerem adludens ad Adonidis epithaphium Bionem, tamen ut plena fere de Bione et Galatea contexatur et ex ordine deducatur fabula amatoria lege poetices non concessum ducimus nec boni iudicii, nisi subtilis subest notio, quae excuset illam libertatem. Nullum autem alium hic significari nobis persuasimus quam Acim, in quem omnia optime quadrant, si hanc stropham cum ceteris de illo testimoniis comparauerimus. Qui hic inducitur pastor facile conciliatur cum Acidis persona, quippe quem pecudes custo-

1) Non semper conspicuus fuit Acis fluuius, quem Cluuerus uidit, R. Pirrus Aetnae eruptione obrutum tradit cf. Holm. l. l. I p. 27.

diuisse Seruius I. l. et poeta Anthol. Lat. 151, 2 aperte testentur non refragante Ouidio. Ac fuit nobilior pastor quam Polyphemus, cum boues eum pauisse euincatur Ps.-Mosch. u. 64: *βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει*. Ouidianam uero Galateam rupe latitantem Acidisque in gremio residentem (met. XIII, 786 sq.) rursus inuenies in Ps.-Moschi u. 60, nec quem mortuum mutatumque nymp<sup>h</sup>a 'candida praefert saepe mari' (Claud. de rapt. Pros. IV, 1 sq.), uiuum quoque *ἄδιον ἄλμας* (Ps.-M. 62) ab illa uisitatum esse negabis. Denique eiusdem modi luctum, quali Bionis mortem deflere dicitur Galatea, eam Acidi quoque necato tribuisse paene exspectamus; solent enim pelagi nymp<sup>h</sup>ae amore uel maerore percussae undarum reditusque obliuisci, ueluti Clytie Ou. met. IV, 260 sqq.<sup>1)</sup> Pulcherrima autem est sententia uere bucolica, ex qua Galatea orbum gregem pascens proponitur (cf. Fritzsium ann. antiquit. litt. VI [1848] p. 759, qui bene comparat Theocr. XI, 65). Existimamus igitur Bionem Acidis fabellam carmini suo de Cyclopi et Galatae amoribus composito intexuisse atque tam uero uiuoque colore et mutuum flammam uoluptatemque amantium et puellae acerbum dolorem expressisse, ut discipulus laudator augeri putaret communem de magistri morte maerorem, si similitudinem inter Acidis Bionisque fatum amplexus hunc pro illo substitueret — qui est mos tectae significationis hac aetate — simulque celeberrimi carminis memoriam repeteret. Neque obstant cetera uestigia Bionis carminis, quominus hic mythus cum iis co-pletur.

Redit quaestio, unde Bio sumpserit fabellam. Nam ipsum e uulgi memoria mythum sat obscurum in poesim primum traduxisse ei non probabile uidebitur, qui Smyrnaei ingenium et artem ex frustulis sibi resuscitauerit: mediocris sane poetae in trito argumentorum orbe uersantis. Ab altera autem parte si Nymphodori tenemus aetatem Bionisque aeuum tertii fere a. Chr. saeculi exitu alteriusue initio florentis, non magnum

1) Immerito hic unius Heinsiani codicis lectionem 'lympharum impatiens' aspernati sunt recentiores editores uarie locum tentantes.

relinquitur spatium, quo innotuisse potest poetica forma indutus Acidis mythus. Hoc uero pro certo affirmare licebit Alexandrina primum incude fabellam formatam et ab eodem fabro Alexandrino, uix a Bione, in Ouidii officinam translata esse.

Reuertamur igitur ad inuestigationem de Ouidii fontibus institutam, quam eo usque prouexeramus, ut Nasonem praeter Theocritum alterum auctorem Alexandrinum secutum esse suspicaremur. Quae suspicio nunc certa reddita, quoniam Acidis fabulam poeta Romanus acceptam refert haud dubie Alexandrino poetae, qui non poterat non persequi Polyphemi quoque et Galatae amores: si fas esset hariolari, poetam illum appelleremus Callimachum, cum eum solum inter Theocriti Bionisque aetatem huic materiae studium nauasse concluderimus. Nec pigeat huic sententiae paululum immorari. Neminem obscuram istam de Acide fabulam poetica arte quasi euulgasse facilius crederemus quam doctum Cyrenaeum grammaticum inuestigatorem poetam, qui trita spernere solebat argumenta cf. fr. 293. Commendat autem hoc non solum obscuritas, sed etiam propria indoles fabulae, quam conexam fuisse cum mirabili aliquo saxo neque notam nisi angusti circuitus incolis antea coniectauimus. Cui autem magis conuenit talis mythi originem et causam ex incerta uulgi fama captare et litteris mandare quam Aetiorum scriptori? praesertim cum illum non modo Siculas quoque fabulas attigisse cf. fr. 25. 382. 361. 202. 346 al., sed etiam pedestri oratione scripsisse e Suidae tabula constet *περὶ τῶν ἐν οἰκουμένην ποταμῶν* et *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* fortasse his se libellis praeparantem ad docta poemata. Qua cum ratiocinatione concinit quod Callimachum epyllium Galatae titulo insigniuisse scimus, quo solo titulo et Polyphemi et Acidis amores comprehendere licebat. Denique si reputamus non sine aliqua probabilitate ad Callimachum referri multos colores, quibus Ouidius exornarit Polyphemi figuram praeter Theocriteos, non temerarium uidetur indagare, num qua ex frustulis Callimacheis uel ex iis, quae sine poetae nomine per lectorum corpora conglobata uagantur, cum ali-



qua specie ueri hac in materia stationem possint recuperare: fr. 512 Schn. (schol. Theocr. VIII, 30):

*ἰῶζων δ' ἀν' ὄρος*

solent accipere Diltheyum de Callim. Cyd. p. 88 secuti 'de Hercule Hylae nomen per montes clamitante' nisi codicis Ambrosiani p. 63 Ziegler. auctoritate, qui explicat: *Ἰῶγκτά· κράκτης· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἰῶζειν· Καλλιμάχος* etc. (cf. Hesych. s. u. *ἰῶζει*). Huius autem codicis praestantia propterea hoc loco non tuetur scholii pretium, quod ululandi notio cum Theocriti loco conciliari nequit, qui solam admittit alteram explicationem (Ahr. II p. 290) *ἰῶγκτά· ὁ στροικτῆς ὁ λιγύφθογγος· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἰῶκτῆς· Καλλιμάχος* etc. Videtur autem de notione uocabuli *ἰῶγκτά* lis orta esse inter grammaticos cum grauitate quadam urgentes *τοῦτο γὰρ σημαίνει* et *τοῦτο γὰρ δηλοῖ*. Nos uero in Callimachi quoque loco, non solum in Theocriteo, 'clare ad fistulam canendi' unice ueram fuisse significationem illius uerbi e scholio concludentes Callimachi fragmentum referimus ad Cyclopem tanta uoce in litore canentem, ut repercutiatur sonitus Aetnae rupibus, ut dicit Ouidius met. XIII, 785sq.:  
*senserunt toti pastoria sibila montes,  
 sensérunt undae.*

Ipsi cantilenae Cyclopis attribuere placet quae seruauit Choerobosc. in Theodos. p. 384, 3 (= Bekk. An. p. 1209) fr. 475:  
*ὡσπερ ἀπὸ τοῦ γῆρας (γῆρος) καὶ ἀπὸ τοῦ δέρας δέρος, οὔτω  
 καὶ ἀπὸ τῆς ὕδας εὐθείας, ἐξ ἧς ἡ γενικὴ ὕδατος, γίνεται  
 ὕδος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ*

*ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήτεια κάμινος.*

*Ὀπτήτεια* elegantissimum est inuentum Naekii de Hecal. p. 170 pro tradito *ὀπτήρα*, qui de figulo aliquo haec uerba accipit fretus Hes. opp. u. 61; aliter alii, quos refutare in fragmentis interpretandis neque opus est nec fructuosum. Nos existimamus ibi haec uerba a Polyphemo cantata esse, ubi antri sui amoenitates enumeraret, commoti maxime uerbi *ἔστιν* collocatione insigni cf. Theocr. XI, 45 sqq. Potuit sane Cyclops Nereidi soli mari aduetae polliceri tria elementa naturae: primum aquam, quam imprimis amabat, deinde terram, denique

ignem; *ὀπτήτειρα* autem *κάμινος*, quam nos de culinaria intellegimus fornace, indicare uidetur palati elegantiam, quam retinuisse e comoedia doctum decet Alexandrinum.

Concessit agrestis uir se pulchritudine non praestare; nihilominus ut ueniat in antrum orat Galateam fortasse his uerbis

*ἔμπα γε μὴν ἴθι δεῦρο*

Apoll. Dysc. de adu. p. 154, 25 Schn. (Schneid. fragm. anonym. 267). Inter hoc et praegressum fragmentum ni fallimur interponendi erunt uersus ab Athenaeo ex Callimachi Galatea allati. Meminit uero Cyclops aemuli inuisi et nescio an effundat in eum minas sanguinolentas hasce

*τοῦ μὲν ἐγὼ ζώοντος ἀναιδέσιν ἐμπήξαιμι*

*σκῶλους ὀφθαλμοῖσι, καὶ εἰ θέμις ὠμὰ πασαίμην*

Suid. s. u. *σκῶλος*. εἶδος ἀκάνθης, ἢ σκάνδαλον (Schn. fr. anon. 58), quales apud Ouidium in *Acim* conicit met. XIII, 865 sq., ad quem locum proxime accedit eiusdem anthropophagi in *Ulixem* emissa iactatio *Ou. met. XIV, 194 sqq.*<sup>1)</sup> Propter repetitam autem uiscerum mentionem in *Suidae* loco nostro iure nobis uidetur ad explendam sententiam in proximi uersus capite addere *ἔντερα* (sc. ὠμὰ πασαίμην) uel si quid exquisitius mauis in *Callimacho* *γέντα* cf. fr. 525. Impudici autem oculi probe dicuntur ab amatore aliquo aemuli lumina, quae abstinere non potuerunt amatae forma; accedit quod unus fere, qui cruda uescitur carne humana, in Graecorum mythologia est *Polyphemus*, anthropophagus *κατ' ἐξοχήν*, cuius est quasi *θέμις* 'mos antiquitate sanctus'. Agnoscimus autem tectam aliquam notitiam Alexandrino mori conuenientem in uerbis *ἐμπήξαιμι σκῶλους ὀφθαλμοῖσιν*, quibus nescius ipse Cyclops futuram poenam et ultionem uaticinatur simili fere modo, quo apud *Theocritum* XI, 52 sq. unum oculum exuri a deliciis suis se passurum promiserat. Iam conspectis *Acide* et *Galatea* consurrexit ululans (*ὑπόρωρε βοώμενος* fr. anon. 363<sup>2)</sup>) cf. *Ou. met. XIII, 871 coll. uu. 876 sq.*) et letiferum iactum perpetrauit.

1) Ad talem fere *Acidis* mortem pertineant monumenta, quae *Welckerus* monum. antiqu. V p. 233 sq. huc refert.

2) Ex *Schneideri* emendatione.

Galatae uero lamentationem expressam esse suspicamur in uersu anonymo ab interpretibus multifariam tentato neque intellecto fr. anon. 341: schol. *A* ad II. XXIII, 254: *πᾶσα δοτικὴ δισύλλαβος ἐπ' ὀνομάτων εἰς τὴν λήγουσα ὀξύνεται, ἡρωτί δαιτί Κρητί. οὕτως οὖν καὶ λιτί. τούτω γὰρ τῷ λόγῳ καὶ βλητὶ ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν.*

*νύμφα φίλη, καὶ βλητὶ λίθῳ ἐνὶ δάκρυον ἦκας.*

Acquiescendum erit in notione adiectiua uocis *βλής*, cum quae contra monuit Lobeckius Paralipp. p. 82 (Lehrs. Herod. scr. tr. em. p. 326) non uideantur sufficere ad Herodiani (Lenz. II p. 121) et qui eum secuti sunt Theognosti canon. in Cram. anecd. Ox. II p. 134, 23 et scholiastae Eurip. Or. u. 18 auctoritatem infringendam; uidetur autem ipso sermone scholii notio adiectiua e regula exempta et per analogiam tantum huc trahenda indicari. Nimirum Galatea immoderato dolore subacta lacrimas infundere dicitur iacto lapidi, qui 'totum obruit Acin', lacrimarum flumine fortasse fluuium procreans. Potuit uero apte poeta uocatiuo adloqui nympham, ut significaret auctum affectum, qui usus passim obseruatur apud poetas antiquos cf. Ou. met. XIII, 765; illud autem *καί* ad alterum uerbum praegressi uersus referendum erit.

Sed ne coniectandi conglutinandique studio in cassum abripiamur, id unum hoc nostro conamine qualicumque effecisse nobis uidetur, ut Acidis fabellae auctorem Ouidio fuisse Callimachum non sine probabilitate credi possit. Simul epyllii Callimachei tenebras aliquantum dispellere studuimus Acidis mythum ei uindicantes, cui opinioni calculus inde adicitur, quod sic tantum intellegimus, quomodo poeta tritas orbitas aspernans post Theocriti curas ad idem argumentum allectus sit tractandum. Si uero in illa fabula Cyrenaeum adhibuit Romanus poeta, etiam in ceteris Alexandrini poematii laciniae erunt agnoscendae, quas ex parte auctori restituere conati sumus.

De Ouidianis denique fontibus ut comprehendamus iudicium, non unum adiit fontem perpetuum Ouidius, sed multis ex auctoribus composuit opus musium secutus praeter ceteros Theocritum et fortasse Callimachum adhibens Homerum quo-

que et fortasse Euripidem ita tamen, ut non liqueat, quibus in rebus ipse ad hos ascenderit, quas Alexandrinis intercedentibus acceperit. Congruit hoc iudicium cum iis, quae adhuc de Ouidii metamorphoseon fontibus peculiaribus disquisitionibus ad singulas fabulas spectantibus inuestigata sunt cf. ex. gr. Surber. de fabula Meleagrea, Turici 1880 p. 124. cf. p. 13; Knaack.: Anal. Alexandr.-Rom. p. 53sq.; et quae in uniuersum recte disputauit Alexander Riese praef. edit. p. VI sq.

---

## CAPUT X.

### *De altera mythi forma.*

Casu sat miro accidit, quod inde ab Ouidii aeuo uestigia eius mythi formae, ex qua repulsam fert amans Cyclops, rarescunt, contra plena comparent nec nimis parca alterius formae, ex qua nymphae fauorem sibi conciliat. Quam ob causam satius duximus hic interponere huius rei disquisitionem, priusquam ceteras perlustrare imitationes tempore ex parte priores, uiliores pretio. Primus autem discrepantiam duarum formarum distincte ostendit Wolfgangus Helbig symb. philol. Bonn. p. 361sq. a scriptorum testimoniis profectus artificumque opera secundum illam differentiam recensens et discernens; breuius eandem rem repetiit libri de pict. pariet. Camp. multis locis, praecipue p. 197. Immerito eum huc traxisse Theocriti eclogam VI supra p. 244sq. monuimus. Euincit rem Nonnus, qui passim in Dionysiacorum libris Polyphemi et Galateae coniugum mentionem inicit. Exstant autem uestigia in altius aeuum porrecta, ut Propertii uersus IV, 1, 45 sq. L. (III, 2, 5 sq.):

quin etiam, Polypheme, fera Galatea sub Aetna  
ad tua rorantes carmina flexit equos.

Sed uidentur nobis hi uersus minus poematum quam artis operum memoriam prodere propter rorantium equorum insigne simile delphinis, quibuscum semper fere Galatea in picturis comparet. Nec multum iuuamur Appiani Illyr. 2 memoria:

φασὶ δὲ τὴν μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ τοῦ Πολυφήμου γενέσθαι. Πολυφήμῳ γὰρ τῷ Κύκλωπι καὶ Γαλατείᾳ Κελτὸν καὶ Ἰλλυριὸν καὶ Γάλαν παῖδας ὄντας ἐξορηῆσαι Σικελίας καὶ ἄρξαι τῶν δι' αὐτοὺς Κελιῶν καὶ Ἰλλυριῶν καὶ Γαλατῶν λεγομένων.<sup>1)</sup> καὶ τότε μοι μάλιστα πολλὰ μνθεόντων ἕτερα πολλῶν ἀρέσκει, quod testimonium hoc unum certe uidetur probare non abhorruisse ab antiqua uulgi opinione conubio coniunctos esse Polyphemum et Galateam, qua cum re bene consentiunt quae tradunt schol. Theocr. VI, 7 et Luc. de uer. hist. 2, 3 supra p. 186 laudati. Mirum est quod cum Appiano paene congruit quod Natalis Comes (uide supra p. 185) Bacchylidem testatum esse narrat. Neque igitur dubitari potest de altera forma, et suo iure Helbigius inter artis opera quaesiuit quae ad illam referret. Quodsi recte nonnullas tabulas Campanas huic generi adsignauit, reducimur ad poetarum studia, cum ipse ille uir doctus pendere hanc artem maxime ab Alexandrini aevi poesi demonstrauerit in libro s. l. Praestat autem non prius de poeticae tractationis origine quaerere, quam quid de ipsa illa tractatione sciri possit ex posteriorum uarie commista farragine eruerimus.

Qua in re non spernimus Luciani dialogorum marinarum primum cum Helbigio, qui hunc priori adnumerat formae. Collocuntur ibi Doris et Galatea de Polyphemi amore aequae atque apud Ouidium Scylla et Galatea, sed consilio diuerso. Lacessita enim a Doride Galatea et uellicata propter amatoris deformitatem defendit eum beneuola mente uirtutem et artem clariore in luce collocans. Hoc si spectas apertissimi signum fauoris, parum ualet quod c. 2 negat a se amari Cyclopem, quibus ex uerbis Helbigius concludit totam hanc laudationem instituere Galateam, ut Doridem pungat pulchritudini suae obtrectantem contra mentem scriptoris ut nobis quidem uidetur. Nimirum non superbit Galatea feri et portentosi Cyclopis amore

1) Reuocandam esse hanc memoriam ad Timaei auctoritatem docet Etym. M. p. 220, 5 sq. (fr. 37 M): Γαλατία· χώρα· ὠνομάσθη, ὡς φησι Τιμαίος, ἀπὸ Γαλάτου, Κύκλωπος καὶ Γαλατείας υἱοῦ, ubi u. Sturzii adnot. cf. Schneid. Callimach. II p. 164.

nec profecto illum deperisse credetur, sed est aliquid prae ceteris placuisse Neptuni filio, qui aliis deficientibus amatoribus uicarium se offert non plane contemnendum. Vix autem si ea mente uirtutes Cyclopi enumeraret, ut Doridi stomachum moueret, musicam artem laudasset, quam ludibrio futuram nymphae procaci non poterat non praeuidere. Intelleguntur haec tantum, si eam defendere amatorem qualemcumque statuimus nec plane perhorrescere eius caritatem, id quod non fugit inuidiosam Nereidem recte sic iudicantem c. 1: *Ἐοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἔραστήν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν*, et c. 5 fin.: *τοιούτος* (sc. ἔραστής) — *σοὶ γένοιο καὶ σὺ ἀντερώης αὐτοῦ*. Toto autem caelo distat haec Galatea a Theocritea et a fugiente id. XI et a lasciuiente id. VI, quam ob causam ad posteriorem mythi formam Lucianum uocare maluimus. Huius autem formae notitiam cui debeat Samosatenus nunc in medio relinquendum neque huius partis fons eruendus — satis habemus indagare, quid noui, unde accedat ex Luciano ad huius argumenti supellectilem poeticam. Eminent descriptio canentis Cyclopi nouis luminibus illustrata c. 4 sq.: *ἤκούσαμεν αὐτοῦ ἄδοντος ὁπότε ἐκώμασε πρῶην ἐπὶ σέ· Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἂν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πηχτὶς οἷα; κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν, καὶ τὰ μὲν κέρατα πῆχεις ὥσπερ ἦσαν, ζυγῶσας δὲ αὐτὰ καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῶδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπφρόν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπῆχει, ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυνάμεθα ἐπὶ τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ἔσματι· ἡ μὲν γὰρ Ἥχῶ οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν οὕτω λάλος οὔσα βρυχωμένῳ, ἀλλ' ἠσχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ῥῶδην καὶ καταγέλαστον. ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγάλαις ἀθρυμάτιον ἄρκτου σκύλακα τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα*. Rudis inhabilisque lyra ex cerui cornibus compacta respondet uenatori a Musis alieno, cuius uocem repercutere graunatur Echo. Necdum inuenimus initium amoris inde deductum, unde ipsa narrat Galatea c. 2: *ὅτι ποιμαίνων ποτὲ ἀπὸ τῆς σκοπῆς παιζούσας ἡμᾶς ἰδὼν ἐπὶ τῆς ῥόγος ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτης, καθ' ὃ μεταξὺ*

τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηγύνεται, ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν, ἐγὼ δὲ ἐξ ἀπασῶν ἢ καλλίστη ἔδοξα, καὶ μόνῃ ἐμοὶ ἐπέιχε τὸν ὄφθαλμόν. Simplicissima haec ratio nympharumque uitae maxime accommodata, simplicior quam Theocriti uenustum sane artificium. Denique nusquam deprehendimus iudicium aliorum de Polyphemi cantu tam fuse expositum quam fit ap. Luc. c. 4. Mittimus nunc minora. Ea autem omnia ita nobis uidentur comparata, ut elaborata reperisse Lucianum, non ipsum de suo finxisse existimemus. Ac priora illa originem clare prae se ferunt: expolita et singillatim limata descriptio Alexandrini moris est — id solum ambiguum, utrum calamo poetarum debeat sua Lucianus an penicillo artificum. Ad amussim discernere utriusque speciei imitationisque fines — semel dictum esto — non adgredimur: nobis probabilius uidetur ad artificum opera reuocare descriptiones istas, ac bene accidit, quod seruatur imago informem istam lyram ex cerui cornibus exhibens factam in comparationem uocata a Iahnio p. 416, anaglyphon uillae Albani (ap. Zoegam in opere 'Li Bassirilievi antichi etc.' II, 57) ap. Helbig. l. l. p. 368 sq., cui rei eo maiorem tribuimus demonstrandi uim, quod per se sat mirum est Lucianum, quippe qui pastorem depingat Cyclopem, non fistula eum instruere, sollemni instrumento bucolico, sed cithara (πηγτίδι). Neque aliunde figuram Polyphemi de scopulo nympharum lusum spectantis prouenisse arbitramur, quem solent artifices fingere de saxo persequentem oculo Galateam, quae praeteruehitur. Commendantur hae coniecturae eo, quod res nobis est cum uiro, quem artis peritissimum inter scriptores ueteres laudant archaeologi (cf. H. Bluemner: de locis Luciani ad artem spectantibus, Berol. 1866 p. 48 sqq.) et quem in dialogis marinis monumenta respexisse probabile (cf. Bluemner. stud. archaeol. ad Luc. Vratisl. 1867 p. 69—82, de hoc dialogo p. 76 sq.).

Contra nisi aliunde constaret poetas habuisse Lucianum auctores — nonnulla attulit iam Hemsterhusius in Reitzii edit. Luc. (Amstelod. 1743) tom. I p. 288 sqq. — probabile esset de iudicio illo a Doride facto. Acerba enim musici uiri irrisio

memoriam reuocat satyricorum comicatorumque salis uel dithyrambici aculei, qui comparare potuerunt Cyclopi cantum cum asini ruditu <sup>1)</sup>. Verba autem *ἐμελώδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπώδόν* prope accedunt ad Eurip. Cycl. 489 sq.:

*ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος  
σκαίος ἀπώδός*

uu. 425 sq.: *ἄδει ἄμουσα.*

Conuenit etiam *κωμάζειν* Luciani Cyclopi cum Eur. Cycl. u. 508. Quid aliud significatum uerbis Luciani *ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει*, quam *θρηττανεῖλό* illud, quod pro citharae sonitu, quem frustra exentiebat, esse uoluit Cyclops Philoxeni? Eandem ad poesim pertinebit quod Doris inter uitia amatoris enumerat c. 5 *κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ τράγος*, si quidem recte huic generi adsignauimus Synesii narrationem, in qua similitudinis umbra exstat haec: *ἀτὰρ μεταξὺ μέ τι καὶ τοιοῦτον ἔθραξε, μὴ τῶν κωδίων ὁ γράσος ἀηδῆς γένηται κόρη τρυφώση καὶ λουμένη τῆς ἡμέρας πολλάκις*. Doris est nobis instar ceterarum nympharum, ac fingimus in comoedia aliqua — Nereidum chorum coniectura tribuimus Antiphanis Cyclopi — Nereides eadem fere atque Doridem malignitate iudicasse cantico aliquo de Polyphemi arte musica. Comicos autem lectitatos esse et imitando expressos a Luciano res nota, non solum Aristophanem, sed etiam mediae nouaeque comoediae auctores cf. Ziegeler.: de Luciano poetarum iudice et imitatore, Gott. 1872 p. 27 sqq. p. 28 adnot. 4.

Alexandrinis autem artificibus plurimum debere Samosatenum uidimus: nunc de poetis uideamus. Nouit hercle eos, qui hac in re elaborauerunt — sollempnia enim elementa fabulae eadem — sed huius notitiae uestigia ita sua miscuit arte, ut nominatim auctorem laudare difficile sit. Videtur nobis minus

1) Adludit Doris ad prouerbia illa de asini natura insipida et a musica arte aliena sumpta: *ὄνος λύρας ἀκούων* etc. nunc hanc formam in mente habens *ὄνος λυρίζων· ἐπὶ τῶν ἀμούσων* Macar. VI, 39, quam adhibuit Lucianus loco huic consimili dial. meretr. XIV, 4: *καὶ μάλιστα ὀπόταν ἄδη καὶ ἄβροδ εἶναι θέλη, ὄνος αὐτολυρίζων φασίν*, quem attulit Leutschius in adnot. ad Diogen. VII, 33 hoc omisso.



Theocritum secutus esse, quamquam nonnulla bucolici carmina redolent cf. Luc. c. 1: ἐπιμεμηνέναι σοι et ὄρθαί μανίαι Theocr. id. XI, 11 et aequoris speculum ex Polyphemi exemplo Theocr. VI, 35:

ἧ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἧς δὲ γαλάνα,

a Doride non sine acerbitate quadam Galateae commendatum Luc. c. 3: ἀπὸ πέτρας τινός, εἴ ποτε γαλήνῃ εἶη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ ἰδὲ σεαυτήν etc. Attamen sunt quae alio ducant. Proderit cum narratione Ouidiana comparare Luciani dialogum. Mirus est consensus inter argumenta, quibus apud Nasonem Polyphemus se praedicat, defendit Cyclopem Galatea apud Lucianum. Primum illustris origo a maris rege deducta Luc. c. 1: Μὴ σκῶπτε, Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὅποιος ἂν ἧ. Ou. met. XIII, 854 sq.:

adde, quod in uestro genitor meus aequore regnat:  
hunc tibi do socerum,

deinde uirilis aspectus quem dicunt pro truci et aspero Luc. c. 1: Οὐδὲ τὸ λάσιον αὐτοῦ καί, ὡς φῆς, ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν — ἀνδρῶδες γὰρ — κτλ. Ou. l. l. 846 sqq.:

nec mea quod rigidis horrent densissima saetis  
corpora, turpe puta. turpis sine frondibus arbor,  
turpis equus, nisi colla iubae flauentia uelent,  
barba uiros hirtaeque decent in corpore saetae.

Vidimus propria haec esse Ouidii neque ex Theocrito fragmentisue Alexandrinorum hausta. Neque aliena copulabis, si Lucianum uocabulum (c. 5) ἀθρομάτιον compones cum Ouidii hemistichio u. 834: 'qui tecum ludere possint' — alterum exprimere alterum recte iam cognouit Hemsterhusius — uel descriptionem regionis illius ad mare sitae, ubi ludunt nymphae, unde Polyphemus desiderium suum mittit amatae, a Theocrito paucis absolutam XI, 17 sq., Luc. c. 2: ἐπὶ τῆς ἧόνος ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτης, καθ' ὃ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηγύνεται, cum uersibus Ou. met. XIII, 778 sq.:

prominet in pontum cuneatus acumine longo  
collis: utrumque latus circumfluit aequoris unda.

Propius ad Ovidium quam ad Theocritum accedit oculi unius mentio, de quo apud Lucianum Galatea c. 1: ὁ ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει τῷ μετώπῳ οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν ἢ εἰ δὴ ἦσαν, apud Ovidium ipse Polyphemus 851 sqq.:

unum est in media lumen mihi fronte, sed instar  
ingentis clipei. quid? non haec omnia magno  
Sol uidet e caelo? Soli tamen unicus orbis.

Similitudo inter utrumque scriptorem aperta. Contra si perpendimus discrepantias — colorum scilicet, non consilii narrationis — nihil fere merito concluditur nisi omisisse Lucianum nonnulla, imprimis antri diuitiarumque mentionem, differre scriptores ea una re, quod Samosatenus plane aliter canentem Cyclopem depingit, id quod partim ex artis monumentis partim ex antiquiore poesi repetendum esse censuimus. Quid igitur statuamus? Dicent imitatione poetam Romanum expressum esse a philosopho Graeco. At uero est controuersia inter uiros doctos, utrum Lucianus scriptores Romanos lectitarit uel imitatus sit necne. Quamquam enim constat sciuisse Latine Samosatenum ipsius testimonio pro laps. c. 13, tamen iure dubitarunt, num scriptores Latinos dignos habuisset quibus studium nauaret. Ut nunc res habet, nondum refutatum uidetur quod primus contendit F. A. Wolf ad Hor. sat. I, 1, 15 Lucianos, Maximos Tyrios al. nondum imitari Romanos, raro legere, cui ad stipulatus est C. F. Hermann opusc. p. 224. Aliter sentiunt ex gr. Iacob. ad Luc. Alexandr. 15. Grauert. anal. hist. et phil. I p. 162 adnot. Qui ultimus in rem inquisiuit Zieglerus l. l. p. 42 sqq. recte iudicasse Wolfium affirmat, cuius sententiam fidei non absonam esse hac aetate demonstrant aliorum exempla a uiris doctis allata, ut Plutarchi, Libanii. Quamdiu igitur altioris indaginis disquisitione de Luciani studiis litterarum Romanarum non sine fructu ut uidetur instituenda caremus, fluctuabit iudicium. Si egregiae famae uiris credere licet, necessario hac in quaestione ad communem<sup>1)</sup> Luciani et Ouidii fontem relegamur poetam illum quidem, non artificem. Nam

1) Proprios fuisse Luciano auctores existimauit Hemsterhusius l. l. p. 291 ad lin. 57.

de huius exemplo cogitari non potest nisi in litoris descriptione, cetera ab artificum facultate abhorrent. Recuperauimus igitur fortasse antiquioris poesis reliquias, quas Alexandrinorum aetati restituere non dubitamus. Iam cum nonnullos Ouidii pannos ex Callimachi textrina petitos coniectauerimus, si quis communem illum auctorem Callimachum nominaret, non contradiceremus quamuis testimoniis destituti.

De Luciani igitur fontibus in dialogo marino I adhibitis sententia nostra haec est. Colores collegit doctus Samosatenus praecipue ex Alexandrini aevi arte et poetica et monumentaria non spernens doctrinam altius repetitam comoediaeque lectione nutritam. Nomina poetarum latent; eos certe, quorum poemata aetatem tulerunt, minus uidetur expressisse. Propria ingenii Luciani est dialogi tota indoles: Galatea defendens reum amatorem; et hanc ob causam alterius mythi formae iure ei uindicatur notitia.

Quae quidem forma manifesto exulta et absoluta primum cernitur in Nonni Dionysiis. Mutui autem amores Polyphemi et Galatae ueri quidem illi apertique, non simulati occultius primum hic proponuntur, ut hinc demum quasi in firmo fundamento superstruere liceat inuestigationem. Satis uero memorabile est quod sic mytho mutato ea persona, quam fere minore studio excoluerant poetae, Galatea acrius incitat facultatem poeticam seque substituit in locum coniugis, quem uoti compotem factum deserit poetarum certatio. Solet enim Galatea a Nonno laudari inter illustrissimas et pulcherrimas nymphas eadem qua Thetis aestimatione cf. Dionys. I, 58. IX, 81. XXXIV, 80; et est inter celeberrima exempla puellarum marinarum, quae Amoris potestati cesserint cf. XL, 553sqq.:

τοσσατίης δὲ

ἔξ ἀλὸς αἶμα φέρουσα καὶ οὐκ ὀλίγη ἀπὸ πηγῆς  
 ἱμείρει Γαλάτεια μελιζομένου Πολυφῆμον,  
 καὶ βυθίῃ χερσαῖον ἔχει πόσιν, ἐκ δὲ θαλάσσης  
 πηκτίδι<sup>1)</sup> θελγομένη μετανάστιος εἰς χθόνα βαίνει.

1) Πηκτίς, quam apud Lucianum citharae simile instrumentum cognouimus, non differt a fistula apud Nonnum cf. XLIII, 393, impr. XLIII, 217.

Optime hic locus amoris rationem delineat. Conubio uere coniuncti sunt amantes, et solet Cyclops fistulae cantu coniugem e patriis undis in continentem allicere. Impetrauit igitur nympha a se, ut nonnumquam ualere iuberet dulcem fluctum in antrum Polyphemi uentura, quod frustra rogat ille apud Theocritum; cf. etiam Dionys. XLIII, 103 sqq. Attamen amor per tempestatem inundationemque Deucalionem paulum intermittitur, quamquam non desinit delectari dulci cantu Cyclopis amata fidem seruans coniugi nec lasciuo Pani se committens, cui respondet VI, 319 sqq.:

*Πὰν φίλε, σὴν ἀνάειρε δι' οἴδατος ἄπλοον Ἠχώ·  
μή με μάτην ἐρέεινε, τί σήμερον ἐνθάδε βαίνω,  
καὶ γλυκερὴν περ ἑοῦσαν ἔω Κύκλωπος ἀοιδῆν.  
ἄλλον ἐμοὶ πλόον εὗρεν ὑπέρτερον ὑέτιος Ζεὺς·  
οὐκέτι μαστεύω Σικελὴν ἄλα· τοσσατίου γὰρ  
τάρβος ἔχω νιφετοῖο καὶ οὐκ ἀλέγω Πολυφήμου.*

Nec minore ardore flagrat Polyphemus, qui, cum ceteri Cyclopes a Baccho stantes contra Indos arma induant, solus detrectat pugnam retentus Galateae flamma cf. XIV, 61—66, etsi Neptuni patris tridenti instructus facile totam Indorum gentem profligare poterat cf. XXXIX, 273—291, non curans Thoosam matrem, quam pudet, quod filius ingens propter mollem affectum deposuit priscam fortitudinem cf. XXXIX, 292—294. Ipsa uero Galatea uehementi angore sollicitatur, ne Polyphemo quid accidat in bello cf. XXXIX, 259 sqq.:

*καὶ φρονίου Κύκλωπος ἀλιπτοίητον ἐννώ  
δερχομένη δεδόνητο, φόβω δ' ἤμειψε παρειάς·  
ἔλλετο γὰρ Πολύφημον ἰδεῖν κατὰ φύλοπιν Ἰνδῶν  
ἀντία Δηριάδαο συναιχμᾶζοντα Λυαίω·  
ταρβαλέη δ' ἰκέτενε θαλασσαίην Ἀφροδίτην  
νῆα Ποσειδάωνος ἀριστεύοντα σαῶσαι,  
καὶ γενέτην φιλότεκνον ἐφ' υἱεῖ Κυανοχαίτην  
μαρναμένου λιτάνευε προσσπίζειν Πολυφήμου.*

Bello huic teneri affectus documento respondent nonnulla, quae ad familiaritatem coniugum depingendam felicissime inuenta sunt. Sic Galatea manum armat ingenti claua Polyphemi, cum

Bacchi et Neptuni de Amymones matrimonio exarserit certamen cf. XLIII, 266 sq., sic fistula canere didicit a marito (cf. Verg. ecl. II, 31. 34) et nuptialia carmina solet prae ceteris Nereidibus praestantissime recitare, ueluti in nuptiis Neptuni et Amymones XLIII, 390 sqq.:

*καὶ ζυγίην Γαλάτεια διακρούουσα χορείην  
ἄστατος ὄρχηστῆρι ποδῶν ἐλελίξειτο παλμῶ,  
καὶ γάμιον μέλος εἶπεν, ἐπεὶ μάθε καλὰ λιγαίνειν  
ποιμενίη σύριγγι διδασχομένη Πολυφήμου,*

similiter in nuptiis Bacchi et Pallenēs cf. XLVIII, 196 sq. Tales potissimum colores pro subtilioris artis reliquiis habeamus non bacchantem Panopolitanum minutas has res expoliuisse arbitrati. Ceterum praeter hos lepores non multum lucri percipimus ex Nonni mentionibus, quae secundum consilium totius operis non immorantur singulis rebus adornandis, sed ut uersuum impetus ad alia argumenta properant.

Unde sumpserit sua Nonnus dici uix poterit: in usu habet tritam huius mythi supellectilem et uidetur quae multum legendo memoriae infixerat sua Minerua in Bacchicarum fabularum orbem inseruisse.

Atque haec quidem exstant litterarum de altera illa mythi forma testimonia, quibus accedunt monumentorum, quorum de fide Helbigio l. l. p. 363 sqq. in uniuersum credimus. Reputanti autem, quo tempore primum haec altera forma compareat, quibus potissimum testibus firmetur, dubium esse nequit, quin posita sit in Alexandrinae poesis fundamento. De ipso poeta nihil constat; et coniecturam si periclitabimur, memores uolumus si qui legent, dubitationi quaecumque excogitentur sua natura esse obnoxia.

At nondum tractauimus testimonium aliquod in hypothesi idyllii XI Theocritei latens, ubi legitur: *προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῶ Νιζία Μιλησίῳ τὸ γένος, οὗ καὶ ποιημάτιον φέρεται ἀντιγεγραμμένον πρὸς Θεοκρίτου Κύκλωπα* (sic Meinekus), *οὗ ἢ ἀρχή·*

*ἦν ἄρ' ἄληθες τοῦτο Θεόκριτε· οἱ γὰρ Ἔρωτες  
ποιητὰς πολλοὺς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.*

ἐπιγράφεται δὲ Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια. γέγονε δὲ κατ' ἐπιγράμματα τι συμφοιτητῆς Ἐρασιστράτου ἰατροῦ Μιλησίου, ὡς φησι Διονύσιος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ Ἰατρῶν ἀναγραφῇ. Verba ἐπιγράφεται δὲ Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια, quae non omnibus codicibus exhibentur (desunt etiam ab Ambrosiano 222) Meinekio fortasse post ἀναγραφῇ reicienda esse ait. Unus Helbigius pro genuinis videtur habuisse, qui l. l. p. 362 dicta putat de responso Niciae. Ac codicibus quidem hac in re non multum tribuendum, cum librorum in hypothesis auctoritas nondum ea qua par est diligentia explorata sit cf. Ahrentis edit. schol. p. LXVI, 2. Ut traduntur libris uerba illa non possunt referri nisi ad ποιημάτων illud Niciae neque aliter concludi quam scripsisse medicum Milesium epyllium, cui titulus esset Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια, id quod Helbigius contendit <sup>1)</sup>. At enim aegre ferunt subiecti mutationem in sequenti uerbo γέγονε, ubi subaudiendus est Nicias, statuendam. Nonne autem eadem manet offensa eliminata sententia? quandoquidem ne in praecedentibus quidem Νικίας subiecti uicibus fungitur, sed in enuntiato primario Θεόκριτος, in secundariis ποιημάτων et ἀρχῇ. Quanto uero magis hiat sensus, ubi cum Meinekio ad finem hypothesis relegauerimus ea uerba tunc ad Theocritei idyllii titulum referenda! Accedunt alia, quae huic coniecturae officiant. Statuendum erat Meinekio ad marginem illa quondam adscripta postea falso loco irrepsisse. Primum non uideamus, cur opus fuerit talia adscribi, cum neque semper tituli eclogarum apertis uerbis in argumentis memorentur cf. hyp. id. I. VIII. IX. XIV al. et huius idyllii indicetur uerbis utriusque recensio communibus: ὑπόκειται ὁ Κύκλωψ. Deinde ubicumque laudatur titulus, semper fere utuntur praesenti tempore, non perfecto <sup>2)</sup>, semper collocant in capite totius hypo-

1) Pro uerbis traditis ἀντιγεγραμμένον ὑπὸ Θεοκρίτου πρὸς Κύκλωπιν iam Crispinus coniciens in Bucolic. edit. a. 1570 p. 75 ἀντιγ. ὑπὲρ Κύκλωπος πρὸς Θεόκριτον de eodem argumento utriusque poematii cogitauit.

2) E cod. Medic. 37 Zieglerus in Theocr. ed. III p. 195 edidit in hyp. id. XII ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδίλλιον Ἄϊτας, ubi propter sequentia perfecta prius uidetur inductum.

thesis his formulis: ἐπιγράφεται τὸ εἰδύλλιον, ἐπιγράφεται τὸ εἰδύλλιον τοῦτο, ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον cf. hyp. id. II. III. IV. V. VI. VII. X. XII. XIII. XV. XVIII. Perfectum adhibetur, ubi ipsa opera poetae praeterita significatur, ueluti hyp. I: αὕτη ἢ ὑπόθεσις εἰς Λάφριν γέγραπται (sic codd. B. D. P.), XVI: τοῦτο τὸ εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἰέρωνα, XVII: τοῦτο τὸ εἰδύλλιον εἰς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον ἐπιγέγραπται, XXIX: γέγραπται τοῦτο εἰς παῖδα ἀποστρεφόμενον, similiter ἐπιγέγραπται δὲ οὕτως secundum uulgatam lectionem in hyp. id. XII in sequentibus ἐπεὶ καὶ etc. causa addita; uel de dialecto hyp. id. XII: γέγραπται δὲ Ἰάδι διαλέκτῳ, XXVIII: γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ. Iam habemus perfectum ἐπιγέγραπται. Quod si de Theocritei carminis titulo acciperemus, contra usus constantiam faceremus; sin de Niciae epyllio intellegimus, suo iure stat, quoniam praesens non admittebatur praegresso perfecto ἀντιγεγραμμένον. Amplectimur igitur testimonium de Niciae carminis titulo nec causam uidemus, cur diffidamus huius hypothesis priore plenioris auctori ut uidetur eruditione minime uulgari instructo. Habemus initium responsi:

ἦν ἄρ' ἄληθες τοῦτο Θεόκριτε· οἱ γὰρ Ἔρωτες  
ποιητὰς πολλοὺς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους

(cf. Plut. quaest. sympos. I, 5). Recte primus Wuestemannus in edit. p. 166 sq. e particula ἄρα conclusit 'ipsum Niciam remedii uim usu expertum esse', epistulam igitur mittere amico, qui eum consolatus erat, quasi tranquillitatis receptae documentum. Cyclopi autem amores eum sic enarrasse, ut repulsam ferret infelix amator eodem quo apud Theocritum modo, quis credet? Nonne ueri simillimum est sic eum respondisse, ut effectum cantus ad summum auget culmen Cyclopemque amore potitum, fauorem non denegantem Galateam exhiberet, qua re titulus Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια suum acumen recuperaret?

Sic igitur nobis fingimus rem: Deperierat puellam Nicias parum felix, remedium suppeditarat Theocritus a Polyphemi exemplo petitum Musas, adhibuerat medicus et uoti compos factus erat. Quod non latuerat Theocritum confirmat iam

Nicias amoris felicitate elatus non nescio amico — sic ἄρα particulae uim persentiscimus — respondens idemque illud exemplum ad ea quae ipse expertus erat adaptat. Talem quidem rationem a doctorum illius aetatis poetarum commercio non putamus alienam fuisse, quippe qui subtilitate rationum haud semper natiua solerent certare et inuicem sese lacessere. Ac fortasse Theocritus non tacuit lacessitus, sed idyllio VI rursus in amicum uertit irrisionis acumen comparans eum cum Cyclope superbiente, sed a Galatea illuso, quod carmen misit ad communem amicum ob familiaritatem initiatum, Aratum (cf. id. VI, 2). Neque igitur suffragamur Kreussleri (obseru. Theocr. 1870 p. 8 sq.) rationi (probatae ab Hartungio indic. philol. VIII p. 124), qui mutuorum carminum orbem compositum putat ex Niciae carmine aliquo 'pleno aerumnae amatoriae ac desperationis', non superstiti, consolatorio Theocr. id. XI, responso Niciae lacero, idyllio Theocr. XIII ad Niciam misso, et 'aliquando propter commune argumentum uno uolumine editum'. Idyllio enim XIII et ipso ad amorem spectante et excusationem ab heroico exemplo petente, exemplo tamen non puellae aestus, sed pueri delicati, parum eleganter Alexandrinum certe poetam ad pristinam flammam respecturum fuisse ipse confidimus doctissimus nobisque in paucis colendus auctor illius conexus largietur. Nicianae poesis reliquiae minores sunt, quam ut quomodo tractauerit rem doctus medicus diuinare possimus, nouem epigrammata dedicatoria pleraque, unum irrisorium (Anthol. Pal. XI, 398). Attamen talis mutationis auctorem existere potuisse Niciam persuadet magis quam Theocriti iudicium de amico beneuole factum id. XI, 6. XXVIII, 7 Meleagri Gadareni aestimatio, qui eum dignum existimauit quem reciperet in *στέφανον* Anthol. Pal. IV, 1, 19 sq. (cf. Iacobs. Anthol. Gr. tom. XIII p. 923).

Coniecturam nostram proposuimus, quomodo factum esse possit, ut in poetica studia induceretur altera forma: non dubitamus, quin perrexerint alii poetae scholae Alexandrinae eam excolere atque adornare, unde in Nonni et Luciani enarrationes lumina deuenerunt (uide etiam Helbig. l. l. p. 366 fin.).



## CAPUT XI.

*De auctoritate fabulae in posteros propagata.*

Comprehendere placet hoc capite non solum quae restant huius mythi apud posteros mentiones, sed etiam, qua ratione et tota indoles et singuli τόποι a poetis conditi et seruati in sequentium scriptorum memoriam et consuetudinem abierint. Afferemus igitur quos philologi dicunt locos parallelos ex parte iam congestos magis quam certo consilio digestos ab editoribus, quibus multa nos debere confessi nomina laudare breuitatis ergo supersedemus. Neque uero ualemus uniuersum litterarum posteriorum campum perlustrare, sed praecipue in bucolicae poesis auctores omnes illos quidem Theocriti sectatores inquirere constituimus, quantum possumus etiam ad reliquorum imitatorum cateruam euagaturi.

Notissima erat imago Polyphemi pastoris de litore Galateam retinere conantis et in poetarum apparatus mythologicum recepta, quod non modo probat Propertii locus supra allatus, sed etiam Val. Flacc. Arg. I, 134 sqq.:

hanc (sc. Thetim) Panope Dotoque soror laetataque fluctu  
prosequitur nudis pariter Galatea lacertis  
antra petens; Siculo reuocat de litore Cyclops.

Etiam Martialis hoc argumentum in tritis fabellis laudat Alexandrina arte caelatis epigr. IV, 49, 6 cum tragoediis opponens epigrammatis suis (cf. X, 4) ut etiamtunc et lectitatum et tractatum. Neque oblitteratum est ultimis senescentis poesis Graecae exodiis, sed quasi flamma semel noua capit incrementa, priusquam obliuione obruatur, per Nicetam Eugenianum, qui poeta ut huius mythi sic huius enumerationis agmen claudet. Iam supra monuimus ad Polyphemi potissimum exemplar caelatum esse typum cantilenae amatoriae, imprimis eam sententiam, ex qua remedium ardoris iis qui amant obtingit cantando (cf. Philox. fr. 7; Theocr. XI, 1 sqq. coll. XIV, 52 sq.; Callim. epigr. 47; Bion. fr. XVIII, 3). Cuius sententiae fila late distenta cf. uersum intercalarem apud Nemesianum ecl. IV:

cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.

ecl. II, 14 sq.; Aristaen. ep. I, 8; Nic. Eug. III, 310. IV, 379 sq., qui *προφήν* appellat *τὴν σιωπὴν τῆς νόσου* VI, 353, cuius VI, 376 sq. nullum remedium agnoscit nisi *περιπλοκὴν τε καὶ γλυκὴν γάμον*, quem pannum suffuratus est ex Longi loco pastor. p. 266, 27 sqq.<sup>1)</sup> e memoria Theocriteae sententiae XI, 1 sqq. scripto cf. Char. Aphrod. p. 110, 23 sqq. Manserunt per posteriorum imitationem expressi etiam *τόποι* erotici carminis ad mulcendam inuitandamque puellam cantati, qui magis minusue integri redeunt in cantilenis amatorii praecipue bucolicorum poetarum, quae exstant fere haec: Theocr. id. III. X. Verg. II. VIII. Calp. III. Nemes. II. IV. Theocriteum ordinem secuti similia conferemus.

Comparatione pulchritudinem amatae celebrandi mos, quem a Theocrito hunc in mythum inductum — fortasse secundum lyricos poetas Aeolicos (cf. Sapph. fr. 122. 123) — ab Ouidio rhetorice exaggeratum uidimus, in consuetudinem abiit amantium non modo adhibitis comparatiuis cf. Verg. ecl. VII, 37 sqq.:

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,  
candidior cyenis, edera formosior alba;

Calp. III, 10: mobilior uentis o femina; Nemes. IV, 14:

Inmitis Meroe rapidisque fugacior Euris

(cf. Ou. met. XIII, 807); cf. etiam larga apud eroticos scriptores exempla Long. p. 251, 32 sq.: *τὸ πρόσωπον ὅτι λευκότερον ἀληθῶς καὶ τοῦ τῶν αἰγῶν γάλακτος*. p. 252, 12 sqq.; Xen. Ephes. p. 337, 15 sq.; Eustath. M. p. 217, 10 sq.; Nic. Eug. VI, 356 sq. 635 sqq.; Alciph. III, 1, 2; Anthol. Pal. V, 48. 121. 56, 6. 236, 4 al., sed etiam alia ratione comparandi cf. Ach. Tat. p. 57, 24 sqq.; Eustath. p. 213, 25 sqq. 227, 22 sqq. 235, 1 sq. 256, 25 sqq.; Nic. Eug. II, 299 sqq. III, 336 sqq. IV, 122 sqq. (uide quae de dearum comparatione disputauit Rohdius de fab. Roman. p. 155 sq. c. adnot.).

Solent amatores infelices et uenustatem et asperitatem puellae pueriue allocutionibus suis intexere ut Polyphemus

1) Solemus afferre eroticos scriptores pedestri oratione usos secundum Hercheri editionis paginas.

Theocriti id. XI, 20:21, Ouidii met. XIII, 789—797: 798—807; cf. Verg. ecl. II, 6 (O crudelis Alexi): 17. 45 (O formonse puer); Nemes. ecl. IV, 14 (Inmitis Meroe): 38 (Meroe formosa). 20 (puer o crudelis Iolla). 44 (saeue puer): 72 (plus est formosus Iollas).

Ac quem uidimus Cyclopi maxime placuisse, candor<sup>1)</sup> nymphae marinae (cf. impr. Lucian. dial.) summum obtinet locum inter colores pulchritudinis cf. Ach. Tat. p. 42, 8 sqq. 139, 32 sq. (*γάλακτι ἂν εἶπες αὐτῆς τὸ πρόσωπον κερχῖσθαι*); Char. Aphrod. p. 28, 31 sq.; Eustath. p. 184, 10 sq. (*τὸ λευκὸν ἄκρατον* cf. Luc. de Galatea l. l. c. 3: *ἡ ἀκράτως λευκή*); Nic. Eug. I, 123. II, 209. 345. IV, 120. 239 sqq.; Aristaen. ep. I, 1; Anth. Pal. V, 48.

Querellas intermiscent cantores de fastu puellae amatoriis praestigiis ut Cyclops Theocr. XI, 19. 24. 29. Ou. met. XIII, 869; cf. Theocr. III, 6 sq. 24. 52; Verg. ecl. II, 6 sq. 19. 56. 60; Calp. III, 59; Nemes. ecl. II, 40. 59. 69. IV, 15 sqq., narrant originem primam amoris (Theocr. XI, 25 sqq.) cf. Theocr. II, 65 sqq.; Verg. ecl. VIII, 37 sqq.:

Saepibus in nostris paruam te roscida mala  
 (dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.  
 alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;  
 iam fragilis poteram ab terra contingere ramos.  
 ut uidi, ut perii! ut me malus abstulit error!

*χαίρουσι γὰρ οἱ ἐρωῶντες εἰς τὰ ἐρωτικὰ προστάγματα* (cf. supra p. 234) Ach. Tat. p. 119, 1 sq.; cf. ib. p. 112, 9 sqq.

Deformitatem, qua deterrent amatam, deprecantur et nullam esse ei persuadere student (Theocr. XI, 30 sqq. coll. c. VI, 34 sqq.; Ou. met. XIII, 840 sqq.); cf. Theocr. III, 8 sq. et — pretiosum exemplum Ps.-Theocr. XX, 19 sqq.; Verg. ecl. II, 25 sqq. VIII, 33 sqq.; Calp. II, 84 sqq.; Nemes. II, 74 sqq.; Long. p. 250, 27 sqq. 251, 8 sqq., nec dubitamus, quin singuli colores ex descriptionibus Polyphemi appicti sint superciliosae puellae

1) Unus candidae attributum denegasse Galataeae uidetur Statius silu. II, 2, 20, ubi 'uiridis' appellatur.

opprobriis, qualia leguntur Ps.-Theocr. XX, 2 sqq.; Alciphr. III, 28; cf. etiam Long. p. 251, 1 sqq. al.

Varia sunt lenocinia et inuitamenta, quibus allicere uel reconciliare student fugientem, primum diuitias nimia iactatione exornant (Theocr. XI, 34 sqq.; Ou. met. XIII, 821 sqq.) cf. Verg. ecl. II, 19 sqq.; Calp. ecl. II, 68 sqq. III, 63 sqq.; Nemes. ecl. II, 35 sqq., deinde musicae artis peritiam sibi uindicant egregiam (Theocr. XI, 38 sqq.) cf. Ps.-Theocr. XX, 28 sq.; Verg. ecl. II, 31 sqq.; Calp. III, 55 sqq.; Nemes. ecl. II, 82 sqq. IV, 41 sq.; Long. p. 301, 1.

Porro exquisitissima pollicentur munera (Theocr. XI, 40 sq. 56 sq. [cf. u. 10]; Ou. met. XIII, 831 sqq.), ueluti pastores praecipue gregis pullos, maxime geminos cf. Verg. ecl. II, 40 sqq. (duo capreoli); Nemes. II, 67 sq. (geminae palumbes): Verg. ecl. III, 68 sq. Calp. III, 76 sqq.; Alciphr. I, 27, 1 (*ἀλεκτρογίδων ζεύγος*); cf. etiam Theocr. III, 34. V, 96. 133; Calp. III, 77 sq.; Nemes. II, 67 (lepus); Nem. II, 61 sqq. (luscinia); Long. p. 250, 18 sq.; Alciphr. I, 6, 3. 18, 1 (pisces); Theocr. IV, 35 sqq. (iocose 'taurus'); cf. etiam Hedylae poetriae uersus ex Scylla elegia propter marinum argumentum huic fabulae cognata (uide Rohd. l. l. p. 91) superstites ap. Athen. VII p. 297 b. Praeterea offerunt fruges, ut poma sollemnia cf. Theocr. III, 10 sq. II, 120; Verg. ecl. III, 70 sq.; Long. p. 250, 17, saepissime, flores, ueluti Theocr. III, 21 sqq.; Calp. ecl. III, 78 sqq.; Long. p. 250, 17; Anth. Pal. V, 74. 147. Habitacula autem sua pinguibus pingunt coloribus nec dulciorem agnoscunt locum per uniuersam rerum naturam (Theocr. XI, 44 sqq.; Ou. met. XIII, 810 sqq.) cf. Verg. ecl. I, 79 sqq. VII, 49 sqq. IX, 39 sqq. X, 42 sq.; Calp. ecl. II, 60 sqq.; Nemes. IV, 38 al. nec minus studiose communes labores, communes uoluptates proponunt exoptandas (Theocr. XI, 65 sq.) cf. Verg. ecl. II, 28 sqq.; Calp. III, 53 sq. 68 sq. al. Polyphemus minitatur matri se aerumnas excitaturum Theocr. XI, 70 sq., insaniore amatores ipsos sibi mortem conscituros dicunt cf. Theocr. III, 9 (Char. Aphrod. p. 9, 5 sq.). 25 sqq. 53 sq.; Verg. ecl. VIII, 59 sq.; Calp. ecl. III, 86 sqq. al. Etiam zelotypiam amatae student instigare: ut apud Theocr. XI, 75 sqq.; VI,

25 sqq. Polyphemus, sic Corydo apud Verg. ecl. II, 69—73; cf. uu. 43 sq. Haud rara est mentio magae, quam adierunt amoris remedium petentes (Theocr. VI, 39 sq.) cf. Theocr. III, 31 sqq. II, 91; Nem. IV, 62 sqq.

Haud ignoramus ampliore circuitu imitationum hanc uenaturam posse institui latiusque retia tendi, praesertim si omnes ii loci adsumantur, ubi describitur amator repulsam ferens, quibus abundant epistularum scriptores Graeci, imprimis Alciphro cf. I, 27. 35. II, 2 al. et Aristaenetus cf. I, 14. 27. II, 20 al.: sufficiat tamen grauiora monstrasse.

Non raro commemorantur Polyphemus et Galatea a posterioribus. Sollemne exemplum feritatis et saeuitiae inhospitalis praesto est Polyphemus uel Cyclops omnibus fere poetis cf. Ou. ex pont. II, 2, 111. IV, 10, 23 Korn.; Sen. Thy. 582 sqq.; Petron. c. 101; Val. Flacc. IV, 104 sqq.; Sil. Ital. XIV, 527 sqq.; Claudian. XXXVI, 355 sq. al. cf. etiam Cic. in Verr. act. II, 5, 56, 146 itemque uoracitatis cf. Ou. met. XV, 93; Petr. c. 98; Sil. It. XV, 428 sqq.; Claudian. XX, 377 sq. al. uide Alciph. III, 51 (*Αιμοζύζλωψ*); Philostr. uit. Apoll. IV, 36 (Iacobs. ad Philostr. im. p. 503). Acceptam ille praebet irrisionem uno oculi hominis cf. Ael. uar. hist. XII, 43; Solin. p. 73, 17 sqq. M. al.; cognomenque crudelis cf. Iul. Capit. Maximin. c. 8. Maxim. et Balbin. c. 11, horridi cf. Flau. Vop. Firm. c. 4, cuius descriptio paene ipsum Polyphemum repraesentat; uide Wieseler. de fab. satyr. stud. Gott. 1847 II p. 640 adnot.; etiam occaecatus habet quo in comparationem uocetur cf. Demadem ap. Plut. Galb. 1; Eunap. hist. chron. fr. 35 (hist. Gr. min. ed. Dind. I p. 233). Galatea autem etiam per posteriorum poesim locum obtinet inter celeberrimas nymphas cf. Verg. Aen. IX, 102 sq.; Cir. 393; Stat. silu. II, 2, 20; Mart. lib. spect. 28, 4; Claudian. X, 166 al. non solum celebrata propter pulchritudinem et uenustatem cf. Anthol. Lat. 152—154 R.; Mart. Cap. IX, 915, uide Alciph. I, 19, sed etiam inuocata faustae navigationis causa cf. Prop. I, 8, 18; Ou. am. II, 11, 34 (cf. de Lenep. ad Hes. theog. p. 233); uide Ou. fast. VI, 733. Tamen uidetur nomini Galataeae aliquid adhaesisse procacitatis illius

ac lasciuiæ, qua illudit Polyphemum desiderio tabescentem pomis immissis; apud Vergilium enim ecl. I, 31 sqq. (cf. Mart. VIII, 56, 17) Tityrum Galateæ amor ad paupertatem redegit, nec Damoetæ magna religione fidem seruasse uidetur Galatæa ecl. III, 64 sq. 72 sq., qui mores consentiunt cum meretrice in Pauli Silentiarrii epigrammate Anth. Pal. V, 256, ii mores, ex quibus *φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει* (cf. Theocr. VI, 17; Anthol. Pal. V, 247, 3; Nic. Eug. III, 311; uide Kehr.: de poetar. qui sunt in Anthol. Pal. stud. Theocr. Lips. 1880 p. 14). Quæ uero audit Galatæa procax apud Claudian. XXIX, 126 hanc ipsam ob petulantiam Thetidi uidetur opponi in prouerbio Apostol. XIII, 64: *οὐ δύνασαι Θετίδος καὶ Γαλατείας ἔρᾶν· ἐπὶ τῶν ἀνόμοια ζητούντων* (cf. Theophylact. ep. 39). Neque tamen desunt huius nominis exempla, ubi frustra illius superbiæ indicia quaesiueris cf. Nicand. fr. 45 Schneid.; Anth. Pal. V, 244, 1; Theophylact. ep. 33<sup>1)</sup>; est etiam inter cottidianæ uitæ nomina cf. C. I. Lat. V, 846. 2224. VIII, 1247. X, 4590. 6474 al. Nec uidentur illi mores subesse uersibus a Cramero e cod. reg. Par. supplem. 352 in anecd. Par. uol. IV p. 366 editis:

*Ἥρη παμβασιλεία νεοζυγέων ὑμεναίων,  
δέρκεο λυγρὸν ἔρωτα μαραινομένης Γαλατείας,  
δέρκεο πικρὰ βέλεινα κορυσσομένης Ἀφροδίτης·  
ὁ πρὶν ἔρωμανέων στυγέει Γαλάτειαν ιδέσθαι,*

quos Iahnus l. l. ad Galatææ fabulam referendos esse negat. Temporis autem quo oriundi sunt indicium suppeditat opinatur ratio metrica. Etenim non solum caesura *κατὰ τρίτον τροχαῖον* in quattuor uersibus ter obuia posteriorem epicæ poesis Graecæ aetatem ostendit, sed etiam lex illa Nonniana, quam cognouit Arthurus Ludwich (ann. philol. CIX p. 441 sqq.), ex qua Panopolitanus proparoxytono uocabulo uersum termi-

1) Quem ibi Hauptius ap. Hercher. in epistologr. adn. crit. p. LXXXIV ex unius codicis lectione *ἄρκους πείθουσιν μὴ πιστεύει γαλάτειαν* elicit uersum: *ἄρκους πείθουσιν μὴ πιστεύειν, Γαλάτεια,*

estne repetitus ex Alexandrino aliquo carmine, in quo Cyclops ne Acidi crederet monebat Galatæam? cf. Nauck. trag. fr. adesp. 473.

nare deuitat, amat paroxytono uel properispomeno, quam legem hic poeta numquam uiolauit. Quibus rebus cum accedat sermo et tenor grandiloqui poetae, non dubitamus quattuor hos uersiculos Nonnianae disciplinae alumno attribuere. Ac possit quispiam opinari agi de Galatea Polyphemi amorem ambiente, sed fastidio repulsa, qualis iocose proponitur Theocr. id. VI; at cum intellegatur conubium legitimum, quod ex Iunonis inuocatione concludimus, statuendum esset Cyclopem fructum Galatae fauore spreuisse quam prius deperiisset, qua de re aliunde nihil innotuit. Itaque satius erit cum Iahnio de mulierculae amoribus cogitare nomine Galatae, quam Ne-reidem esse Polyphemi demum nomen adpositum euinceret.

Plenam autem huius fabulae memoriam instaurauit Nicetas Eugenianus, poeta Byzantinus saec. p. Chr. n. XII exeuntis (cf. Rohd. de fab. Rom. p. 531sq.), cui re uera, id quod hoc capite illustrare conati sumus, Polyphemus est cantilenae amatoriae sollemnis auctor, qui mulcet cantando puellam superbientem et ipse suae flammae medetur. Apparet hoc ex ea ratione, qua Cyclopis personam coniungit cum illa sententia de cantu amoris remedio IV, 379sq.:

*ἔρωτος οὐδὲν ἄλλο φάρμακον ξένον·  
ὥδῃ δέ τις καὶ μοῦσα παῦλα τῶν πόνων.  
βεβλημένος γὰρ καὶ Πολύφημος πάλαι  
τὸ στέρον ἐξ Ἔρωτος ἀνδρατοξότου,  
πλατὸν τρέφων τὸ φίλτρον εἰς Νηρηΐδα  
ἐφεῦρεν οὐδὲν ἄλλο φάρμακον νόσου,  
ὥδῃν δὲ καὶ σύριγγα καὶ θέलगον μέλος  
καὶ πέτραν ἔδραν, τῇ θαλάττῃ προσβλέπων.*

Proponitur notissima imago: Polyphemus in scopulo sedens, fistula canens, in mare prospiciens; atque ita inueterauere singuli colores, ut etiam saxea sedes dicatur inuenta esse ab eo, qui remedium amoris inuenit musicam. Et in cantilena amatoria celebranda uersantur ii uersus Nicetae, ubi Callidemum, Xenocratis filium, Drosillae ut sibi faueat supplicantem inducit VI, 501sq. Suas enim ad partes uocat inflammatus adolescens Cyclopem, qui cantando deleniuerit asperitatem amatae,

et τόπους sollemnes illius cantilenae quamvis non integros enumerat. In quibus aperta est Theocriti spoliatio magis quam imitatio. Duas autem potissimum partes prae ceteris sibi adrogavit poeta Byzantinus, qua ardoris magnitudinem comprobatur et qua diuitias et munera describit Polyphemus. Nicetae enim uersus VI, 507—514 dilatati sunt Theocritei id. XI, 50—53, Nic. VI, 517—525 difficti ex Theocriteis XI, 34—37. 40 sq.; cf. etiam Nic. VI, 530 sq. c. Theocr. XI, 42—44. Notandum tamen est, quod Byzantinus Alexandrini poetae pedisequus diuitias Cyclopi amplificauit addens praeter

κύνας (τε) πολλάς, ἀγρίας, λυκοτόνους (u. 519)  
uu. 523 sqq.: σιμήνη μελιττῶν ἑπὲρ ἐξηχοντάδα  
καὶ κισσύβια τεχνικῶς γεγλυμμένα  
καὶ δορζάδων ἄμετρα δερμάτων σκύτη,

quae facile illius ingeniolo imputamus. Canes enim Cyclopem habuisse ut uenatorem intellegit mens etiam Eugeniæ inferior, praesertim cum canis memoretur apud Theocr. id. VI, 9 sqq.; apium uero agmina susurrantia adeo pertinent ad receptaculi amoenitatem, ut memoria talium locorum, ut Theocr. V, 45 sqq. VII, 135 sqq. al. hoc decus Cyclopi antro adiunxisse uideri possit. Pocula autem illa artificiose edolata clarius redolent scalprum celeberrimi poculi apud Theocr. I, 27 sqq., praeterquam quod talia passim occurrunt munera pastoralia, quam ut aliunde sumpsisse censeamus Nicetam, qui etiam molles pelles recordabatur a pastoribus laudari cf. Theocr. V, 50 sq. 56 sq. Legit autem Byzantinus etiam idyll. VI, cum Galatae personam ex istius eclogae caractere sibi conformarit, quamvis perperam collegerit diligi a nymphea Polyphemum cf. VI, 504 sqq.:

τὸ λάσιον γὰρ ἐβδελύττετο πλέον  
φυγοῦσα τὸν φιλοῦντα· πλὴν ἔστεργέ μοι  
μήλοισ μόνοις βάλλουσα μικροῖς τὸν μέγαν.  
cf. 534 sq.: οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ μῆλον, οὐ γλυκὺς γέλως,  
ὁποῖος ἦν τὰ πρῶτα τῆς Νηρηΐδος.

Nec mirum, quod omnia sua Theocrito debet hac in fabula Byzantinus spoliator, cum haud raro bucolicorum poetarum



Graecorum prae se ferat notitiam, id quod haec demonstrant exempla, quae forte correpta habemus: descriptiones prati, horti, templi, uelut I, 77 sqq. III, 65 sqq. Theocriteos referunt colores, mythorum orbis maxime bucolicus est, ueluti coniunctae exstant fabulae Narcissi, Hyacinthi, Adonidis IV, 246 sqq.; Arethusae IV, 145 sqq. (cf. Mosch. fr. V A.); *Κηριοκλέπτης* Ps.-Theocr. XIX expressus apud Nicet. IV, 313—324; *Ἐρωσ δραπέτης* Moschi redintegratur ab Eugenio II, 227 sqq. IV, 157 sqq., cantilena amatoriae cum uersu intercalari consarcinatae ex bucolicorum imitatione cf. III, 263 sqq. 293 sqq. IV, 156 sqq.; Cleandri exsequiae IX, 1 sqq. lumina orationis compilauere ex Daphnidis funere in Theocr. id. I exhibito; atque abundat poeta Byzantinus singulis sententiis, quas a Theocrito mutatus est, uide IV, 304 sqq. coll. c. Theocr. I, 132 sqq.; V, 203 = Theocr. IV, 42 al.

Haec si recte disputauimus, iam caduca est Helbigii opinio, qui l. l. p. 362 inter eos scriptores laudat Nicetam, qui alterius mythi formae uestigia seruauerint, contendens apud eum Nereidem amatoris precibus tandem obsecutam mari relicto in continenti habitare Polyphemi uxorem. Quod si uerum esset, alium fontem secutus esset Byzantinus atque Theocritum. Sed plane fefellit sententia uirum doctissimum orta ex falsa interpretatione imperfectorum VI, 503 *προσεῖλκεν*, u. 515 *ἔξελιπάρει*, u. 526 *ἔθελγε*, u. 529 *ἔθελγε καὶ προσεξελιπάρει*, quae aperte non perfectam actionem ut aoristus indicant, sed conatum etiam enuntiatione finali u. 530 *ὡς ἀνθέλοιτο* etc. ostentum, quae consecutiua exhibenda erat *ὥστ' ἀνθελέσθαι*, si ratum factum esset consilium Polyphemi. Neque inde contra nos argumentandum, quod tunc parum aptum elegisset Callidemus exemplum, quo persuaderet Drosillae, si ne Polyphemo quidem contigisset, ut amata potiretur. Res potius sic habet: non summum praemium amoris poscit Callidemus, sed paululum comitatis, quantulumcumque obtigit Cyclopi, risum puellulae, perosus trucem asperitatem, id quod sequitur ex uersibus 536 sq.: *τὸ μειδίαιμα προσδοκᾶς δέ μοι μέγα χάρισμα πολλῶν ἀντιδιδόναι λόγων*

et imprimis ex sequentis fabulae uulgaris similitudine uu. 539—541. Tanta si erat modestia Callidemi, ad Polyphemi amores poterat prouocare, quales proponuntur in Theocriti id. VI. Potest autem Nicetas Eugenianus optimo exemplo esse, quantopere fabulae de Galateae et Polyphemi amoribus inhaeserint singuli τόποι Theocriti potissimum auctoritate exhibiti, quos fuga temporum abolere non ualuit.

## CAPUT XII.

### *De Cyclope mimico.*

Subtiliorem ueteris personae expolitionem ab Alexandrino in posterum aeuum quam longissime potuimus persecuti retro uertimus cursum descensuri ad infimum ludicrae artis genus, ad mimum. Pretiosum latet testimonium de mimica Cyclopeae fabulae tractatione in ipso illo Athenaei loco libri I capite 35 (p. 19fsq.), huius artis nuntiorum thesauro: *Εὐδικος δὲ ὁ γελωτοποιὸς ἡνδοκίμει μιμούμενος παλαιστὰς καὶ πύκτας, ὡς φησὶν Ἀριστοῦξενος. Στρατῶν δ' ὁ Ταραντῖνος ἐθανμάζετο τοὺς διθυράμβους μιμούμενος· τὰς δὲ κίθαρωδίας οἱ περὶ τὸν ἐξ Ἰταλίας Οἰνωνᾶν, ὃς καὶ Κύνλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναγαδὸν Ὀδυσσεῖα σολοικίζοντα, ὃ αὐτὸς φησὶν* (sc. Ἀριστοῦξενος). Si supra (p. 175 sqq.) Aristotelis locum sano consilio restituimus Oenonaeque aetatem probabili termino definiuimus, non minus huius loci difficultates expediuimus. Hegemone enim natu paulo minor qui dicitur citharoedica poemata mimica arte expressisse, eum recentioris nomi Attici cauillatorem exstitisse et per se probabile est et hic argumentorum similitudine euincitur. Namque ut Hegemo praecipue Homeri poesim ad ridiculum deducebat, ita Oenonas sublime genus primum explosisse censendus erit, Timothei igitur Cyclopem. Hac de re intellegenda sunt uerba *τερετίζοντα* et *σολοικίζοντα*. Deflexit enim inanem uerborum tumorem citharoedi, quem iam comicis poetis ludibrio fuisse uidimus, ad humillimum

abiectionemque genus loquendi. Cyclopem igitur, qui fortasse apud Timotheum iactarat magniloquentiam, induxit balbutientem uino oneratum et Ulixem soloecismos admittentem. Miro huic inuento aliquid luminis accedit ex testimonio Philoxeni grammatici ad Sophronem mimographum spectante Etym. M. p. 774, 42sq. : ζῆται τὸ παρὰ Σώφρονι 'ὑγιώτερον κολοκύντας', πῶς οὐ λέγει 'ὑγιέστερον'; ῥητέον οὖν, ὅτι ἐζοντὶ ἡμαρτε, τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἐρμηγείας μιμούμενος· ὃν τρόπον κἀκεῖ ἐσολοίκισε 'τατωμένα τῷ κιθῶνος (ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα θείσα) ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει' (sic Valckenaer. adnot. in argum. Adoniaz. Theocr. p. 200 sqq.). Σολοικίζειν igitur cum hic intellegendum sit de Sophronis arte, qua contra linguae leges peccantes faciebat personas, ut uulgaris rusticiue sermonis simplicitatem (τὸ ἄκακον) et securitatem denotaret (cf. Valckenaer. l. l.), Oenonas uidetur Laertiaden induxisse agresti et uitioso sermone utentem, ut oppositione exaggerata castigaret dithyrambicorum nomicorumque uerborum formas audaces et inauditam structuram. Ulixes autem putandus est soloecismos illos effudisse familiaritatem quandam cum Polyphemo simulaturus, ut se ex antro dimitteret, ut faciunt homines impetraturi aliquid ab inculto uiro, qualis scaena obuersata uidetur Synesio. Praeterea melius conueniebat sermonis rusticitas horrido habitui naufragi Ulixidis. Argumentum igitur illius parodiae uidetur fuisse Cyclopis et Ulixidis colloquium de dimittendo captiuo et uafri Ithacensis dolus <sup>1)</sup>. Qua in parodia uix Timotheum solum perstrinxit Oenonas, sed cognatum genus dithyrambi Philoxenii partim ad irrisionis aculeos acuendos partim ad exagitantum et ipsum adhibuisse existimandus erit (cf. Winckelmannum ad Plut. Erotic. p. 201). Potest enim illud *τερετίζοντα* suo iure ad citharae cantum praelusionemque referri (cf. Theognosti can. p. 12, 11 *τερετίζω· τὸ κιθαρίζω*; Plut. de aud. 15. Plat. quaest. 10, 2; Luc. de merced. cond. c. 33),

1) Commemorare hic liceat Ulixidis cum Polyphemo commercium fuisse etiam inter declamationum rhetoricarum argumenta cf. Liban. orat. IV p. 1028sq. ed. Reisk.; Demetr. de elocut. 115; uide etiam Lucian. dial. mar. II.

quam Cyclops Philoxenius imitatus est famoso illo *Φρεττανελό*, quae imitatio nunc fortasse ab Oenona in absurdius aucta est.

Per Oenonam uero τὸν ἐξ Ἰταλίας statim in eas regiones delati sumus, ubi etiam huius fabulae mimica indoles exulta est, Graeciam magnam et Siciliam, quarum incolis insita erat iocose imitandi facultas et studium (cf. Iahn. proll. Pers. p. LXXXVsqq.). Ridiculi autem homines uarii generis eo libentius hoc argumento potiti erunt, quo magis penitus inhaerebat antiquitus uulgi memoriae, neque dubitamus, quin infimi ordinis mimi, quibus *παίγνια* adsignat Plutarchus quaest. symp. VII, 8, 4, iam prius in circulis et conuiujs Polyphemi figuram ad ridendum propinarint, quam ab Oenona in mimorum litteras, fortasse in scaenam — nam de cultiore aliquo genere cogitandum est propter uerbum *εἰσήγαγε* — induceretur. Talium autem mimorum hoc in mytho optimum exemplum est Cario Aristophaneus, quem, si eximis parodiam, mimico gestu partes Cyclopis egisse manifestum est. Et magodorum qui dicuntur inter celeberrimas partes fuisse Polyphemum persuadet Athen. XIV p. 621 c (Iahn. l. l. p. LXXXVII adnot. 2): ὁ μαγῶδὸς καλούμενος — σχινίζεται τε καὶ πάντα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου, ὑποκρινόμενος ποτὲ μὲν γυναῖκα καὶ μοιχοῦς καὶ μαστροπούς, ποτὲ δὲ ἄνδρα μεθύοντα καὶ ἐπὶ κῶμον παρακρινόμενον πρὸς τὴν ἐρωμένην. Vir enim ebrius comissatus proficiscens occurrit iam Cyclops Euripideus uu. 503 sqq. Licebit igitur opinari etiam in mimis fuisse amores Polyphemi et Galateae, quod suadent quae secuntur apud Athenaeum de similitudine inter magodorum et comicorum argumenta intercedente: πολλάκις δὲ οἱ μαγῶδοι καὶ κωμικὰς ὑποθέσεις λαβόντες ὑπεκρίθησαν κατὰ τὴν ἰδίαν ἀγωγὴν καὶ διάθεσιν. Atque huius quidem speciei rudi forma degeneratus magis quam excultus mythus primum uidetur Italorum nationibus traditus esse; certe facile concedes Siciliae figuram comicam sollemnem breui tempore Campanae quoque lasciuiiae propriam factam (cf. Th. Panofka de huius mythi in monumentis parodia in comm. acad. Berolin. philol. et hist. 1851 p. 6sqq.; Heydemannum in annal. instit. archaeol. 1878

p. 227 sqq.). Neque tamen contigit, ut uestigia propagatae fabulae usque ad Romanos persequi possemus, etsi uix dubium est, quin multi colores stupidarum personarum auidi uentris<sup>1)</sup>, ueluti Maccorum, quales frequentant comicam scaenam indigenam Romanorum, referendi sint ad Aetnaeum exemplar.

Primum redit saltantis Cyclopi mimici mentio apud Horatium sat. I, 5, 62 sqq., ubi certamen proponit poeta scurrarum Sarmenti et Messii Cicirri, quorum ille hunc lacessit:

Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,  
pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:  
nil illi larua aut tragicis opus esse cothurnis.

Scilicet ingentis corporis erat Oscus et ei 'foeda cicatrix saetosam laeui frontem turpauerat oris'.

Ipsi sunt scurrae, quales arcessebantur a Romanis ad cenas (cf. l. l. u. 70), neque ipsi fortasse nescii imitationis Cyclopi; sed alludit Sarmentus ad paulo nobilius genus, ad pantomimos, id quod sequitur ex u. 64, qui scaenicum monstrat apparatus (cf. Kirchner. ad h. l.). Pantomimus intellegendus etiam Hor. ep. II, 2, 124 sq., ubi de ueri poetae laboris per ludum dissimulatione legitur:

ludentis speciem dabit et torquebitur, ut qui  
nunc Satyrum<sup>2)</sup> nunc agrestem Cyclopa mouetur;  
et disertis uerbis testatur Porphyrio: 'ita torquebitur et fatigabitur, ut pantomimus, qui nunc motus (e coni. Meyeri) Satyri nunc Polyphemi Cyclopi conatur imitari personam'. Discimus his ex locis fuisse Cyclopi figuram in pantomimorum scaena celeberrimam et actorem laruam tragicosque cothurnos induisse, ut ingentis uiri magnitudinem et deformitatem aequi-

1) Ad Polyphemi exemplar putant expressam fuisse Manduci effigiem (uide Paul. Diac. exc. p. 96) cf. M. Raoul-Rochette: monum. ined. I p. 351 adnot. 3 et M. Arditi l. mox laud. p. 15 afferentes Callim. hymn. in Dian. 66 sqq. cum adnott. Spanhemii. Qua cum effigie comparatur testimonium Varronis d. l. L. VII, 95 M. (Ribbeck. comic. Rom. frgm. Atell. inc. nom. I).

2) Etiam pastores satyros saltando imitati sunt, quod docet Verg. ecl. V, 73 ab Orellio ad h. l. laudatus.

peraret. Neque tamen credimus Pseudo-Acroni propterea tantum Sarmentum, scaenica suppellectile supersedere Oscum, censusse, 'quia demissa esset barba', qualis sane in monumentis est Polyphemus, sed etiam propter cicatricem illam in fronte conspicuam, quae instar esset unius oculi, quem larvae defuisse uix consentaneum. Recte porro conclusum est ex epistulae loco rudem et incomptam saltationem Cyclopi opponi Satyri agilitati et alacritati. Satyros autem pantomimo cum notum sit Augusti temporibus excoluisse Bathyllum (Pers. sat. V, 123: uide Ps.-Acr. ad Hor. ep. II, 2, 125; Plut. quaest. symp. VII, 8, 3, 3 cf. Friedlaend. histor. mor. Roman. II p. 286), etiam Cyclopem inter huius discipulorumue argumenta fuisse facilis est suspicio, non tamen comoediae Cyclopem, sed fabularum satyricarum uel dithyrambi, quoniam pantomimi e comoedia petiti in usu fuisse non uidentur (cf. Friedl. l. l. adnot. 1). Amores Polyphemi non minus quam temulentiam in pantomimo actos esse propter obscenitatem Bathyllici certe generis credi, non demonstrari potest. Impura autem talia de Polyphemi et Ulixis commercio, qualia denotata habes apud Petronium c. 48. Luc. Pseudolog. c. 27, potius rusticis illis, ut ita dicamus, mimis ingerenda erunt quam pantomimorum exquisitori lasciuiae ne nobilibus quidem uiris ingratae. Quaecumque uero in mimis et pantomimis risu diducebant rictum spectatoris, in Euripidis fabula satyrica si non exposita, at certe tacta et praemonstrata sunt, praecipue obscena; ueluti paederastia cf. uu. 581 sqq., praeterea ebrietas, ructus, uomitus, cantillans comissatio. Contra a mimorum indole abhorreere uidentur quae a Iahnio symb. arch. cum iis laudantur Cyclopea a scriptoribus historiae Augustae inter ludos posterioris aetatis imperatoriae enumerata, quae magis ad robora immania ostentanda uidentur pertinuisse, ut nostrates solent Hercules spectare, cf. Treb. Poll. Gallien. 8 'Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii, ita ut miranda quaedam et stupenda monstrarent' cf. Flau. Vopisc. Carin. 19.

---

## Corollarium archaeologicum.

Dolemus nunc quod artis monumenta ad Polyphemum et Galateam spectantia digne colligere et tractare nec facultate uiribusue ualemus et temporis huiusque commentationis angustiis prohibemur. Possunt sane permulta et ad typum Polyphemi definiendum et ad huius fabulae indolem cognoscendam illo ex fonte hauriri; atque animaduertimus iam illustrissimum illum archaeologum Georgium Zoega quondam constituisse disserere de diuersis Cyclopis apud ueteres significationibus cf. 'Romae anaglyph. antiqu.' uol. II p. 13<sup>1)</sup>, quod munus ueremur ne parum dignis reliquerit nobis.

Quae ad Polyphemi et Ulixis commercium pertinent monumenta sat multa (apud Ouerbeckium sunt XLIII) congesta et aucta sunt compluriens inde a commentatione Michaelis Arditi: 'Ulisse che giunto nella Sicilia si studia d'imbriacar Polifemo' Neap. 1817 litterarum testimoniis largis instructa usque ad Iohannis Bolte dissert. Berolin. a. 1882: 'de monumentis ad Odysseam pertinentibus capita selecta' [cap. I: Ulixes Polyphemum excaecans; cap. II: Ulixes ex antro Polyphemi euadens], ubi priores inuenies laudatos.

De Polyphemi et Galatae monumentis<sup>2)</sup> Iahnus et Helbigius l. l. disseruerunt plena litterarum notitia praediti.

1) Verba eius sunt: '. . . ed un tripode a bassorilievo nella villa Borghese, all' occasione di cui mi riserbo di discorrere di questo selvaggio e i suoi compagni, e de' differenti significati nei quali il termine di Ciclope è stato preso dagli antichi, ed a esseri del tutto diversi applicato'. Quod consilium quantum scimus non peregit, cum anaglypha uillae Borghesianae non ediderit cf. Welcker. de uita Zoegae II p. 434 sqq. M. Raoul-Rochette monum. ined. I p. 355 c. adn. 2. uide Welcker. mus. Rhen. VI (1839) p. 579 adnot. 1.

2) Unum liceat addere (cf. Korn. ad Ou. met. XIII, 750—897) illis nondum cognitum picturam Palatinam in tablino domus Liuae repertam sat memorabilem, quam edidit et explicauit Georgius Perrot in libro: mémoires d'archéologie, d'épigraphie et d'histoire, Paris. 1875 tab. VI p. 100—111 (= revue archéologique N. S. uol. XXII [1870/71] p. 47 sqq.) cf. Reber. de Romae ruinis<sup>2</sup> Lips. 1879 p. 385. Ubi conspicitur Polyphemus imberbis usque ad pectus in mare progressus captans Galateam in

Sunt autem longe maximam partem tabulae Campanae, quas pleniore nunc quam antea enumeratas habes ab Helbigio: tabb. oppid. Camp. Vesuio obrut. Lips. 1868 nr. 1042—1053, quibus accedunt nonnullae caelatae sculpturae. Campanorum autem pictorum ars cum longe plurima et grauissima incitamenta et incrementa ceperit ex Alexandrinae poesis studio, quod fusius exposuit Helbigius in quaestion. de pictura pariet. Camp. Lips. 1873, impr. p. 112sqq., hoc fonte uti licet, quo recuperentur illius poesis singula artificia et ornamenta. Exempli gratia tabulas illas ex Helbigii descriptione percensebimus, ut conexum inter poetarum artificumque operam hac in fabula intercedentem paulum illustremus. Sollemnis autem scaena, quae ibi proponitur: Polyphemus in litore sedens prospiciens in Galateam delphino praeteruehentem, quam bene respondeat typo a poetis expresso patet, quamquam hic discrepantia conspicua inter poetam et artificem, quippe qui debuerit ipsam nympham oculis spectatoris subicere — exceptio rara —, cum poeta Cyclopi repulsam melius absente Galatea denotaret. Deprehendimus etiam singulos colores Polyphemi e poetarum descriptionibus notos, uelut horridum capillum <sup>1)</sup> promissamque barbam, clauam modo gestatam ab ingenti uiro, ueluti nr. 1042—1045. 1049. 1050. 1051, modo scopulo acclinatam, ueluti nr. 1047. 1048. 1052, sedem scopuli cf. nr. 1044—1052; fistulam tantummodo in nr. 1052, citharam 1047. 1048. Haud raro indutus est Cyclops pelle, maxime pardi cf. 1043. 1046. 1048,

hippocampo fugientem, quam nutu ut uidetur ad sese arcessunt duae nympphae. Amor autem frenis Cyclopem coarctet. Recte perspexit Perrotius p. 107sqq., quibus in rebus discrepet haec compositio a Campanis, praecipue suo iure aquae contemptorem miratus est Polyphemum, cuius rei desiderat litterarum testimonium. Possumus, id quod nostrum uidetur esse, similitudinem certe afferre hanc Verg. Aen. III, 664sq.:

graditurque per aequor

iam medium, necdum fluctus latera ardua tiuxit.

1) Coniferae arboris speciem uidentur praebere capilli in picturis ap. Helb. 1048 et 1050; quos prius opinabatur Helbigius pinu uel harundine coronatos, nunc respondere dicit uerbis Philostrateis imagg. II, 18: *χαίτην ἀνασειῶν ὄρθην καὶ ἀμφιλαφῆ πίντος δίκτην.*



qua nonnumquam scopulus stratus est cf. nr. 1044. 1050. 1052. Ostendunt hae pelles uenatorem Cyclopem ex poesi notum (cf. Nic. Eug. VI, 525). Et secuti sunt artifices Alexandrini aeu normam, quae Cyclopis greges ex ouibus tantum et capris compositos permittebat cf. tres oues et capram in pict. nr. 1042. 1046, arietem nr. 1043. 1047. 1052, capram 1051. Porro quam praedicat Polyphemus lactis ubertatem aeternam repraesentare uidetur muletrum in tab. Camp. ap. Helb. nr. 1043 conspicuum. Contra suo Marte artifex Polyphemo uidetur affinxisse aures satyrorum ex. gr. ap. Helb. nr. 1042. 1050, quibus significaret 'bestiam humano in corpore latentem' (cf. Helb. symb. p. 365). Ut supra monuimus, ab artificibus primum Galataeae typus expressus est, licet non ubertim prius lineamentis instructus sit: conspicitur fere delphino equitans, ἡμιφανής (cf. Nonn. XIV, 65) nuda superiore corporis parte, uestis laciniam supra umerum attollens uel sinuans supra caput eodem quo apud Philostratum modo, quo artificio saepe utuntur pictores in Nereidibus delineandis cf. Helbig. nr. 1027. 1030 b. 1035. 1038, dextra tenens folium flabelli uicibus fungens, ut aliae quoque Nereides cf. Helbig. nr. 1032. 1037. Accedunt nonnumquam ornamenta muliebria, ueluti nr. 1044, uel comites Amor et Triton, ueluti nr. 1042.

Insignem autem debemus artis operibus de altera mythi forma notitiam uel confirmationem ab Helbigio praecipue pictura nr. 1048 comprobata, nunc extra dubitationem positam tabula nr. 1052 (publicata ab Helb. in 'XXIII tabb. ad opus: tabb. opp. Camp.', tab. XIII), ubi amplectuntur se Polyphemus et Galatea. Reliquae picturae, quas huic formae maluit Helbigius adsignare, non omnes tam certa indicia uidentur exhibere, prae ceteris quam ipse cunctanter huc trahit nr. 1053 (uide etiam symb. Bonn. p. 367sq.), ubi singula congruunt pigmenta, refragatur tota compositio. Neque Campanae picturae ap. Helb. nr. 1048 et 1049 (symb. Bonn. p. 363sq.) huc referendae nobis uidentur — contradixit iam L. Stephani: compte-rendu de la commission impériale archéologique pour l'année 1864 p. 223 —, quoniam uix per litteras commercium fuit inter

Cyclopem et Nereidem. Ubi enim umquam Neptuni filius literas uel primis labris attigit? Illudit profecto Galatea Polyphemum. Mittit epistolam per petulantem nuntium Amorem probe sciens non intellecturum stolidum amatorem. Hic tamen laetabundus arripit illam, quasi sit fauoris signum, quo laetatos uidit alios amantes. Ansam autem Amoris nuntii ad Polyphemum ablegandi artifex uidetur sumpsisse ex Theocr. uu. id. VI, 31 sqq., ut adnotauit iam Academicus in libri: 'le pitture antiche d'Ercolano' uol. I (1757) p. 51 adn. 13. Nimirum ut in tabulis ita hic imaginatur Cyclops amoris aculeo stimulatus nympham mittere nuntium Amorem, qui potius ut ludibrio esset Galataeae ex antro ad litus uidetur illum excitasse.

Atque haec quidem sufficiant. Intentius quos decet inquirento. —

Reseruauimus uero huic appendici iudicium de eo rhetore faciendum, cuius nominis omen infaustum bellum nondum sedatum excitauit inter uiros doctos, de Philostrato. Nemo exspectabit omnes totius disquisitionis calculos nos denuo collaturos, quo uix apertior subduceretur ratio. Sed quantum ad hanc fabulam spectat quaestio, sententiam feremus id praecipue nostro iure agentes, ut quae ex litterarum memoria hausisse possit rhetor, quae non elarius appareat. Describit enim Philostratus senior imagg. II, 18 inter alias imaginem Polyphemi et Galataeae, ut ipse dicit in prooemio in porticu Neapolitana conspectam. Litigant uiri docti, utrum ueras imagines describat rhetor an ex poetiis pannis consuat mera imaginatione: hoc post Passowium demonstrare studuit Friederichsius (imagg. Philostrat. Erlang. 1860), illud post Welckerum contendit Brunnius (Fleckeis. annal. uol. suppl. IV p. 179 sqq.). Tertius exstitit suffragiorum princeps Fridericus Matz (de Philostratorum in describendis imaginibus fide, Bonnae 1867)<sup>1)</sup>, qui quaestionem distincte diiudicari posse negans auream quandam mediocritatem tenet (cf. Philol. uol. XXXI p. 628). Hoc uero rectissime flagitauit (Philol. I. I. p. 586 sq.), ut in unaquaue

1) Ad hunc relegamus quicumque diuersarum partium assecclas cognoscere uult, p. 1 sqq.

immagine denuo esaminaretur, quae ad artis, quae ad litterarum memoriam pertinerent. Ac fucatas esse illas descriptiones ornamentis rhetoricis ne patroni quidem Philostratorum infitias eunt: id quaeritur, utrum omnia ficta sint necne. Cyclopi autem descriptionem sic instituit rhetor, ut primum de uictu et moribus Cyclopi exponat, deinde uerbis *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ἕα, Πολύφημος δὲ* etc. ad Polyphemum transeat, qui depingitur e scopulo in mare prospiciens, ubi Galatea prae-teruehitur quadrigis delphinorum comitata Tritonidibus. Quae offendunt in pictura acriter primus notauit Friederichsius (imagg. Phil. p. 27 sqq.), quamquam iam antea cautiore iudicio usus grauissima ut nobis uideretur absoluerat Iahnus (symb. arch. p. 413 sqq.). Is docuit priorem partem, ubi Cyclopi uita ad-umbratur, introitum quendam esse eorum quae secuntur: ad-optauere postea hanc sententiam Brunnus (Fleck. anal. uol. suppl. IV p. 207 sq. 241 sq. uol. CIII p. 95), Helbigius (symb. phil. Bonn. p. 371), Matzius (dissert. p. 100 sq.). Consentiant hoc exordium desumptum esse ex Hom. Od. IX, 108 sqq.

Altera offensa spectat ad descriptionem Polyphemi, qui prorsus contra artis antiquae consuetudinem cum uno tantum oculo fictus sit, cum alias denotetur cum duobus uel tribus — tertio in fronte addito. Iam cum haec Cyclopi imago multa Theocriteae debeat descriptioni, Friederichsius totam composi-tam censet e bucolici poetae carminis XI coloribus (cf. etiam Matz. dissert. p. 102). Sed simplicissima est ratio Brunni (uol. suppl. IV, 207 sq.), qui et ipsam illam priorem descriptionem figurae Polyphemi, quam postea (Philostr. II p. 370, 14 sqq. K.) excipit altera, pro exordio quodam habet ex poeticeis flosculis contexto: *Πολύφημος δὲ ὁ τοῦ Ποσειδῶνος ἀγριώτατος αὐτῶν οἰκεῖ ἐνταῦθα, μίαν μὲν ὑπερτείνων ὄφρα τὸ ὄφθαλμοῦ ἐνὸς ὄντος, πλατεία δὲ τῆ ῥινὶ ἐπιβαίνων τοῦ χεῖλους καὶ σιτού-μενος τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ τῶν λέοντων οἱ ὠμοί<sup>1</sup>)*

1) Eadem de Cyclope imagine utitur Lycophro Alex. 659 sqq.:

*ὅς ὄφεται μὲν τοῦ μονογλήρου στέγας  
χάρωνος, οἴνης τῷ κροωφάγῳ σκίφον  
χερσὶ προτείνων τοῦπιδόρπιον ποτόν.*

cf. Theocr. XI, 31 sqq. et Hom. Od. IX, 292, quam sententiam expressit Philostratus etiam Heroic. p. 164, 21 sq. K.: ὃς λέοντος ὠμοῦ δίκην τοὺς ἀνθρώπους ἤσθειεν. Quae uero in posteriore Cyclopeae personae descriptione Friederichsius et Matzius censuerunt ab artis consuetudine abhorrere, praecipue saetas per totum corpus dispersas, Brunnii singulari monumentorum peritia putamus labefactata. Hoc unum retractabimus, quoniam Matzius (dissert. p. 101. Philol. XXXI p. 624 sq.) in excusatione Brunniana non acquieuit, quod dicitur Polyphemus canens fictus esse, nec tamen ut fit cithara commemoratur, sed fistula sub umero pendens necdum ad os adhibita. 'Quomodo canens fingi poterat, nisi citharam plectro mouebat?' Concedimus Matzio non sufficere, quod Brunnii (annal. uol. CIII p. 95) monet fistula Polyphemum instructum esse in tabula Campana nr. 1052 Helb., quoniam ibi ne potest quidem cantare, cum Galateam — si uera est Helbigii interpretatio — amplectatur. Sed cur canentem fictum esse Cyclopem statuamus? Nonne rhetoris additamentum est totum illud ποιμενικὸν ἄσμα? Ipsa uerba ὡς λευκή τε εἶη καὶ γαῦρος καὶ ἠδίων ὄμφρακος <sup>1)</sup> καὶ ὡς νεβροὺς τῆ Γαλατέα σκυμνεύοι καὶ ἄρκτους manifesto ex Theocr. XI uu. 20 sq. 40 sq. sumpta arguunt canentis amatoris cogitationem fictam. Immo antea uerbis καὶ ἡ μὲν σύριγξ ἔτι ὑπὸ μάλης καὶ ἀτρεμεῖ indicatum erat nondum cantare Polyphemum; sed cum fistulae mentio iniecta sit, non temperat sibi rhetor, quin pulcherrimam sententiolam Theocrito subreptam e memoria promat. Itaque ne illud ἔδει quidem nimis premendum, quod a supplemento rhetorico orationem perducit ad picturam porro describendam. Accedit quod in monumentis rarius canens proponitur Cyclops, uelut in tab. Camp. nr. 1047 Helb., saepius sinistram uel dextram in Galateam uersus tendens, ueluti in tab. Camp. ap. Helb. nr. 1042. 1044 uel adspiciens tantum amatam nr. 1043. 1045.

*χάρων* enim est epitheton leonis cf. Hesych. et Et. M. s. u.; Ou. met. XIV, 207. cf. M. Arditi l. l. p. 13 sq.

1) Videtur rhetor non intellexisse Theocritum XI, 21 (cf. Fritzsche ad h. l.), quem Ouidius liberius imitatus est met. XIII, 795.

Etiam cantum intermittens conspicitur apud Helbig. nr. 1048; in anaglyph. uill. Alb. (Zoega: Bassiril. II, 57). Manum autem tendere amatae imaginamur Philostrati Cyclopem hunc sensum subicientes uerbo ἀφιστορῶν (ἀπὸ τοῦ ὄρους<sup>1)</sup>). Ubi praeterueta erit nympha, canere incipiet miseram cantilenam de fugiente Galatea.

De tertia autem offensa, quam nimis suspicax et incautus Friederichsius prioribus addidit, quod Galatae positura et cum naturae lege pugnaret et ne clare quidem e rhetoris oratione appareret, iam pridem a peritis conclamatum est, quibus ipsa illa positura omnes amoenitatis numeros prae se ferre uidetur, quae iam fuit sententia Iahnii symb. arch. p. 415, cf. Brunn. suppl. IV p. 192 sq. 258; Helbig. symb. Bonn. p. 371 sq.; Foerster. in Fleckeis. annal. uol. CIX p. 462. Potuisse igitur picturam aliquam Philostrati descriptioni subesse constat. At dicunt permulta ex poetarum recordatione fluxisse, ac iuxta posuit Friederichsius (Fleckeis. annal. suppl. V p. 145 sq.) Philostrati et poetarum, Homeri et Theocriti, locos. Potuit plura conferre (cf. Iacobs. ad Philostr. imag. p. 501 sqq.). Admonent enim uerba: *χαίτην ἀνασείων ὀρθῆν καὶ ἀμφικλαρῆ πίττος δίζην* Ouidianorum met. XIII, 844 sq.: *coma plurima toruos*

*prominet in uultus umerosque, ut lucus, obumbrat.*

cf. u. 765; illa autem *καρχάρους ὑποφαίνων ὀδόντας ἐκ βοροῦ τοῦ γενείου* Theocriteum exemplar ostendunt, quod praetermisit Friederichsius id. VI, 37 sq.: *τῶν δέ τ' ὀδόντων*

*λευκοτέραν ἀγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο,*

licet refragetur Brunnus (annal. CIII p. 95), cui respondet Matzios (Philol. XXXI p. 625 adnot. 28. cf. dissert. p. 101). Denique haec *στέρα τε καὶ γαστέρα καὶ τὸ ἐς ὄνυχας ἦγον λάσιος πάντα* non solum ad Theocr. XI, 50 sqq. respiciunt, ut Friederichsius arbitratur, sed etiam ad Callim. hymn. Dian. 75 sqq.; Ou. met. XIII, 846 sqq.; Luc. dial. mar. I, 1. 5, redeunt eadem fere qua apud Philostratum exstant distinctione, apud Nic. Eug. VI, 508 sqq. Haec igitur malimus communi de Cyclopum

1) 'Montis' notio non urgenda cum Matzio dissert. p. 101 sq., cum etiam a pictoribus Polyphemos in alta sede collocetur cf. Helbig. nr. 1046.

figura opinioni, quam unius poetae cogitatae imitationi tribuere. Omnes autem hae imitationes possunt concedi, nec necesse est negare artis monumentum descripsisse rhetorem. Etenim quis non nedum rhetor in describenda imagine nonnulla adiciet, quae neque in monumento efficta sunt neque effingi possunt, data occasione etiam lectionis memoriam ostentabit? (cf. etiam Carol. Nemitz: de Philostr. imag., Vratisl. 1875 p. 36 sqq.).

Satius erit componere ea, quae non surripuit poetis Philostratus, omnino quaerere, quid noui neque per litterarum memoriam obuii in illa descriptione induxerit. Nusquam per litterarum reliquias Polyphemus proponitur fistulam gerens desidem ut ita dicamus, sed ubi inuenitur fistula uel alio instrumento musico instructus, cantat. Itaque si finxisset rhetor totam Cyclopi figuram, uix fistulam nondum sonantem commemorasset, cum ubiuis inueniret apud poetas Cyclopem fistula canentem. Hoc pro testimonio habemus fidei Philostrati. Addit ἄδει δὲ ὑπὸ κείνῳ ταῦτα. Artificis opus ostendit accuratior sedis Cyclopi enarratio, qui sub ilice sedens proponitur, ut in anaglyph. uillae Alb. (Zoega: Bassir. II, 57): huius arboris in poesi mentio nulla. Porro pictoris artem requirit, uix consociatur cum poetica iudicium de uisu Polyphemi: καὶ βλέπειν μὲν ἡμερὸν φησιν, ἐπειδὴ ἐραῖ, ἄγχιον δὲ ὄρα καὶ ὑποκαθήμενον ἔτι, καθάπερ τὰ θηρία τὰ ἀνάγκης ἠττώμενα (cf. Helbig. l. l. p. 371). Atque haec quidem comprobant non solum potuisse, sed etiam debuisse Philostratum in Polyphemi descriptione ante oculos habere ueram imaginem. Omni autem singularum rerum disquisitione supersedemus in Galateae effigie, quam e litterarum memoria repetendam non esse quouis pignore potest affirmari. Neque ipse Friederichsius ullum auctorem proferre potuit cf. de imagg. Phil. p. 31. anal. suppl. V p. 146. Patet autem opinamur ex tota hac commentatione proprium esse huius fabulae, ut Galatae pulchritudo et habitus numquam fere diligentius illustretur, sed longe emineat ceterarumque personarum studium oblitteret Polyphemi figura. Atque adeo unus ille flosculus saepius a poetis in depingenda nympa adhibitus, quo celebratur 'imtemperatus candor' Gala-

teae, a rhetore praetermissus est, quoniam hic aperte ab imagine non recedit, tam aperte, ut ipse Friederichsius non dubitet una certe in re monumenti memoriam largiri cf. de imagg. Phil. p. 31 adnot. 3.

Itaque ut iudicium comprehendamus, cum ultima pars illius descriptionis ea, qua de Galatea agitur, certo e conspectu monumenti repetenda sit (cf. Matz. dissert. p. 102), Cyclopeae autem figurae enarrationis nonnulli certe colores e picturae memoria hausti, uniuersa denique compositio ea sit, quam in tabulis Campanis inuenire solemus, non dubitamus cum Brunnio consentire obuersatam esse ueram imaginem rhetori; quae utrum fuerit in pinacotheca Neapolitana an ex pristina aliqua recordatione inhaeserit menti, nihil nostram ad rem pertinet. Litterarum autem memoria non ita larga instructus erat Philostratus, quippe quem flosculos suos praecipue ex Homero et Theocrito collegisse uiderimus, ita ut ad poesis ueterum reliquias augendas nihil redundet ex Philostrati pingui nitidaque enarratione.

---

Longam et spinosam uiam emensi sumus: respicientibus quasi de montis cacumine multa se offerunt loca tenebris adhuc operta, quibus solem adspergat felicior dies. Fabulosi uiri indolem eruere, celeberrimae personae diuersissimis tractandi generibus acceptae typum definire, lepidae fabellae amatoriae expolitionem et uariationem enarrare uoluimus non id praecipue agentes, ut copiam reliquiarum et testimoniorum auctiorem exhiberemus, sed ut materiam Iahnii merito collectam melius digereremus, acrius interpretaremur, utiliorem redderemus ad litterarum perditarum memoriam redipiscendam et redintegrandam ante omnia diuersa tempora et diuersa tractationis genera distinguendo. Quae assecuti sumus difficile castigatis uerbis breuiter comprehendendi possunt: comitati sumus Polyphemum ab Homeri formidulosa narratione per comoediae Siculae Atticaeque ueteris et mediae iocos, per fabulae satyricae hilaritatem, per dithyrambi tumorem et irrisionem usque ad Alexandrinorum nobilem subtilitatem, quam posteriores fru-

stra imitabantur, et mimi rudem exsultationem semperque noua lumina addita uariatamque figuram cognouimus. Quodsi quid fructuosi contulimus ad litterarum historiam illustrandam, non paenitet operae et olei consumpti, et libenter ualere iubemus pastorem Aetnaeum.

## CAPITUM ELENCHUS.

	pag.
Praemonenda . . . . .	141
Cap. I. Polyphemus apud Homerum . . . . .	145
Cap. II. De Cyclope Epicharmeo . . . . .	149
Cap. III. Polyphemus apud Cratinum . . . . .	158
Cap. IV. Polyphemus in fabula satyrica . . . . .	165
§ 1. De Aristiae Cyclope . . . . .	165
§ 2. De Euripidis Cyclope . . . . .	167
Cap. V. De Polyphemo et Galatea in dithyrambis . . . . .	175
§ 1. De Timothei Cyclope . . . . .	175
§ 2. De Philoxeni dramate . . . . .	184
Cap. VI. De mediae nouaeque comoediae tractationibus . . . . .	210
§ 1. De Nicocharis Galatea . . . . .	210
§ 2. De Antiphanis Cyclope . . . . .	212
§ 3. De Alexidis Galatea . . . . .	218
§ 4. De noua comoedia . . . . .	223
Cap. VII. De Alexandrinorum poesi . . . . .	226
§ 1. De Hermesianactis elegia . . . . .	228
§ 2. De Theocriti idylliis . . . . .	231
§ 3. De Callimachi epyllio . . . . .	246
§ 4. De carmine Bionis . . . . .	249
Cap. VIII. De narratione Ouidiana . . . . .	253
Cap. IX. De Acidis personâ . . . . .	266
Cap. X. De altera mythi forma . . . . .	276
Cap. XI. De auctoritate fabulae in posteros propagata . . . . .	289
Cap. XII. De Cyclope mimico . . . . .	298
Corollarium archaeologicum . . . . .	303

## A d d e n d a.

- p. 177. Respondit Hillero Susemihlius Burs. annal. 1852 I p. 83 sq. c. adn. 88 de sublimi Cyclopis delineatione sententiam paulum deflectens iniuria, ut nobis uidetur.
- p. 205 sq. Laudare debuimus Conradum Bursian, qui eandem quam nos de Dorionis uerbis opinionem protulit iam in Zarnckii annal. litt. 1873 p. 1555 cf. Burs. annal. 1880 II p. 129 c. adnot. 1.



DE  
FASTIS GRAECORUM ANTIQUIORIBUS.

SCRIPSIT

ERNESTUS BISCHOFF.

## COMPENDIA.

---

C. I. : Corpus Inscriptionum Graecarum.

C. I. A. : Corpus Inscriptionum Atticarum.

Lebas: Voyage arch. en Grèce et en Asie-Mineure. Deuxième partie. Inscriptions grecques et latines. Deuxième volume. Inscriptions de la Grèce et des Îles.

Lebas-Foucart: *ib.* Explications des Inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce etc. Mégaride et Peloponnèse.

Lebas-Waddington: *ib.* Asie-Mineure.

Rang. : A. R. Rangabé, Antiquités Helléniques. Athènes I. 1842. II. 1855.

Eph. A. : *Ἐφημερίς Ἀρχαιολογική.* Athen. 1837 sqq.

Eph. A. Nou. : *Ἀρχ. Ἐφ.* Athen. 1862 sqq.

Wescher et Foucart: Inscriptions recueillies à Delphes. Paris 1863.

Act. Inst. Arch. : Mittheilungen des deutschen arch. Instituts in Athen. 1876 sqq.

Bull. : Bulletin de correspondance hellénique. Paris et Athènes 1877 sqq.

Newton: The collection of ancient greek inscriptions in the british museum. part. II. Oxford 1883.

---

## PROOEMIUM.

---

Cum ante hos<sup>1)</sup> sedecim menses ad perscrutandos titulos qui inde ab h. s. a. XLIV reperti sunt accederem, ut eos qui mensium nomina continent componerem, de fastis Graecis uberius scripserant uiri docti C. Fr. Hermann<sup>2)</sup>, Theodorus Bergk<sup>3)</sup>, Henricus Ahrens<sup>4)</sup>; quorum post operas quoniam titulorum copiae in dies magis auctae sunt et nonnullae de singulis Graecorum fastis commentationes<sup>5)</sup> in lucem prodierant, non superuacaneum uidebatur in hanc materiam denuo inquirere, titulos nuper repertos ad fastos Graecos conficiendos adhibere, uirorum doctorum sententias dispersas et colligere et recensere<sup>6)</sup>.

Hoc consilio ad propositum accesseram et titulis huc pertinentibus perquisitis iam maiorem huius opusculi partem con-

---

1) Scripsi superioris anni mense Iunio; tum confectam et absolutam esse hanc dissertationem moneo. Sed tamen omnes, quantum fieri potuit, titulos ante huius anni calendas Apriles editos examinaui, examinatos, quoad fieri debuit, plerumque in annotationibus curauit.

2) 'Griech. Monatskunde'. Göttingen 1844 in 'Abhandlungen d. hist.-philol. Classe d. kgl. Gesellschaft d. Wissensch. zu Göttingen' u. II.

3) 'Beiträgez. griech. Monatsk.' Giessen 1845.

4) 'Z. griech. Monatsk.' Mus. Rhen. XVII (1862) p. 329—367.

5) Quae suis locis erunt citandae.

6) Simile quid etiam Ch. Em. Ruellio, uiro Francogallo, propositum fuisse certe scio. Qui in Ch. Darembergii et Edm. Saglionis 'Dictionnaire des Antiquités Grecques et Romaines' etc. Sixième fascicule. Paris 1879 s. u. calendarium p. 822—832 uirorum doctorum sententias diligentissime conquisiuit. Sed cum uirorum doctorum commentationes omni titulorum copia exstructus examinare aut supplere supersederet, neque materiam exhausit et multas uirorum dd. sententias, quae non iam stare possunt, pro certis affirmauit.

feceram, cum exeunte anno superiore Clodii <sup>1)</sup> 'Fasti Ionici', ineunte hoc anno Latschewii <sup>2)</sup> de nonnullis fastis Aeolicis et Doricis liber Russorum <sup>3)</sup> lingua conscriptus in lucem prodierunt.

Uterque uir doctus idem potissimum studuit, ut Hermanni de Graecorum mensibus dissertationem titulis qui hodie suppetunt adhibitis emendaret et compleret. Et Clodius quidem summa cum diligentia materiam ad Ionicos fastos condendos in unum contulit, Latschewius non solum ad ea, quae accuratissime tractauit calendaria <sup>4)</sup> inscriptiones collegit, sed data occasione etiam titulos adscripsit, quibus tamquam fundamentis superstruantur ceterorum <sup>5)</sup> Graecorum fasti, ut titulorum copiam denuo colligere non iam uideatur operae pretium esse. Nihilominus ne hoc quidem tempore omnem materiam compositam denuo examinare inutile esse arbitror; primum quod omnium Graecorum fastorum facere summam quae adhuc desideratur tanti esse uidetur, tum quod Clodius et Latschewius saepius mea quidem sententia non recte iudicauerunt ideoque nonnullae utriusque argumentationes erunt corrigendae <sup>6)</sup>.

1) Arminius Clodius, Fasti Ionici. dissert. inaug. Halis Saxonum MDCCCXXXII.

2) Adscribo eum Latschewii libri titulum, quo usus bibliopola illum proscrisperat 'Ueber einige aeolische und dorische Kalender' epigr. Unters. (Russ. Spr.) VIII no. 196 S. gr. 8°. St. Petersburg, Aug. Deubner. Newsky Pr. 10.

3) Theodori Lutheri Moscauiensis nunc Lipsiensis uiri humanissimi beneuolentia hunc librum in uernaculum sermonem ad usum meum tractum esse etiam hoc loco grato animo profiteor.

4) Thessalica, Perrhaebica, Lamiaca, Boeotia, Locrica, Phocica, Lacedaemonia, Theraea, Megarensia, Calchedonia, Byzantina, Chersonesia, Rhodia, Coa, Calymnia.

5) Velut Chiorum, Coryraeorum, Deliorum, Eleorum, Halicarnasensium, Lesbiorum; ceterum Latschewius Clodii dissertationem nondum nouisse uidetur.

6) Clodii fastis Ionicis nonnulla mensium nomina, Latschewii calendariis unum, quantum memini (cf. infra capit. II, 3 a), addendum habui eaque suis locis annotaui; quae uero mensium nomina alterutri uiro docto debeo, ea asterisco notata sunt.

Quibus ex rationibus quam Clodii et Latischewii libris in lucem emissis sequi cogimur, excusetur quaeso, huius dissertationis sibi non constans natura et indoles; quae ex eo efficitur, quod non iam licebat singulas dissertationis partes ad nostrum arbitrium componere, sed utrum longus an brevis essem, pendebat ab eis quas uiri i. d. antea protulerant sententiis. Nam quo magis in nonnullis ab eis dissentimus, eo uberius disserendum erit; ubi autem cum eis consentimus, attulisse eorum locos, quibus nitimur, satis habere potuimus mensibus eo quem probauimus ordine compositis fontibusque subscriptis. Uberrime igitur erit exponendum de fastis Thessalicis, de quibus plane noua proferre posse mihi uideor; contra ad nonnulla Ionum calendaria, quae Clodium summa cum probabilitate condidisse arbitror, admodum pauca additurus sum.

Haec cum in uniuersum praemonuerim, pauca etiam de disponendis rebus praemittam. Atque ita quidem hanc commentationem instituendam esse putauit, ut dissererem:

- I. de fastis Aeolicis,
- II. de mediae Graeciae ciuitatum fastis, qui neque cum Aeolicis neque cum Doricis possunt coniungi,
- III. de fastis Doricis,
- IV. de fastis Ionicis.

Ad finem libri adieci indices duos: alterum ciuitatum quarum menses afferuntur, alterum et mensium adscriptis eis ubi deprehenduntur locis et partium, in quas anni diuidi solent. Postremo confeci tabulas quattuor, quibus omnium Graecorum menses certis — quoad fieri potest — locis collocati et inter se comparati uno in conspectu ponerentur.

Macedonum autem et ceterorum populorum, quorum menses ex hemerologiis quae dicuntur fluxerunt, fastos neglexi, quoniam non tam ex titulis quam ex hemerologiis hauriuntur itaque de his ad Hermanni <sup>1)</sup> commentationem relegare licet. Nihilominus ratio habebitur et eorum mensium, qui quamquam posteriorum temporum titulis traduntur uel ex Macedonum

1) Etiam Ruellius l. l. p. 829 sqq. materiam ad haec hemerologia spectantem accuratissime collegit.

fastis effluere potuerunt, tamen an iam antiquitus in usu fuerint nescimus <sup>1)</sup> et eorum, qui quamquam posterioribus demum temporibus usurpati tamen ad antiquiorum mensium formas accommodati sunt uelut *Ἀρημητιῶν, Ἀδριανῶν, Νεοκαισαρεῶν*.

Atque in singulorum fastorum tamquam familiis constituendis coniungemus fastos in coloniis Graecis usurpatos cum calendariis earum ciuitatum, a quibus illae conditae sunt. Sed ubi haec lex non satis acriter obseruari neque certius quidquam de cognatione ciuitatum aut de affinitate fastorum statui poterit, in uniuersum certum locorum ordinem sequar.

De mensium autem nominum formis, de eorum significatione, de annorum cardinibus, de diuersis intercalandi rationibus, de aliis rebus summatim disserere omisi, quia etiam his in rebus ad Hermanni dissertationem ideo relegare licet, quod eius maiore parte certum harum quaestionum fundamentum iactum esse exploratum habeo <sup>2)</sup>. Ceterum etiam eum in quem fastos Graecorum tractandos redegimus ordinem in uniuersum quidem positum esse in Hermanni de fastorum Graecorum familiis sententia — quae nouis repertis titulis in dies magis confirmatur — periti facile ipsi intelligent.

Denique cum multum interesse uideatur certa et firma ab iis secerni, quae ueri quidem similia tamen non explorata uideantur, argumenta ad mensium sedes constituendas ex chronologicis rationibus malui repetere quam ex etymologicis et heortologicis <sup>3)</sup>; ad quas tum demum confugiebam cum alia uia certam sedem effectum iri plane desperandum esset. Eadem de causa signum interrogationis praescribitur, si locus mensis, adscribitur, si nomen ipsum incertum est.

1) Cf. *Πάνημον* mensem ex Mysiae aliqua parte repetitum; infra cap. IV. B, 4 c et C, 7 b.

2) Ac ne Latschewium quidem, qui summatim de his rebus disseruit (p. 1—55), ab Hermanno in summis quidem rebus dissensisse uideo.

3) Quas tres rationes idem Hermannus (p. 10 sq.) discreuit.

## CAPUT I.

*De fastis Aeolicis.*A. De Thessaliae <sup>1)</sup> fastis.1. *De fastis Thessalicis.*

## a) De fastis Larisaeis.

Inscriptione Ussingiana <sup>2)</sup> octava quattuor mensium Larisaeorum nomina eaque posterioris <sup>3)</sup> semestris traduntur hoc quidem ordine: *Λεσχάνοριος* <sup>4)</sup>, *Ἀφριος* <sup>5)</sup>, *Βυ* . . ., *Ὁμολώιος*. Tertium nomen mutilatum ab Ussingio p. 21 quamvis dubitanter restituitur '*Βυσιος*' propter Delphicorum fastorum analogiam idemque probatur Osanno Philolog. u. VIII (1853) p. 181. Sed Bergades <sup>6)</sup> et Duchesnius <sup>7)</sup>, qui eundem ediderunt titulum, praebent *Θυ* . . scripturam, quae ab Heuzeyo Rev. Arch. nouv. série XXXI (1876) p. 259, 2 <sup>8)</sup> probata confirmatur — siquidem opus est ullo argumento — titulo Duchesnii 162, ubi idem *Θῶος*, sicut in eo quem tractamus titulo, est inter Aphrium et Homoloium, ut certa sit quattuor illorum mensium series.

1) Componam hoc loco calendaria eorum qui uulgo in Thessalis habentur populorum: Pelasgiotarum, Thessalotarum, Hestiotarum, Phthiotarum; Perrhaeborum, Magnetum, Oetaeorum, aliorum; quamquam hos Thessaliae fastos et inter se discrepuisse et a calendario quod dicitur Thessalico longe diuersos fuisse statim apparebit.

2) Ussing, Inscriptiones Graecae ineditae. Hauniae 1847.

3) Certa de Thessalorum anni initio testimonia quamquam desunt, tamen facilem de eo coniecturam fieri paulo infra uidebimus.

4) Leschanorius mensis iterum comparet in titulo Larisaeo a Lollingio Act. Inst. Arch. VII (1882) p. 343 sq. edito.

5) Aphrius redit alio in titulo Larisaeo Ussing. s<sup>b</sup> = Lebas. 1241 posteriori semestri adscriptus.

6) Pandorae uol. XIV (1864) p. 391 sq. Bergadem ante Duchesnium (uide annotationem proxime insequentem) ueram '*Θυ*' lectionem restituisse Latschewius pp. 69 et 79 monuit. 7) Archives des missions scientifiques. III. série. III. uol. (1876) p. 312 sqq. no. 163.

8) Cf. Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions etc. IV. sér. IV. uol. (1876) p. 46 sqq. et Heuzey. et Daumet., Mission archéologique de Macédoine I (1876) p. 431 sqq.

Deinde Hippodromium <sup>1)</sup> et Itonium Larisaeos menses afferunt Duchesnii tituli 160 et 161; quamquam dolendum est, quod non apparet, utri semestri sint adscribendi. Unde iam patet apud Ussingium no. 7 (= Lebas 1239) u. 24 in titulo Larisae inuento *Ἰπποδρομίου* quod legitur posse pro mense haberi; quamquam ne hoc quidem tempore plane diiudicari potest, utrum mensis hoc nomen sit an hominis, quam dubitationem iam indicauit Ussingius p. 17.

Denique Themistius et Panamus <sup>2)</sup> menses Larisaeis fastis adduntur inscriptione Larisaea, quam primus <sup>3)</sup> publici iuris fecit Lollingius Act. Inst. Arch. VII (1882) p. 61 sqq.; sed ne hi quidem prae se ferunt notam alterutrius semestris <sup>4)</sup>.

1) Cur Duchesnii titulum 160, quem Larisaeum esse Duchesnius pro certo affirmavit, Perrhaebis potius asciscamus cum Heuzeyo (Rev. Arch. l. c. p. 260) et Paulo Monceaux (Bull. VII 1883 p. 41 sqq.) nulla est causa. Ad quam coniecturam Heuzeyum esse deductum praesumpta quadam sententia infra (hui. cap. A, 2) patebit. Ne Latschewius quidem (p. 87) uiri illius docti sententiam probauit.

2) Huius nominis syllabam paenultimam producendam esse, hoc titulo denuo comprobatur. Legitur enim duplex post 'α' 'μ' littera, quam relicta uocalis antecedentis productione euanuisse conicimus. Ceterum in titulis Deliis (cf. Bull. V p. 25 sqq.) saepius occurrit *Πανήμος* forma; quare illud *Πανήμων* quod uersus Callimachi (ed. Schneider. I p. 89. XLVI) praebent, quin rectum sit, dubitare non licet (cf. R. Meister, Curtii Stud. IV p. 441 sq.).

3) Cf. C. Robert et Mommsen. Hermae u. XVII (1882) p. 467 sqq. et Blass. N. Jahrb. CXXV (1882) p. 525 sqq.; quam inscriptionem Paulus Monceaux plane neglexit; ita ut propter unam hanc causam cadat Thessalorum calendarium, quod tamquam genuinum uerumque constituisse sibi uidebatur (p. 53).

4) Statim monendum quidem est de enuntiato quodam ad hoc tempus ignotum, quod huius tituli u. 40 exstat: *Θεμιστίοι τῆ ὑστερομηνία*; cuius uocis significationem ii, qui hunc titulum ediderunt, non explicauerunt. Equidem puto coniungendam esse hanc uocem cum uerbo quod titulo Larisaeo ab Ussingio (no. 8) edito traditur *ἴλ[οκνηλίον]* — si modo probatur Duchesnii supplementum; ita quidem ut *ὑστερομηνία* dicatur de eo qui plenilunium sequitur die, ubi luna senescere coepit. Ut enim *νονημία* est dies, ubi luna *νέος* oritur, ita *ὑστερομηνία* fuisse uidetur is, quo luna *ὑστέρᾳ* i. e. *ἐλάσσων* fit.

Ceterum talem mensium diuisionem apud Graecos in usu fuisse testatur scholiasta ad Pind. Ol. III, 33 his quidem uerbis: *ὄτε δέ ἐστι ἡ*



Neque tamen prorsus desunt indicia, unde Hippodromii, Panami, Themistii sedes magna cum probabilitate constitua-  
mus. Primum Hippodromium et Panamum illum posteriori,  
hunc priori semestri insertum ponam septimo et octavo post  
brumam loco, quae sententia Perrhaeborum fastorum analogia  
commendata Boeotiorum similitudine probatur. Apud Perrhae-  
bos enim Hippodromium posterioris esse semestris discimus  
comparatis titulis Ussing. 6 et Heuzey. 'Le mont Olympe et  
l'Acarnanie' p. 465 sqq. 14 (cf. infra hui. cap. A, 3). Et quam-  
quam Perrhaeborum et Larisaeorum fasti aliis in rebus multum  
discrepant, tamen artioris coniunctionis nonnulla quidem exstant  
uestigia, uelut apud utrosque deprehenduntur Leschanorius et  
Homoloïus atque eidem posteriori quidem semestri adscripti;  
et Hermaeus potest sane apud utrosque eundem locum occu-  
pare, siquidem E. Curtii uerisimilis emendatio<sup>1)</sup> pro tradito  
EPNOY (Heuzey. no. 13) EPMAIOY reponentis et mea de La-  
risae et Pelasgiotidis fastorum aequabilitate sententia (cf. paulo  
infra c) probatur. Ceterum affinitas quaedam Larisaeorum et  
Perrhaeborum ab historiae fide minime abhorret<sup>2)</sup>.

Accedit ad sedem Hippodromii et Panami constituendam  
aliud quiddam. In quo expediendo mihi liceat praesumere, id  
quod infra demum erit probandum: Thessalorum fastos ac  
Larisaeorum fuisse eosdem. Confertur<sup>3)</sup> enim Thessalorum  
Thyus cum Delphorum Endyspoetropio, quem mensem in idem  
anni tempus incidisse ac Boeotorum Thyium comprobant fasti  
Boeotii a Lipsio nuper instituti<sup>4)</sup>. Quae Thessalicorum et Boeo-  
tiorum fastorum coniunctio confirmatur eo, quod apud utrum-  
que populum Homoloïus Thyium sequitur et Hermaeus apud

---

*σελήνη πανσέληνος, δίχα κόπτει τὸν μῆνα· ἐν γὰρ τῇ τεσσαρεσκαδεκάτῃ  
τοῦ μηνὸς τοῦτο γίνεται;* atque paucis ante dixit plenae lunae lucem esse  
'*ὀλόκληρον*', id quod fortasse illo in titulo pro Duchesnii '*ὀλοκκλιον*' est  
restituendum. — De bipartitis apud Graecos mensibus cf. A. Mommsen.  
Heort. p. 374 ann.; Chronol. pp. 55. 59, 2; Ruellii p. 832; Latisch. p. 69, 39.

1) Gött. Gelehrt. Anz. II (1860) p. 1384.

2) Cf. Strabonis IX, 5, 19 p. 440.

3) Wescher et Foucart no. 55.

4) Studd. philol. Lips. u. III p. 207 sqq. IV p. 155 sq. cf. hui. cap. B.

utrosque usitatus potuit sane stare eadem anni tempestate. Quae cum ita se habeant, ueri uidetur simile apud Thessalos<sup>1)</sup> Hippodromium et Panamum septimum et octauum occupasse post brumam locum, ubi apud Boeotos eos stare uidemus. Hippodromium igitur mensem alterum Larisaeorum semestre conclusisse, Panamum prius putamus incepisse.

De Themistii autem loco res est magis dubia. Apud Halenses quidem titulo Heuzeyano Rev. Arch. l. l. tribuitur posteriori semestri; sed si ullum licet calendarium praeter Boeotium ad condendos Larisaeorum uel Thessalorum fastos adhibere, Perrhaeborum certe calendarium licet, quocum Thessalorum fastos aliquomodo cohaesisse uidimus. Contra inter Halensium et Thessalorum fastos nullum fere interfuisse uinculum infra apparebit.

Quibus de causis Halensium Themistius posteriori semestri adscriptus minime impedit, quominus Larisaeorum Themistium addicamus priori semestri; quin etiam fortasse licebit — siquidem licet rursus praesumere Thessalicos qui dicuntur fastos congruisse cum Larisaeis — ad certiolem sedem Themistii statuendam adhibere titulum a Wachsmuthio Mus. Rhen. uol. XVIII (1863) p. 540 sqq. editum; quamquam per ambages demum ad eum qui ante oculos obuersatur finem perueniemus. Comparatur enim Thessalorum Themistius cum Perrhaeborum Dio, quem priori<sup>2)</sup> semestri esse tribuendum infra elucebit, ut Themistius apud Larisaeos et Dius apud Perrhaebos fuisse uideantur eiusdem semestris. Et Aetolorum Dius in quod anni tempus ceciderit, accuratius intellegitur ex compluribus titulis, qui et apud Wescherum et Foucartum<sup>3)</sup> et in Bull. uol. V<sup>4)</sup> leguntur. Solet enim conferri cum Delphorum Poetropio. Videtur igitur, cum Perrhaeborum priore semestri Delphorum Poetropium

1) Praeterea Hippodromius et Panamus eodem quem apud Boeotos tenere ordine steterunt apud Lamienses cf. hui. cap. A, 4.

2) Quod semestre idem fere anni tempus comprehendisse uidetur ac Larisaeorum cf. hui. cap. A, 3.

3) No. 124. 145. 188. 199. 252. 304. 319. 320. 324. 333. 385. 386.

4) P. 397 sqq. no. 17. 23. 27. 28. 31. 36.

comprehensum esse ueri simile sit, ut apud Aetolos, ita apud Perrhaebos Dium, quem uidemus cum Poetropio comparari, in idem anni tempus incidisse; sed de ipsa sede res est incerta. Animaduertendum autem est Dium eundem locum, quem apud Aetolos tenuit, posse occupare apud Perrhaebos, ut etiam Larisaeorum Themistio assignari possit duodecimus ille post brumam <sup>1)</sup> locus.

Itonium mensem posterioris quo apud Perrhaebos contineri uidetur fuisse opinamur semestris eumque collocamus, quamquam dubitanter, undecimo Thessalorum anni loco.

b) De Pelasgiotidis, Thessaliotidis, Hestiaeotidis<sup>2)</sup>  
fastis communibus.

Omnes quos habemus menses Pheraeos, Cierinos, Metropolitanos, alios uno excepto iam apud Larisaeos inuenimus; sunt enim hi:

apud Pheraeos:	apud Cierinos:	apud Metropolitias:
Ἐρμαῖος <sup>3)</sup> I. sem.	Ἰώνιος <sup>4)</sup>	Ὀμολώιος <sup>5)</sup>
	Θῦος <sup>4)</sup>	Θεμιστίος <sup>6)</sup>
		Θῦος <sup>7)</sup>
		Ἐρμαῖος <sup>7)</sup>
		Ἰώνιος <sup>7)</sup>

Omitto titulum Ussing. 6<sup>8)</sup>, quem Lebasium secutus Duchesnius Metropolitanum esse dicit. Est enim inuentus prope Turnabum, quem uicum situm esse intra fines Perrhaeborum indicat Heuzeyus (cf. hui. cap. A, 3). Menses igitur quos praebet hic lapis

1) Pro primo post brumam mense habeo eum, qui Atheniensium Gamelioni et Delphorum Amalio respondet, pro duodecimo Posideonem et Poetropium.

2) Hestiaeotidis esse Metropolitim oppidum demonstrat Bursian. Geogr. Griech. I, 53; id quod est monendum propter Pauli Monceaux sententiam, qui cum Lebasio censet id oppidum fuisse situm in Thessaliotide.

3) Ussing. 4 B = Lebas. 1217 B adscripta prioris semestris nota.

4) Lebas. 1188 sq., quem utrumque mensem iam nouerat Hermannus pp. 89. 118. 5) Heuzey. et Daumet. p. 437 no. 219. cf. Rev. Arch. p. 259, 3.

6) Ussing. 5 = Lbs. 1192; Monceaux l. l. 7) Monceaux l. l.

8) = Lebas. 1295.

Hippodromius, Phyllicus, Itonius, cuius nomen legi posse mihi uidetur, Perrhaebis potius fastis inserendi sunt et Wachsmuthii et Duchesnii sententiae corrigendae. Ne Crannoniae quidem inscriptionis a Lebas. no. 1211 a editae hoc loco ratio habetur. Neque enim ei ullius mensis nomen subesse putamus; siue cum Ahrente <sup>1)</sup> et Keilio <sup>2)</sup> u. 3 legimus ‘Ἰπποδρομ[ος]’ siue cum Fickio <sup>3)</sup> ‘Ἰπποδρόμ[ος]’, cum conexu uerborum hominis nomen requiratur.

Accedunt iam tria nomina quae titulis non certo quodam loco inuentis exhibentur haec:

Θεμιστιος et Ἀγ[ριος] <sup>4)</sup>; Ἐρμαῖος <sup>5)</sup>.

Cum igitur nomina mensium sex apud Larisaeos inuenta redeant apud ceteros Pelasgiotas, Thessaliotas, Hestiaeotas, licet statuere omnium harum regionum incolas usos esse eodem calendario.

Ita eram argumentatus cum in lucem prodiit Pauli Monceaux noua inscriptio Metropolitana, cuius argumentum non consentit nostra cum ratione, quin etiam pugnat cum tituli Ussingiani 4B memoria (cf. hui. diss. p. 323). Traduntur enim titulo illo quattuor menses hoc ordine compositi: Θῶος, Ἐρμαῖος, Ἰώνιος, Θεμιστιος, quos omnes fuisse ueri simillimum est eiusdem semestris, quoniam nulla intercedit alterius semestris nota. Sed quaeritur, utri semestri sint adscribendi, cum ne praescriptio quidem praebeat ullum alterutrius semestris indicium. Priori semestri ne attribuamus hos menses obstat Larisaeorum Thyus, quippe quem constet fuisse posterioris semestris (cf. p. 319). Si autem posteriori quod requirit Thyus semestri quattuor illos menses inserimus, refellitur Ussingiani quem modo diximus tituli memoria et cadunt Thessalorum fasti <sup>6)</sup>, quos mihi uideor aliqua cum probabilitate condidisse.

1) De dial. dor. p. 528. 2) Inscriptt. Thessalicae tres. Numburgi 1857 no. 2. 3) Beitr. z. Kunde d. indogerm. Sprachen ed. A. Bezenberger. V (1880) p. 16 sq.

4) In tit. inter Pharsalum et Crannona inuento Heuzey. et Daumet. p. 435 no. 215. 5) In lapide prope Metropolim effosso; apud eosdem no. 222 cf. Heuzey. Rev. Arch. l. l. p. 259, 3.

6) Ne cum eo quidem quem Latschewius instituit Thessalorum mensium ordine potest huius tituli mensium series consociari, nisi forte diuersa

Quibus ex angustiis <sup>1)</sup> quamquam qui effugiam non uideo, tamen censeo huius tituli auctoritatem non tantam esse, ut Hestiaeotas putemus menses quidem eosdem habuisse ac Pelasgiotas et Thessaliotas, sed ordine mensium non eodem esse usos. Nam si quis lapicidae erroribus laborare hanc inscriptionem contendat, eius sententiam arbitrer non carere fundamento. Sanandae enim erant Paulo Monceaux corruptae lectiones complures uelut u. 7 ΕΡΑΙΟΥ in ΕΡΜΑΙΟΥ; u. 9 ΕΘΥΤΥΧΟ[Σ in ΕΥΤΥΧΟΣ; u. 10 ΙΠΠΑΡΧΟΝΤΟΣ in ΙΠΠΑΡΧΕΟΝΤΟΣ; u. 11 ΕΔ in ΔΕ.

Praeterea ne ratio quidem menses significandi est sibi constans; legimus enim quattuor locis 'μηρος' uocabulum mensis nomini praemissum, semel u. 8 'Ιτωνίου' solum, et hoc quidem locoprehendimus adscriptam diei notam (ζ'), id quod multo magis discedit a communi huius tituli usu. Hic igitur titulus, quoniam causa est, cur de eius genuina forma dubitemus, uidetur in praesentia quidem ad ordinandos Thessalorum fastos non esse adhibendus.

Quodsi haec quam commendauimus sententia de horum fastorum aequabilitate probatur, fieri potest, ut Hermaeum prope

fuisse Thessaliae et Hestiaeotidis annorum initia et eos quos titulus Metropolitanus sine alterutrius semestris nota affert menses per utrumque semestre esse distribuendos statuitur. — Sed si quis tale quid statuit, me non habet assentientem. Neque enim uidetur ueri simile, Hestiaeotas menses quidem eosdem habuisse ac Thessaliotas, cardinem anni non habuisse eundem, quoniam etiam Halenses, quorum fasti ceteris in rebus multum discrepant ab omnium Thessalorum calendario, tamen eodem usos esse anni initio facile conicitur (uide paulo infra 2). Praeterea qui titulo Metropolitaniano enumerantur menses non prius uidentur posse per utrumque semestre distribui, quam aut certum sit per totum annum apud Metropolitanas munere suo functum esse 'ταμίαν' qui dicitur magistratum, quem apud Halenses, Pelasgiotas, Perrhaebos fuisse scimus in officio unum per semestre, aut appareat illis mensium nominibus antecessisse praescriptionem, qua totum per annum 'ταμίαν' fuisse eundem indicaretur (uelut his quidem uerbis: 'ταμειόντος δὲ ὅλον τὸν ἐνιαυτόν' cf. Heuzey. Rev. Arch. l. l. B).

1) Eas quas modo adumbrauimus difficultates Monceaux non nouisse neque Hermaeum mensem apud Pheraeos priori esse adscriptum semestri obseruasse uidetur.

Metropolim et Pheris inuentum addamus Larisaeis fastis; et percommode cadit, quod Hermaeus etiam his in fastis potest collocari priore semestri, quod apud Pheraeos eum occupasse scimus. Ceterum Mercurium honoratum esse apud Larisaeos e titulis sepulchralibus<sup>1)</sup> elucet, ubi legitur *Ἑρμῆος χθονίου*. Quem mensem ad Boeotiorum fastorum rationem putamus ita collocandum esse, ut antepositus Leschanorio duobus mensibus a Thyo absit.

c) De calendario quod dicitur Thessalico.

Res ita comparatae sunt, ut credamus Pelasgiotidis, Thessalio-  
tidis, Hestiaeotidis fastos communes esse dictos Thessalicos et enuntiatum *ὡς Θεσσαλοὶ ἄγοντι*, quod bis tantum adhuc legitur<sup>2)</sup>, pertinuisse ad Thessalos<sup>3)</sup>, qui incolebant Pelasgiotidem, Thessalio-  
tidem, Hestiaeotidem. Quae sententia munitur duplici obseruatione. Primum enim uidemus Themistium, quem Wachsmuthii titulus praebet, et Thyum ex altero fonte sumptum inesse in Pelasgiotidis et Hestiaeotidis fastis. Deinde, quod multo grauius est, Pelasgiotarum Themistius et Thyus possunt — sicut uidimus — tenere eadem loca, quae Thessalorum Themistio et Thyo assignantur titulis extrema in pagina allatis<sup>3)</sup>. De Thyo quidem res est admodum uerisimilis.

Quodsi probatur nostra sententia de Pelasgiotidis, Thessalio-  
tidis, Hestiaeotidis et Thessalorum qui dicuntur fastorum

1) Cf. Duchesnii p. 321 t. 164 alios locos.

2) Wachsm. tit. l. l. p. 540; Wescher. et Foucart. no. 55.

3) Verba illa *ὡς Θεσσαλοὶ ἄγοντι* euincunt unum calendarium ualuisse apud complures gentes Thessalicas, sed quarum gentium id commune fuerit quaeritur; quae quaestio est ad soluendum eo difficilior, quo latius apud ueteres patuisse uidemus Thessalorum nomen. Sed tamen in tabulis, ubi *ἀμφικτίονες* enumerantur, Thessalis opponuntur Perrhaebi, Magnetes, Phthiotae (Aeschin. de f. l. § 116; Paus. X, 8, 2; C. Wescher. Mém. présentés par divers savants à l'Acad. des Inscript. I. sér. VIII. u. p. 1. cf. Foucart. Bull. VII 1883 p. 432); quorum populorum illos utrosque inter omnes constat suis ipsorum usos esse fastis. Quibus de causis non intellego, cur Latschewius (p. 87) uerba illa *ὡς Θ. ἄγοντι* ita urserit, ut ratus ea esse dicta etiam de Halensibus et Phthiotis difficultates inde natas remouere studuerit coniecturis satis audacibus (cf. paulo infra 2).

congruentia, nouum accipimus ad componendum Thessalorum calendarium subsidium, unde conciliata Thessalicorum mensium quam finximus serie cum Delphorum fastis fiat conclusio de Thessalorum anni cardine. Quo fundamento <sup>1)</sup> iacto addo hanc tabulam:

Delphis:	apud Thessalos:	Delphis:	apud Thessalos:
	I. sem.		II. sem.
<i>Βονκάτιος</i>	1. <i>Πάραμιος</i>	<i>Βύσιος</i>	7. <i>Λεσχανόριος</i>
<i>Βοαθός</i>	2. .	<i>Θεοξένιος</i>	8. <i>Άφριος</i>
<i>Ήραϊος</i>	3. .	<i>Ένδυσποιτρόπιος</i>	9. <i>Θῶς</i>
<i>Λαδαφόριος</i>	4. .	<i>Ήρακλειός</i>	10. <i>Όμολώιος</i>
<i>Πουτρόπιος</i>	5. ? <i>Θεμιστιος</i>	<i>Ήλαϊος</i>	11. ? <i>Ήτώνιος</i>
<i>Αμάλιος</i>	6. <i>Έρμαϊος</i>	<i>Άπελλαϊος</i>	12. <i>Ίπποδρομίος</i>

2. *De fastis Halensibus.*

Titulo Halensi, quem edidit Heuzey. Rev. Arch. l. l., debemus mensium nomina octo, quorum quattuor inseruntur priori semestri, tria posteriori; accedit mensis intercalaris, qui utri semestri sit addicendus dubium est. Nomina sunt haec:

I. sem. <i>Άδρομίος</i>	II. sem. <i>Μεγαλάριος</i> <sup>2)</sup>
<i>Ένώνιος</i>	<i>Θεμιστιος</i>
<i>Πυθοϊος</i>	<i>Όμολώιος</i>
<i>Άγναϊος</i>	

mensis intercalaris *Γενέτιος* *Ξμβόλιμος*.

1) Quamquam non ignoro ex una hac Endyspoetropii et Thyi comparatione non debere colligi fuisse hanc responsionem constantem, tamen iacio hoc fundamentum, quoniam alia desunt subsidia et eae quae ex intercalandi uarietate existunt calendariorum discrepantiae non tam late patent. cf. Herm. p. 25sqg. — Ab eodem loco post brumam octauo Locrorum annum cepisse initium infra cap. II, 3 a uidebimus.

2) Monceaux, qui titulo denuo inspecto hunc mensem assignat priori semestri, mihi non persuasit. Debebat enim afferre ea quae titulus praebet uerba eaque eo quo ipse cognouerat ordine disposita. Cum autem satis haberet ferre sententiam neque adnotaret, quid Heuzeyus in describendo titulo peccauisset, censeo etiam hoc die ab eo quod uir ille doctus publici iuris fecit apographo esse proficiscendum. Nam quamquam concedo Megalartii nomen non stare suo loco, sed exspectari post praescriptionem de-

Hoc igitur titulo duplex quoddam efficitur: primum enim distribuuntur menses per duo semestria; tum habemus ordinem, quo menses sese exceperunt; quamquam non constat eos eo quo traduntur ordine protinus sese consecutos esse. Attamen id concedendum erit Heuzeyo Adromium mensem, quippe qui bis primo exhibeatur post praescriptionem loco, primum mensem fuisse uideri prioris semestris.

Itaque his rebus, quae ex inscriptione ipsa iam ab Heuzeyo haustae sunt, nihil potest opponi. Sed in eo, quod uir ille doctus putat Genetium intercalarem appositum esse posteriori semestri, me non habet assentientem. Immo uero quoniam Adromius et Hagnaeus, qui proxime antecedunt, prioris semestris fuerunt, etiam Genetius intercalaris addendus esse uidetur priori semestri<sup>1)</sup>. Quin etiam putamus, id quod infra erit probandum, Genetium communem esse Halensium mensem eumque sextum prioris semestris.

Ac ne illa quidem, quae Heuzeyus proposuit de mensibus ad anni tempora referendis aut de calendario Thessalico restituendo, hoc quidem tempore iam probari possunt, cum fundamenta, quibus usus est, aliis titulis nuper inuentis labefactata sint. Primum enim Halensium mensibus ordinandis lucem attulit titulus Melitaeus ab Haussoulliero<sup>2)</sup> editus, quo Pythoeus mensis cum Delphorum Poetropio aequatur. Qua comparatione Heuzeyi cecidit sententia, qui Pythoeum cum nostro

---

mum *ταμειώντος* etc.), tamen malim perferre unam hanc inconstantiam quam exemplo hoc quidem scrupulo difficultates augere. Patet enim, si Megalartium ad praecedentia referamus, desiderari eum mensem, quo factas esse putemus manumissiones uu. 44—49 enumeratas. Quibus de causis non uideo, quomodo Pauli Monceaux sententia defendi possit. — Ceterum quod uir ille Francogallus huius tituli condicionem parum accurate exposuit, eo magis est dolendum, quoniam Latschewius, qui est a. 1881 profectus titulum Heuzeyanum de integro spectaturus in oppidum Armyro, ubi eum esse Heuzeyus sponderat, rediit infectis rebus. Remotus enim erat suo loco lapis ille neque usquam potuit reperiri. cf. Lat. p. 88, 33.

1) Cf. Delphorum Poetropium alterum, quem in prioris semestris mensibus esse habitum docet tit. Wescher. et Foucart. 425.

2) Bull. V p. 423 sq. no. 37, quem titulum Monceaux plane neglexit.



septembri comparauerat. Ex hoc Pythoeo cum Delphorum Poetropio comparato sequitur, ut ceciderit Halensium prius semestre in idem fere anni tempus ac Thessalorum, apud quos p. 327 uidimus posterius semestre cepisse initium ab altero post brumam mense, unde colligere liceat illas ciuitates habuisse ut bipartitum annum, ita semestria ab eodem anni tempore incipientia <sup>1)</sup>. Quam similitudinem, quoniam alia desunt ad Halensium anni initium constituendum subsidia, censeo ita esse premendam, ut negem illam Pythoei et Poetropii responsionem fuisse constantem <sup>2)</sup>. Immo uero Pythoeus conuenisse plerum-

1) Hunc Halensium et Thessalorum anni cardinis consensum meram confiteor esse coniecturam; quin etiam statim uidebimus multum ceteris in rebus Halensium fastos a Thessalorum calendario discrepasse. Tamen mea de communi Halensium et Thessalorum anni initio sententia eo excusetur quaeso, quod comparatis Heuzeyi et Haussoullieri titulis Halensium apparet anni initium a Thessalorum anni cardine potuisse non longius abesse quam uno mense. Ceterum idem ab octauo post brumam mense anni initium inuenitur apud Locros, quorum calendarium nullam prae se fert cum Thessalorum fastis similitudinem, ita, ut refutata artiore Halensium et Thessalorum fastorum coniunctione tamen idem statuere liceat utrorumque anni initium.

2) Ad eandem constituendam intercalandi discrepantiam inclinat Latischewius (p. 96). — Sed minime probatur eiusdem sententia de diuersis Thessalorum et Delphorum mensium initiis, ad quam putauit confugiendum esse, ut excusaretur ea quam proposuit Pythoei et Heraei comparatio. Immo uidetur semper esse tenendum, Graecorum menses cepisse initia a nouilunio (Ideleri Handb. der Chronolog. I pp. 266 sqq. 279 sq.; A. Mommsen. Chronolog. p. 59, 2). Et si quando usquam (cf. Herm. p. 26) mensium initia ab hoc cardine discesserunt, erat haec discrepantia certe non constans neque apud Thessalos, quippe quorum menses uideamus in duas partes esse diuisos per plenilunium (cf. p. 320, 4) neque apud Delphos, ad quorum fastorum exemplum alia Graecorum calendaria esse ordinata A. Mommsen probabiliter statuit (Delphik. p. 125 sqq.). Contra eum autem Plutarchi locum (Aristid. 19), cui tamquam fundamento Latischewius sententiam suam superstruxit, eiusdem Plutarchi uerba (de Herod. mal. XXVI; Moral. p. 861 EF Xyl.) sunt afferenda, quae citat Clodius luculenter disserens (p. 18 sq.) contra similem Homollii sententiam (cf. hui. cap. B et cap. IV. A, 1. 6) eisque, quoniam spectant ad antiquiora tempora, plus tribuam, quam illi loco, cuius auctoritatem iam pridem optimo iure imminuit Fréret (cf. Hermann. p. 26).

que uidetur cum Delphorum Dadaphorio, a quo Halensibus priore anno intercalantibus quam Delphis Pythoeum prodisse statuimus ad posteriorem Poetropium. Hoc si concludere licet, quamquam nulla alia re usque ad hoc tempus similitudo horum fastorum commendatur, euadit Halensium mensium ordo hic:

Delphis:	Hali:	Delphis:	Hali:
	I. sem.		II. sem.
<i>Βουκάτιος</i>	1. <i>Ἀδρόμιος</i>	<i>Βύσιος</i>	7. ? <i>Μεγαλάριος</i>
<i>Βοαθός</i>	2. } ? <i>Εὐώνιος</i>	<i>Θεοξένιος</i>	8. ? <i>Θεμιστίος</i> <sup>1)</sup>
<i>Ἡραῖος</i>	3. }	<i>Ἐνδυσποιτρόπιος</i>	9. ? <i>Ὁμολώιος</i> <sup>1)</sup>
<i>Δαδαφόριος</i>	4. <i>Πυθόιος</i>	<i>Ἡρακλεῖος</i>	10. .
<i>Ποιτρόπιος</i>	5. <i>Ἄγναῖος</i>	<i>Ἰλαῖος</i>	11. .
<i>Ἀμάλιος</i>	6. <i>Γενέτιος</i>	<i>Ἀπέλλαῖος</i>	12. .
	<i>Γενέτιος ἐμβόλιμος,</i>		<i>Ἰτώνιος?</i>
	intercalaris m.		incertae sedis.

Denique quaeritur, num unum fuerit omnium Phthiotarum calendarium; quam quaestionem confiteor hoc quidem tempore non posse solui. Quamquam enim exemplis Pelasgotidis, Thesaliothis, Hestiaetidis fastorum commendatur unum omnium Phthiotarum calendarium, cui sententiae fauet <sup>2)</sup> Pythoeus mensis, quem tenemus et apud Halenses et apud Melitaeos eumque eiusdem, ut uidetur, anni tempestatis, tamen propter tantam quam uidemus Graecorum fastorum discrepantiam adnotare satis habeo nihil in praesentia obstare, quominus unum Phthiotarum calendarium sumamus. Quam sententiam de Phthiotarum fastorum congruentia si quando ueram esse apparebit, licebit rationem habere etiam Thaumacorum Itonii <sup>3)</sup> mensis, quem nunc quidem summa cum dubitatione adscripsi Halensium fastis.

Iam redeundum est ad illam quaestionem supra significa-

1) Iniuria transposuit Heuzeyus menses Themistium et Homoloium, ita, ut Homoloius praecederet Themistio.

2) Ad hanc opinionem fulciendam nuperrime accessit Thaumacorum Adromius mensis, cuius nomen primo tituli a Lollingio Act. Inst. Arch. VIII p. 127 sqq. editi uersu latere uidetur.

3) P. Monceaux Bull. VII p. 44 sq.

tam, num cum Heuzeyo credere liceat Thessalicos et Halenses fastos ita fuisse eosdem, ut utrorumque menses conferamus in unum calendarium. At utrisque fastis collatis negamus hoc posse fieri. Habemus enim Thessalicos menses nouem et totidem Halenses, sed sex ab illis diuersos, ut fasti ex utriusque calendarii mensibus compositi abundant tribus mensibus. Quam difficultatem nemo uir doctus neque Heuzeyus neque Latischewius neque P. Monceaux remouere potuit nisi argutiis <sup>1)</sup>.

Nam Hippodromium fuisse uere Larisaeum et Thessalicum mensem contra Heuzeyum p. 320, 1 exposui; neque mihi probatur comparatio Hippodromii cum Adromio, cum displiceat etymologia illa, quae ita faciat Adromium mensem eum, quo cursus non fiunt, ut eidem mensi apud eos, qui ecuria agebant nomen Hippodromio, apud illos, qui talia non agebant, Adromio inditum esse putandum sit.

Iure igitur neutrum subsidium, quo Heuzeyus usus est ad unum constituendum Thessalorum et Halensium calendarium, probauit Latischewius. Sed cur remedia, quae ipse proposuit, accipiamus, non iustiores sunt causae. Suadet enim (p. 88 sq.), ut pro tradito 'Εὐωρίου' nomine legatur Ἰτωρίου (u. 9) et Adromius mensis putandus sit fuisse eiusdem significationis, cuius fuisse Panamum Ahrens aliqua cum probabilitate docet <sup>2)</sup>, ita, ut arbitretur eiusdem mensis altero loco alterum nomen fuisse in usu. Sed quamuis Latischewio sit persuasum Heuzeyum neglegenter solere titulos describere, tamen hoc quidem loco ullius peccati ne minimum quidem uestigium depre-

1) Simile quid Lollingius (Act. Inst. Arch. VIII p. 210) spectasse uideatur, cum omnes negauerit in fastis Thessalicis constituendis difficultates esse sublatas a Wachsmuthio, Duchesnio, Heuzeyo, Paulo Monceaux. At dubitatio de calendario Thessalico a uiris i. d. instituto non pendet ab explendo ultimo tituli Lollingiani uersu. Ceterum si recte Lollingius ibi restituerit 'Ἰππερ]β[ερε]τ[α]ίου', Metropolitanam illam inscriptionem curare nostra prorsus non interfuerit; cf. hui. diss. prooemium.

2) Mus. Rhen. XVII (1862) p. 336 sqq., qui arbitratur 'Panamum' constare ex uerbis 'πᾶς' et 'ἀμός' (i. e. ὄμός). Adromius autem constat secundum Latischewium ex 'ἄδρός' et 'ὄμός', quare censet esse scribendum Hadromium.

hendimus. Nam cur desperemus de Euonii nomine, non est satis causae; quoniam ad id damnandum dubitatio de eius significatione nihil fere ualet. Sunt enim compluria<sup>1)</sup> mensium nomina, quae quid significant, nos nescire Latschewius p. 20 ipse concedat. Neque Adromii et Panami comparationi, quam ille uir doctus instituit, plus tribuerim quam Heuzeyi Hippodromii et Adromii explicationi. Ceterum si quis statuit Thessalorum et Halensium calendaria inter se discrepuisse uno quidem mense, is non debet negare hanc dissensionem potuisse etiam latius patere.

At ut omnes hae quas significauimus difficultates remoueantur, ne utrumque calendarium conflamus, impedit Genetius mensis, quem intercalarem tantum esse Heuzeyo persuasum est. Neque Latschewius ausus est eum in communium mensium numero habere, quamquam difficultatem huius sententiae ipse sensit. Quod enim putat Genetium esse praeter consuetudinem semel tantum intercalatum, ipse sibi uidetur praeter uerisimilitudinem statuuisse (p. 86).

Denique Paulum Monceaux breui monemus et Thessalorum Hippodromium remouisse cum Heuzeyo et Panamum plane omisisse; praeterea nouauit<sup>2)</sup> Homoloium mensem intercalarem, quae sententia contra ipsius tituli memoriam pugnat et ab eodem quem ceteri uiri docti non satis obseruauerunt Graecorum usu abhorret.

Contra equidem ex Genetio intercalari esse colligendum censeo, sexto anni Halensis mensi fuisse nomen Genetio (cf. p. 328), cum apud Graecos, quantum scio, omnes antiquioribus<sup>3)</sup> quidem temporibus mensi intercalari fuerit nomen praecedentis mensis; conferatur:

1) Velut Chaliensium *Κοούτιος*, Locrorum *Λιμών*, Cymaeorum *Τεργεῖς*; cf. cap. II, 3 c.

2) Miror, quod contra tituli fidem audet negare (p. 54) fuisse Genetium mensem intercalarem. Videtur titulum Heuzeyanum prorsus non inspexisse, quoniam sibi finxit Heuzeyum fuisse auctorem huius intercalaris mensis.

3) Posterioribus demum temporibus apud Athenienses mensi intercalari inditum est nomen Hadrianioni, cuius origo in promptu est; cf. A. Momm-

Atheniensium	<i>Ποσειδεὼν δεύτερος</i> (C. I. 270),
Boeotorum	<i>Ἀλαλκομένιος δεύτερος</i> (Bull. III p. 465 C),
Delphorum	<i>Ποιτρόπιος δεύτερος</i> (Wescher. et Foucart. 86),
Rhodiolorum	<i>Πάναμος δεύτερος</i> (C. I. 5381 c. 5382.),
Tauromenitarum	<i>Ἀπελλάϊος δεύτερος</i> (C. I. 5640 tab. III, 1, 9).

Nam quamquam in his omnibus exemplis intercalaris mensis discernitur a communi eiusdem nominis addito adiectiuo 'δέυτερος', tamen additum 'ἐμβόλιμος' non minus uidetur indicare mensem fuisse communem, cui idem nomen fuerit Genetio, quocum ne commisceretur mensis intercalaris erat periculum; quod cognomen 'ἐμβόλιμος' esset plane superuacaneum, si intercalari mensi fuisset suum ipsius nomen Genetio. Itaque suadeo, ut fastis Halensibus sexto quidem prioris semestris loco inseratur Genetius mensis; id quod nimirum non potest fieri, nisi Halensium fastos putamus a Thessalorum prorsus esse secernendos.

### 3. De fastis Perrhaebis.

Eis quos Wachsmuthius Mus. Rhen. XVIII (1863) p. 540 sqq. attulit mensibus Perrhaebis duos addimus nouos et emendamus eorum seriem ad exemplum aliorum fastorum nuperrime institutorum. Neque enim ad certum ullum locum spectat inscriptio Ussingiana 6 (cf. hui. diss. p. 323), quam Ussingius indicat esse inuentam prope Turnabum, quem uicum Heuzeyus<sup>1)</sup> longe discrepans a Lebasio demonstrat situm esse non procul a Phalanna<sup>2)</sup> intra fines Perrhaeborum. Quo titulo ad fastos Perrhaebos reuocato accedunt ad hos quorum Wachsmuthius habet rationem menses Hippodromius et Phyllicus, quos Wachsmuthius et Duchesnius tribuerunt fastis Thessalicis; et mea<sup>3)</sup> quidem sententia etiam Itonius mensis, quem censeo huius tituli

sen. Heort. pp. 47\*\*. 318\*\*\* et infra cap. IV. A, 1a. Contra Genetius non habet talem excusationem. — De Macedonum Dioscuro res est controuersa cf. Herm. p. 102. Lat. p. 44.

1) Le mont Olympe etc. p. 486, 1 cf. Rev. Arch. l. l. p. 259.

2) Cf. Steph. Byz. s. u. *Φάλασσα*.

3) Video Latischewium (p. 101) item hoc loco reposuisse Itonium neque tamen animaduertisse eam quam indicaui difficultatem.

u. 33 esse restituendum, ubi legitur ΤΩΝΙΟΥ; quamquam Itonii sedes, quae Hippodromii et Phyllici conexu commendatur contra similitudinem pugnat, quae uidetur intercessisse inter fastos Perrhaebos et Thessalicos (cf. paulo infra). Singulorum igitur Perrhaeborum oppidorum menses traduntur hi:

Aeginii:	Cyretiis:	Oloossone:
ΙΛΙΟΥ <sup>1)</sup>	Λεσχ[ανόριος <sup>2)</sup> 'Ομολώιος <sup>3)</sup>	Λεσχανόριος <sup>4)</sup> 'Αγριος <sup>5)</sup>
Duclistae:	Seli:	prope Turnabum:
Λεσχανόριος <sup>6)</sup> 'Ομολώιος <sup>7)</sup> 'Απολλώνιος <sup>8)</sup> 'Ερ[μαί]ος <sup>9)</sup>	ΑΙΟΣ <sup>10)</sup> Λεσχανόριος <sup>11)</sup> 'Απολλώνιος <sup>12)</sup> 'Ιπποδρόμιος <sup>13)</sup>	'Ιπποδρόμιος <sup>14)</sup> Φυλλικός <sup>15)</sup> 'Ιπώνιος <sup>14)</sup>

1) Lebas. 1206<sup>b</sup>; Latschewius legit ΑΙΟΥ et restituendum proposuit ΕΡΜΑΙΟΥ uel ΑΓΝΑΙΟΥ; illud uidetur praefendum cf. Heuzeyi Le mont Olympe etc. p. 465 sqq. 4, 4.

2) Uss. 12<sup>b</sup> = Lebas. 1309 a. — Latschewii coniectura, qui putat (p. 78) in tit. Uss. 12<sup>c</sup> (= Lebas. 1307) latere Leschanorium, magnam habet probabilitatis speciem. — Contra quod in tit. Uss. 12<sup>b</sup> u. 13 (= Lebas. 1309 b. 4) reponendum proposuit (p. 77) ΑΓΝΑΙΟΥ pro tradito ΑΓΑΓΥΑΙΟΥ, me non habet assentientem. De qua lectione eo magis dubito, quod hoc mensis nomen non redit nisi apud Halenses; apud quos nos quidem putamus calendarium ualuisse a ceteris Thessalicos diuersum. Ceterum sententiarum conexus obscurior est, quam ut fiat coniectura de ullius mensis nomine; et Latschewius cogitur expedire eas quae praecedunt litteras ΑΓ sumpto lapicidae errore.

3) Uss. 12<sup>c</sup> = Lebas. 1308.

4) Heuzeyi Le mont Olympe etc. 3, 2.

5) Uss. 9 = Lebas. 1314.

6) Heuzeyi Le mont Olympe etc. 11, 1. 3. 4. 8. — Reicienda esse uidetur ea quam Latschewius (p. 88, 33) commendauit huius tit. u. 17 sq. emendatio, ubi pro tradito ΛΕΣΧΑ|ΠΑΡΓΕΙΟΥ scripsit ΛΕΣΧΑΝΟΡΓΕΙΟΥ. Contra ualde arridet Heuzeyi sententia scribentis Λεσχ[ανόριον] στρατηγούωντος Ἀργείον etc. Nam quamquam nullum exstat testimonium mensium nominum per compendium scriptorum, tamen hoc quidem loco facile cogitatur de lapicidae errore, qui omiserit illius nominis finem. Et simile aliquid legere mihi uideor in tit. Duchesni 162, ubi exstat ΟΜ pro ΟΜΟΛΩΙΟΥ. — Praeterea Heuzeyi sententia nullam habet difficultatem, quoniam uix potest negari, latere in illa Π littera crebrum illud compendium uerbi 'στρατηγούωντος', cuius uariae exstant in hoc titulo formae uelut u. 9 Π (cf. u. 38); u. 13 Ο, ubi Heuzeyus (p. 472, 4) restituit ς; u. 27 Σ;

Quos singulos menses non dubito coniungere in unum calendarium Perrhaebum, quod exstitisse docent uerba *καθὼς Περραιβοὶ ἄγοντι* titulo Wachsmuthiano tradita.

Ad ordinandos menses adiuuamur duplici quadam re: alii enim menses in ipsis quibus traduntur titulis habent alterius semestris notam; aliorum situs definitur fastorum Thessalicorum exemplo.

Priori semestri titulis adscribuntur *Ἀπολλώνιος*<sup>1)</sup> et *Ἐρμιαῖος*, siquidem E. Curtius (cf. hui. dissert. p. 321) recte pro tradito ΜΝΟΣΕΡΝΟΥ scripsit ΜΗΝΟΣΕΡΜΑΙΟΥ, quam coniecturam Wachsmuthius et Latschewius sunt amplexi. Posteriori semestri certis testimoniis adduntur hi menses: *Ἀεσχανόριος*<sup>2)</sup>, *Ἵομολώιος*<sup>3)</sup>, *Φυλλικός*<sup>4)</sup>. Posterioris semestris esse etiam Hippodromium et Itonium, quem restituimus, apparet ex ipso de quo sermo erat titulo, ubi menses Hippodromius, Phyllicus, Itonius hoc quidem ordine sese excipiunt. Quodsi Phyllicum fuisse posterioris semestris scimus, ceterorum mensium duos esse assignandos eidem semestri efficitur, cum nulla intercedat alterius semestris nota. Quod indicium Latschewius ita neglexit, ut Perrhaeborum et Thessalorum Hippodromium et Itonium tribueret (p. 99) priori semestri. Ceterum Duchesnius (Archives des missions etc. III. série. III. vol. p. 314) affirmat Hippodromium multis et certis testimoniis adscribi posteriori semestri, quamquam ut Latschewius (p. 85, 27) et Heuzeyus (Rev. Arch. l. l.), ita ne ego quidem ullum inuenirepotui certum huius rei testimonium.

Iam restat, ut conemur ceteros menses Aphrium, Dium, Apollonium certis locis collocare. Et quoniam mihi uideor ad fastorum Thessalicorum exemplum Aphrio mensi assignare posse certum quendam locum, breui monendum est de affini-

u. 40 Σ. 7) Heuzey. Le mont O. etc. 11, 5. 8) Ib. 11, 2. 13, 1. 9) Ib. 13, 2; E. Curtii emendatio. 10) Ib. 4, 4: *Ἐρμιαῖος* Latschewii facilis coniectura (p. 102). 11) Ib. 4, 3. 12) Ib. 4, 1. 11, 2. 13, 1. 13) Ib. 4, 5. 14) Uss. 6 = Lebas. 1295. 15) Ib. et Heuz. l. l. 14.

1) Heuzey. l. l. 11, 2. 13, 1. 2) Ib. 11, 1. 3. 4. 8. 3) Ib. 11, 5.

4) Ib. 14.

tate <sup>1)</sup>, quam interfuisse credimus inter Thessalorum et Perrhaeborum fastos et res publicas.

Primum enim uidemus ex Thessalicis quos diximus fastis apud Perrhaebos redire menses sex Hermaeum, Leschanorium, Aphrium, Homoloïum, Hippodromium, Itonium, quorum quattuor Hermaeus, Leschanorius, Homoloïus, Hippodromius traduntur cecidisse in idem semestre, quo eos apud Thessalos stetisse uidimus <sup>2)</sup>. Deinde discimus ex inscriptione Coreyraea a Wachsmuthio edita Thessalorum Themistium et Perrhaeborum Diem sibi ad diem respondisse; etenim uerba sunt haec: '[ὡς Θεσ]σαλοὶ ἄγοντι Θεμιστίου | [ἡμέρ]α τριακάδι — μηνὸς, καθὼς Περραιβοὶ | [ἄγον]τι, Δίου ἡμέρα τριακάδι'.

Quae indicia artioris affinitatis inter Larisaeos uel Thessalos et Perrhaebos intercedentis comprobantur Strabonis memoria, qui IX, 5, 19; p. 440 testatur, Larisaeorum imperio Perrhaebos fuisse subiectos. Quibus de causis uidetur non esse audacius Perrhaeborum Aphrium ad calendarii Thessalici normam adscribere posteriori semestri aut statuere utrorumque menses homonymos fuisse eiusdem, quoad fieri potest, anni temporis; ita, ut posterius semestre apud utrumque populum incipiamus ab altero post brumam mense et prioris semestris et anni initium capiamus ab octauo post brumam mense.

Sed tamen Dio aut Apollonio mensibus collocandis subsidium nobis est plane nullum. Utrumque autem necesse est stetisse in priore semestri; quocum conuenit, quod etiam Thessalorum Themistius, quocum Dius comparatur, uidetur fuisse prioris semestris. Quin etiam p. 322 sq. demonstrare conatus sumus Perrhaeborum Diem posse eundem locum post brumam

1) Latschewius et ipse (pp. 88. 102) statuit affinitatem quandam intercessisse inter Larisaeorum uel Thessalorum et Perrhaeborum fastos; quamquam quod similitudinem utriusque calendarii eam fuisse putat, ut ex Thessalorum fastis liceret inserere Perrhaeborum calendario Thyum et Panamum, mihi uidetur ultra modum progredi, quoniam utriusque calendarii discrepantiam satis late patuisse docent uerba tituli Wachsmuthiani 'καθὼς Π. ἄγοντι'.

2) Itonius unus abhorret, quantum uidemus, ab eo cuius apud Thessalos fuisse uidetur semestri.



duodecimum occupare, quem apud Aetolos eum tenuisse scimus; quam similitudinem etsi concedo esse parum tutam, non dubito tamen, quin plus ualeat ad fastos Perrhaebos instituentos quam Macedonum calendarii exemplum, quo ad collocandum Perrhaeborum Dium usus est Wachsmuthius. Neque enim ullum conspicitur huius similitudinis indicium; immo uero Perrhaebi uidentur fastos antiquitus usurpatos posterioribus tenuisse temporibus. Quibus de causis Latschewii sententia displicet, qui et Perrhaeborum et Aetolorum Dium repetitum esse a Macedonibus arbitratur; cf. infra cap. II, 4.

De Apollonii denique loco, quamquam constat eum fuisse prioris semestris, certius nihil licet statuere. Neque enim quidquam ualet Apollonii et Apellaei comparatio, quam Wachsmuthius et Latschewius (p. 103) instituunt, ut ad Lamiensium Apellaei exemplum Apollonio certum assignent locum.

His fundamentis iactis euadit Perrhaeborum mensium series haec:

Delphis: apud Perrhaebos:		Delphis: apud Perrhaebos:	
I. sem.		II. sem.	
<i>Βουκάτιος</i>	1. .	<i>Βύσιος</i>	7. <i>Λεσχανόριος</i>
<i>Βοαθόςος</i>	2. .	<i>Θεοξένιος</i>	8. <i>Ἄφριος</i>
<i>Ἡραῖος</i>	3. .	<i>Ἐνδισποιτρόπιος</i>	9. <i>Ὁμολώσιος</i>
<i>Δαδαφόριος</i>	4. .	<i>Ἡρακλείος</i>	10. <i>Ἴπποδρομίος</i>
<i>Ποιτρόπιος</i>	5. ? <i>Δίος</i>	<i>Ἰλαῖος</i>	11. <i>Φυλλικός</i>
<i>Ἀμάλιος</i>	6. <i>Ἐρμαῖος</i>	<i>Ἀπελλαῖος</i>	12. <i>Ἰτώνιος</i>
incertae sedis	<i>Ἀπολλώνιος.</i>		

#### 4. De fastis Lamiacis.

Ad eos quos Rhangabis <sup>1)</sup> et Hermannus nouerant Lamiacos menses quamquam unus accessit Thyus <sup>2)</sup>, tamen titulos quibus uiri i. d. usi sunt, retractare mihi liceat, et quod uterque non satis curasse uidetur eum quem monumenta praebent mensium ordinem, et quod aliis fastis cum Doricis tum Aeolicis

1) Ephem. A. I (1835) p. 122 sq., iterum Ant. Hellén. II (1855) p. 659.

2) *Ἐφημ. τῶν φιλομαθῶν* (1864) no. 541, (1866) no. 617, nuperrime Act. Inst. Arch. VII p. 363 sqq.

nuperrime instauratis lux quaedam restituendo calendario Lamiaco affulsit. Lamiensium igitur menses eo ordine dispositi, quo exhibentur titulis Ephem. u. I editis, postea iterum a Rhangabe, nuperrime a Fickio <sup>1)</sup> repetitis, sunt hi:

I. <sup>2)</sup>	II.	III.	IV.	V.	VI. <sup>5)</sup>
Ephem. 68	69	71	72	73	74
Rang. 946	947	949	950	951	952
<i>Βώμιος</i>	<i>Βώμιος</i>	.	.	.	<i>Β[ώ]μιος</i>
.	<i>Ἄρεος</i>	<i>Θριξάλλιος</i>	<i>Γεῦ[σ]τος</i> <sup>3)</sup>	.	<i>Γεῦστος</i>
<i>Χρυτταῖος</i>	<i>Χρυτταῖος</i>	.	<i>Λύκεος</i>	.	.
.	<i>Ἴπποδρόμιος</i>	.	<i>Ἴπποδρόμιος</i>	<i>Ἴπποδ[ρόμιος</i>	.
.	<i>Π[άν]α[μ]ιός</i>	.	.	. . . . . <sup>4)</sup>	.
.	.	.	.	<i>Ἀπελλάϊος</i>	.
.	.	.	.	<i>Βουκάτιος</i>	.

Itaque series facile euadunt hae:

<i>Βώμιος</i>	<i>Βώμιος</i>
<i>Ἄρεος</i>	<i>Γεῦστος</i>
<i>Χρυτταῖος</i>	<i>Λύκεος</i>
<i>Ἴπποδρόμιος</i>	<i>Ἴπποδρόμιος</i>
<i>Πάναμιος</i>	.
	<i>Ἀπελλάϊος</i>
	<i>Βουκάτιος.</i>

1) 'Beitr. z. Kunde d. indog. Spr.' ed. A. Bezenb. VI (1881) p. 322 sqq.

2) Itonius num et hoc in titulo et in Rhangabis titulo 948 (ubi quin sit restituendus Latschewius non dubitat [p. 106 sq.]) re uera fuerit, eo incertius est, quo magis mutilati sunt hi tituli imminetque periculum, ne pro mensium nominibus habeamus hominum nomina; altero enim loco legitur ΙΤΩΝΟΥ altero ΤΙΩΝΙΟΥ.

3) Ea quam Rhangabis I p. 659 induxit forma *Γεῖσσης* nulla adiuuatur re et abhorret ab omni mensium compositione. Finiuntur enim haec nomina per 'ών', 'ος', 'εῖς', non per 'ης'. Itaque *Γεῦστος* censeo esse scribendum; cuius uocis priorem syllabam uelim circumflectere, quamquam Hermannus et Latschewius acuerunt posteriorem. Mecum enim faciunt cetera quae in 'ος' exeunt mensium nomina.

4) Hoc quod excidit mensis nomen non per ΣΩ esse finitum, id quod credit Fickius l. c. VI p. 325 sq. docet sententiarum conexus. Hae enim litterae pertinent ad hominis cuiusdam nomen.

5) Chryttaeus et Hippodromius, quos Latschewius (p. 106) hoc in titulo pro tradito ΑΙΟΥ et ΥΟ.ΓΡΟΝΟΥ (sic, non cum Hermanno ΓΡΟΝΟΥ est legendum) scripsit, prope accedunt ad litteras, quae leguntur.

Quas duas series congerere uelim in unam hanc:

*Βώμιος*  
*Ἄρεος Γεῦστος*  
*Χρυτταῖος Λύκεος*  
*Ἱπποδρόμιος*  
*Πάναμιος* .  
*Ἀπελλαῖος*  
*Βουκάτιος.*

Iam patet Arei, Chryttaei, Geusti, Lycei ordinem, siquidem tenemus Areum Chryttaeo et Geustum Lyceo praecedere debere, ita permutari:

<i>Ἄρεος</i>	<i>Γεῦστος</i>	<i>Ἄρεος</i>	<i>Γεῦστος</i>
<i>Χρυτταῖος</i>	<i>Λύκεος</i>	<i>Γεῦστος</i>	<i>Ἄρεος</i>
<i>Γεῦστος</i>	<i>Ἄρεος</i>	<i>Χρυτταῖος</i>	<i>Λύκεος</i>
<i>Λύκεος</i>	<i>Χρυτταῖος</i>	<i>Λύκεος</i>	<i>Χρυτταῖος.</i>

Nunc quoniam non aperiuntur aliae uiae tollendis his de ordine mensium Lamiacorum dubitationibus neque ullo alio modo ei quos protulimus menses referuntur ad anni tempora, in comparationem, quoad fieri potest, adhibeamus aliorum populorum fastos, qui tamen num fuerint cum his fastis artius coniuncti non ita constat.

Primum enim propter fastos Chalienses et Phalicaeos Geustum, Lyceum, Areum, Chryttaeum hoc quidem ordine puto sese excepisse, quod apud Chalienses Lyceus cum Delphorum Bysio <sup>1)</sup>, Areus apud Phalicaeos cum Delphorum Theoxenio <sup>2)</sup> consentit. Tum ad fastorum Boeotiorum exemplum uelim assignare Hippodromio et Panamo octauum et nonum anni locum et Thyo quintum. Similitudo enim fastorum Boeotiorum eo magis mihi uidetur urgeri posse, quod statim apparebit Lamienses ab eodem cardine annum incepisse, quo Boeotos usos esse scimus. Qua de causa fastorum Boeotiorum analogiae plus tribuimus, quam Chaliensium et Phalicaeorum, quorum

1) Bull. V (1881) p. 429 no. 43.

2) Ib. p. 422 no. 35. — Ubi Phalica oppidum situm fuerit nescimus; uidetur Aetolorum interfuisse foederi cf. Wescher. et Foucart. no. 422; E. Curtius Gött. Nachr. 1864 p. 170; A. Mommsen. Philolog. 24 p. 8, 18.

exempla in uniuersum tantum adhibebamus ad mensium ordinem adumbrandum. Denique ad Oetaeorum Apellaei normam, quem tenemus cum Phocensium primo mense collatum <sup>1)</sup>, Lamiensium Apellaeum undecimo anni loco posuerim.

De Lamiensium anni initio nihil aliud potest statui, nisi quod a Rhangabe est propositum; qui incepisse hunc annum arbitratur a Bomio mense, quippe qui in omnibus ubi comparet titulis primus sit et in titt. Ephem. 68. 69. 74 statim nominetur post praescriptos magistratus. Qua in sententia et Hermannus et Latschewius (p. 113) permanserunt. Sed etiam Thrixallium mensem ex simillima causa inter primos habendum esse censeo, quia legitur Eph. 71 statim post praescriptionem; quin etiam ante Geustum eum stetisse admodum probabile est, quoniam tituli Eph. 71. 72. 73 artius cohaerent. Sunt enim uno in lapide quamuis in diuersis eius lateribus incisi et manumissiones, quae ibi afferuntur, factae esse uidentur uno illo anno, ad quem magistratus pertinet Thrixallio praescriptus.

Quae cum ita sint, instituo Lamiensium calendarium hoc:

Delphis:	Lamiae:	Delphis:	Lamiae:
Ποιτρόπιος	1. Βώμιος	Ἰλαῖος	7. Χρυσταῖος
Ἀμάλιος	2. Θριξάλλιος	Ἀπελλαῖος	8. Ἰπποδρόμιος
Βύσιος	3. Γεῦστος	Βουκάτιος	9. Πάναμος
Θεοξένιος	4. Ἀύzeος	Βοαθός	10. .
Ἐνδυσποιτρόπιος	5. Θῶος	Ἡραῖος	11. Ἀπελλαῖος
Ἡρακλεῖος	6. Ἄρεος	Δαδαφόριος	12. Βουκάτιος.

Sed pauca monenda sunt de eo quem Latschewius instituit horum mensium ordine. Qui cum illa de Thrixallii sede obseruatione neglecta argumento uteretur ex Chaliensium et Phalicaeorum fastis sumpto, mensium Lamiacorum proposuit seriem hanc: Βώμιος, Ἄρεος, Γευστός (cf. hui. diss. p. 338, 3), Θῶος, Ἀύzeος, Θριξάλλιος, Χρυσταῖος, Ἰπποδρόμιος, Πάναμος, Ἰώνιος, Ἀπελλαῖος, Βουκάτιος.

Itonium mensem, quem Latschewius decimo loco collo-

1) Bull. 1. 1. p. 139.

candum proposuit, p. 338, 2 refutauimus. Thyum autem, cui ad fastorum Boeotiorum analogiam assignauimus quintum anni locum, ille quarto posuit, quod aliter iudicauerat de condendis fastis Boeotiis quam nos iudicabimus.

5. *Singularum Thessaliae ciuitatum menses.*

a) Hypatae:

<sup>2</sup>Ἀρτεμίσιος Eph. Arch. 823 = Rang. 748 = Lebas. 1115;  
<sup>2</sup>Ἀρνοζ[άριος] restitutus a Keilio Inscriptt. Thess. tres. p. 15 in  
 tit. Eph. Arch. 824 = Rang. 749 = Lebas. 1116;  
 ubi traditur (u. 9sq.):

ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΜΕΑΛΛΗΝ  
 ΜΗΝΟΣ ΑΡΝΟΚΛΙ  
 ΣΚΑΙΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ  
 ΙΟΧΟΣ

Quamquam hanc lectionem commendari concedo ea significatione, quam inesse uidemus in Locrorum et Boatarum Pocio, et Keilii emendationem propius ad traditas litteras accedere quam Latschewii <sup>2</sup>Ἀρνοζόμνιος, quod nomen hoc loco latere posse opinatur (p. 21), tamen ne nunc quidem Rhangabis dubitationes esse remotas fatendum est; qui utrum ΜΗΝΟΣ, quod traditur, sit <sup>2</sup>μηρός an extremum hominis cuiusdam nomen ambigit. Constat enim titulum, ut est mutilatus, difficilem esse ad restituendum; et quamquam nequeo afferre hominis nomen, cuius genitiuus exeat in -μηρος, tamen scio exstare talia hominum nomina, quae in huius tituli litteris ΑΡΝΟΚΛΙ latere possint, uelut <sup>2</sup>Ἀρνοζλεῖος<sup>1</sup>).

b) apud Oetaeos:

<sup>2</sup>Ἀπελλαῖος cum primo Phocensium mense ligatus: Bull. V (1881) p. 139.

c) Heraclea Trachinia<sup>2</sup>):

<sup>2</sup>Ἥατος cum Delphorum Ilaeo coniunctus: Wescher. et Foucart. 230.

1) Cf. R. Meister. Bezenb. Beiträge etc. V p. 206, 13, 8 et 201, 3.

2) Locorum ordinem secutus affero statim unum, qui traditur Heracleae Trachiniae mensem. Nam quamquam a Lacedaemoniis hanc urbem

6. *De fastis Magnetibus.*

Propter locorum uiciniam de fastis Magnetibus statim disputandum esse censeo, quamquam ei non solum a ceteris Thesaliae calendariis admodum diuersi esse uidentur, sed etiam a ceterorum fastorum Aeolicorum consensu ita discedunt, ut praebeant mensium nomina quaedam in 'ών' exeuntia. Habemus enim in titulo a Lollingio Act. Inst. Arch. VII p. 71 sqq. edito trium mensium nomina haec: Ἄρειος, Ἀφροδισίων, Ἀρτεμισίων<sup>1)</sup>; unde apparet apud Magnetes mensium nomina esse composita et ad Aeolum et ad Ionum normam; utrum autem mensium genus praeualuerit non potest discerni. Eadem perturbatio occurrit apud Amphissenses, Delios, Halicarnassenses, Locros, fortasse apud Aeoles Asiaticos.

Tres illi menses uidentur sese excepisse eodem quo lapide exhibentur ordine hoc Ἄρειος, Ἀφροδισίων, Ἀρτεμισίων, cum res, de quibus hoc titulo sermo est, actae sint eisdem magistratibus et quem diximus ordinem sententiarum commendetur conexu. Namque reapse patet illud de Apollinis templo ornando plebiscitum mense Areo factum antecessisse iuri iurando, quod ut Aphrodisione detur priore tituli parte imperatur. Deinde facile conicitur normas ad res illius templi administrandas et ornandas prius in uniuersum esse statutas quam de singulis fieret decretum, id quod fieri uidemus Artemisione mense. Itaque uidetur Aphrodision antecessisse Artemisioni.

Quodsi licet Artemisionem collocare quarto post brumam loco, quem Deliorum Artemisionem tenere infra uidebimus, et siquid ei tribuendum est rei quod et Artemision et Artemisius ubicumque fuerunt tertio stabant uel quarto post brumam loco (cf. Herm. p. 47), potest Areus collocari altero<sup>2)</sup> fere post bru-

esse conditam scimus (Thuc. III, 92; Diod. XII, 59), tamen certius nihil potest de huius calendarii affinitate statui.

1) Artemision Magnes traditur etiam titulo edito in libri qui inscribitur 'Archives des missions scientifiques etc.' 1853 p. 266 no. 4, quem Lollingius putat priori illius tituli parti esse adnectendum; cf. Latsch. p. 37.

2) Qui locus non ita dissentit cum eo, quem apud Phalicaeos Areum occupasse p. 339 uidimus.

mam loco et Aphrodision tertio, siquidem protinus hos menses sese esse consecutos sumimus.

## B. De fastis Boeotiis.

Delphis:	Athenis:	apud Boeotos:
<i>Ποιτρόπιος</i>	<i>Ποσειδεών</i>	1. <i>Βουκάτιος</i>
<i>Ζυμάλιος</i>	<i>Γαμηλιών</i>	2. <i>Ἐρμαῖος</i>
<i>Βύσιος</i>	<i>Ἀνθεστηριών</i>	3. <i>Προστατήριος</i>
<i>Θεοξένιος</i>	<i>Ἐλαφηβολιών</i>	4. <i>Ἀγριώνιος</i>
<i>Ἐνδυσποιτρόπιος</i>	<i>Μουνιχιών</i>	5. <i>Θιοῖος</i>
<i>Ἡρακλείος</i>	<i>Θαργηλιών</i>	6. <i>Ὀμολώσιος</i>
<i>Ἰλαῖος</i>	<i>Σχιροφοριών</i>	7. <i>Θειλούθιος</i>
<i>Ἀπελλαῖος</i>	<i>Ἐξατομβαιών</i>	8. <i>Ἴπποδρόμιος</i>
<i>Βουκάτιος</i>	<i>Μεταγειτνιών</i>	9. <i>Πάναμος</i>
<i>Βοαθός</i>	<i>Βοηδρομιών</i>	10. <i>Παμβοιώτιος</i>
<i>Ἡραῖος</i>	<i>Πυανοψιών</i>	11. <i>Δαμάτριος</i>
<i>Δαδαφόριος</i>	<i>Μαιμακτηριών</i>	12. <i>Ἀλαλκομένιος I.</i>
		13. <i>Ἀλαλκομένιος II.</i>

Hic quem probamus mensium Boeotiorum ordo institutus est a Lipsio Studd. philol. Lipsiens. u. III p. 207sq. et IV p. 155sq. Testimonia sunt haec:

<i>Βουκάτιος</i>	est Delphorum <i>Ποιτρόπιος</i> ,	Wescher. et Foucart. 207; primus Boeotorum mensis Plut. Pelop. 24sq.
<i>Ἐρμαῖος</i>	„ Atheniensium <i>Γαμηλιών</i> ,	Proclus ad Hesiod. opp. et dd. 504.
<i>Προστατήριος</i>	„ „ <i>Ἀνθεστηριών</i>	Plut. quaest. symp. III, 7, 1 ell. VIII, 10, 3 (Moral. p. 655 E. ell. 735 E. Xyl.).
<i>Ἴπποδρόμιος</i>	„ „ <i>Ἐξατομβαιών</i>	} Plut. Cam. 19.
<i>Πάναμος</i> <sup>1)</sup>	„ „ <i>Μεταγειτνιών</i>	

1) Panami et Boëdromionis comparationem (Plut. Arist. 19) per scriptoris errorem esse expediendam iam pridem exposuit Boeckhiius Mondcycl. p. 67 et Kl. Schrift. IV, 88, 2. V, 197sq.; quam sententiam uiri docti

- Δαμάτριος* est Atheniensium *Πανασιών* Plut. de Isid. et Os. 69 (Moral. p. 378 E.).
- Ἀλαλκομένιος* „ „ *Μαιμακτηριών* Plut. Arist. 21.
- Ceterorum mensium nomina, non sedes, traduntur titulis his:
- Ἀργιώνιος*, *Ἀθηναίου* IX (1880) pp. 319. 354, γ'). 356, γ') 1 et 2. 358, 55; Bull. VIII (1884) p. 53 sqq. I, 7 a.
- Θιούσιος*, Bull. IV p. 1 sqq. u. 166; *Ἀθην.* IX, 354 sq. γ') u. 9; qua de forma conferas, quae adnotat R. Meister, Bezenb. Beitr. VI p. 42. *Θούσιος* *Ἀθην.* IV p. 210, 2; *Ἀθην.* IX, 355, 2) 6; *Θυσιος* *Ἀθην.* IX, 357, 6. 359, 3; *Θειούσιος* Bull. VIII (1884) p. 53 sqq. I, 10<sup>b</sup>.
- Ὀμολώσιος*, C. I. 1563<sup>a</sup>. 1608<sup>b</sup>; *Ἀθην.* IV (1875) p. 210, 2 = Meister l. l. p. 233; *Ἀθην.* IX (1880) p. 353, 1. 355, 3) u. 15. 356, δ') 1. 359, 2) u. 4; Bull. VIII (1884) p. 53 sqq. I, 2, 8.
- Θηλούθιος*, C. I. 1569<sup>a</sup> = Newton no. CLVIII; *Θηλούθιος* 1) C. I. 1608<sup>d</sup>. 1609.
- Παμβοιωτίος*, *Ἀθην.* IV (1875), 376 et C. I. 1608<sup>a</sup> (cf. Bergkii p. 10 sq.), ubi Lipsium (l. l. IV p. 156) recte restituisset hunc mensem Latschewius lapide denuo inspecto testatur (Act. Inst. Arch. VII. 32, 1).

Pamboeotio mensi decimum esse locum iam Lipsius (l. c. IV, 156) censuit et Latschewius accuratius interpretatus Orchomenium de Nicareta titulum Bull. III p. 459 sqq. et IV p. 1 sqq. editum nuperrime comprobavit<sup>2)</sup>. Thium, Homoloium, Theluthium hoc quidem ordine sese excepisse docent tit. Orchom. uu. 166—176; et Thium statim exceptum esse Homoloio ap-

optimo iure sunt amplexi Ideler Handb. d. Chronol. I, 365; Lipsius l. l. III p. 213; Latschew. p. 62, 25.

1) Titulum Aegosthenis repertum (Muratori II. DXCI, 4), quo *Θηλούθιος* comparet quemque Corsinus (fasti Att. II p. 443 sq.) putauerat Delphis esse attribuendum, Boeotium esse nunc est probabile; cf. Boeckh Staatsh. II<sup>1</sup> p. 375 sq.

2) Act. Inst. Arch. VII (1882) p. 31 sqq.; libri sui p. 66 sqq.



paret <sup>1)</sup> ex tit. *Ἀθήν.* IV p. 210, 2. Theluthium autem etiam alterius quod dicitur *τετραμείνου* <sup>2)</sup> fuisse Foucartus rectissime observauit <sup>2)</sup>.

Unum dissentiunt uiri docti, quod Lipsius ad mensium Thessalicorum rationem Thiuis et Homoloio assignat quintum et sextum anni locum, Latschewius (libri sui p. 64sq.) profectus ab ea Theluthii et Thargelionis significationis similitudine, quam fuisse Boeckhius C. I. I p. 733, 2 demonstrare conatus est, Theluthium respondisse sumit Thargelioni. Unde fit, ut ille uir doctus Agrionium, qui unus restat, quarto, Latschewius septimo loco collocandum proposuerit. Etsi igitur certa de horum mensium sedibus testimonia desunt, tamen Lipsii sententiam praefendam esse censeo, quod fastorum Boeotiorum et Thessalicorum similitudinem exploratam habemus et Theluthii sensus, quem Boeckhius uoluit, manet etiamsi septimo loco eum collocamus. Ceterum Papias <sup>3)</sup> scholium, ubi Byzantinorum Agrantus (Herm. con. *Ἀγριάντιος*) cum Augusto mense Iuliano comparatur, Latschewius non tam confidenter adhibere debuit ad collocandum Boeotorum Agrionium, quoniam fasti Dorici ad condendos fastos Aeolicos non multum ualent.

Denique quamquam de Boeotorum intercalandi ratione nihil certi constat, tamen sunt uestigia, ex quibus apparere uideatur Boeotos solitos esse intercalare priore quam Athenienses anno, ita, ut annis intercalaribus singulos Boeotorum menses a singulis quibus quemque respondere uidemus Atheniensium mensibus prodiisse ad posteriores putemus.

Talis autem qualem diximus mensium discrepantiae indicia e duobus ueterum scriptorum locis nouimus. Etenim ex Procli ad Hesiod. opp. et dd. u. 504 uerbis, ubi Plutarchus suadet, ut pro tradito Lenaeone, quem scimus apud Iones respondisse Atheniensium Gamelioni, scribatur aut Bucatius aut Hermaeus, et ex Plutarcho, qui Pelop. 24 memoriae tradit brumam aliquando incidisse in extremos dies ultimi Boeotorum

1) Cf. Lipsium l. l. III p. 214.      2) Cf. Foucart. Bull. IV p. 17sq. et p. 20 adn.; C. I. 1569a.      3) Bröcker Philolog. II (1847) p. 248, II.

mensis, quem tamen nostra in tabula altero ante brumam loco stare uidemus.

Quam mensium discrepantiam positam esse in diuersis intercalandi rationibus ueri est simillimum. Contra Ruellii sententia, qui p. 828 illam ex diuersis mensium initiis explicare studet, eisdem de causis displicet, quas ad refutandam similem Latschewii sententiam p. 392, 2 protulimus. Quodsi quis hac de Boeotorum intercalandi ratione sententia probata ex C. I. 1569 a<sup>1)</sup> collegerit Boeotos intercalasse post Phocenses et si cum Mommseno (Delphik. p. 122; cf. infra cap. II, 2 extr.) Delphos atque Phocenses eandem intercalandi rationem esse secutos arbitratur, is posse uidetur concludere, Athenienses alio usos esse intercalandi cyclo quam Delphos.

### C. De fastis Eleis.

Boeckhii sententiam, qui<sup>2)</sup> ex scholio ad Pind. Ol. III, 35<sup>3)</sup> collegit Eleorum annum a solstitio aestiuo incepisse, abiciendam esse Ungerus<sup>4)</sup> optimo iure censet. Neque enim dubitare licet, quin scholiasta Eleorum Apollonium et Parthenium cum Aegyptiorum Thoth et Messori non eo consilio copulauerit, ut mensium Aegyptiorum exemplo comprobaret alterum fuisse ultimum, alterum primum Eleorum mensem — id quod Boeckhius contra omnem quem cognouimus Graecorum usum sibi finxit —, sed ut anni tempus, in quod caderent Eleorum menses indicaret adscriptis illis Aegyptiorum mensibus. Contra summa cum probabilitate Ungerus ex scholio ad Pind. Ol. III, 33<sup>5)</sup>

1) Ubi Phocensium primus mensis, quem scimus consensisse cum Delphorum Heraeo i. e. cum Atheniensium Pyanopsione, coniungitur cum Boeotorum Alalcomenio i. e. cum Atheniensium Maemacterione.

2) Mondcyclen p. 15 sqq.

3) Verba sunt haec: γίνεται δὲ ὁ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ τεσσαράκοντα ἐννέα μηνῶν, ποτὲ δὲ διὰ πενήκοντα. ὅθεν καὶ ποτε μὲν τῶν Ἀπολλωνίων μηνί, ποτὲ δὲ Παρθενίων παρ' Αἰγυπτίοις Μεσσηρὶ ἢ Θωῶθ ἐπιτελεῖται. —

4) Philolog. uol. XXXIII (1874) p. 228 sq. cf. Momms. Delphik. p. 161, 2.

5) Περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃ ἀγεται τὰ Ὀλύμπια καθ' ἐκάστην Ὀλυμπιάδα Κικω μὲν ὁ τὰ περὶ κλειῶν συγκατόξας γησὶν οὕτω (cf. Sybel. Hermae

conclusisse uidetur Eleorum annum a primo post brumam nouilunio incepisse; quam sententiam Latsichewium accepiſſe uideo.

Singuli autem quos nouimus menses Elei sunt hi:

*Διόσθριος*?, quae est Boeckhii (cf. C. I. II p. 370) emendatio, quam ad fastorum Doricorum exemplum proposuit pro '*Θωσνθιας*' uocabulo apud schol. ad Pind. Ol. III, 33 tradito; cf. Etymol. Magn. p. 278, 2S; Callimach. ed. Schneider. II p. 688 no. 553; Hermann. p. 55 sq. Qua in coniectura quoniam melior non offertur <sup>1)</sup> acquiescendum esse censeo, quamquam si quis fastos Aeolicos constituere uelit ad fastorum Doricorum exemplum, ei summam esse adhibendam cautionem p. 345 monuimus. Ac ne Latsichewii quidem sententia, qui p. S, 5 scholiastam scripsisse '*Θῶσος ἢ Θυῖος*' coniecit mihi placet, quoniam scholiastae nolim tribuere tam subtilem distinctionem, quae non tam auditur quam conspicitur. Mensem eum fuisse Eleorum primum et accidisse ad hiemale solstitium ex illo ipso scholio apparet.

*Ἐλάφιος*, Paus. V, 13, 5. VI, 20; cui tertiam fere anni sedem assignamus, cum eum fuisse sub aequinoctium uernum alter Pausaniae locus doceat.

*Ἀπολλώνιος* et *Παρθένιος*, schol. ad Pind. Ol. III, 35; qui menses cur abrogarentur ab Eleis nullam esse causam professus est contra Corsinum (fast. A. II, 445 sqq.) Boeckhius (Abh. d. berl. Ak. 1818 p. 97 = Kl. Schrift. V, 198) et persuasit Hermann. De horum mensium sedibus iudicium pendet a quaestione, quae est de Olympiorum tempore; quae sollemnia his quidem mensibus esse acta ex illo scholio discimus. Sed de Olympiorum tempore uirorum doctorum sententiae ita discedunt, ut utrum Apollonius et Parthenius responderint Scirophorioni et Heca-

---

uol. V 1871 p. 203)· *πρῶτον μὲν οἶν παντός, περίοδον συνέθιχεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἄρχειν νομηνίας μηνός, ὅς θωσνθιας ἐν Ἡλίδι ὀνομάζεται, περὶ ὃν τροπαὶ ἡλίου γίνονται χειμεριναί* etc.

Statim obiter tangere mihi liceat eam quam Ungerus propius ad literas, quae traduntur, accedere putat huius scholii emendationem '*Ἀριστόδημος ὁ τὰ περὶ Ἡλείων*' iam a Boeckhio esse propositam C. I. II p. 273, id quod effugisse uidetur Sybelium et Ungerum.

1) Cf. Herm. p. 94 et Bergk. p. 55.

tombaeoni an Hecatombaeoni et Metagitnioni exstet dubitatio. Tamen Ungerii illius scholii interpretatio summae probabilitatis speciem habet, qui censet Olympia celebrari solita esse octauo Eleorum mense i. e. Parthenio, quem ut cum Atheniensium Metagitnione comparemus suadet. Itaque Apollonio septimum, Parthenio octauum Eleorum anni locum assignare uelim.

*Ἀλφιῶνος*, Inscriptt. Graec. antiquiss. ed. Roehl. p. 44 no. 121 cf. Kirchhoff, *Archaeol. Ztg.* 37, 158 et 38, 69, quem mensem in eam anni tempestatem incidisse, qua hordeum maturum et tritum erat, efficitur illo ipso titulo, ubi Eleorum, ut uidetur, ciuitati, quae agrum quendam collocauerat, cum duobus conductoribus de quibusdam hordei modiis hoc quidem mense conferendis conuenit. Quoniam reapse est ueri simile illam qua frumentum erat conferendum diem ita praestitutam esse, ut si non ea ipsa die, at prius potestas esset frumenti illius conferendi — quam cautionem in tabulis Heracleensibus<sup>1)</sup> adhibitam esse uidemus —, Alphioum mensem censeo eodem fere anni tempore stetisse atque Heracleensium Panamum i. e. nono Eleorum anni loco<sup>2)</sup>.

*Θυῖος*, *Archaeol. Ztg.* 33 (1876) p. 183sq. = Cauer. *Delectus inscriptt. Graec.*<sup>2</sup> no. 264, cui ut undecimus fere anni locus assignetur suadeo, siquidem eo ipso mense acta esse sumere licet Thyia Dionysii sacra et Mommseni sententia probatur, qui ea autumnali tempore celebrata esse putat<sup>3)</sup>; quamquam enim hanc Thyi sedem plane ab ea quam ceterorum Aeolum Thyius occupat sede abhorretere confiteor (cf. pp. 327. 340. 343), tamen in hac discrepantia non ita offendo, quod nullum occurrit fastorum Eleorum et ceterorum Aeolum affinitatis uestigium.

*Ὀλυμπικὸς μῆν*, qui Roehlii titulis 116 et 119 exhibetur, non pro nomine mensis habendus esse uidetur, sicut Latschewius uult, sed ad illum quo Olympia celebrabantur mensem eum spectare puto.

1) C. I. 5774sq. I u. 100 sqq.; Hermann. p. 73 sq.

2) Cf. A. Mommsen. *Heortol.* p. 13\*; Zur Kunde d. griech. Klimas p. 9; hui. diss. cap. III. A, 1 a.

3) *Delphik.* p. 263, 1.

Quae cum ita sint, nisus Unger potissimum de Parthenii et Metagitnionis responsione sententia comparo Eleorum et Atheniensium menses hoc quidem modo:

Athenis:	apud Eleos:	Athenis:	apud Eleos:
Γαμηλιών	1. Διόσθυρος?	Ἐξατομβαιών	7. Ἀπολλώνιος
Ἀνθεστηριών	2. .	Μεταγειτνιών	8. Παρθένιος
Ἐλαφηβολιών	3. Ἐλάριος	Βοηδρομιών	9. Ἀλφιῶς
Μουνιχιών	4. .	Πυανοψιών	10. .
Θαργηλιών	5. .	Μαιμακτηριών	11. Θυῖος
Σιζοφοριών	6. .	Ποσειδεών	12. .

D. Aeolum qui dicuntur Asiaticorum menses <sup>1)</sup>.

1. Lesbii quos nouimus menses sunt hi:

Ἀπολλώνιος, cf. Conze Reise auf Lesbos p. 23 tab. XI, 2  
= E. Pottier. Am. Hauvette-Besnault. Bull. IV  
p. 439.

Δεῖος

Ἰουλαῖος

Ἀπολλώνιος

Ἡφαίστιος

Ποσίδειος

C. I. IV no. 6850 A, cf. Hermann. p. 14.

Ernesti Curtii sententiam de huius tituli origine Lesbia comprobari Apollonio mense, quem scimus fuisse Lesbium, obseruauerunt uiri illi Francogalli, qui titulum priore loco allatum ediderunt. Tamen eos qui titulus praebet menses praeter Diuum et Apollonium non posse censeo attribui Lesbiis. Probabile enim est Diuum et Apollonium — cum redeant apud Perrhaebos, Eleos, Aetolos, Tauromenitas — apud Lesbios antiquitus fuisse in usu. Cetera autem nomina recentioris temporis speciem prae se ferunt, quo de conferas Hermannii pp. 14. 75.

Πορνοπιών <sup>2)</sup>, Strabo. XIII, 64 p. 613. Quamquam huius

1) Neque de Aeolum Asiaticorum anni initio neque de mensium, qui traduntur, locis quidquam statui potest.

2) Ad eundem Apollinem, cuius hoc mensis nomen erat sacrum, Παρνοπία, ille Nesiotarum uicus, qui commemoratur Μονασίου καὶ Βιβλιοθήκης τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς II (1875—76) p. 127 sqq. u. 48 sqq., spectare uidetur.

nominis terminatio contra eam quam ceterorum mensium Lesbiorum nomina produnt consuetudinem<sup>1)</sup> pugnat, tamen hanc discrepantiam forma Pornopii restituta mouere nolo, quoniam talis discriminis etiam aliis in fastis deprehenduntur uestigia (cf. p. 342). Verumtamen concedendum est Latschewium recte obseruasse librarios fuisse procliuēs ad substituendam terminationem Atheniensium mensium: cf. Athenaei VIII, 360<sup>b</sup>; Porphyrii de abst. II, 54; Boeckhii C. I. II p. 392<sup>o</sup>.

*Δα* . . . . ., C. I. II p. 103S, quod fragmentum nondum bene restitutum esse mihi uidetur. Ahrentis<sup>2)</sup> enim coniectura '*Δα[τ-στος*' displicet, quod parum constat, num Daesius ille fuerit ex antiquioribus Graecorum mensibus, cum praeter apud Sicyonios ibique alio anni loco atque apud Macedones (cf. cap. III. A, 5 a) nusquam aliis in fastis occurrat. Macedonum autem mensium nomina apud Lesbios ualuisse eo quo titulus exaratus est tempore ueri non est simile, quoniam Lesbios magistratus Lesbiorum oppidis praefuisse et de suis rebus singulas ciuitates consuluisse uidemus. Neque tamen ex hoc titulo diuersos singulis Lesbiorum ciuitatibus colligam attribuendos esse menses. Immo uero mutilatum illud mensis nomen referendum esse uidetur ad omnes qui afferuntur populos: ad Mytilenaeos, Methymnaeos, Antissaeos, Eresios; et uocem '*Θελαισιω*' (u. 2), quam Lebasius pro mensis nomine habuerat, hominis nomen esse Boeckhii suo iure contendit. Quibus de causis neque F. Bechtel (Beiträge etc. ed. Bezzenberger. V p. 116) neque Latschewius (p. 18, 28), ut mensis nomen restituerent, pro tradito '*Θελαισιω*' scribere debuerunt '*Θεδαισιω*', id quod pro communi *Θεοδαισιω* usurpatum esse sumunt. Namque haec scribendi ratio ne C. I. add. 2183<sup>b</sup> quidem comprobatur, quoniam in litteris traditis *ΘΕΛΑΙΣΙΩ* latere mensis nomen conexus sententiarum tituli illius minime euincit. Verumtamen Theodaesium mensem apud Lesbios fuisse in usu facile potest

1) De hac consuetudine nunc iudicium ita fieri potest, ut contra Bergkii sententiam (p. 13 sq.) statuamus mensium nomina per *-os* finita esse: ut a ceteris Aeolibus, ita ab Aeolibus Asiaticis.

2) De dial. Dor. p. 496.

conici ex Theodaesiis sollemnibus, quae ibi acta esse docet tit. Bull. IV p. 424 u. Ssqq.

2. Cymaei qui traduntur menses sunt hi:

*Φράτριος*, C. I. 3524, 55 cf. Bechtel., Beiträge etc. ed. Bezzenberger V p. 160 sq.; Bergk. p. 14.

*Τερφεύς*, quem mensem apud Cymaeos ualuisse narrat Latschewius (p. 19) monitus a Reinachio, qui eum ex titulo nondum edito hausit.

## CAPUT II.

*De mediae Graeciae civitatum fastis, qui neque cum Aeolicis neque cum Doricis possunt coniungi.*

### 1. De fastis Delphicis.

Cum calendarium Delphicum, ut erat a Kirchhoffio <sup>1)</sup> certis testimoniis restitutum, Mommseno <sup>2)</sup> probatum sit, satis esse uidetur paucis eam adumbrare uiam, qua quaestiones de condendis fastis Delphicis ad certum finem sunt perductae. Primum enim distribuuntur Delphorum menses in duo quae apud Delphos distinguuntur semestria. Priori semestri adscribuntur hi <sup>3)</sup>:

*Ἀπελλαῖος* <sup>4)</sup> C. I. 1705; Wescher. et Foucart. 353.

*Βουζάτιος* C. I. 1688. 1702. 1703; W. et F. 428; B. Haussoullier, Bull. V (1881) p. 397 sqq. no. 48.

1) Monatsber. d. preuss. Ak. Berlin 1864 p. 129 sqq.

2) Philolog. u. XXIV (1866) p. 1 sqq.; Delphik. p. 119 sqq.

3) Omisi titulos, quos edidit E. Curtius Anecd. Delph., cum eos C. F. Hermann disput. de anno Delphico (Gött. 1844) p. 3 sq. collegerit; neque omnes ubi exstant horum semestrium indicia titulos me adscripsisse spondeo.

4) Tit. W. et F. 266 legitur *μηρὸς Ἀπόλλωνος*, quod lapicidae errore esse ortum Kirchhoffius p. 130 ann. suo iure putat. Attamen hoc enuntiatum redit apud Chalienses (Lebas. 960; cf. hui. cap. 3 c β), ita, ut illud dei nomen usurpatum esse pro Apellaeo liceat putare; ad quem usum spectant posterioris temporis exempla uelut Aphrodisiensium *Καῖσαρ*, alia; cf. Herm. Monatsk. pp. 65. 84 et Bergk. p. 18.

*Βοαθός* W. et F. 387. 423; *Βοαθοῖος* ib. 179. 198.  
*Ἡραῖος* W. et F. 28. 160; *Ἡραπίος* C. I. 1706 quod corrigendum.

*Δαδαφόριος* Rang. 937 = Lebas. 930; Hauss. no. 40. 46 sq.  
*Ποιτρόπιος* Rang. 923. 943 = Lebas. 935. 929; W. et F. 424. 434. 445; C. I. 1709 ubi *Ἀποτροπίου* in II. est emendandum; cf. Herm. disp.

*Ποιτρόπιος δεύτερος* W. et F. 425.

Posterioris semestris menses sunt hi:

*Ἀμάλιος* W. et F. 426. 446 sq.

*Βύσιος* C. I. 1704; W. et F. 263. 421.

*Θεοξένιος* C. I. 1700; Rang. 922. 939. 942 = Lebas. 901. 926. 941; Lebas. 934; W. et F. 273. 427. 433; Hauss. no. 39.

*Ἐνδυσποιτρόπιος* W. et F. 21. 33. 159.

*Ἡρακλείος* C. I. 1699; Rang. 927 = Lebas. 924; W. et F. 32. 429. [431 *τὴν πρώτην ἐξάμηρον*, id quod est corrigendum].

*Ἰλαῖος* Lebas. 928; W. et F. 27. 48. 368. 430.

Dehinc menses in certum ordinem rediguntur Phocensium mensibus in comparationem adhibitis; id quod eo facilius fit, quia Phocensium menses distinguebantur additis numeris. Menses, quibus sedes ex Phocensium ratione destinantur, sunt hi:

I. sem.	{	<i>Βονζάτιος</i>	est Phocensium undecimus:	W. et F. 90.
		<i>Ἡραῖος</i>	" "	primus: Rang. 919 = Lbs. 899; W. et F. 62. 122.
		<i>Δαδαφόριος</i>	" "	alter: W. et F. 105.
		<i>Ποιτρόπιος</i>	" "	tertius: W. et F. 50.
II. sem.	{	<i>Βύσιος</i>	est Phocensium quintus:	W. et F. 35.
		<i>Θεοξένιος</i>	" "	sextus: W. et F. 53.
		<i>Ἐνδυσποιτρόπιος</i>	" "	septimus: W. et F. 128.
		<i>Ἡρακλείος</i>	" "	octauus: W. et F. 82. 222.
		<i>Ἰλαῖος</i>	" "	nonus: W. et F. 47. 81.

Apellaeo, Boathoo, Amalio mensibus, cum non compareant collati cum Phocensium mensibus, certa loca non assignantur. Sed tamen Amalio titulis posteriori semestri adscriptus non potest nisi quarto Phocensium mensi respondere. Tum Kirch-



hoffius Apellaeum cum decimo Phocensium mense, Boathoum cum duodecimo consensisse satis acriter obseruauit, quam sententiam Mommsenus (Delphik. p. 123) nouo fulsit argumento. Sed horum uirorum doctorum argumentationem narrare longam esse uidetur; contra addo indicium, quo Kirchhoffii sententia de Apellaei sede denuo firmari uidetur. Aequatur enim tit. W. et F. 289 Tolophoniorum Apellaeus cum Locrorum duodecimo mense; cum autem hic Locrorum mensis respondeat Phocensium decimo <sup>1)</sup>, ita, ut Tolophoniorum Apellaeus et Phocensium decimus mensis conueniant, ualde arridet eadem Delphorum Apellaei et Phocensium decimi mensis responsio, quamquam aliis uestigiis Tolophoniorum et Delphorum fastorum affinitas non munitur; cf. hui. cap. 3 bβ. Iam uero cum hoc quem exposuimus Delphorum mensium ordine ad Phocensium exemplum restituto conuenit tit. W. et F. et 89 et 167, quorum illo Heraclaus mensis post Poetropium, hoc Poetropius post Dadaphorium stetisse traditur.

Porro facile est cognoscere anni Delphici initium. Primum enim constat de primo prioris semestris mense. Accedit, quod inter Ilaeum et Apellaeum nouos magistratus imperia suscepisse docet tit. W. et F. 202; cf. Mommsen. Philolog. I. I. p. 43. Deinde mensium series ab hoc Apellaeo incipiens anni tempestati accommodatur tit. W. et F. 424, ubi Poetropius cum Atheniensium Posideone coniungitur; quacum comparatione concinit memoria schol. ad Ioannis Tzetzae Posthomer. extr. (cf. Herm. disp. p. 1, 3) *Ἡρακλείου μηνὸς ὄντος ἐν Δελφοῖς, Ἀθήνησι δὲ Θαρρηλιῶνος . . .*, ita, ut Apellaeum mensem Atheniensium Hecatombaeoni respondisse et Delphorum annum a solstitio aestiuo incepisse appareat. Constat enim, quae in anni tempora Atheniensium menses ceciderint; cf. Ideleri Handb. d. Chronolog. I p. 292 sq.

Denique breui monendum est de mensibus et annis intercalariis (cf. p. 346). Poetropius prior affertur tit. W. et F. 112. 164. 197. 243; alter 86. 154. 425; quorum titulorum 197

1) W. et F. 273. 236.

in annum a. Chr. 176/5 cadere docet Mommsenus Delphik. p. 122, 2. Praeterea equidem puto etiam eum cuius fuerit titulus 154 annum posse definiri; si quidem putamus, cui sententiae nihil obstare uideo, Emmenidam qui huic titulo praescribitur eundem esse, quem per annum ol. 145 quartum (ante Chr. 197,6) archontem fuisse docuit Mommsenus Philolog. I. 1. p. 27. — Veri simile igitur est annos a. Chr. et 197/6 et 176/5 fuisse intercalares. Qui autem anni intercalares intercesserint, nescimus, quod intercalarium mensium notas saepius omittere soliti sunt, quem morem a Mommseno Delph. p. 122, 2 indicatum nonnullis exemplis confirmari puto.

Poetropium mensem, qui tit. W. et F. 163 commemoratur, fuisse priorem docet Poetropius prior, qui sequenti titulo legitur; quem utrumque titulum eiusdem fuisse anni testantur et Pyrrhus Delphorum archon et Theagenes Amphissensium archon, qui praescribuntur utrique titulo. Neque tamen ita constat de titulis W. et F. 129. 197sq. 199. 203. 206, quibus praest Xenochares archon; neque de titt. 71. 72. 73. 154. 155, quibus praescriptus est Emmenidas; possunt autem et hi et illi pertinere ad eundem annum; quam sententiam confirmare uidentur eadem testium nomina, quae in utrisque titulis saepius redeunt; uelut in his Aristion, Asander, in illis Andronicus, Dromoelidas.

## 2. De fastis Phocicis.

Instituamus calendarium, quod omnium, ut uidetur, Phocensium exceptis Delphis erat commune; ad quod componendum attinent tituli, qui aut uerba 'ὡς Φωκεῖς ἄγοντι' praebent aut Phocensium ducis cuiusdam nomen habent praescriptum. Ad fastorum Delphicorum exemplum constituimus mensium Phocicorum tabulam hanc:

Delphis: apud Phocenses:		Delphis: apud Phocenses:	
Ἡραῖος	πρῶτος <sup>1)</sup>	Ποιρόπιος	τρίτος
Δαδαφόριος	{	δεύτερος	Ἀμάλιος
		Ἀμάλιος <sup>2)</sup>	πέμπτος

1) Tituli, quibus haec numeralia debentur, supra p. 352 sunt allati.

2) W. et F. 412; hunc Phocensium mensem Ruellius p. 827 plane ne-

Delphis:	apud Phocenses:	Delphis:	apud Phocenses:
Θεοξένιος	{ ἔκτος Λάφριος <sup>1)</sup>	Ἰλαῖος	{ ἔνατος Ἀφάριος <sup>2)</sup>
Ἐνδυσποιτρόπιος	ἑβδομος	Ἀπελλάϊος	.
Ἡρακλεῖος	ὄγδοος	Βουζάτιος	ἐνδέκατος
		Βοαθός	.

Dignus est, qui commemoretur, duplex ille usus menses significandi; inuenimus enim praeter numeralia, quibus uidemus singulos menses distingui tria mensium nomina propria: Laphrium, Amalium, Aphamium, quorum bini traduntur binis titulis. Et ut hunc usum etiam latius patuisse reapse ueri simile est, ita utramque menses distinguendi rationem eodem tempore fuisse in usu comprobant tituli W. et F.: 50. 122. 105. 90. 81, qui omnes exhibent menses ex numeris designatos quosque ueri est simile cadere in annos a. Chr. 181. 174. 173. 172. 169; et tituli 312. 368. 412, qui praeferunt propria mensium nomina et uidentur cadere in annos 178 et 177; quos annos accuratius definire conatus sum ex Delphorum archontum tabulis, quas instituit A. Mommsen Philolog. u. 24 p. 1 sqq.

Contra unius calendarii proprium fuisse hunc usum duplicem negat Latschewius (p. 118), ita, ut ad Phocensium calendarium commune morem menses ex numeris designandi pertinere doceat, ad Lilaensium autem fastos eos <sup>3)</sup> reuocet titulos, qui propria mensium nomina praebent, quoniam ei, qui his titulis seruos manumisisse traduntur, erant Lilaenses. Sed huic Latschewii sententiae haec obstant. Primum sunt tituli, ubi quamquam ei, qui seruos quosdam manumiserunt, erant Lilaenses, tamen menses ex numeris designentur: W. et F. 35. 50. 53. 81 sq. 90. 128. 222. Deinde nullum aliud singularis Lilaensium calendarii deprehenditur uestigium neque in cetero-

glexit; contra hoc quidem loco iniuria fastis Phocicis 'Tethronium', quod nomen ipse nouauit, inseruit, inductus, ut uideretur, falsa tituli alicuius interpretatione; cf. Latsch. p. 115 ann., qui putat eum tit. 312 male usum esse.

1) W. et F. 63. 212; quem mensem Ruellius attribuit Charadraeorum fastis. 2) W. et F. 312. 368. Aphamium Ruellius falso inseruit Aetolorum fastis. 3) W. et F. 63. 212. 312. 368. 412.

rum <sup>1)</sup>, quantum scimus, oppidorum Phocicorum calendariis inerant propria mensium nomina, id quod statim apparebit. Denique tit. W. et F. 368 uerba: 'ὡς Φωκεῖς ἄγοντι Ἀφαιμίου' euincere mihi uidentur ad Phocensium fastos communes ut hoc nomen, ita cetera propria mensium nomina spectare; cf. E. Curtium Götting. Nachr. 1864 p. 174.

At praeter illos titulos, quorum menses propter praescriptum Phocensium magistratum fuisse putamus Phocensium fastorum communium, exstant tituli, qui quoniam praebent archontes singularum ciuitatum, exhibere uidentur singularum ciuitatum menses.

Sed uidentur tantum. Singula oppida, quibus proprii menses quos adscripsimus fuisse uidentur, sunt haec:

Ambryssus;	δύτερος	est Delphorum Dadaphorius W. et F. 274. 437; Hauss. Bull. V p. 397 sqq. no. 46.
Charadra;	ὄγδοος	est Delphorum Heracleus W. et F. 429.
Daulis;	δύτερος	est Delphorum Dadaphorius Hauss. no. 47.
	ξβ]δομος	C. I. 1725.
	δωδέκατος	C. I. 1732 <sup>b</sup> .
Stiris;	τέταρτος	Lebas. 993; Bull. V p. 447.
Tithora;	τρίτος	Eph. A. III, 783 sq.; cf. Lebas. 823 sq.
	τέταρτος	" 786; " 825.
	πέμπτος	" 783; " 823.
	ἐνδέκατος	" 785; " 826.
	δωδέκατος	" 783; " 823.
Elatea;	πρᾶτος	est Boeotorum Alalcomenius C. I. 1569.

Apparet morem menses ex numeris designandi fuisse communem horum oppidorum et Phocensium fastis; contra ne

1) Ex diuersa fastorum Delphicorum ratione Latschewius (p. 127) non debuit colligere etiam ceteras Phocensium ciuitates suis ipsarum fastis usos esse. Scimus enim Delphos usos esse cum propriis fastis tum suis ipsorum legibus et institutis; cf. Schömanni Griech. Alterth. II, 77 et Hermannii Griech. Antiquit. I, 12, 15.

unum quidem tenemus propriorum mensium nominum exemplum.

Porro uidemus Delphorum Heraeum fuisse primum <sup>1)</sup> mensem et apud Phocenses et apud Ambryssenses, Charadraeos, Daulios, ut concludere liceat, ab eodem cardine etiam ceterarum Phocensium ciuitatum annos incepisse et idem anni initium omnium Phocensium fuisse commune. Quae cum ita sint, singulas quas attulimus ciuitates quamquam habuerant suos magistratus, tamen non propriis, sed Phocensium fastis communibus esse usas elucet; quin etiam propria illa mensium nomina quae attribuimus Phocensium fastis communibus unius esse indicia Phocensium calendarii, quod prius fuerat in usu quam menses ex numeris designarentur <sup>2)</sup> ueri simile est.

Ab illo autem qui uidetur constans fuisse consensu mensium Phocicorum et Delphicorum abhorret comparatio primi Elatensium mensis et Boeotorum Alalcomenii, quoniam Alalcomenius respondere solitus est Atheniensium Maemacterioni <sup>3)</sup>, primus autem Phocensium mensis consentiebat cum Delphorum Heraeo i. e. cum Atheniensium Pyanopsione. Quam dissensionem ex intercalandi uarietate explicandam esse consentiunt uiri docti uelut Boeckhius ad C. I. 1569; Lipsius Studd. philol. Lips. u. III p. 213sq.; Latsich. p. 51; et ipse ex hac mensium discrepantia p. 346 collegi Phocenses — et fortasse Delphos, siquidem probatur Mommseni sententia <sup>4)</sup> de utrorumque in intercalandis mensibus consensu, cui nihil obstare confiteor — intercalasse priore quam Boeotos anno.

1) Etiam Achaeos pro primo mense habuisse Delphorum Heraeum docet tit. W. et F. 109; unde patet ueram esse Nisseni de anni Achaeorum initio sententiam (kritische Unters. üb. die Quellen d. IV. et V. Dekade d. Livius p. 137); cf. A. Mommsen Philolog. 24, 17.

2) Latsichewium (p. 11) secutus a Mommseno (Delphik. pp. 67. 79sq. 263, 1) ita dissentio, ut arbitrer recentioribus demum temporibus menses ex numeris designatos esse; quoniam huius usus testimonia non ante alterum, quantum scio; a. Chr. saeculum inueniuntur; cf. Lebas.-Foucart. ad tit. 12; hui. diss. cap. III. A, 4a.

3) Plut. Arist. 21; cf. hui. diss. p. 343sq.

4) Delphik. p. 122.

## 3. De Locrorum qui dicuntur Ozolarum fastis.

## a) De Locrorum fastis communibus.

Delphis:	apud Locros:	Delphis:	apud Locros:
Βουκάτιος	1. .	Βύσιος	7. . <sup>5)</sup>
Βοαθός	2. .	Θεοξένιος	{ 8. ὀγδοος <sup>6)</sup>
Ἡραῖος	3. .		{ 8. Ποιτρόπιος <sup>7)</sup>
Δαδαφόριος	4. τέταρτος <sup>1)</sup>	Ἐνδυσποιρόπ.	9. Πόκιος <sup>8)</sup>
Ποιτρόπιος	5. Διονύσιος <sup>2)</sup>	Ἡρακλείος	{ 10. δέκατος <sup>9)</sup>
Ποιτρόπιος I.	? Διών <sup>3)</sup>		{ 10. Ἀγύειος <sup>10)</sup>
Ἀμάλιος	6. ἕκτος <sup>4)</sup>	Ἰλαῖος	11. .
		Ἀπελλάιος	12. Δωδέκατος <sup>11)</sup>

Apud Locros inuenimus eundem quem apud Phocenses obseruauimus duplicem menses distinguendi usum et eodem fere tempore eum ualuisse apparet ex titulis W. et F. 354 et 363, quorum altero Pocius, altero mensis octauus exhibetur, quamquam utrique inscriptioni eidem et Locrorum et Delphorum magistratus praescripti sunt. Quem duplicem usum similiter atque eandem Phocensium consuetudinem Latschewius ita explicare studet (p. 117 sqq.), ut ea quae attulimus propria mensium nomina Phycensium fastis esse uindicanda censeat. Quae tamen sententia meo quidem iudicio stare non potest. Quamquam enim ii qui titt. W. et F. 186 et 354 seruos manumittunt, sunt Phycenses, tamen illam Latschewii legem non probonis titulo W. et F. 405<sup>12)</sup>, ubi qui manumisit is quidem est homo Amphissensis, sed Locrorum tamen affertur mensis, non Amphissensium; similiter titt. W. et F. 236 et 363 Tritenses

1) W. et F. 236. 432. 2) Ib. 186. 3) Ib. 243; Ruellius p. 827 censet Dinonem esse alteram Aetolorum Dii formam. 4) W. et F. 213.

5) Septimum locum E. Curtius Götting. Nachr. 1864 p. 176 assignauit Hermaeo mensi, non adscripto fonte, unde eum hausit; cf. Latsch. p. 127.

6) W. et F. 363. 7) Hauss. no. 39. 8) W. et F. 354.

9) Ib. 177. 10) Ib. 405. 11) Ib. 289.

12) Quem titulum Latschewius p. 114 sqq. plane neglexit. Scire uellem, quam patriam uir ille doctus assignaret Agyeo mensi, qui huic titulo debetur; ne Phycensibus attribuat impedit, quod is quem tenet locus apud Phycenses Hychaeo est occupatus.

habent non Tritensium, sed Locrorum menses. Ceterum non constantem fuisse hunc conexum, quem inter mensis et eius qui manumisit patriam intercessisse putauit, Latischewius ipse sensisse uidetur; reuocat enim Locrorum Dinonem ad patriam magistratus qui dicitur eponymi, quem hominem Physcensem fuisse conicit, ita, ut etiam Dinonem attribuat Physcensium fastis.

Deinde ne unus quidem mensis ex illis quos <sup>1)</sup> Latischewius Physcensibus adscripsit, traditur fuisse Physcensis. Immo uero nusquam alibi redire eos quos Physcenses fuisse scimus infra patebit.

Denique ea quae titt. W. et F. 186. 243. 354. 405 praescripta sunt uerba *ἀγωνοθετέοντος τῶν Λοκρῶν*, *ἐν δὲ Λοκροῖς ἀγωνοθετέοντος*, *βουλαρχέοντος τοῦ Λοκρικοῦ τέλεος*.. ad omnes Locros spectare apparet neque ullo modo fieri potest — id quod Latischewius uult —, ut haec permisceantur cum illis quae ad singulas Locrorum ciuitates pertinent, quoniam inter utrumque praescriptionum genus fit oppositio uelut titt. W. et F. 177. 432. 289. 243. Quibus de causis nego fieri posse, ut illa propria mensium nomina titt. W. et F. 186. 243. 354. 405 Locrorum fastis communibus abrogentur; quamquam quomodo illud quod inter Locros commune fuisse uidimus calendarium cum singularum Locrorum ciuitatum fastis consociari possit, non perspicio.

Ad hanc quam modo adumbrauimus difficultatem altera accedit de Dinonis sede dubitatio; qui mensis Delphorum Poetropio priori respondisse tit. W. et F. 243 traditur; exspectamus autem cum hoc mense consensisse Dionysium, qui in tit. W. et F. 186 cum Poetropio coniungatur. Nihilominus ut quaestio de Dinonis loco soluat, de diuersis intercalandi cyclis potest ita cogitari, ut Dinonem aut Dionysium communi loco motum esse putemus; quas tamen in intercalandi rationes propter tantam de his rebus testimoniorum penuriam non potest accuratius inquiri. Ceterum similes de Laphriaei sede dubitationes eodem excitari qui hunc Dinonem continet titulo

1) Dinonem, Dionysium, Poetropium, Pocium.

in condendis fastis Aetolicis paulo infra uidebimus. Ad quas tollendas diuersae cum non suppeditent intercalandi rationes, in hoc titulo adhibendo summa opus esse uidetur cautione.

b) Physcensium et Tolophoniorum fastis.

apud Locros:	α) Physci:	apud Locros:	α) Physci
	β) Tolophone:		β) Tolophone:
1.	.	7.	.
2.	.	8.	.
3.	.	9.	.
4.	α) Ἀράντος <sup>1)</sup>	10.	α) Ὑχαιός <sup>2)</sup>
5.	.	11.	.
6.	.	12.	β) Ἀπελλαῖος <sup>3)</sup>

Physcenses et Tolophonios et ceteras Locrorum ciuitates habuisse idem anni initium, quod in Locrorum fastis communibus in usu fuisse uidimus, cum Latschewio (pp. 54. 121) conicio. Pro tradito Hychaei nomine ideo Ὑχαιός scribit Latschewius (p. 126), quod nullum exstat Graecorum uerbum a litteris ΥΧ incipiens; et illud quod restituit mensis nomen interpretari conatur his Stephani Byz. s. u. ὕλη· uerbis: Ὑλη· ἔστι καὶ πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἧς τὸ ἐθνικὸν ὕλαιος; ita, ut de huius oppidi nomine Apollinis cognomen quoddam Ὑχαιός<sup>4)</sup> originem duxisse fingat, de quo illud quod proposuit mensis nomen repetendum esse censet. Quae coniectura quamuis sit per se facilis, tamen uix potest probari, quod de illo Apollinis cognomine plane nihil constat. Alteram autem quam pro tradito Hychaeo proposuit scripturam<sup>5)</sup>, parum probabilem esse Latschewius ipse sensit. Equidem traditum Hychaei nomen mutare eo minus audeo, quo plura Locrorum mensium nomina singularem prae se ferunt indolem et naturam uelut Κοοῦτιος, Ἀμῶν, Δινῶν, Ἀράντος.

1) W. et F. 432. 2) Ib. 177. 3) Ib. 289.

4) Ut in uniuersum talem originem comprobet, affert Latschewius Apollinis cognomina haec: Ἀρραίπιος, Γεργίθιος, Γρύνειος, Κύνθιος, alia.

5) Ἰλαῖος.



## c) De Amphissensium, Chaliensium, Tritensium, Oeanthensium, Anticyrensiu fastis.

Delphis:	α) Amphissae:	β) Chalei:	γ) Tritaeae:	δ) Oeanthae:	ε) Anticyrae:
Βουκάτιος	1. Ἀγραστυνών <sup>1)</sup>	Κάριος <sup>11)</sup>	.	.	.
Βοαθύος	2.	.	.	.	.
Ἡραῖος	3.	Κοούτιος <sup>12)</sup>	.	.	.
Ἰαδαφόριος	4. [Βουκά]τιος <sup>2)</sup>	.	.	.	.
Ποιτρόπιος	5. Παναγύριος <sup>3)</sup>	.	Γιγάντιος <sup>17)</sup>	.	.
Ποιτρόπιος I.	Παναγύριος <sup>4)</sup>	.	.	Ἀπελλαῖος <sup>19)</sup>	.
Ἀμάλιος	6. Γιγάντιος <sup>5)</sup>	.	. <sup>18)</sup>	.	Διονύσιος <sup>20)</sup>
Βύσιος	7.	Λύκειος <sup>13)</sup>	.	.	.
Θεοξένιος	8. Ποιτρόπιος <sup>6)</sup>	Ποιτρόπιος <sup>14)</sup>	.	.	.
Ἐνδυσποιτρόπ.	9. Ποιτρόπιος <sup>7)</sup>	.	.	.	.
Ἡρακλεῖος	10. Πόκιος <sup>8)</sup>	.	.	.	.
Ἰλαῖος	11. Ἀμών <sup>9)</sup>	μὴν Ἀπόλλωνος <sup>15)</sup>	.	.	.
Ἀπελλαῖος	12. Πάναμος <sup>10)</sup>	Ἀπελλαῖος <sup>16)</sup>	.	.	.

Ad Locrorum fastorum communium exemplum harum Locrorum ciuitatum annos a Delphorum Bucatio incipientes facio (cf. supra b), Bergkii sententiam de Amphissensium anni initio (p. 59) correcturus.

α) C. I. 1607 memoriam 'Αἰραστυνών' Wescheri et Foucarti titulis, quorum consensu Ἀγραστυνών comprobatur, refelli E. Curtius (Gött. Nachr. 1864 p. 177) et Latschewius (p. 122) recte iudicauerunt; quamquam Airastyonis, de qua Hermannus (p. 44) et Bergkii cogitauerunt significatio propter Hesychii uerba 'αἰρασταὶ τινὲς ἄρχοντες' eo commendari uidetur, quod Amphissensium primum hunc mensem fuisse aliqua cum probabilitate statuimus. Iam memorabilis est duplex illa sedes Amphissensium Poetropii cum Delphorum Theoxenio et Endyspoetropio comparati; quam duplicem responsionem ex uitio

1) W. et F. 247 sq. Ἀγραστ. ib. 92. 428; Ἀγραστ. 215; Ἀγραστυνών 256.

2) Hauss. Bull. V p. 397 sqq. no. 40. 3) W. et F. 163. 209; Hauss. no. 15. 41 sq. 4) W. et F. 164. 5) Ib. 426. 6) Ib. 360. 7) Ib. 224.

8) C. I. 1707. 9) W. et F. 19. 257. 10) Lebas. 959; a Ruellio omissus. 11) C. I. 1607. 12) W. et F. 69; cf. Hauss. no. 45. 13) Hauss. no. 43. 14) Ib. no. 44. 15) Lebas. 960; a Ruellio omissus. 16) W. et F. 262. 17) Ib. 148. 18) Tritensium fastis Ruellius p. 827 nescio quo iure inseruit Aratum. 19) Ib. 243. 20) Ib. 442.

nescio cuius ducendam esse inconsiderate iudicat Mommsenus Delphik. p. 8, 1. Neque uero placet Latschewii opinio, qui p. 120 hanc discrepantiam ita explicare studet, ut singulos Amphissensium et Locrorum menses respondisse statuatur binorum Delphorum mensium posteriori et priori parti, quam sententiam pugnare contra Graecorum consuetudinem menses a nouilunio incipiendi p. 329, 2 exposuimus. Immo uero hanc discrepantiam intercalandi uarietatis uestigium esse arbitror; cui discrimini indicio esse possunt etiam Chaliensium Apellaeus et Apollinis qui dicitur mensis, quorum ille cum Delphorum Apellaeo, hic cum eorundem Ilaeo comparatur, siquidem sumere licet ad eundem mensem spectare utramque notionem; cf. Latsch. p. 120 et hui. diss. p. 351, 4. Contra cetera exempla quae ad confirmandam sententiam de diuersis mensium Delphicorum et Locricorum initiis congregit Latschewius prorsus esse procul habenda censeo haec:

I. Locrorum	Pocius	est	Delphorum	Endyspoetropius
Amphissensium	"	"	"	Heracleus;
II. Tritensium	Gigantius	"	"	Poetropius
Amphissensium	"	"	"	Amalius;
III. Locrorum	Dionysius	"	"	Poetropius
Anticyrensi-um	"	"	"	Amalius;

quoniam incautius iudicare uidetur, si quis in tanta <sup>1)</sup> quantam inter singularum Locrorum ciuitatum fastos intercedere uideamus discrepantia, tamen apud omnes has ciuitates homonymos menses sibi respondisse sumit. Porro pro tradita lectione ΑΜΩΝ quamquam duplici titulo munita Latschewius (p. 124) propter obscuram huius nominis significationem scripsit ΑΛΙΩΝ, quod nomen sicut Cretensium Haliaeum ad Solis cultum spectare arbitratur. Neque uero cur contra duplicis tituli memoriam Latschewio adstipulemur, satis causae esse uidetur, praesertim cum id quod uir ille doctus restituit nomen non ita

1) Praeter nominum diuersitatem conferas Oeantensium Apellaeum, qui est Delphorum Poetropius et Chaliensium Apellaeum, qui est Delphorum Apellaeus.

tutum sit; qua de re traditam scripturam quamvis obscuram seruandam esse censeo; cf. p. 332.

Atque hac data occasione monere liceat Dinonis et Amonis nominum posteriorem syllabam esse acuendam, id quod euincit analogia ceterorum quae in 'ών' exeunt mensium nominum.

β) Iudicium de Chaliensium Carei loco pendet ab illa quam p. 361 exposuimus sententia de Amphissensium Airastyonis forma, quocum mense Careus coniungitur tit. C. I. 1607; atque ut Chaliensium Apellaeum comparemus cum Delphorum Apellaeo non cum Amalio, id quod Curtius et Ruellius faciunt, suadet Chaliensium Apollinis qui dicitur mensis cum Delphorum Ilaeo collatus et Tolophoniorum Apellaeus cum Locrorum mense duodecimo i. e. Delphorum Apellaeo aequatus. De Chaliensium denique Apellaei sede inde mouetur dubitatio, quod is Delphorum mensis, quocum confertur, euanuit praeter primam A litteram.

#### 4. Aetolorum, Callipolitarum, Naupactiorum fasti.

Delphis:	α) apud Aetolos:	Delphis:	α) apud Aetolos:
			β) Callipoli:
			γ) Naupacti:
<i>Βοαθύος</i>	1. <i>Προκίκλιος</i> <sup>1)</sup>	<i>Θεοξένιος</i>	7. <i>Ἐρμαῖος</i> <sup>8)</sup>
<i>Ἡραῖος</i>	2. <i>Ἀθαναῖος</i> <sup>2)</sup>	<i>Ἐνδυσποιτρόπιος</i>	8. <i>Διονύσιος</i> <sup>9)</sup> β) γ)
<i>Λαδαφόριος</i>	3. <i>Βουκάτιος</i> <sup>3)</sup>	<i>Ἡρακλεῖος</i>	9. <i>Ἀγύειος</i> <sup>10)</sup>
<i>Ποιτρόπιος</i>	4. <i>Δίος</i> <sup>4)</sup>	<i>Ἰλαῖος</i>	10. <i>Ἰπποδρόμος</i> <sup>11)</sup> β)
<i>Ποιτρόπιος</i> I.	<i>Λαφριαῖος</i> <sup>5)</sup>	<i>Ἀπελλᾶιος</i>	11. .
<i>Ἀμάλιος</i>	5. <i>Εὐθύναῖος</i> <sup>6)</sup>	<i>Βουκάτιος</i>	12. <i>Πάναμος</i> <sup>12)</sup>
<i>Βύσιος</i>	6. <i>Ὅμολῶιος</i> <sup>7)</sup>		

1) W. et F. 179. 198. 316. 323; Hauss. Bull. V p. 397 sqq. no. 26.

2) W. et F. 318. 337. 376. 403. 417; Hauss. no. 16. 3) W. et F. 130.

321. 4) W. et F. 124. 145. 188. 199. 252. 304 (*Δεῖος*). 319 sq. 324. 333.

335 sq. 408.; Hauss. no. 15. 17. 23. 27 sqq. 31. 36. 5) W. et F. 243. 6) Ib.

285 sq. 329. 339. 362. 372. 407. 409; Hauss. no. 24. 30. 7) W. et F. 189.

330. 345 sq. 384. 404. 8) Ib. 80. 190. 377 sq. 388. 394. 422; Hauss. no. 18 sq.

9) W. et F. 204. 287; Hauss. no. 20. 32; apud Callipolitas W. et F.

100; apud Naupactios C. I. 1756. 10) W. et F. 64 (*Ἀγύεος*). 178. 294.

310. 313. 325. 328. 371. 379; Hauss. no. 21. 25. 11) W. et F. 322. 380. 382.

393. 411; apud Callipolitas Rang. 918 = Lebas. 908<sup>a</sup>. 12) W. et F. 74 sq.

91. 191. 223. 284. 335 sq. 359. 410. 416; Hauss. no. 22. 33 sq.; C. I. 1702.

Aetolorum annum facit summa cum probabilitate A. Mommsen a Procylio incipientem. Idem uir doctus propter constantem quam uidemus Delphorum et Aetolorum mensium responsum utrosque eodem usos esse intercalandi cyclo Delphik. p. 122 optimo iure docet. Sed tamen una quam plane praetermisit restat difficultas. Quid enim faciamus Laphriaeo mense, qui cum Delphorum Poetropio priore coniungitur, quamquam exspectamus cum eo consensisse Aetolorum Diem, quippe quem respondisse Delphorum Poetropio doceant uiginti tituli? Quibus ex angustiis qua uia effugiamus, non uideo (cf. p. 359 sq.), quoniam consensu ceterorum titulorum de intercalandi uarietate cogitare uetamur. Latschewii autem sententia (pp. 37. 41) certo caret fundamento, qui eiusdem fuisse mensis utrumque nomen arbitratur, ita, ut Macedonum Dius in Aetolorum calendarium irrepsisse et genuinus Laphriaeus paulatim obsoleuisse putandus sit. Nam ne unum quidem eiusmodi duplicis usus uestigium traditur memoriae; neque usquam alibi Macedonum mensium transitus in calendaria Graecorum genuina certis comprobatur testimoniis. Nam illam sententiam de Thessalorum et Halensium Panamo et Hadromio Latschewius suo Marte temptauit (cf. hui. diss. p. 332) et de Macedonibus Perrhaeborum Diem esse repetitum mera eiusdem uiri docti est coniectura<sup>1)</sup>. Ceterum si quando Macedonum fasti superauerunt calendaria Graecorum genuina, certe nondum potest cogitari de principatu Macedonum mensium altero<sup>2)</sup> a. Chr. saeculo, quo exarati sunt tituli qui continent Aetolorum et Perrhaeborum Diem; traduntur<sup>3)</sup> enim menses Graecorum antiquitus proprii

1) Ut sit Dius repetendus de Macedonum fastis, sed unde diuersam hanc Aetolorum et Macedonum Dii sedem explicemus dubium est. Respondet enim Macedonum Dius Atheniensium Pyanopsioni, Aetolorum Dius Atheniensium Posideoni; cf. Ideleri Handb. d. Chronol. I p. 396; Herm. p. 101 sq.

2) Cf. A. Mommsen Philolog. XXIV p. 15; Wachsmuth. Mus. Rhen. XVIII (1863) p. 540 sq.

3) Cf. *Ἀθήνην*. X (1881) p. 406 sq., ubi exstat titulus, qui Boeotorum Bucatium continet quemque in alterum uel tertium p. Chr. saeculum cecidisse Cumanudes docet; Act. Inst. Arch. VI (1881) p. 40 sqq.; cf. hui. diss. cap. IV. B, 1 c et f; Bull. V (1881) p. 70 sqq.; Lat. pp. 74. 149, 42.

etiam primi et alterius p. Chr. saeculi titulis. Denique Ruelius p. 827 unde hauserit Bomium mensem, quem quamquam dubitans undecimo loco inseruit, plane ignoro.

5. De Doridis fastis.

Delphis:	α) Erinei:	Delphis:	α) Erinei:
	β) Boei <sup>1)</sup> :		β) Boei:
Βοαθός	α) Ἀρχοστάσιος <sup>2)</sup>	Θεοξένιος	α) Λάφριος <sup>3)</sup>
Ἡραῖος		Ἐνδυσποιτρόπιος	β) Πόκιος <sup>4)</sup>
Δαδαφόριος		Ἡρακλείος	
Ποιτρόπιος		Ἰλαῖος	
Ἀμάλιος		Ἀπελλαῖος	
Βύσιος		Βουκάτιος	α) Βουκάτιος <sup>5)</sup>

α) Erinensium annum ab Archostasio mense incepisse conicio cum Latschewio (p. 127), quamquam non tam confidenter profero hanc sententiam, quia nulla commendatur re nisi Archostasii nominis etymologia per se non ita certa. Neque enim ad hanc Archostasii etymologiam comprobendam multum ualet exemplum Cretum Metarchii<sup>6)</sup>, quem mensem uir ille doctus in comparationem adhibet; praesertim cum num hoc quidem mense magistratus initi sint nesciamus. Ceterum nullum conspicitur fastorum Erinensium et Aetolorum similitudinis uestigium, unde utrosque idem habuisse anni initium concludi possit. Sed cum aliud subsidium constituendo Erinensium anni initio sit nullum, assentior quamuis dubitans Latschewio. Denique

1) 'Βοιόν' scribitur a Stephano Byz. (ed. Meineke p. 172) ab aliis; cf. Bursian. Geogr. v. Griechenl. I p. 155; titulus autem, quem edidit Rhangabis no. 945, praebet 'ἐν δὲ Βοαῖς', quam discrepantiam iam Rhangabis adnotauit. 2) W. et F. 365. 3) Ib. 54; Rang. 931 = Lebas. 920.

4) Rang. 945. 5) Hauss. Bull. V p. 397 sqq. no. 48.

6) Vide Ideleri Handb. d. Chronol. I, 426; Hermann. p. 98; conferatur nunc Dittenbergeri de Archostasii significatione sententia; qui Syllog. inscriptt. Graec. no. 294 ann. 5 censet mensem Archostasium esse 'eum sine dubio quo magistratum comitia (ἀρχαιοσεῖαι) haberi solent'. Quae etymologia si uera sit, Archostasius non tam pro primo anni mense quam inter ultimos sit habendus; cf. hui. diss. cap. III. A, 3 e.

Hermanni sententia, qui putat Laphrium esse Aetolorum mens-  
sem, non iam defenditur. Apud Phocenses enim, non apud  
Aetolos inuenimus Laphrium. Ruellii autem coniectura p. 827  
arbitrantis Erinenses eosdem habuisse fastos ac Phocenses,  
parum ueri uidetur similis, cum nulla in re posita sit nisi in  
Laphrii nomine et sede.

6. *Acarnanum*

restat unus mensis

*Κουροτόπος* tit. Cumanudis *Ἀθην.* I (1872) p. 253 sq.; cf.  
Lebas-Foucart p. 144 no. 194<sup>d</sup>, Cauer.<sup>2</sup> no. 240;  
quo titulo nisus Cumanudes C. I. 1793<sup>a</sup> lec-  
tionem *Κουροπος* correxit; quam coniecturam  
probauerunt Cauer (no. 241), Ruellius (p. 832),  
Latschewius (p. 19).

Praeterea exstat mensis cuiusdam fragmentum tit. Lebas. 1041  
*μηρὸς Βο . . . .*; fortasse *Βο[υκατίου]*.

CAPUT III.

*De fastis Doricis.*

A. Ciuitates Peloponnesiacaе cum coloniis.

1. *De Lacedaemoniorum, Heraeleensium, Theraeorum,  
Cnidiorum fastis.*

Athenis:	a) Lacedaemone <sup>1)</sup> :	b) Heraeleae:	c) Therae:	d) Cnidi:
<i>Πανασιών</i>	1. .	? <i>Ἀπελλᾶιος</i> <sup>8)</sup>	.	.
<i>Μαιμακτηριῶν</i>	2. .	.	.	? <i>Βαδρόμιος</i> <sup>14)</sup>
<i>Ποσειδεῶν</i>	3. .	.	? <i>Διόσθνος</i> <sup>10)</sup>	.
<i>Γαμηλιῶν</i>	4. .	.	<i>Ἐλευσίνιος</i> <sup>11)</sup>	.
<i>Ἀνθεστηριῶν</i>	5. .	.	<i>Δελφίνιος</i> <sup>12)</sup>	.
<i>Ἐλαφροβολιῶν</i>	6. <i>Ἀρτεμίσιος</i> <sup>2)</sup>	.	<i>Ἀρτεμίσιος</i> <sup>13)</sup>	<i>Ἀρταμίτιος</i> <sup>15)</sup>
<i>Μονιχιῶν</i>	7. <i>Γεράστιος</i> <sup>3)</sup>	.	.	.
<i>Θαρηγιῶν</i>	8. <i>Φλιάσιος</i> <sup>4)</sup>	.	.	.
<i>Σκροφοριῶν</i>	9. <i>Ἐκατομβεύς</i> <sup>5)</sup>	.	<i>Ἰακίνθιος</i> <sup>13)</sup>	.
<i>Ἐκατομβαιῶν</i>	10. <i>Ἡράσιος</i> <sup>6)</sup>	.	.	.
<i>Μεταγειτινῶν</i>	11. <i>Καρνεῖος</i> <sup>7)</sup>	.	.	.
<i>Βοηδρομιῶν</i>	12. .	<i>Πάναμος</i> <sup>9)</sup>	.	.

1)—15) Vide p. 367.

a) Lacedaemoniorum ephoros iniisse magistratus annique initium intercessisse inter Elaphebolionem exeuntem et hiemem aduenientem apparet e Thucydidis l. V c. 19 et 36. Sed utrum eorum annus habuerit initium a solstitio aestiuo an ab aequinoctio autumnali, res est controuersa; cf. Rinckii Religion d. Hellenen II, 47, Boeckhii Zur Gesch. d. Mondeyclen p. 87, Ungerii 'att. Kalend.' (Sitzungsber. d. bayr. Akad. ph.-ph. Cl. 1875 II) p. 62 ann.; 'Zeitrechn. d. Thuc.' (ib. 1875 I) p. 59 sq. ann. Ab Atheniensium autem Pyanopsione i. e. ab aequinoctio autumnali <sup>1)</sup> Lacedaemoniorum annum incepisse ueri est simillimum.

Scimus enim Carneum mensem ut apud Lacedaemonios, ita apud omnes fere Dores fuisse in usu et eum quidem, ubi

1) *Ἀάρκιος* mensis, qui exstat in Gytheatarum titulo a Newtone CXLIII edito, in Lacedaemoniorum fastis, quibus eum inseri Newton uult, uix habet locum. Occupatus enim est tertius quem Laphrius, ubicumque inuenitur, obtinet post brumam locus (cf. supra cap. II, 2 et 5). Gytheatarum igitur mensis ille fuisse uidetur uel Eleutherolaconum qui dicuntur, quorum temporibus decretum titulo illi inscriptum esse Newton iudicauit. — Aphrii formam per Duchesnii errorem e Laphrio esse ortam Newtonis at minime probanda est sententia. Aphrii enim nomen non uno Duchesnii comprobatur titulo, sed tribus Ussingii inscriptionibus, quae et a Bergade et a Duchesnio iterum sunt descriptae (cf. hui. diss. pp. 319. 334).

2) Thuc. V, 19. 3) Thuc. IV, 118 sq.; cf. Boeckhii Zur Gesch. d. Mondeyclen p. 86 sqq. 4) Steph. Byz. s. u. *Φλιοῦς*; Hes. s. u. *Φλυήσιος*.

5) Hesych. s. u. 6) Hesych. s. u. 7) Thuc. V, 54, 2; cf. Plut. Nic. 28 et Unger. Philolog. u. XXXIII p. 231. 8) C. I. 5774 sq. tab. I, 2 et 95. 9) Ib. u. 101. 10) C. I. 2448. IV, 1. VIII, 19. 11) Ib. II, 8. III, 4. 12) Ib. II, 32. IV, 26. 13) C. I. II p. 1056 no. 2465 f. 14) Newton, Halicarnassus, Cnidus and Branchidae p. 758 no. 44. 15) Lebas-Waddington no. 79; cf. C. I. 3052.

1) Latschewius quod p. 52 sqq. eos, qui Atheniensium Pyanopsionem pro primo mense habuissent, annum non ab aequinoctio autumnali (i. e. anno a. Chr. 381. 27/28 Sept.; cf. Boeckhii Sonnenkreise p. 388), sed ab occasu uergiliarum matutino (i. e. eodem anno 13/14 nou.; cf. Boeckh. l. l.) incepisse docet, me non habet assentientem. Est enim ueri simillimum annum non ab ipso cardinis die incepisse, sed a proximo eum insequente nouilunio, ita, ut primus mensis anni ab aequinoctio autumnali incipientis responderet Pyanopsioni, primus autem anni a matutino uergiliarum occasu incipientis Maemacterioni.

eumque fuerit, in idem anni tempus incidisse et Atheniensium Metagitnioni respondiisse consentiunt uiri docti <sup>1)</sup> Thucydidis <sup>2)</sup> l. V c. 54 uerbis *Καρνεῖος δ' ἦν μὴν ἰερομήνια Λωρῖεῦσι* nisi. Iam eis, qui hanc sententiam probant, colligendum est omnes qui Carneae celebrarent Dores eundem habuisse intercalandi cyclum. Cum autem constet Rhodios pro intercalari mense habuisse Panamum alterum, quem mensem etiam Lacedaemoniorum fuisse docent Heracleensium fasti, concludo <sup>3)</sup> ut a Rhodiis, ita a Lacedaemoniis et ceteris Doribus pro intercalari mense habitum esse Panamum alterum. Sed tabulae Heracleenses, quae dicuntur, non solum fuisse Panamum tradunt Heracleensium mensem, sed etiam suadent, ut eum collocemus iis temporibus, ubi frumentum et maturum et *trītum* erat <sup>4)</sup>; ita, ut Hermanno assentiar, qui p. 124 ei assignat locum Carnei proximum. Quodsi Panamum alterum a Lacedaemoniis esse habitum pro intercalari mense eumque stetisse statim post Carneum et respondiisse Atheniensium Boëdromioni sumimus, sextum aut duodecimum Lacedaemoniorum mensem fuisse Panamum sequitur, quoniam Graeci intercalares menses mensi sexto aut duodecimo addere solebant. Duodecimum autem fuisse eum mensem intellegitur ex Thucydidis locis supra laudatis. Quocum optime consentit duorum titulorum memoria, quorum altero (C. I. 5475) Gelensium Carneus fuisse traditur posterioris semestris, altero (C. I. 5491) Agrigentinarum Carneus adscribitur sexto bimestri.

Cum autem non solum Lacedaemoniorum, Gelensium, Agrigentinarum, Rhodiorum, sed etiam Cretum annum incepisse uideamus ab aequinoctio autumnali, concludere uelim inter Dores communia fuisse ut intercalandi cyclum, ita anni

1) Grote, *Gesch. Griechenlands* V<sup>2</sup> p. 258, 55; Unger, *Philolog.* l. c.; Latsch. p. 145. 2) Cf. Pausan. III, 5, 8 p. 216 Bekk.

3) His quidem causis adducor ad alterum mensem Panamum intercalandum; contra certa desidero de hac re testimonia; quae tamen exstare Schmittius auctor dissertationis Lipsiensis a. 1882 'quaestiones chronologicae ad Thucydidem pertinentes' p. 48 sibi finxit.

4) C. I. 5774 I u. 100 sqq.; Hermann. p. 73 sqq.; cf. hui. diss. p. 348.



initium, praesertim cum plurimi fasti Dorici hunc anni cardinem admittant neque ulli obstant nisi Corcyraei et Tauromentani, quos etiam aliis rebus a ceterorum Dorum calendariis discrepant. — Quibus de causis omnium Dorum quoad fieri potest fastos incipientes faciemus ab aequinoctio autumnali.

Porro facile potest consociari nostra de Lacedaemoniorum anni initio sententia cum Plutarchi loco (Agidis c. 13 sqq.), quem Latschewius primus, quantum scio, adhibuit ad statuendum Lacedaemoniorum anni initium. Ibi enim scriptor narrat eodem tempore autumnali Agesilaum et contra intercalandi cyclum anno addidisse mensem intercalarem et contra leges id studuisse, ut iterum ephorus crearetur. Verumtamen minime perspicio, quo iure Latschewius Carneum assignauerit duodecimum locum, Panamo primum. Cui sententiae primum obstat ceterorum fastorum Doricorum similitudo; tum displicet, quod uir ille doctus ad Dodwelli<sup>1)</sup> sententiam recurrens sibi sumit Lacedaemonios intercalare solitos esse alterum Carneum; ueri enim uidetur dissimile hunc mensem, quem Dores habebant pro sacro, duplicatum ac profanatum esse.

Iam Phliasii, Hecatombei, Herasii ordinem probo eum, quem Latschewius (p. 133 sqq.) proposuit; qui cum Ungero<sup>2)</sup> consentit de collocando Herasio<sup>3)</sup>; ita autem dissentit ab eodem uiro docto, ut Hecatombei et Phliasii ordinem quem ille probauerat inuertat, eo potissimum usus argumento, quod Hyacinthia, quae mense Hecatombeo celebrata esse accepimus<sup>4)</sup>, sibi persuasit Scirophorione acta esse, non Thargelione, id quod Ungerus demonstrasse sibi uisus est. Sed hanc de Hya-

1) Cf. Unger 'Zeitr. d. Thuc.' p. 59 ann. Sitzungsber. d. Münchn. Ak. 1875 I; Dodwellius ad alterum mensem Carneum intercalandum confugit, Thuc. (V, 76) locum explicans, ubi legimus statim post Carnea hiemem accidisse. Attamen haec quam proposuimus intercalandi ratio optime quadrat ad illum locum interpretandum, siquidem licet cum Ungero (cf. l. c.) statuere singulos illius anni menses uno loco propterea processisse, quod priore anno mensis intercalaris erat interpositus. Neque enim statuendum est anni et hiemis initia consensisse.

2) Philolog. u. XXXVII (1877) p. 18. 3) Cf. Droysenum Hermae u. XIV (1879) p. 1 sqq. 4) Hesych. s. u. 'Εκατομβείς.

cinthiorum tempore quaestionem tractare longum est, praesertim cum Latschewius demonstrauerit inter eos locos, quos Ungerus attulerat ad suam sententiam firmandam, esse nullum, qui suae ipsius sententiae obstaret. Contra ad comprobendam illam Hecatombei sedem affero duo argumenta aliunde repetita.

Primum enim apparet ex Voemelii dissertatione 'de quo anni tempore in Attica ἀκμάζοντος τοῦ σίτου dicatur' apud Athenienses eum quo 'οἱ τῆς γῆς καρποὶ ἀκμάζουσιν' mensem fuisse Thargelionem; cui respondisse ueri est simile Lacedaemoniorum Phliasium, quo fruges maturuisse Stephanus Byz. s. u. testatur his quidem uerbis: 'ἐν ᾧ τοὺς τῆς γῆς καρποὺς ἀκμάζειν συμβέβηκε'. Tum Theraeorum titulus C. I. II p. 1086 no. 2465 f, ubi Artemisio et Hyacinthio mensibus primitiae quaedam illo ut uidetur aliae, hoc hordei et tritici modii quidam imperantur, Phliasium Hyacinthio ut anteponamus suadet; unde siquidem Hecatombeum respondisse Hyacinthio<sup>1)</sup> ponimus, Phliasium praecessisse Hecatombeo fit conclusio.

b) Latschewius cum Heracleensium menses ad condendos Lacedaemoniorum fastos non adhiberet, factum est, ut Lacedaemoniorum mensibus Rhodiorum adderet Thesmophorium pro Apellaeo, quem eis adscribendum esse censemus. Sed tamen ante omnia ad conficiendos Lacedaemoniorum fastos adhibendos esse Heracleensium menses persuasum habeo, quia a Tarentinis, Lacedaemoniorum colonis, eos duxisse originem scimus. Namque Apellaeum aut Panamum repetere a Thurinis, qui simul cum Tarentinis coloniam deduxerunt Heracleam, Apellaei terminatione et Panami tempestate, in quam eum incidisse uidimus, uetamur. Apud Iones enim, qui erant Thurini, Apellaeonis usurpatur forma et Panamus respondet Atheniensium Scirophorioni.

Heracleensium porro Apellaeus — siquidem Lacedaemonios, Heracleenses, Theraeos, Cnidios idem habuisse anni initium sumere licet, id quod hoc loco in uniuersum moneo — inter primos menses uel pro primo habendus uidetur esse.

1) Cf. Herm. p. 79 sq.

Nam aliquam probabilitatis speciem habet agros esse locatos iis ipsis temporibus, ubi arua cessarent et adesset sementis faciendae opportunitas; quam tempestatem incepisse a uergiliarum occasu matutino i. e. ab altero fere Heracleensium mense discimus ex Hesiodi opp. et dd. u. 383 sq.; cf. Ideleri Handb. d. Chronol. I p. 242<sup>1)</sup>. Quo conexu inter Apellaeum et anni tempora statuto utraque pars prioris tabulae Heracleensis cur eodem confecta sit Apellaeo mense apparet. Maxime enim erat haec anni tempestatem locandis agris idonea.

c) Diosthyum, Eleusinium, Delphinium menses in uniuersum quidem eo sese excepisse quem cum Boeckhio, Hermanno (p. 117 sq.), Latschewio (p. 175 sqq.) dedimus ordine apparet ex C. I. 2448 argumento; sed alium post alium stetisse Latschewii probabilis est coniectura. Ut enim Delphinium statim post Eleusinium stetisse putemus, sententiarum conexus C. I. 2448, II suadet; cf. Bergk. p. 12 et hui. cap. B, 1 a; continuus autem commendatur Diosthyi et Eleusinii successus uerbis eiusdem tituli IV, 21 *‘ἀπὸ τοῦ πρώτου πλείμματος’*, quippe quae cum acumine quodam dicta esse uideantur et illos sacrificiorum dies testamento praestitutos obseruari non potuisse prodant nisi summa adhibita festinatione. Ad quam sententiam confirmandam accedit, quod primus consanguineorum conuentus, qui quae opus essent ante omnia constitueret conuocatus est eodem Diosthyo, quo *‘lex sodalium eius qui instituitur thiasi siue collegii’* est facta; cf. tit. IV, 1 et VIII, 18 sq. Ad certum autem anni tempus hi menses referri possunt, siquidem *Διόσθριος* apud Eleos pro tradito *‘Θωσθρίας’* a Boeckhio recte est restitutus (cf. hui. diss. p. 347). Ceterum ad comprobanda haec Eleusinii et Delphini loca nouum Latschewius sibi comparauit (p. 177) argumentum Oluntiorum fastis in comparationem adhibitis, ubi uterque sibi proximus deprehenditur (cf. cap. III. B, 3 c), quamquam sexto et septimo demum anni loco.

d) Badromio mensi alterum apud Coos ceterosque, Dores anni locum attribuit Latschewius p. 168, Atheniensium Mae-

1) Eundem anni locum occupasse uidetur Oluntiorum Apellaeus; cf. hui. cap. B, 3 c.

macterioni eum respondisse ratus. Equidem deesse confiteor certa de Badromii loco testimonia. Si autem eosdem fuisse Lacedaemoniorum, Heracleensium, Theraeorum, Cnidiorum fastos probabitur, ut secundus qui unus restat anni locus assignetur Badromio facile poterit fieri.

Denique in duo semestria Cnidiorum annum esse diuisum ex C. I. tit. 2654 discimus.

2. De Corinthiorum, Corcyraeorum, Syracusanorum, Tauromenitarum fastis.

Athenis:	a) Corinthi:	b) Corcyrae:	c) Syracusis:	d) Tauromenii:
Παναοσιών	1. .	.	.	10. Δό[λιος] <sup>5)</sup>
Μαιμακτηριών	2. .	.	.	11. Ἀπολλώνιος <sup>6)</sup>
Ποσειδεών	3. .	.	.	12. Δνωδεκαταῖος <sup>7)</sup>
Γαμηλιών	4. .	11. Μαχανεύς <sup>2)</sup>	.	1. Ἀρτεμίσιος <sup>8)</sup>
Ἄνθεστηριών	5. .	12. Εὐκλείος <sup>2)</sup>	.	2. Διονύσιος <sup>9)</sup>
Ἐλαφηβολιών	6. .	1. Ἀρτεμῖτιος <sup>2)</sup>	.	3. .
Μουνυχιών	7. .	.	.	4. .
Θαργηλιών	8. .	.	.	5. .
Σκροφοριών	9. .	.	.	6. Ἀπελλαῖος α' <sup>10)</sup>
.	.	.	.	Ἀπελλαῖος β' <sup>10)</sup>
Ἐκατομβαιών	10. .	.	.	7. Ἴτωνιος <sup>11)</sup>
Μεταγειννιών	11. .	.	Καρνεῖος <sup>4)</sup>	8. Καρνεῖος <sup>12)</sup>
Βοηδρομιών	12. Πάναμος <sup>1)</sup>	.	.	9. .
	Incertae sedis:	Ψυδρεὺς <sup>3)</sup>		Εὐκλείος <sup>13)</sup>

a) De Corinthiorum anni initio quamquam nihil constat, tamen nulla impedimur re, quominus idem arbitremur apud eos atque apud Lacedaemonios ualuisse anni principium; cf.

1) Ps. - Dem. de cor. 157. 2) C. I. 1845 uu. 1 sq. 48 sqq. 57. 59. 62. 98 sqq.; cf. Kirchneri de Andocidea quae fertur tertia oratione. dissert. inaug. Berol. 1861 p. 9 et Goetz. Act. soc. philol. Ritsch. II p. 342.

3) Vischeri Kl. Schr. II p. 13 sqq.; Newton. no. CLXVI. 4) Plut. Nic. 28; cf. hui. diss. p. 366, 8. 5) Wachsm. Mus. Rhen. XXIV p. 452 sqq. col. II, 1; Ἀα[ρομίον] Camarda; Ἀαλ[ίον] D. Comparetti N. Jahrb. f. class. Philolog. IC 1869 p. 305 sqq.; cf. C. I. 5640 III, 2, 3 ΑΑΛΙΟΥ. 6) C. I. 5640 III, 2, 13; Wachsm. II, 18. 7) Ib. II, 33. 8) C. I. 5640 I, 1, 1. 9) Ib. I, 2, 1. 10) Ib. III, 1, 1 et 9 (δέυτερος). 11) Wachsm. l. I. I, 8; Ταμίον Camarda, D. Comparetti; cf. ΤΩΝΙΟΥ C. I. l. I. II, 1, 20; 7ςΥλ[ι]ου Ib. III, 1, 17. 12) Ib. III, 1, 26; Wachsm. I, 23. 13) C. I. l. c. IV, 2, 9.

p. 368 sq. Atque ut ueniam ad Corinthiorum Panamum, etsi certum est<sup>1)</sup> illam qua is continetur mensis epistolam non esse genuinam, tamen eius de Panami tempore memoria non abhorret ab historiae fide, quoniam Panamum apud omnes, quantum scio, Dores respondisse uidimus (p. 368) Atheniensium Boëdromioni. Hermannus autem eum Panamum, qui schol. ad Pind. Nem. p. 426 ed. Boeckh. traditur, esse Corinthium ratus me non habet assentientem. Macedonicum<sup>2)</sup> enim mensem a scholiasta esse dictum multo ueri similis est, praesertim cum uirorum doctorum de Nemeorum tempore sententiae<sup>3)</sup> non tam cum ea cuius erat apud Dores Panamus tempestate, quam cum Macedonum Panamo Atheniensium Scirophorioni respondente<sup>4)</sup> possint consociari. Difficultates<sup>5)</sup> autem quae remanent tollere mea nunc non interest.

b) Deinde Corcyraeorum Artemitium, Machaneum, Eucleum hoc quidem ordine sese exceperunt et illum fuisse primum, hos autem undecimum et duodecimum anni menses Corsinus demonstrauit (fast. att. II p. 415 sqq.) et probauit Hermanno. Porro ad Lacedaemoniorum Artemisii exemplum hos menses referendos esse ad certum anni tempus cum eodem Hermanno censeo; quamquam de anni initio illarum gentium fasti ualde inter se dissentiunt. Contra Tauromenitarum fasti ad Corcyraeorum aut aliorum populorum fastos condendos nihil fere ualent, quoniam singularis fuisse uidetur eorum natura ac ne Eucleus quidem occupare potest apud Tauromenitas eandem sedem, quam apud Corcyraeos eum habuisse accepimus.

Quo autem loco Psydreus mensis steterit, prorsus nescimus. Ac ne Vischeri quidem sententia, qui eum cum Argiuorum et Boeotorum Hermaeo i. e. cum Atheniensium Game-

1) Cf. Droyseni Hellenism. I<sup>2</sup>, 2, 346.

2) Cf. schol. ad Pind. Olymp. VII, 147; Gorgiacum, qui ibi legitur, esse mensem Macedonicum, non Rhodium primum uidit Boeckhius C. I. II p. 392<sup>e</sup>. Tum Droysenus (Hermae uol. XIV p. 7 sq.) contra Ungerum (Philolog. uol. XXXIV, 61) disserens hunc mensem denuo abrogauit Rhodiis.

3) Cf. Unger., Philolog. XXXIV p. 50 sqq.; Droysen. Hermae l. c.

4) Cf. Ideleri Handb. d. Chronol. I, 396; Herm. p. 101 sq.

5) Cf. Unger. Philolog. u. XXXIV pp. 52. 64 et Droysen. l. c.

lione comparandum proposuit, probata Roschero <sup>1)</sup> certis nititur testimoniis neque cum eo quem probauimus mensium ordine potest conciliari.

d) Iam Tauromenitarum mensium ordinem probō eum, quem Wachsmuthius (altera tabula) et Comparetti instituerunt. Priori Wachsmuthii tabulae hanc mensium seriem praefendam esse censeo, quod Apellaeus, cum duplicatus sit, sextum sibi postulat anni locum; cf. p. 368.

ΛΑΛΙΟΥ denique uocabulum in C. I. 5640 III, 2, 3 et Λα apud Wachsmuthium II, 1 legi — ita, ut Dalii nomen facili coniectura reponatur — contra Latschewium est monendum; qui (p. 155, 51) Dalium a Tauromenitarum fastis remotum esse idcirco sibi finxit, quod ΛΑΛΙΟΥ uocabulum C. I. 5640 II, 1, 18 traditum in ΧΑΛΚΟΥ esse mutandum Franzius concesserat.

3. De Megarensium, Calchedoniorum, Byzantinorum, Chersonesitarum, Astypalaeensium fastis.

Athenis:	a) Megaris:	b) Calchedone:	d) Byzantii:	e) Astypalaeae:
		c) Chersonesi:		
Πανασιών	.	.	Μαλοφόριος <sup>6)</sup>	.
Μαιμακτηριών	.	b) Μαχανεύς <sup>4)</sup>	Μαχανεύς <sup>7)</sup>	.
Ποσειδεών	τρίτος <sup>2)</sup>	b) Πεταγείτινος <sup>4)</sup>	.	.
Γαμηλιών	.	c) Διονύσιος <sup>5)</sup>	Διονύσιος <sup>8)</sup>	? Αθηναίοβακχιος <sup>13)</sup>
Ἀνθεστηριών	.	.	Εὐκλειος <sup>9)</sup>	Ἰοβάχχιος <sup>14)</sup>
Ἐλαφροβολιών	.	.	Ἀρτεμίσιος <sup>10)</sup>	Ἀρταμίτιος <sup>14)</sup>
Μουνιχιών	.	.	Ἀνκείος <sup>8)</sup>	.
Θαργηλιών	.	.	.	.
Σκιροφοριών	.	.	Ῥακίνθιος <sup>11)</sup>	.
Ἐκατομβαιών	.	.	Ἀγοριάνιος <sup>12)</sup>	} ? Εὐκ[λει]ος? <sup>14)</sup>
Μεταγείτινων	.	.	Καρνεῖος <sup>8)</sup>	
Βοηδρομιών	Πάν[αμος] <sup>3)</sup>	.	.	.

1) 'Hermes der Windgott' p. 48. 2) Lebas.-Foucart. no. 12 = Rang. 704. 3) Ib. no. 17. 4) Στ. Α. Κουμανούδης, Ἀθην. VII (1878) p. 207 no. 2; cf. Dittenberger. Hermae u. XVI (1881) p. 164 sqq.; Sylloge inscriptt. Graec. no. 369; Latsch. p. 194 sq. 5) C. I. 3794; Cumanudes l. l. u. 20; apud Chersonesitas P. Foucart. Bull. V (1881) p. 71 sqq. 6) Maleforus est September: Papias schol.; cf. Bröcker. Philolog. u. II 1847 p. 246 sqq.; C. F. Herm. Philolog. l. c. p. 262 sq.; Lat. p. 130 sq. 7) Machamus est December, Bröcker. p. 259; Herm. p. 263. 8) Papias schol. l. c. 9) Eidios glossar. Portense; cf. Herm., Monatsk. p. 89; Philolog. l. l. p. 267; 'manuscr. fortasse Eiclios' Lat. p. 129, 4. 10) Artemeisios Papias sch. 11) Iatheos Papias sch. 12) Agrantus, Papias sch. 13) C. I. 2483 sq.; cf. Boeckh. ad h. t. 14) Στ. Α. Κουμανούδης Bull. VIII (1884) p. 22 sqq. B.

Unde horum fastorum anni ceperint initia nescimus; tamen propter causas p. 368 sq. expositas eo inclinatur sententia, ut etiam harum ciuitatum annos incipiamus ab Atheniensium Pyanopsione. Cui sententiae ne Byzantinorum quidem fasti obstant, quos ab Artemisio i. e. ab Atheniensium Elaphebolione incepisse Latschewius propter fastorum Coreyraeorum similitudinem sumit. Neque enim de artiore utrorumque fastorum affinitate mihi est exploratum.

b) Eum Petagitnii, Dionysii, Machanei ordinem quem Dittenberger instituit ita inuertendum esse cum Latschewio censeo, ut Petagitnio et Dionysio anteponatur Machaneus. Cuius inuersionis cardo in explicanda 'πόθοδος' notione uertitur; quod uerbum Dittenberger idem ualere atque reditum <sup>1)</sup>, Latschewius autem idem atque aditum i. e. supplicationem uel pompam <sup>2)</sup> opinatur. Quam interpretationem sententiarum conexu commendatam idcirco censemus praeferendam esse, quod uerba 'πόθοδος' (u. 27) et 'ανάθεσις' (u. 22) sibi opponuntur et ut 'πόθοδος' statim post uenditum sacerdotium accidisse uidetur, ita 'ανάθεσις' instituta est post totum pretium solutum, cuius altera pars erat soluenda Petagitnio, altera Dionysio mense. Per complures enim menses illud sacerdotium fuisse uacuum propter tituli uersus 23 sq., unde cottidie fuisse apparet ornandum sacerdoti templum, parum est ueri simile. Accedit ad hunc Calchedoniorum mensium ordinem confirmandum Byzantinorum fastorum similitudo, qua haec commendatur mensium series. Ceterum eorundem exemplo assignatur Calchedoniorum mensibus certa anni tempestas.

d) Omnes Byzantinorum menses eo quo Papias scholiis traduntur ordine affero, ita tamen, ut singulos Byzantinorum menses cum eis comparem Atheniensium mensibus, quos scimus desiisse singulis mensibus iulianis a Papias in comparationem adhibitis. Quam legem a Latschewio (p. 133) obseruatam fulciri uideo Artemisio, Hyacinthio, Eucleo mensibus,

1) 'Nequedum se eius interpretationis paenitere' Dittenberger Syll. in scriptt. Graec. p. 534, 18 profitetur. 2) Cf. Aristoph. Nub. 308; Pac. 396; Xenoph. Exp. Cyri VI, 1, 11; saepius.

quorum sedes Lacedaemoniorum et Coreyraeorum constituuntur exemplis. Quamquam igitur Papias in instituendis fastis suis leges quasdam uidetur secutus esse, tamen magnam in his scholiis adhibendam esse cautionem docet Carinus mensis cum Nouembri iuliano i. e. cum Atheniensium Pyanopsione comparatus; in Carino enim Carnei nomen latere Latschewius negare non debuit (p. 145), praesertim cum ipse dubitet ad comprobandum Carinum adhibere Pausaniae locum (I, 44, 2) uiris doctis iam pridem dubium, ubi Apollini inditur cognomen Carino. Cum autem Carneum contra omnium (cf. p. 367 sq.) fere Dorum consensum a Papia cum Pyanopsione collatum esse uideamus, de eis mensibus, qui non ferunt tam manifestam certi temporis notam, Papiae eo minor habenda erit fides; nisi forte eius memoria certis quibusdam comprobatur testimoniis aliunde repetitis. Quodsi quis Carneum eumque undecimo loco — ut seruetur illa de hoc mense lex — Byzantinorum fastis inserere uult, ei Malophorius<sup>1)</sup> est mouendus eo quem Papias praescripsit loco et collocandus prima, ut uidetur, anni sede, quae ab eo qui uiris doctis placuit Malophorii sensu<sup>2)</sup> non plane abhorret.

Qui denique mensis octauo steterit Byzantinorum anni loco nescimus neque satis commendantur Dalius aut Hermaeus, quorum alterum inserendum Latschewius p. 154 proposuit. Hermaeus nullam fere habet probabilitatem; Dalius autem, quamquam apud Rhodios et Coos inuenitur<sup>3)</sup>, fastis Byzantinis uix potest attribui, quoniam parum similitudinis inter utrosque fastos intercedit; ceterum ne Tauromenitarum quidem Dalii quam p. 372 statuimus sedes Latschewii fauet sententiae.

e) Iam uero Astypalaeensium Artamitio tertiam quam apud

1) De hac Carnei et Malophorii inuersione cogitauit etiam Latschewius (p. 146).

2) 'Μαλοφόρος' esse Cereri mala praebenti cognomen consentiunt uiri docti: uelut Herm. Philolog. II, 262 sq.; Preller, Griech. Mythol. I, 633, 2; R. Meister, Griech. Dial. I, 222; Latsch. p. 130 sq.; alii. — De tempore quo mala maturescunt cf. Ungerum, Philolog. XXXIII p. 232.

3) Et ibi quidem Thargelioni respondisse uidetur; cf. hui. cap. B, 1.



ceteros Dores occupat post brumam sedem attribuo, etsi cum Amorginorum Anthesterione, quem homonymo Atheniensium mensi respondisse ueri est simile, Cumanudis titulo comparatur. Neque enim satis causae esse uidetur, cur uulgarem quem inuenimus Anthesterionis et Artamitii ordinem perturbemus, praesertim cum haec quam tenemus discrepantia diuersis Astypalaeensium et Amorginorum intercalandi rationibus facile potuit effici. Deinde Iobachchium mensem proximo ante Artamitium stetisse loco ex tituli argumento apparet. Astypalaeenses enim pecuniam aliquam certam Amorginis ea quidem conditione minore quam solebant faenore dant mutuam, ut proximi anni Iobachchio mense debitum soluatur. Si illo quidem mense non reddatur pecunia, grandius praestituitur faenus a proximi anni Artamitio soluendum <sup>1)</sup>. Ita cum res se habeant, quis est qui ullum inter Iobachchium et Artamitium interfuisse mensem statuatur? Contra de Euc[arp]i, quem restituit Cumanudes, forma et sede dubito. Quin etiam quoniam unde uir ille doctus hoc supplementum petiuerit nescio et nomen illud omni, quantum scio, exemplo caret, Euclei nomen malim restituere, qui mensis apud Byzantinos, Coreyraeos, Tauromenitas inuenitur. Sed etiam Eucleus restitutus habet difficultatem. Ille enim mensis, cuius nomen primo Cumanudis tituli uersu euanuit, eodem quo Eucleus apud Byzantinos et Coreyraeos stetisse uidetur loco non potest collocari. Nam inter illum et Iobachchium, quem altero post brumam loco collocandum proposuimus, Astypalaeensium anni cardinem intercessisse ex titulo apparet; apud Amorginos autem etiam Anthesterione cum Astypalaeensium Artamitio collato idem erat in officio magistratus, quem illi

1) Cumanudis tituli uersus 6—8, in quibus hunc quem adumbraui sensum inesse puto, a Ricardo Meistero monitus ita sumo esse restituendos: *ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιν Ἀρκεσινεῖς ἐμ μηνὶ Ἰοβαχχίῳ ἔ[τους τοῦ]* (Cumanudes scripsit *ε[is]*) *μετὰ Χαριγένῃ δαμιορογὸν τόκον φερόντων* (quod uerbum R. Meister lapidi incisum esse his quidem litteris fingit: *ΦΕΡΟΝΤΩΝ*, ut deleta T littera facile exstet Cumanudis lectio *ΦΕΡΟΝΙΚΟΝ*) *Ἀρκεσινεῖς πέντε ὀβολοὺς ἐπὶ μὲν ἀπὸ μηνὸς Ἀρταμιτίου* [*ἐπὶ*] (Cumanudes *καί*;) *δαμιορογῶ ὃς ἂν μετὰ Χαριγένῃ δαμιορογῆ κ. τ. λ.*

Astypalaeensium mensi, cuius nominis fragmentum legitur, adscriptum uidemus. Non priore igitur loco ille Cumanidis Eucarpus stare potest, quam undecimo ante Artamitium i. e. quarto post brumam loco. Contra apud Corcyraeos et Byzantinos <sup>1)</sup> Eucleo alteram post brumam sedem magna cum probabilitate assignasse mihi uideor.

Quin etiam locus illius Astypalaeensium mensis corrupto nomine ita accuratius definiendus esse uidetur, ut is non priore quam septima nec posteriore quam nona post brumam sede collocandus sit, siquidem ut Dorum, ita Astypalaeensium annum a decimo et Amorginorum, sicut Atheniensium a septimo post brumam loco initium cepisse sumere licet <sup>2)</sup>. Et quod proximi anni 'δαμιοργός' qui dicitur magistratus nondum erat designatus Eucleo mense (quem restituere uelim), quo Astypalaeensibus de collocanda pecunia illa cum Amorginis conuenit, ueri est similis Astypalaeensium Eucleum, quem fingimus, Atheniensium Hecatombaeoni uel Metagitnioni quam Boëdromioni respondisse. Hic autem Euclei locus ualde abhorret ab eo loco, quem apud Corcyraeos et Byzantinos homonymo mensi assignandum esse putauimus. Certum igitur neque de nomine neque de mensis illius sede fieri potest iudicium.

1) De Tauromenitarum Euclei sede aliter est iudicandum. Sed tamen fasti Tauromenitani nullam habent comparationem, quoniam singularis fuisse uidetur eorum natura; cf. p. 373.

2) Astypalaeensium annum non ab Artamitio, sicut Corcyraeorum et Amorginorum annum non a primo post brumam mense, quo cardine complura calendaria Ionica utebantur, cepisse initium ex titulo apparet. Itaque nobis optio datur, utrum Amorginorum annum incipiamus a septimo, quo cardine Athenienses utebantur, an a nono post brumam mense, quem posterioribus quidem temporibus complures Iones habebant pro primo. Illud autem anni initium a solstitio aestiuo praefendum esse censeo, quod non nisi grauissimis de causis ad alterum posteriorum temporum anni cardinem confugere uelim. Ceterum probato Amorginorum anni ab Atheniensium Boëdromione initio Astypalaeensium ultimum mensem fuisse Eucleum statuere dubito, quod duodecimo anni mense proximi anni magistratum nondum esse designatum ueri est non simile; cf. de creandorum magistratum apud Athenienses temporibus Koehlerum i. Monatsber. d. Ak. d. W. 1866 p. 343 et Schoemanni Gr. Alterth. I<sup>3</sup> p. 414.

## 4. De Argolidis et Aeginae fastis.

Athenis:	a) Argi:	b) Troezenae:	c) Calauriae:	d) Aeginae:
Πυανοσιών	.	.	.	.
Μαιμακτηριών	.	.	.	.
Ποσειδεών	.	.	.	.
Γαμηλιών	Ἐρμαιοῦ <sup>1)</sup>	.	.	.
<sup>2</sup> Ἀνθεστηριών	.	.	.	Δελφίνιος <sup>5)</sup>
<sup>3</sup> Ελαφηβολιών	.	.	Ἀρτεμεισίου <sup>4)</sup>	.
Μουνυχιών	.	Γεραίστιος <sup>3)</sup>	.	.
Θαργηλιών	.	.	.	.
Σκιροφοριών	.	.	.	.
Ἐκατομβαιών	Ἀρνεῖος <sup>2)</sup>	.	.	.
Μεταγευτινιών	.	.	.	.
Βοηδρομιών	.	.	.	.

a) Ab Atheniensium Pyanopsione incepisse Argiuorum annum mera est coniectura; cf. p. 368 sq. Contra Dodwelli sententia qui (cf. Herm. p. 85) ab aequinoctio uerno eum cepisse initium docet, etsi a Ruellio (p. 829) probata, minime placet. Porro de Hermaei sede ualde ambigitur; nam quamquam Plutarchi temporibus quartum anni locum tenebat, tamen Boeckhii recte monuit facile potuisse fieri, ut simul cum more menses nominibus designandi in obliuionem ueniret antiquum anni initium. Nihilominus acquiescimus in Hermanni sententia, qui Hermaeum cum Atheniensium Gamelione comparauit, quod<sup>6)</sup> Argiuorum annus antiquitus uidetur coeptus esse ab aequinoctio autumnali idemque anni principium in usu erat apud Achaeos, a quibus illum morem menses ex numeris significandi repetitum esse Latschewius<sup>7)</sup> p. 143, 28 optimo iure statuit.

1) Plut. de mul. uirt. c. 4 (Moral. ed. Duebner I p. 303, 50) *νομηγία* .. τοῦ νῦν μὲν τετάροτον, πάλαι δὲ Ἐρμαιοῦ; cf. Polyaen. strategem. VIII, 33; Boeckh., kl. Schriften V p. 193 sqq.

2) Phot. bibl. cod. 186 p. 134 Bekker.; cf. A. Schöll. N. Jenaische Allgem. Literatur-Ztg. IV 1845 no. 74 p. 294 sqq.; C. Fr. Hermann. Nachtrag z. d. Abhandl. üb. griech. Monatsk. p. 131; Bergk. p. 9 sq.

3) Athenaei l. XIV, 44. 4) Lebas. no. 1754 u. 9; cf. Keil. Philolog. II Suppl. (1863) p. 622 sqq. 5) Schol. Pind. Nem. V, 81.

6) Ceterum cf. Vischeri Kl. Schr. II, 13 sq. et Roscheri Hermes der Windgott p. 48. 7) Cf. Dittenbergeri Syllog. inscriptt. Graec. p. 568, 7.

Quibus de causis ueri est simile Argiuorum menses occupasse easdem quas antea tenuerant sedes etiam illis quibus Achaeorum fasti praeualebant temporibus. Quamquam denique dies caniculares <sup>1)</sup> in Arneum incidisse Bergkio concedendum uideatur esse, tamen eum mensem ceterorum Dorum Carneo respondisse parum ueri simile est. Immo uero etiam apud Argiuos, Carneum ualuisse eamque quam solebat sedem tenuisse admodum est probabile. Itaque Arneum comparare uelim cum Atheniensium Hecatombaeone, quo matutinum Sirii ortum accidisse scimus <sup>2)</sup>.

c) Artemisium esse uere Calaeatarum mensem primus uidit Ahrens <sup>3)</sup>, tum monuit Keilius <sup>4)</sup> contra Hermannum Lebasii inscriptionem aliter interpretantem.

d) Delphinium mensem ad Theraeorum fastorum analogiam quinto pono anni loco; ad cuius mensis sedem statuendam scholiastae ad Pind. Nem. V, 81 annotatio *ἐν ᾧ ἴσως φησὶ γεγενῆσθαι τὰ Νέμεα*, ut est summa cum cautione prolata, ne tum quidem faceret, si quo tempore Nemea acta essent sciremus <sup>5)</sup>.

5. *De Sicyoniorum, Arcadum, Messeniorum fastis.*

Athenis:	a) Sicyone:	b) apud Arcades:	c) apud Messenios:
<i>Παναοψιών</i>	.	.	.
<i>Μαιμακτηριών</i>	.	.	.
<i>Ποσειδεών</i>	.	<i>τρίτος</i> <sup>7)</sup>	.
<i>Γαμηλιών</i>	.	.	.
<i>Ἀνθεστηριών</i>	<i>Δαίσιος</i> <sup>6)</sup>	<i>πέμπτος</i> <sup>8)</sup>	.
<i>Ἐλαφηβολιών</i>	.	.	<i>ἕκτος</i> <sup>10)</sup>
<i>Μουνιχιών</i>	.	.	.
<i>Θαργηλιών</i>	.	<i>ὀγδοος</i> <sup>9)</sup>	.
<i>Σιροφοριών</i>	.	.	.

1) Cf. Athenaei l. III p. 99 e; A. Schöll. l. l. 2) Cf. Boeckhii Sonnenkreise p. 412 sqq.; Mommseni Heort. p. 103; Delphik. pp. 134. 160.

3) De dialect. II p. 555. 4) L. c. 5) Cf. Unger., Philolog. XXXIV p. 50 sqq.; Droysen., Hermae uol. XIV p. 1 sqq. 6) Plut. Arat. c. 53; cf. Ideleri Handb. d. Chronologie I p. 402, 2; Herm. p. 52 sq.

7) Lebas.-Foucart. no. 352 n. 8) Ib. no. 352 j u. 19.

9) A. Milchhofer. Act. Inst. Arch. VI (1881) p. 304 II u. 5.

10) Lebas.-Foucart. no. 326 a uu. 11. 116.

Athenis:	a) Sicyone:	b) apud Arcades:	c) apud Messenios:
Ἐκατομβαιῶν	.	.	ἑνδέκατος <sup>2)</sup>
Μεταγειννίων	.	.	
Βοηδρομιῶν	.	δωδέκατος <sup>1)</sup>	.

a) Sicyoniorum anni initium secundum Lacedaemoniorum fastorum exemplum instituimus; cf. p. 368 sq.

b)c) Quoniam anni in quos cadunt tituli huc pertinentes computantur<sup>3)</sup> ex Achaeorum ratione, ab eorundem anni cardine i. e. ab aequinoctio autumnali (cf. p. 357, 1) etiam Arcadum et Messeniorum annos incipere licet.

## B. Ciuitates maris Aegaei, Carpathii, Cretici.

### 1. De Coorum, Nisyriorum, Calymniorum fastis.

Athenis:	a) Coi:	b) Nisyri:	c*) Calymnae <sup>15)</sup> :
Ἰβανοψιών	1. Ἀλσειος <sup>4)</sup>	.	Ἀλσειος
Μαιμακτηριῶν	2. Βαδρόμιος <sup>5)</sup>	.	Βαδρόμιος
Ποσειδεῶν	3.* Καφίσιος <sup>6)</sup>	.	Καφίσιος
Γαμηλιῶν	4. Θευδαίσιος <sup>7)</sup>	.	Θευδαίσιος
Ἀνθεστηριῶν	5. Πεταγεῖννος <sup>8)</sup>	.	Πεταγεῖννιος
Ἐλαφηβολιῶν	6. Ἀρταμίτιος <sup>9)</sup>	.	Ἀρταμίτιος
Μουνιχιῶν	7.* Γεράστιος <sup>10)</sup>	.	Γεράστιος
Θαργηλιῶν	8.* Δάλιος <sup>11)</sup>	.	Δάλιος
Σιμοφοριῶν	9.* Ὑακίνθιος <sup>11)</sup>	.	Ὑακίνθιος
Ἐκατομβαιῶν	10. Ἀγριάνιος <sup>12)</sup>	.	Ἀγριάνιος
Μεταγειννίων	11.	Καρνεῖος <sup>14)</sup>	Καρνεῖος
Βοηδρομιῶν	12. Πάναμος <sup>13)</sup>	.	Πάναμος

1) A. Milchhoefer. Act. Inst. Arch. VI (1881) p. 304 II uu. 14. 19.

2) Lebas.-Foucart. no. 326 a uu. 11. 116. 3) Ib. p. 164. 4) Hauvette-Besnault. Dubois Bull. V (1881) p. 222 sq.; cf. A. Papadopoulos-Kérameus ib. p. 338 sq.; Dubois Bull. VII (1883) p. 478 sq. u. 8. 5) Hauvette-Besnault. Dubois l. c. 6) Titulus ineditus, de cuius mensibus Latischewius (p. 160) litteris a Duboisio est certior factus; Newton CCXCIX u. 27.

7) Ross Inscriptt. Graec. Ined. III no. 311; cf. Bergk. p. 11 sqq.

8) Ross l. l.; cf. Hermann. Nachtrag z. d. Abhandl. üb. die griech. Monatsk. p. 131 sq. 9) Ross. no. 175; Hauv.-Besn. Dubois l. c. p. 238.

10) Titulus ined. cf. 6); nunc Bull. VII (1883) p. 478 sq. u. 15. 11) Tit. ined. cf. 6); O. Rayet. Annuaire de l'Association pour l'encouragement des études grecques IX (1875) p. 266 sqq. no. 10 col. VIII, 42. 12) Biograph. ed. Westermann. p. 450 (codd. Ἀγριανός; Hermann., Westermann. Ἀγριάνιος.

13) Hauv.-Besn. Dubois l. c.; fortasse Ross. tit. 311 A u. 22; Newton CCCXXXVIII. 14) Ross l. c. II p. 54 no. 166. 15) Dubois Bull.

a) c) De Coorum et Calymniorum anni initio aequae ac de Lacedaemoniorum anni cardine iudico; cf. p. 368 sq. Is autem quem praescripsimus ordo Coorum et Calymniorum mensium institutus est a Latschewio; cui assentior, quamquam aliis hic illic causis adductus ad eandem de mensium ordine sententiam.

Etenim Artamitio, Gerastio, Hyacinthio, Agrariano, Carneo, Panamo certa assignantur loca ad fastorum Lacedaemoniorum et Byzantinorum exempla. Deinde Theudaesio et Petagitnio mensibus, quippe qui incidere debeant in eam anni tempestatem, qua de hortorum quibusdam herbis<sup>1)</sup> potest cogitari quosque sese statim excepisse Bergkii rectissime censuerit, quarta relinquitur et quinta anni sedes<sup>2)</sup>. Atque Badromio mensi apud Cnidios alterum anni locum cum probabilitate quadam posse attribui p. 371 sq. demonstrauimus. Iam Alseum mensem praecessisse Badromio ex inscriptione Bull. V p. 222 sq. apparet<sup>3)</sup> et Caphisium fuisse Badromio proximum ex inedito<sup>4)</sup> Newtonis titulo, quo Coorum Caphisium cum Calymniorum Badromio confertur, rectissime a Latschewio (p. 168) colligitur. Cum enim eosdem fuisse uideamus utriusque ciuitatis fastos et Calymniorum Badromium consensisse sumendum sit cum Coorum Badromio, illa quam Newtonis titulus prodit discrepantia non potest expediri nisi statuta intercalandi diuersitate. Sed tamen ea fasti non solent ita perturbari, ut bini menses separentur plus uno loco. Ceterum quodsi Alseo primus et

---

VIII (1884) p. 28 sqq.; qui uir d. olim litteris de huius tituli inediti mensibus Latschewium (p. 160 sq.) certiore fecerat. Alii Calymniorum tituli, qui praeter hos quos attulimus Calymniorum menses — exceptis Caphisio, Gerastio, Dalio — Elaphrium, Caesarem Sebastum, Tiberium praebent, apud Newtonem 'The collection etc.' CCXLV—CCCXXII exstant; ad quos iam in 'Journal of hellenic studies' II p. 362 sqq., quem librum inspicere nobis non licuit, Newton prouocauit; cf. Latsch. p. 160.

1) Quas Theudaesio mense exstitisse ex Rossii tit. 311 A u. 14 discimus.

2) Cf. Mommseni Delphik. p. 77.

3) Siquidem ponere licet (cui sententiae nihil obstat) omnes tres menses, qui hic afferuntur, fuisse eiusdem anni.

4) Nunc apud Newtonem 'The collection etc.' no. CCXCIX u. 26 sq.

Caphisio tertius assignatur anni locus, unus restat octauus Dalio mensi.

c) Eorum denique qui supersunt Newtonis tituli mensium (cf. p. 381, 10) *Καίσαρ Σεβαστός* et *Τιβέριος*, cum posterioris prae se ferant temporis notam procul habendi sunt; quid autem Elaphrio mense faciendum sit non liquet: eum in Calymmiorum quales nunc sunt fastis non habere locum constat (cf. Latisch. p. 161).

2. *De Rhodiorum eorumque coloniarum fastis.*

Athenis:	a) Rhodi <sup>1)</sup> :
	b) Gelae:
	c) Agrigenti:
<i>Πυανοψιών</i>	1. <i>Θεσμοφόριος</i> <sup>2)</sup>
<i>Μαιμακτηριών</i>	2. <i>Βαδρόμιος</i> <sup>3)</sup>
<i>Ποσειδεών</i>	3. <i>Διόσθνος</i> <sup>4)</sup>
<i>Γαμηλιών</i>	4. <i>Θενδαισιος</i> <sup>5)</sup>
<i>Ἄνθεστηριών</i>	5. <i>Πεδαγείτνος</i> <sup>6)</sup>
<i>Ἐλαφρηβολιών</i>	6. <i>Ἄρταμίτιος</i> <sup>7)</sup>
<i>Μουνιχιών</i>	7. <i>Σμίνθιος</i> <sup>8)</sup>

1) In uniuersum addo ex infinita figlinorum copia pauca me sumpsisse exempla; plura testimonia hauriuntur ex C. I. indice VI, B p. 47, 34 et ex his commentationibus: Th. Mommsen. Ztschr. f. Alterthumsw. 1846 no. 97 sq. — L. Stephani. Index Schol. in Uniuers. litterarum Caesarea Dorpat. per semestre II a. MDCCCXLVIII hab. — I. L. Stoddart. Transactions of the Royal Society of Literature sec. ser. u. III (1850) p. 1 sqq. IV p. 1 sqq. — Io. Franz. Philolog. u. VI (1851) p. 278 sqq.; C. I. III praef. — P. Bekker. Mélanges Gréco-Romains I p. 416 sqq.; N. Jahrb. f. class. Philol. Suppl. IV p. 451 sqq. V p. 445 sqq. X pp. 3 sqq. et 207 sqq. — E. Miller. Rev. Archéol. XXII (1870/71) p. 94 sqq. XXIX (1875) p. 374 sqq. — Dumont. Archives des Missions scientifiques II. sér. VI (1871) p. 76; quo libro uti mihi non licuit; Rev. Arch. XXV (1873) p. 317 sqq. — *Τάσσοσ. Δ. Νέροντισοσ. Ἀθην.* III (1874) pp. 213 sqq. et 441 sqq.

2) C. I. 8518, 4 etc.; A. Papadopoulos-Kérameus. Bull. V (1881) p. 338; Max. Collignon, ib. VII (1883) p. 96 sq. 3) C. I. 8518, 33 etc.

4) C. I. 2525 C. u. 1; C. I. 8518, 83 etc.; Ross. Hellenika p. 113 sqq. no. 47. 5) C. I. 8518, 5; Iules Martha, Bull. II (1878) p. 615 sqq.

6) C. I. 8518, 14 etc.; cf. Dittenberger. Hermae u. XVI (1881) p. 165, 1.

7) C. I. 8518, 3 etc.; Max Collignon l. l. u. 1. 8) C. I. 3656. 8518, 9 etc.; Papadopoulos l. l. p. 339.

Athenis:	a) Rhodi:
	b) Gelae:
	c) Agrigenti:
<i>Θαορηλιών</i>	8. <i>Δάλιος</i> <sup>1)</sup>
<i>Σιροφοριών</i>	9. <i>Υαζίνθιος</i> <sup>2)</sup>
<i>Ἐκατομβαιών</i>	10. <i>Ἀγριάνιος</i> <sup>3)</sup>
<i>Μεταγειτνιών</i>	11. <i>Καρνεῖος</i> <sup>4)</sup> b) c)
<i>Βοηδρομιών</i>	12. <i>Πάναμος</i> <sup>5)</sup>
	<i>Πάναμος β'</i> <sup>6)</sup>

De Rhodiorum anni initio conferas p. 368. Ad Coorum autem et Calymniorum fastorum normam illam statuit Rhodiorum mensium seriem Latschewius <sup>7)</sup> (p. 168 sq.) et mihi probavit. Porro Diosthyo non sine aliqua probabilitate assignatur tertius quem apud Theraeos occupasse uidetur locus, et primus Thesmophorio quem primo apud Cretes stetisse anni loco statim uidebimus; ita, ut Sminthio mensi septimus relinquatur locus. Quae cum ita sint, eo facilius Stoddarti (l. c. III p. 38) repudiatur argumentatio, qui ex singulorum mensium in figlinis frequentia de eo quo steterint anni tempore posse conclusionem fieri putat, quoniam Vitruuius (II, 3) et Plinius (nat. hist. XXXV, 49) optime tempore autumnali et uernali lateres fingi docent. Quam argumentationem fallacissimam esse censeo, cum Rhodiorum diotae quamquam satis multae exstant, tamen ad talem conclusionem non suppeditent. Paucis denique monendum est cum hoc quem proposuimus Rhodiorum mensium ordine titulum facile posse conciliari nuperrime a Collignone editum, ubi Artemisius et Thesmophorius ita exhibentur, ut inter utrumque intercessisse appareat anni initium.

1) C. I. 8518, 8 etc. 2) C. I. 2525 C. uu. 68. 85. 8518, 7 etc.; Ross. Hellen. p. 112 no. 45; A. Papadopoulos l. l. pp. 332. 339. 3) C. I. 8518, 18 etc.; Lebas-Waddington 2789 B. 4) C. I. 8518, 6 etc.; Papadopoulos l. l. p. 338; apud Gelenses C. I. 5475: *ἄλιασμα τῆς δευτέρας ἑξαμήνου, Καρνεῖον κ. τ. λ.*; apud Agrigentinos C. I. 5491: *ἄλιασμα ἑκτας διμήνου Καρνεῖον κ. τ. λ.* 5) C. I. 5379. 5380 ef. 8518, 34 etc.; Lebas-Waddington. 2789 A. 6) C. I. 5381 c. 5382. 5654. 5658. 7) Ruellium p. 832 cum Dumontio tulisse Franzianum mensium ordinem pro Stoddartiano Latschewius primus uidit.



Posidonium, ut hoc addam, quem mensem esse Hermannus p. 76 uoluit, remouit Stephani p. 17 et neque Schoellii<sup>1)</sup> 'Diodotos' ad Hermanni Posidonii exemplum excogitatus, neque Hermanni 'Lycius', quem ex Doruilli Sicul. p. 579 no. 14 ΝΕΙΚΙΑΛΥΚΙΟΝ repetendum proposuit<sup>2)</sup>, potest defendi; quippe quae locutio conferenda esse uideatur cum his, quibus praecedere solet magistratus cuiusdam nomen, 'Κνιδίων, Θασίων, Παρίων, Ίκίων, Μαιμερτίων'<sup>3)</sup>, quae ubi confecta sint illa in quibus incisae sunt figlina designant. Cnidium denique mensem, quem coniecerat, Franzius ipse rectissime deleuit<sup>4)</sup>.

## 3. De Cretum fastis.

Athenis:	a) Lati:	b) Cnosi:	c) Olunte:	d) Hierapytnae:	f) Priansi:
			e) Bianni:		g) Dreri:
υανοψίων	1. Θεσμοφόριος <sup>5)</sup>	Νεκύσιος <sup>5)</sup>	Ἀπελλάϊος <sup>5)</sup>	.	? Κομνοκάριος g) <sup>13)</sup>
αιμακτηριών	2. Θερμολαῖος <sup>6)</sup>	.	Ἡραῖος <sup>6)</sup>	.	? Ἀλιᾶτος g) <sup>13)</sup>
οσειδεών	3.	.	.	.	.
αμηλιών	4.	.	.	.	.
νθεστηριών	5.	.	.	.	.
λαφηβολιών	6. Θεοδαΐσιος <sup>7)</sup>	Σπέρμιος <sup>7)</sup>	Ἐλευσύνιος <sup>7)</sup>	Ἐλ[ευσύνιος] ? e) <sup>10)</sup>	.
Ιονυχιών	7. ...αρ..ωβιαριος <sup>8)</sup>	Καρνιος <sup>9)</sup>	Δελφίνιος <sup>8)</sup>	.	.
αργηλιών	8.	.	.	.	.
κροφοριών	9.	.	.	.	.
κατομβαιών	10.	.	.	? Ἰμάλιος d) <sup>11)</sup>	? Δρομήσιος f) <sup>11)</sup>
Ιεταγειτινιών	11.	.	.	.	.
σηδρομιών	12.	.	.	.	.
Incertae sedis:	.	.	.	... δάκιος d) <sup>12)</sup>	.

1) N. Jenaische Allg. Literatur-Ztg. 1845 p. 295. 2) Philolog. uol. II (1847) p. 263; G. A.<sup>2</sup> 6S, 37. 3) C. I. III p. II sq. IV, 8518. 4) C. I. III p. 1251, P 675<sup>b</sup>. 5) Homolle Bull. III (1879) p. 290 sqq. u. 56 sqq.

6) C. I. 2554 u. 206 sqq.; pro traditis uerbis ΕΤΕΝΘΕΡΜΟΛΑΙΩ Boeckhius ε[ν Λα]τ[ῶ] Θερμολαῖω; cf. Herm. p. 62; Bergk. 55. 7) C. I. 2554 u. 4 sqq.; Homolle l. l. u. 6 sqq., quo ex loco in C. I. titulo modo citato Thiodaesii nomen restituit (p. 303 ann.), ut Hermanni coniectura 'Θαλλόσιος, Θαλύσιος, Θειλούθιος' (Gottesd. Alterth.<sup>2</sup> 67, 36) caderet.

8) Homolle l. c. u. 20 sqq. 9) Ib.; Καρώνιος coniecit Homollius.

10) ΕΛΓ Lebas-Waddington 77; Ἐλ[ευσύνιος] satis probabiliter Latischewius p. 177. 11) C. I. 2556 u. 2 sqq. 12) C. I. 2562 u. 20; fortasse Θεοδαΐσιος: Hermannus p. 96. 13) Hermann. Philolog. IX (1854) p. 694 sqq.; Paspaliotis, Archaeol. Ztg. XIII (1855) p. 57 sqq.; Rang. no. 2477; W. Vischer Mus. Rhen. X (1856) p. 393 sqq. et Kl. Schr. II p. 104 sqq.

a)b)c) Thesmophorium, Necysium, Apellaeum fuisse primos Latorum, Cnosiorum, Oluntiorum menses Homollius satis acriter collegit ex titulo, quem l. l. edidit. Et cum hos menses Atheniensium Pyanopsioni respondisse ex eiusdem tituli uersibus 43 sq. discamus, nouum accedit argumentum ad comprobendam nostram de Lacedaemoniorum et ceterorum Dorum anni initio communi sententiam; cf. p. 368 sq. Neque enim illos Cretum menses Atheniensium Pyanopsioni praecurrisse nec siquidem praecurrerunt, eos plus paucis diebus et illo quidem anno praecurrisse cum Latschewio statuere cogimur; quam discrepantiam fuisse constantem minime habemus exploratum. Immo illam Latschewii sententiam de annorum ab aequinoctio autumnali incipientium cardine supra p. 367, 1 impugnauimus. Ac ne hemerologium quidem Florentinum<sup>1)</sup>, quod facit Thesmophorionem<sup>2)</sup> a. d. 23 m. Septembris incipientem, Thesmophorium antiquioribus temporibus respondisse Atheniensium Boëdromioni euincit. Neque enim ulla erit huic hemerologio fides habenda, quamquam Homollius eius auctoritate aliquantum nisus est. Nam recentiorum temporum fuisse illud calendarium ex eo apparet, quod antiquioribus temporibus non uno eodemque calendario, sed suis ipsarum fastis singulas Cretum ciuitates uidemus esse usas; quorum ex mensibus hemerologii calendarium uidetur ita esse contextum, ut singuli menses antea sibi respondentes — quoniam erant diuersorum fastorum — postea separarentur et compluribus quidem locis uelut Thesmophorius et Necysius<sup>3)</sup>. Praeterea illa uicissitudine, quam prodit hemerologium triginta et triginta unius dierum mensium, ad unam eandemque normam Romanam illud calendarium esse institutum demonstratur.

Oluntiorum porro Delphinium eosque qui illi respondent Latorum et Cnosiorum menses septimo collocandos esse anni loco Homollius rectissime ex tituli uersibus 20 sqq. conclusit; idemque uir doctus, quod Thiodaesio, Spermio, Eleusinio sex-

1) Ideleri Handb. d. Chronol. I, 426; Herm. p. 98. 2) Ut ea quam hemerologium praebet forma utar. 3) Hemerologii Thesmophorion incipit a. d. 23 m. Septembris, Necysius a. d. 24 m. Iulii.

tum attribuit anni locum, propter uersus 5 sqq. cum uersibus 15 sqq. collatos me habet assentientem.

a) Contra Homollium, qui refutata Boeckhii C. I. 2554 uersus 208 emendatione (cf. hui. diss. p. 385, 6), Eteothermolaeum quod traditur seruari uult, Boeckhii emendationem satis commendari moneo. Nam et oppositione 'ἐν Ἀατῶ' notio, quam Boeckhii restituit requiritur et quid syllabae illae mensis nomini praemissae sibi uelint eo minus perspicitur, quod Thermolaei nomen sanam habet significationem<sup>1)</sup>. De ea enim oppositione quam inter hunc Eteo-Thermolaeum et Thermolaeum intercessisse Hermannus putauit, ne Homollius quidem cogitasse uidetur. Profecto Hermanni sententia non potest defendi; neque enim Graecorum fuisse uidetur mos, ut communem mensem discernere ab intercalari hoc quidem additamento; neque usquam, quantum scio, ubi tale quid<sup>2)</sup> conspicitur, id mensis nomini praemissum est. Ceterum pro intercalari a Cretibus esse habitum Thermolaeum mensem eo quem huic mensi cum Homollio assignauimus loco putare uetamur; cf. hui. diss. p. 368). Hermanni autem et Homollii dubitationes de Boeckhii emendatione non grauiiores uidentur esse. Nam ea quam Hermannus sensit uerborum ordinis inconcinnitas facilius toleratur, quam uerba 'ἐν Ἀατῶ' desiderantur. Et si quis huius<sup>3)</sup> conditionis 'in quam describentium incuria titulus deprauatus est'<sup>4)</sup> rationem habuerit, is Boeckhii emendationem facile probabit.

d) Himalius et Dromeus Atheniensium aut Thargelioni aut Scirophorioni aut Hecatombaeoni respondisse uidentur, siquidem Himalium 'non posteriorem fuisse quam fere decimum' anni mensem Boeckhii C. I. II p. 406 recte docet et Hermanni probatur sententia, qui p. 64 hunc mensem in id anni tempus, quo messis fiebat, incidisse putat. Himalii autem nomen latere in corrupta hemerologii florentini lectione 'Eiman' idem Her-

1) Cf. Bergk. p. 55 sq. 2) Velut πρότερος — δεύτερος, ἐμβόλιμος; cf. C. I. 5640 III. 5654. 5658; Rev. Arch. XXXI (1876) p. 253 sqq.; Bull. III (1879) p. 462, 95. 3) Cf. Boeckh. C. I. II p. 406 sqq. ad uu. 7. 10. 30 sqq. 208. 4) Cauer. delectus<sup>1</sup> p. 53.

mannus summa cum probabilitate coniecit<sup>1)</sup>; quam coniecturam ad traditas litteras propius accedere quam Heraeum, quem reponere uoluit Homollius (l. c. p. 306), per se patet. Theodaesii denique nomen in C. I. 2562 u. 20 cum Hermanno restituere idcirco ualde dubito, quod teste Boeckhio Constantino Magno recentior hic titulus est et uerba  $\pi\rho\delta$  [ $\bar{\gamma}$  Καλανδῶν] u. 18 ab eodem uiro docto reposita de Romanorum mense quodam, qui exciderit, intellegenda uidentur esse.

g) Comnocarium et Haliaeum Dreri oppidi fuisse menses mihi quidem certum est; quoniam ne alterum fuisse alterius oppidi et utrumque secum consensisse cum Vischero putemus,  $\epsilon\eta$  particula impedit inter utrumque mensis nomen interposita. Quamquam autem de utriusque sedibus ambigitur, tamen Comnocarium ab Haliaeo esse statim exceptum contra Hermannum<sup>2)</sup> cum Papasliote<sup>3)</sup> iudicare uelim. Et fortasse ita progrediendum est, ut Comnocarium putemus fuisse primum, Haliaeum alterum anni mensem. Apparet enim ex tituli uersibus 20sq. illos menses protinus cosmorum qui dicuntur abdicationem esse consecutos; quam ultimo Dreriorum mense accidisse ueri est simile, siquidem ut ceterorum Cretum<sup>4)</sup>, ita Dreriorum magistratus ciuitati praeerant per unum annum. Quodsi Dreriorum annum incepisse sumimus ab eodem quem ceteri Cretes adhibebant cardine, Comnocarium cum Atheniensium Pyanopsione, Haliaeum cum Maemacterione comparare licet. Quae de Comnocarii loco sententia si probabitur, Latischewii cadet coniectura Comnocario eandem significationem et sedem<sup>5)</sup> attribuentis (p. 21) atque Amphissensium Pocio mensi. Neque tamen incertam hanc de horum mensium sedibus sententiam tamquam exploratam profero, sed scholiastae ad Pind. Ol. 7, 147 adnotationem de Haliorum sollemnium tempore contra hunc quem attribuimus Haliaeo locum pugnare concedo. Cum enim illa Halia acta esse ueri sit simillimum

1) G. A.<sup>2</sup> 67, 35; cf. Dittenb. Hermae u. XVI p. 168, 1. 2) Philolog. u. IX p. 696. 3) Archaeol. Ztg. XIII (1855) p. 64. 4) Polyb. VI, 46; cf. Homollium l. c. ad u. 56. 5) Amphissensium Pocius respondet Delphorum Heracleo i. e. Ath. Thargelioni cf. p. 361.

ipso Haliaeo mense, Macedonum Gorpiaeum, in quem incidisse illa sollemnia scholiasta docet, consensisse exspectamus cum Haliaeo, id quod ex nostra argumentatione minime efficitur. Attamen in quod anni tempus singuli Macedonum menses posterioribus quidem saeculis inciderint parum <sup>1)</sup> constat, quam ut illud scholiastae testimonium ad statuendum certum Haliaei locum adhiberi possit. Itaque in ea de Comnocarii et Haliaei sedibus sententia, quam hausimus ex tituli argumento et ex ceterorum Cretum fastorum analogia perstare cautius erit, quoad certiora suppeditent ad hanc quaestionem soluendam testimonia.

Vischer quod in tituli uersu 6 latere suspicatus est Bisionem mensem, falsus esse uidetur; et ipse difficultatem quam haec habet interpretatio tetigit; ceteri autem uiri docti *Βισιωνος* quod traditur uocabulum habent pro hominis nomine.

### C. Singulorum oppidorum menses.

#### 1. Dodonae:

\**Γαμίλιος*, Carapanos 'Dodone et ses ruines' I p. 114 <sup>2)</sup>; cf. Latisch. p. 15.

#### 2. Rhegii:

\**Ιππιος*, Cosimo Stornainolo *Bulletino dell' Istituto di corrispondenza archeologica*. 1878. p. 125 sqq.; cf. Latisch. p. 30.

#### 3. Zeleae:

*Ἡραῖος* et *Ἀ[π]ατ[ούρι]ος*, Lolling. *Act. Inst. Arch.* VI p. 229 uu. 16 sq. 23 sq.

Lollingii de horum mensium sedibus sententia aliquam habet probabilitatem. Qui Heraeum fuisse putat unum ex primis anni mensibus et Apaturium post Heraeum proximum. Quodsi hunc Apaturium incidisse sumimus in idem anni tempus atque Ionum Apaturionem, Heraeus Atheniensium Pyanopsioni et Apaturium eorundem Maemacterioni respondet.

1) Cf. Ideleri *Handb. d. Chronol.* I p. 405 sq.; Hermann. p. 102 sq.

2) Titulus incipientis alterius a. Chr. saeculi.

## CAPUT IV.

*De fastis Ionicis.*

## A. Athenae cum Cycladibus.

1. *De Atheniensium, Deliorum, Teniorum fastis.*

a) Athenis <sup>1)</sup> :	b) Deli <sup>6)</sup> :	c) Teni:
1. Ἑκατομβαιῶν <sup>2)</sup>	7. Ἑκατομβαιῶν	? Ἀπελλαιῶν <sup>12)</sup>
2. Μεταγειτνίων	8. Μεταγειτνίων	Ἑρραιῶν <sup>13)</sup>
3. Βοηδρομιῶν	9. Βουφρονιῶν <sup>7)</sup>	Βουφρονιῶν <sup>14)</sup>
4. Πυργοψιῶν <sup>3)</sup>	10. Ἀπατουριῶν	[Κυανοψιῶν]
5. Μαιμακτηριῶν	11. Ἀρησιῶν	? Ἀπατουριῶν <sup>15)</sup>
6. Ποσειδεῶν	12. Ποσειδεῶν	Ποσειδεῶν <sup>16)</sup>
6 <sup>a</sup> . Ποσειδεῶν β <sup>4)</sup>		
7. Γαμηλιῶν	1. Ἀθηναίων	[Ἀθηναίων]
8. Ἀνθεστηριῶν	2. Ἱερός <sup>5)</sup>	Ἀνθεστηριῶν <sup>17)</sup>
9. Ἐλαφροβολιῶν	3. Γαλαξιῶν <sup>9)</sup>	[Ταυρεῶν]
10. Μουνιχιῶν <sup>5)</sup>	4. Ἀρτεμισιῶν	Ἀρτεμισιῶν <sup>18)</sup>
11. Θαρρηλιῶν	5. Ταρρηλιῶν <sup>10)</sup>	Ταρρηλιῶν <sup>19)</sup>
12. Σιζοφοριῶν	6. Πάνημος <sup>11)</sup>	? Ἐλειθυαίων <sup>20)</sup>
incertae sedis:	.	πρώτη ἑξάμηνος <sup>21)</sup>

1) Cf. C. Bötticher Philolog. u. XXII (1865) p. 385 sqq.

2) Ἐκρονίων (!) πρῶτον καλούμενος' Etym. M. s. u. Ἑκατομβαιῶν; cf. Plut. Thes. 12; Herm. p. 66. Intercalatum aliquando esse Hecatombaeonem apparet e titulo quem ediderunt Eustratiades, Ἀθην. VIII p. 405 sqq. et Foucartus, Bull. IV p. 225 sqq.; cf. Lipsium Studd. philol. Lips. III (1880) p. 207 sqq. et Sauppium Indicis schol. acad. Gotting. per semestre hiemale 1880/81 hab. p. 3 sqq. Etiam apud Imbrios deprehenditur Hecatombaeon (Bull. VII 1883 p. 154); id quod hoc quidem loco addo, quia ciues Athenienses, qui ibi agros publice diuisos possiderent, usos esse Athenien-sium fastis ueri est simile.

3) Pyanopsisionis formam esse praefendam multifariam docent tituli; cf. Bergkii p. 64 sqq.; Ahrentem Mus. Rhen. XVII (1862) p. 366; Cauerus Curtii Studd. u. VIII p. 276.

4) Altero post Christum saeculo Ἀδρια-νίων; cf. Bergk. N. Jahrb. f. class. Philol. 79 (1859) p. 193 sq. et A. Mommsen Heortolog. p. 318\*\*\*. 5) Exeunte quarto a. Chr. saeculo Munichioni erat nomen Ἀημητριῶν; Plut. u. Demetrii c. 12; cf. Bergk. l. c. p. 194.

6)—21) Vide p. 391.

b) Quod Homollius et Latschewius (p. 35) arbitrantur Deliorum et Atheniensium menses sibi non plane respondisse, sed omnes Atheniensium menses quindecim diebus menses Delios praecurrisse, falsi <sup>1)</sup> esse uidentur. Immo uero Clodio assentior, qui intercalandi uarietate explicandas esse censet illas Atheniensium et Deliorum mensium comparationes secum pugnantem, ad quas excusandas uiri illi docti excogitauerunt miram illam utriusque ciuitatis mensium rationem. Manifestum enim est ol. 86 anno tertio, quo Deliorum Buphonionem reddisse uidemus ad Atheniensium Metagitnionem, Athenienses iam intercalasse, Delios non item.

Contra annis ol. 100, 4 et 101, 2 utriusque ciuitatis menses eo quem exspectamus ordine sibi respondebant; unde quaestio fit, utrum his quidem temporibus Delii amplexi sint eandem quam Athenienses intercalandi rationem an obtinuerint suum ipsorum intercalandi cyclum, quo antea eos usos esse uidimus. Quam quaestionem etsi solui non posse confiteor, tamen resisto Clodio sentienti Delios amplexos esse Metonis uideuginti

6) Omnes Deliorum menses comparent titulo Homollii (Bull. V 1881 p. 25 sqq.) eo quem damus ordine. 7) C. I. A. I, 283 (Boeckh. kl. Schr. p. 453 sqq.), tit. a. ol. 86, 3 (434/3), Buphonion = Metageitnion.

8) Huius mensis nomen addita uoce 'μῆν' (cf. Clodii p. 21) explicandum esse uidetur (cf. hui. diss. p. 348), ita ut Latschewius (p. 18) non debuerit hoc nomen numerare in illis, quorum formae pugnant cum ceterorum eiusdem ciuitatis mensium nominibus (cf. hui. diss. p. 342).

9) Idem mensis nomen occurrere uidetur in C. I. 2953<sup>b</sup> titulo incertae originis, quem Delium esse nunc consentiunt uiri docti; cf. Homollium, Bull. II p. 333 sq. II; Clod. p. 22. 10) C. I. 158 tit. anni olymp. 100, 4 (377/76); *Θαργηλιών* = Ath. *Θαργηλιών*; Ioseph. Antiquit. XIV, 10, 14.

11) Panamus = Ath. Scirophorion, tit. anni ol. 101, 2 (375/4) ined., ad quem relegat Homollius l. c. 12) C. I. 2338 nuperrime a Newtono no. CCCLXXVII descripti u. 15. 13) Ib. uu. 22. 28. 14) Ib. uu. 35. 103. 109. 113, quem uersum uu. dd. uariis temptauerunt coniecturis; cf. Boeckhium, Hermannum, Abrentem. 15) Ib. uu. 38. 40. 101. 16) Ib. uu. 43. 45. 17) Ib. 48; facilis Abrentis coniectura Newtonis apographo comprobata. 18) Ib. uu. 2. 48. 65. 67. 19) Ib. 69. 20) Ib. u. 75 Abrentis ΕΛΕΙΟΥΑΙΩΝ. 21) Lebas. 1839. 1841. 1843 sq.

1) Cf. supra pp. 329, 2. 346.

annorum cyclum, quamquam non ab eodem anno atque Athenienses. Nam cum etiam posterioribus illis annis Delios suis ipsorum fastis et suo anni initio usos esse uideamus, nulla re cogimur idem atque Clodius sentire. Ceterum patet — siquidem sumimus Delios uno anno post Athenienses solitos esse intercalare et cum Boeckhio <sup>1)</sup> habemus a. ol. 101, 1 pro Atheniensium anno intercalari — fieri potuisse, ut discrepantia mensium Deliorum et Atheniensium, quam ex Atheniensium duplicato Posideone a. ol. 101, 1 accidisse ponimus, proximo anno plane compensaretur duplicato Deliorum Posideone et Deliorum Panamus cum Atheniensium Scirophorione consentiret, quam responsionem communis mensium ordo tulit. Quam ad rationem intercalandi illustrandam adscribo has tabulas:

Athenis:	Deli:	Athenis:	Deli:
a. ol. 100, 4.			
11. <i>Θαργηλιών</i>	5. <i>Ταργηλιών</i>	9. <i>Ἐλαφηβολιών</i>	4. <i>Ἀρτεμισιών</i>
12. <i>Σκιροφοριών</i>	6. <i>Πάνημος</i>	10. <i>Μουνιχιών</i>	5. <i>Ταργηλιών</i>
a. ol. 101, 1.		11. <i>Θαργηλιών</i>	6. <i>Πάνημος</i>
1. <i>Ἐκατομβαιών</i>	7. <i>Ἐκατομβαιών</i>	12. <i>Σκιροφοριών</i>	7. <i>Ἐκατομβαιών</i>
2. <i>Μεταγειτριών</i>	8. <i>Μεταγειτριών</i>	a. ol. 101, 2.	
3. <i>Βοηδρομιών</i>	9. <i>Βουφοριών</i>	1. <i>Ἐκατομβαιών</i>	8. <i>Μεταγειτριών</i>
4. <i>Πνανοσιών</i>	10. <i>Ἀπατουριών</i>	2. <i>Μεταγειτριών</i>	9. <i>Βουφοριών</i>
5. <i>Μαιμακτηριών</i>	11. <i>Ἀρησιών</i>	3. <i>Βοηδρομιών</i>	10. <i>Ἀπατουριών</i>
6. <i>Ποσειδεών α'</i>	12. <i>Ποσειδεών</i>	4. <i>Πνανοσιών</i>	11. <i>Ἀρησιών</i>
6 <sup>a</sup> . <i>Ποσειδεών β'</i>	1. <i>Ἀθηναίων</i>	5. <i>Μαιμακτηριών</i>	12. <i>Ποσειδεών α'</i>
7. <i>Γαμηλιών</i>	2. <i>Ἰερός</i>	6. <i>Ποσειδεών</i>	12 <sup>a</sup> . <i>Ποσειδεών β'</i>
8. <i>Ἀνθεστηριών</i>	3. <i>Γαλαξιών</i>	7. <i>Γαμηλιών</i>	1. <i>Ἀθηναίων</i>
		etc. cf. supra p. 390.	
		12. <i>Σκιροφοριών</i>	6. <i>Πάνημος</i>

Sed quorsum tam multa de Deliorum intercalandi ratione? Ut intellegatur minime esse exploratum de eorum annorum cyclo neque de Atheniensium et Deliorum intercalationum congruentia, quam posterioribus quidem annis fuisse Clodius arbitratus est.

c) Newtonis noua tituli C. I. 2338 descriptione summae quas titulus praebuit difficultates non sunt sublatae; immo etiam nunc haec inscriptio est satis lacunosa et lapide accu-

1) Mondcyclen p. 28.



ratius inspecto subsidium, quo nisus iam Boeckhius<sup>1)</sup> mensium qui enumerantur seriem definire conatus est, irritum esse apparuit. Quattuor enim annorum fuisse uidebantur emptorum tabulae quae illo titulo continentur; cuius rei archontum quae uersibus 1. 74. 103. 109 plerumque satis mutilatae legebantur praescriptiones fuerunt indicia. Nunc autem omnes uenditiones scimus esse factas eodem magistratu, cuius nomen (*Ἀμεινόλας*) u. 1 iam pridem restitutum redire uersibus 103 et 109 uidemus et Archum, cuius nomen legitur u. 74, praeteriti cuiusdam anni fuisse magistratum Newton feliciter coniecit. Sed tamen emptorum tabulae si non plenam, at certam, ut uidetur, Teniorum mensium seriem praebent. Menses enim, qui in titulo semel atque iterum comparent eo quo traduntur ordine compositi sunt hi: Artemision, Apellaeon, Heraeon, Buphotion, Apaturion, Posideon, Anthesterion, Artemision, Targelion, Elithyaeon, Heraeon, Buphotion, Apaturion. Quem ordinem satis ad Deliorum ceterorumque Ionum mensium seriem quadrare elucet. Itaque homonymis mensibus eadem loca assignamus, quae apud illos eos occupare scimus; qua re etiam ceterorum qui alibi non redeunt mensium loca adumbrantur, uelut Apellaeonis et Heraeonis, qui Buphotioni antecedunt et Elithyaeonis, qui inter Targelionem et Heraeonem fuisse uidentur, ita tamen, ut sit dubium, utrum Apellaeon Elithyaeoni anteposendus an postpositus sit.

Deinde primo, tertio, decimo post brumam loco Lenaeonem, Taureonem, Cyanopsionem collocandos — ceterorum fastorum Ionicorum exempla secutus — propono. Contra nihil certi de Teniorum anni initio statuere licet. Neque enim quamquam annum apud Iones antiquioribus quidem temporibus aut a primo aut a septimo post brumam mense initium cepisse scimus, utrum Artemisionem an Buphotionem in primis anni mensibus numeremus discernitur, quorum uterque mensis proximis post praescriptum archontem locis affertur (uu. 2. 103. 109). Quae enim leges in praescribendo magistratu sint obseruatae non perspicio.

1) Ad C. I. 2338 et Kl. Schr. V p. 470.

## 2. De Myconiorum, Ceorum, Naxiorum, Andriorum, Pariorum fastis.

Athenis:	Deli:	a) Myconi:	b) Cei:	c) Naxi:	d) Andri:	e) Pari:
Ἑκατομβαιῶν	11.	Ἑκατομβαιῶν <sup>1)</sup>	.	Ἐκ[ατομβαιῶν <sup>4)</sup>	.	.
Μεταγειτινῶν	12.	.	.	.	.	.
Βοηδρομιῶν	Βουφονιῶν	1.	.	.	.	.
Πυανοψιῶν	Ἀπατουριῶν	2.	.	.	.	.
Μαιμακτριῶν	Ἀρησιῶν	3.	.	Μαιμακτριῶν <sup>2)</sup>	.	.
Ποσειδεῶν	4.	Ποσιδεῶν <sup>1)</sup>	.	.	Ποσ[ιδεῶν <sup>7)</sup>	d)
Γαμηλιῶν	Ἀθηναίων	5.	Ἀθηναίων <sup>1)</sup>	.	.	.
Ἀνθεστηριῶν	Ἱεροῦ	6.	? Βακχιῶν <sup>1)</sup>	.	.	Ἀνθεστηριῶν <sup>8)</sup>
Ἐλαφροβολιῶν	Γαλαξιῶν	7.	.	.	.	.
Μουνιχιῶν	Ἀρτεμισιῶν	8.	.	.	Ἀρτεμισιῶν <sup>5)</sup>	.
Θαργηλιῶν	9.	.	.	.	Θαργηλιῶν <sup>6)</sup>	Θ[αργηλιῶν <sup>9)</sup>
Σκιροφοριῶν	Πάνημος	10.	.	.	.	.
incertae sedis:	.	.	Ἐρμαιῶν <sup>3)</sup>	.	.	...ῶν <sup>10)</sup>

a) Cumanudi, qui Myconiorum annum a Posideone incepisse statuit<sup>1)</sup>, non assensus sim, quamquam eum suo iure hoc a Posideone anni initium proposuisse Dittenberger Syllog. inscriptt. Graec. no. 373 censet; nam rectissime negat Clodius (p. 28) 'in hac inscriptione primorum quoque mensium sacrificia enumerari' necessarium esse. Contra id tantum satis probabiliter statuitur menses eo, quo traduntur ordine successisse, quoniam nullum uidemus intercedere magistratum.

Nihilo tamen minus etiam haec mea sententia habet difficultatem; quae tamen explicari posse uidetur. Titulus enim praebet menses ita ordinatos: Ποσιδεῶνα, Ἀθηναίων, Βακχιῶνα, Ἑκατομβαιῶνα, ut neque Lenaeonem neque Hecatomm-

1) Ἀθην. II (1873) p. 237 sqq., qui titulus 'lacunosus exstat Lebas. no. 2058. 2) C. I. 2360, 3. 3) Rang. no. 677, 33.

4) Bull. VIII (1884) p. 22 sqq. A. u. 1. 5) C. I. II p. 1079.

6) C. I. 2265; conl. Bergk. p. 25 sq.

7) C. I. II p. 1018 sq.; cf. Herm. p. 83. 8) C. I. add. no. 2374<sup>b</sup>.

9) C. I. 2374, 39 sq.; cf. Herm. p. 105; Homolle Bull. V (1881) p. 29; fortasse in C. I. 2265; cf. Bergk. l. c.; Ahrent. p. 342; Mommsen. Heortol. p. 427; Clod. p. 26.

10) Act. Inst. Arch. I (1876) p. 236.

baeonem pro primo habere liceat, quamquam ut alterutrum primo anni loco collochemus suadent fastorum Deliorum et Atheniensium exempla. Restat igitur ut putemus Myconiorum annum tempore quidem ante Christum proximo, quo titulum illum exaratum esse Cumanudes <sup>1)</sup> censet incepisse a Boëdromione. Quam ad sententiam de Myconiorum anni initio non deduceremur, si Latschewium (p. 140, 22) sequeremur, qui hos quos titulus praebet menses sese ita consecutos esse putat, ut Hecatombaeon congrueret cum Atheniensium Elaphebolione. Sed cum haec Hecatombaeonis sedes careat omni exemplo, malo confugere ad illud anni initium, quippe quod posterioribus quidem temporibus apud Cyzicenos, Lampsacenos, Priennenses ualuisse sciamus <sup>2)</sup>.

Hoc quem commendauimus mensium ordine probato certius iudicari potest de Bacchionis situ, ut quem mensem inter Lenaeonem et Hecatombaeonem stetisse uideamus. Neque enim quidquam impedit, ne eum cum Latschewio coniungamus cum Atheniensium Anthesterione; quamquam ille etiam Elaphebolioni responderi potest, quo Athenis quidem sollemnia Dionysi sacra agebantur. Quod iudicium de anni initio et mensium successione si uerum est, potuit u. 39 nullius mensis nomen nisi duodecimi euanescere; cui tamen quod nomen fuerit nescimus.

b) Mommseni <sup>3)</sup> sententia statuentis Ceorum calendarium esse formatum ad Atheniensium calendarii effigiem refellitur inuento Hermaeonis nomine. Hermaeonis autem sedes est incerta. Neque enim Lacedaemoniorum Phliasius, quocum Ahrens (p. 359) Hermaeonem comparari uoluit, ut erat uterque Mercurii sacer, neque Boeotorum Hermaeus, quem Clodius (p. 31) in comparationem adhiberi uult, satis ualent ad collocandum Ceorum aut Halicarnassensium Hermaeonem; cf. hui. cap. B, 5.

1) L. l. p. 242: 'ἐν τοῖς πρὸ Χριστοῦ Ῥωμαϊκοῖς χρόνοις'.

2) Cf. Herm. pp. 91 sq. 100. 107 et hui. cap. B, 1. 2. 3.

3) Heortol. p. 103.

## B. Asiae ciuitates Ionicae cum coloniis.

## 1. De Miletī eiusque coloniārum fastis.

Athenis:	Deli:	a) Miletī: b) Olbiae:	c) Sinopae: d) Cii: e) Apolloniae:	f) Cyzici:
Ἐκατομβαιῶν	.	.	.	11. Πάνημος <sup>9)</sup>
Μεταγεινιῶν	.	.	.	12.
Βοηδρομιῶν	Βοηφοριῶν	Βοηδρομιῶν <sup>1)</sup> b)	.	1. [Βοηδρομιῶν]
Πυανοσιῶν	Ἀπατουριῶν	.	.	2. Κνανοσιῶν <sup>10)</sup>
Μαιμακτριῶν	Ἀρησιῶν	Ἀπα]τουρεῶν <sup>2)</sup> b)	.	3. Ἀπατουρεῶν <sup>11)</sup>
Ποσειδεῶν	.	.	.	4. Ποσειδεῶν <sup>12)</sup>
Γαμηλιῶν	Ἀηναίων	.	Ἀηναίων <sup>6)</sup> d)	5. Ἀηναίων <sup>12)</sup>
Ἀνθεστηριῶν	Ἰερός	Ἀνθεστη[ριῶν <sup>3)</sup> b)	Ἀνθεστηριῶν <sup>7)</sup> d) e)	6. Ἀνθεστηριῶν <sup>1)</sup>
Ἐλαφηβολιῶν	Γαλαξιῶν	.	Ταυρεῶν <sup>8)</sup> c)	7. Ἀρτεμισιῶν <sup>13)</sup>
Μοννηχιῶν	Ἀρτεμισιῶν	Καλαμαι[ῶν <sup>4)</sup> a) b)	.	8. Ταυρεῶν <sup>14)</sup>
Θαργηλιῶν	.	.	.	9. Θαργηλιῶν <sup>15)</sup>
Σκιροφοριῶν	Πάνημος	* Πάνημος <sup>5)</sup> b)	.	10. Καλαμαιῶν <sup>9)</sup>

f) In condendis fastis Cyzicenis<sup>16)</sup> Clodius duplex quidam peccasse uidetur. Primum enim plane neglexit Thargelionem, quem Cyzicenum esse mensem docent duo tituli. Tum non obseruauit Taureonem statim successisse Artemisioni, id quod e Mordtmanni titulo apparet, siquidem ἑπρυτανες qui quoque mense fuerant, ii iam insequente mense ἐκκαλλίασαν<sup>17)</sup>. Quibus titulis adhibitis quamquam maiorem attulimus componen-

1) C. I. 2059. 2) Ib. 2083. 3) Ib. add. 2083<sup>b</sup>. 4) Apud Milesios: Arch. Ztg. no. 34 (1876) p. 128 cum quarto Romanorum mense collatus; quem titulum neglexit Clodius; apud Olbiopolitas C. I. 2082 Καλαμαιῶν. 5) Teste Latschewio Bull. dell' Institut. 1876 p. 61. 6) Lebas-Waddingt. 1140. 7) C. I. 3723; Lebas-Waddingt. 1076; Cianorum Anthesterionem omisit Clodius. 8) Tit. ined., ad quem relegat Mordtmannus Act. Inst. Arch. VI (1881) p. 50; cf. Samiorum Taureonem. 9) C. I. 3663 A: Panemus post Calamaeonem proximus. 10) C. I. 3662. 11) Ib. 3661. 12) Ib. 3664: Posideon, Lenaeon, Anthesterion hoc quidem ordine compositi. 13) C. I. 3657; Act. Inst. Arch. I. c. p. 45 II<sup>b</sup>: Artemision Taureone exceptus. 14) Ib.; C. I. 3657, 13. 3658. 15) E. Curtius, Monatsber. d. preuss. Ak. Berlin 1874 p. 7 sqq.; Act. Inst. Arch. I. I. p. 42 no. 1<sup>b</sup>. 16) Cf. Ahrent. p. 329 sqq. 17) Boeckhii sunt uerba C. I. II p. 920 extr.; Kl. Schr. V, 69; cf. Lat. p. 32; Newton. The collection etc. p. 119.

dis fastis Cyzicenis lucem, tamen difficultates quasdam manere confitemur. Neque enim Artemisionem neque Calamaeonem neque Panemum eis stare uidemus locis, quae ceterorum fastorum Ionicorum exemplis commendantur, et Calamaeonem duobus locis abesse ab eo quem apud Milesios tenuit loco apparet. Tamen has discrepantias animaduertisse satis est, quoniam ut eas explicemus non potest fieri. Ceterum fasti Cyziceni non solum horum mensium sedibus discrepant a ceteris fastis Ionicis, sed etiam anni initio <sup>1)</sup>.

2. De Ephesiorum, Prienensium, Teiorum, Iasensium fastis.

Athenis:	Deli:	a) Ephesi:	b) Prienae:	c) Tei: d) Iasi:
Ἐκατομβαιῶν	.	.	11.	.
Μεταγειτριῶν	.	*Μεταγειτριῶν <sup>2)</sup>	12.	.
Βοηδρομιῶν	Βουφονιῶν	.	1. Βοηδρομιῶν <sup>9)</sup>	.
Πυρανοφιῶν	Ἀπατουριῶν	.	2.	.
Μαιμακτηριῶν	Ἀρσιῶν	.	3.	Ἀπατουριῶν <sup>11)</sup> d)
	Ποσειδεῶν	Ποσειδεῶν <sup>3)</sup>	4.	Ποσειδεῶν <sup>12)</sup> c)
Γαμηλιῶν	Ἀγναιῶν	Ἀγναιῶν <sup>4)</sup>	5.	.
Ἀνθεστηριῶν	Ἰερῶς	*Ἀνθεστηριῶν <sup>5)</sup>	6. Ἀνθεστηριῶν <sup>10)</sup>	? Ἀφροδισιῶν <sup>13)</sup> d)
Ἐλαφηβολιῶν	Γαλαξιῶν	.	7.	Ἐλαφηβολιῶν <sup>14)</sup> d)
Μουνιχιῶν	Ἀρτεμισιῶν	Ἀρτεμισιῶν <sup>6)</sup>	8.	.
	Θαργηλιῶν	*Θαργηλιῶν <sup>7)</sup>	9.	.
Σκιροφοριῶν	Πάνημος	.	10.	.
incertae sedis:	Ἀγνητιῶν <sup>8)</sup>	.	.	Γηφοριῶν <sup>15)</sup> d)

1) Cf. Herm. p. 91 sq.; Bergk. p. 29; Latisch. p. 53; hui. diss. p. 395, 2.

2) Wood, Discoveries at Ephesus; Inscriptions from the great theatre no. 23. 3) C. I. 3028; Wood. l. l. no. 1 col. 1. 6, 58; from the city and suburbs p. 12 u. 1 saepius; cf. C. Curtius Hermae u. IV (1870) p. 201.

4) Iosephi Antiquit. XIV, 10, 12; Wood l. l. Inscriptions from the city and suburbs p. 12 sq. saepius. 5) Wood. l. l. Inscr. from the great theatre no. 1 col. 6 u. 77; cum Romanorum februario collatus.

6) C. I. 2954 A. = Lebas-Waddington 137; unde corrigitur Iosephi (XIV, 10, 25) memoria 'Ἀρτεμισιος'. 7) Wood. l. l. Inscr. from the great theatre no. 1 col. 2; 'Θαργηλιῶν' col. 4. 8) Lebas-Waddington 1537; a Clodio omissus. 9) C. I. 2906: 'τῆ δὲ νομηγία τοῦ Βοηδρομιῶνος, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνέλαβεν'; cf. Herm. p. 107. 10) Lebas-Waddington 200 sq.

11) Lebas-Waddington 281; Am. Hauvette-Besnault. M. Dubois. Bull. V (1881) p. 493. 12) Anacreon apud Eust. ad Iliad. XV u. 192; cf. Herm. p. 116. 13) C. I. 2673 sq.; de eius sede cf. hui. diss. p. 342 sq., quamquam Bergk. (p. 39 sq.) eum cum Calamaeone coniunxit. 14) C. I. 2675. 2677. 15) C. I. 2679 = Lebas-Waddington 251; Boeckh. Her-

a) C. I. 2953<sup>b</sup> tituli, in quo Galaxionem euanuisse nobis cum Bergkio (p. 40 sq.) et Clodio (p. 22) persuasum est, hoc loco non habenda est ratio, quod Delo originem eum duxisse Homollius summa cum probabilitate (Bull. II p. 333; cf. hui. diss. p. 390, 9) demonstravit; Ahrentis quidem Galinthionem delendum esse constat. In tituli Curtii p. 199 uersu 21, ut id quoque obiter moneam, numerale nomen excidisse uidetur uelut *Δω[δέκατος]*; etenim hunc morem menses ex numeris designandi apud Ephesios etiam in C. I. 3005 deprehendimus.

3. De Erythracorum, Smyrnaeorum, Chiorum, Lampsacenorum fastis.

Athenis:	Deli:	a) Erythris:	b) Smyrnae:	c) Chii:
				d) Lampsaci:
	Ἐκατομβαιῶν	.	.	11.
	Μεταγειτιῶν	.	.	12.
Βοηδρομιῶν	Βουφοιῶν	.	.	1. d) Βαδρομιῶν <sup>9)</sup> c) d)
Πυανοσιῶν	Ἀπατουριῶν	.	.	2.
Μαιμακτηριῶν	Ἀρησιῶν	.	.	3.
	Ποσειδεῶν	Ποσυνδεῶν <sup>1)</sup>	Ποσειδεῶν <sup>4)</sup>	4. Ποσειδεῶν <sup>10)</sup> c)
Γαμηλιῶν	Ἀθηναίων	Ἀθηναίων <sup>1)</sup>	Ἀθηναίων <sup>5)</sup>	5. Ἀθηναίων <sup>11)</sup> d)
Ἀνθестηριῶν	Ἰερός	Ἀνθестηριῶν <sup>1)</sup>	Ἀνθестηριῶν <sup>6)</sup>	6.
Ἐλαφηβολιῶν	Γαλαξιῶν	.	.	7.
Μουνιχιῶν	Ἀρτεμισιῶν	Ἀρτεμισιῶν <sup>2)</sup>	.	8. Ἀρτεμισιῶν <sup>11)</sup> c) d)
	Θαρηλιῶν	.	.	9. Πλυντηριῶν <sup>10)</sup> c)
Σκιροφοριῶν	Πάνημος	.	Ἐκατομβαιῶν <sup>7)</sup>	10. ? Λευκαθιῶν <sup>12)</sup> c) d)
	incertae sedis: ἦ	{ πρώτῃ } ἐξάμηνος <sup>3)</sup> (Καῖσαρ) <sup>8)</sup>		.
		{ δευτέρῃ }		.

mannus, Bergkio (p. 47 sq.) de hoc nomine sine iusta causa dubitasse uidentur; cf. Clod. p. 33; quem tamen non debuit effugere fragmentum illud, in quo Boeckhio Scirophorionem scribendum proposuit, esse idem, ex quo Gephorionem a uiro illo docto iniuria esse expulsam putamus.

1) Μουσείον καὶ Βιβλιοθήκης τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς uol. I (1873—75) p. 103 sqq. no. 108 = Rev. Archéol. XXXIII (1877) p. 105 sqq. 2) Μουσείον etc. III (1878—79 et 79—80) p. 122 no. 156 = Foucart. Bull. III (1879) p. 389. 3) Lebas-Waddingt. 1536. 1541; Bull. l. l. 4) Aristid. ed. Iebb. p. 274; ed. Dind. I p. 446. 5) C. I. 3137, 34. 6) Philostr. u. Sophist. I, 25 (ed. Kayser II p. 42, 24). 7) Lebas-Waddington no. 25: . . . πρὸ πέντε καλανθῶν Εἰονίων μηνὸς Ἐκατομβαιῶνος τετάρτῃ; tit. a Clodio praetermissus. 8) Lebas-Waddington 1535. 9) Haussoullier Bull. III (1879) p. 242 sq. u. 53; apud Lampsacenos C. I. add. 3641 b.

10)—12) Vide p. 399.

a) Erythraeorum annum incepisse a Lenaeone Latschewius (p. 49 ann. 83) propterea censet, quod Lenaeone mense sacerdotia ueniisse ex titulo quem subscripsimus apparet. Atamen haec sacerdotia Lenaeone uendita mea quidem sententia non euincunt Lenaeonem fuisse Erythraeorum anni primum mensem; praesertim cum facile posset casu fieri, ut compluria sacerdotia eodem Lenaeone uenirent atque sacerdotiorum si non uenditiones, at *ἐπιπράσεις* et *διασυστάσεις* quae dicuntur (cf. Rev. Arch. l. c.) aliis atque Lenaeone mensibus sint factae. Ceterum si modo certum anni tempus in uendendis et ineundis sacerdotiis obseruabatur (cf. supra p. 378), incipiente anno sacerdotia non tam ueniisse quam inita esse suspicari licet.

c) Latschewio, qui p. 53 putat Chiorum annum incepisse ab Artemisione, assentiri non possum. Nam ex eo, quod Haussoullieri tituli u. 37 sq. praecipiunt, ut locarium quoddam proximo quidem anno soluatur Artemisione, sed posterioribus annis initio anni, non tam colligendum esse censeo Artemisionem primum fuisse Chiorum mensem quam opponi potius Artemisionem anni initio; qua propter nihil impedire puto, quominus Chiorum annum a solstitio hiemali incipientem faciamus. Porro de Leucathionis sede quamquam dubito, Hermannus tamen sententiam protuli, qui pp. 100 et 123 ei decimum anni Lampsaceni locum assignandum proposuit; quae sedes cum tituli Lampsaceni sententiarum conexus et cum Haussoullieri inscriptionis Chiae argumento satis consociari potest. Lampsacenorum Leucathionem successisse Lenaeoni Hermannus animaduertit; ex Haussoullieri titulo colligi posse uidetur Leucathionem stetisse post Artemisionem et inter Leucathionem et Artemisionem intercessisse anni initium, id quod admodum quadrat ad nostram sententiam de Chiorum anni cardine.

---

10) Hauss. l. l. p. 47 sq. uu. 10. 23; cf. *Γ. Σούγιας*, Act. Inst. Arch. III (1878) 205—207; R. Schöll. 'Saturae Philologiae Herm. Sauppio oblatae' (Berolini 1879) p. 167 sqq.; de Plynterionis sede cf. hui. cap. C, l. 11) Apud Lampsacenos Lenaeon et Artemision C. I. add. 3641<sup>b</sup>; apud Chios Artemision C. I. 2220; Hauss. l. l. p. 242 sq., 19. 246 sq., 39. 12) Apud Chios Hauss. l. l. p. 242 sq., 24; apud Lampsacenos C. I. add. 3641<sup>b</sup>, 17.

4. De Samiorum, Amorginorum<sup>1)</sup>, Perinthiorum, Patmiorum fastis.

Athenis:	Deli:	a) Sami:	b) Amorgi:	c) Perinthi: d) Patmi:
Ἐκατομβαιῶν		? Πελοσιῶν <sup>2)</sup>	1. Μιλτοφοριῶν <sup>7)</sup>	.
Μεταγειτριῶν		Μεταγειτριῶν <sup>3)</sup>	2. Ἡ[ραίων <sup>8)</sup> ?	.
Βοηδρομιῶν	Βουφονιῶν	[Βοηδρομιῶν]	3. .	.
Πυανοσιῶν	Ἀπατουριῶν	Κυανοσιῶν <sup>4)</sup>	4. .	.
Μαιμακτηριῶν	Ἀρησιῶν	Ἀπατουριῶν <sup>4)</sup>	5. .	.
	Ποσειδεῶν	Ποσειδεῶν <sup>5)</sup>	6. .	.
Γαμηλιῶν	Ἀθηναίων	Ἀθηναίων <sup>6)</sup>	7. .	Ἀθηναίων <sup>10)</sup> c)
Ἄνθεστηριῶν	Ἰερός	Ἄνθε[στηριῶν <sup>4)</sup>	8. Ἄνθεστηριῶν <sup>9)</sup>	.
Ἐλαφηβολιῶν	Γαλαξιῶν	Ταυρεῶν <sup>4)</sup>	9. .	.
Μουνιχιῶν	Ἀρτεμισιῶν	.	10. .	Ἀρτεμι[σιῶν <sup>11)</sup> d)
	Θαργηλιῶν	Πάνημος <sup>4)</sup>	11. Θαργηλιῶν <sup>5)</sup>	Πάνημος <sup>12)</sup> c)
Σκιοροφοριῶν	Πάνημος	Κροσιῶν <sup>4)</sup>	12. .	Κροσιῶν <sup>12)</sup> c)

1) De Amorginorum fastis hoc quidem loco disserendum esse censuimus, quod Amorginos a Samiis originem duxisse Suidas s. u. *Σιμιλας* memoriae tradidit; at Miltophorionis et Heraeonis nomina aliquam Amorginorum et Samiorum fastorum discrepantiam produunt.

2) Vischer. Mus. Rhen. XXII (1867) p. 313 sqq.; cf. Kl. Schriften II p. 140 sqq.; C. Curtius Inschr. z. Gesch. v. Samos Lübeck 1877. Prgm. p. 35.

3) Vischer. I. l. 4) Kirchoff., Monatsber. d. kgl. Ak. d. Wissensch. Berlin 1859 p. 739 sqq.; cf. ib. 1862 p. 71 sqq.; Ahrent. p. 329 sqq. Clod. p. 6 sqq. 5) Ib.; C. Curtius I. l. p. 10 sq. u. 56.

6) P. Girard. Bull. V (1881) p. 480; qui iniuria quantum scio affirmat, Lenaeonem Samiorum mensem esse antea notum; coniecit Kirchoffius apud Samios eum fuisse in usu. 7) *Κομμανοῦδος*, Bull. VIII (1884) p. 22 sqq. A. u. 2; Miltoph. cum Naxiorum Hecatombaeone collatus. 8) R. Weil Act. Inst. Arch. I (1876) p. 343 sqq. no. 11 et 12, qui titulus a Clodio est neglectus; Heraeonis nomen Latschewius et ipse (p. 30) agnuit.

9) Weil I. c.; Cumanudes I. c. B. u. 8.

10) Ne cum Hermanno (Philol. II p. 267) ad Perinthios referamus Lenaeonem, quem Papias (cf. Bröcker. Philolog. I. c. p. 249 no. VIII) Puniis attribuerat, nihil obstat.

11) Ross Inscr. Graecae Ined. no. 159; quem titulum correctiorem edidit Sakkelion Eph. A. Nou. 1862 no. 228; cuius plenioris tituli ignarus Clodius p. 29 suo quidem Marte, sed recte restituit Artemisionis nomen; cf. Dittenberger. Syll. inscriptt. Gr. no. 402.

12) Cromion, Papias glossarium apud Broecker. I. l.; ceteri quos hoc scholion praebet menses originem duxerunt e fastis Macedonicis uel Asiaticis; quamquam Panemus potest repeti ex antiquioribus fastis Ionicis.



a) Samiorum annus utrum initium ceperit a solstitio aestiuo an ab hiemali non esse exploratum Latschewius p. 53 recte monuit; neque dubito, quin Kirchhoffii cui assensus est nuperime Clodius sententia ad solstitium aestiuum inclinauerit propter fastorum Atheniensium analogiam, quam non iam ita multum ualere confitemur, quoniam Delios annum a bruma incepisse constat<sup>1)</sup>. Ordinem autem mensium Samiorum probamus eum, quem a Kirchhoffio institutum confecit Clodius; Ahrentis enim mensium seriem adhibitis Vischeri titulis corruisse Clodius satis demonstrauit. Attamen de inserendo Calamaeone, quem Clodius quarto post brumam loco summa cum probabilitate suppleuisse sibi uisus est, cautius erit iudicandum, cum Cyzicenorum et Samiorum fastorum similitudo, quam Clodius p. 12 premendam esse censuit, nulla fere fuisse uideatur. Cyzicenorum enim Taureonem non statim post Anthesterionem stetisse et Calamaeonem sexto demum post brumam loco collocandum esse p. 396 sq. uidimus. Ceterum si quidquam horum fastorum similitudini est tribuendum, facile potest cogitari Taureone ad quartum post brumam locum promotum Artemisionem tertio apud Samios post brumam loco esse inserendum, cum hoc mensis nomen in tabula Newtonis<sup>2)</sup> quarta simul cum Anthesterionis nominis parte extrema facile potuerit exidere; quae lacuna eo facilius statuitur, quod in tabula prima et tertia bina mensium nomina iuxta posita esse uidemus.

b) Amorginorum annum a septimo post brumam mense incepisse ex Cumanudis titulo de Astypalaeensium fastis p. 378, 2 disserentes conclusimus.

#### 5. De fastis Halicarnassiis.

Athenis:	Halicarnassi:	Athenis:	Halicarnassi:
<i>Ἐκατομβαιῶν</i>	.	<i>Βοηδρομιῶν</i>	.
<i>Μεταγειτηνῶν</i>	.	<i>Ἰβανοψιῶν</i>	.

1) Nisi graues de Samiorum et Amorginorum fastorum similitudine obstarent dubitationes (cf. supra p. 400, 1), nunc ad fulciendam Kirchhoffii sententiam Amorginorum anni initium adhiberi posset.

2) Cf. Kirchhoff. I. I.

Athenis:	Halicarnassi:	Athenis:	Halicarnassi:
Μαιμακτηριών	.	Ἐλαφρηβολιών	.
Ποσειδεών	Ποσειδεών <sup>1)</sup>	Μουνιχιών	Ἀρτεμισιών <sup>3)</sup> ?
Γαμηλιών	.	Θαργηλιών	? Ἡρακλεῖος <sup>4)</sup>
Ἄνθεστηριών	Ἄνθεστηριών <sup>2)</sup>	Σκιροφοριών	.
		incertae sedis:	Ἐλευθεριών <sup>5)</sup>
			Ἐρμαιών <sup>6)</sup>

Hermaeonem ad Boeotorum Hermaei exemplum primo post brumam collocare loco dubito, quamquam id suadet Clodius; qua de re conferas hui. diss. p. 395. Artemisionem autem quamvis dubitanter inserui fastis Halicarnassensium usus titulo ab Am. Hauvette-Besnault et Marc. Dubois edito, quem in insula quidem Coö inuentum, tamen originis esse Ionicae constat. Halicarnassensium autem esse titulum arbitror, quod in insula Coö iam alterum huiusmodi Halicarnassensium decretum est inuentum<sup>5)</sup> et prytanim, qui in eo de quo sermo est titulo comparet, Halicarnassensium fuisse magistratum docent tituli<sup>7)</sup>. Quin etiam 'στεφανηφόρον', cuius nomen illo in titulo occurrit, cum Carum tum Halicarnassensium fuisse magistratum e compluribus apparet titulis<sup>8)</sup>.

### C. Singularum ciuitatum Ionicarum menses.

#### 1. Eretiae:

Ἴππιών C. I. 2265; quo ex titulo apparet Hippiionem respondisse ei Pariorum mensi, quo Plynteria agebantur; quae sollemnia eodem Thargelione mense, quo apud Athenienses celebrantur, apud Parios esse acta uiri docti consentiunt; cf. Herm. p. 64, Bergk. p. 25 sq., Ahrent. p. 342, Mommsen. Heortol. p. 427, Clod. p. 26.

1) Newtonis Halicarnassus, Cnidus and Branchidae 1863 p. 687 u. 2.

2) Iosephi Ant. XIV, 10, 23; Bull. IV (1880) p. 395. 3) Tit. Coi inuentus, Hauvette-Besnault. Dubois. Bull. V (1881) p. 209 sqq. 4) C. I. 2656 u. 20 sq. cf. u. 1; de Heraclaei sede cf. Herm. pp. 61. 125 et Clod. p. 31.

5) Hauvette-Besnault. Dubois. l. c. p. 211 sq. u. 11. 6) Newton. l. l. p. 671 sq. = Roehl. Inscriptt. antiquiss. etc. no. 500. 7) Newton.

l. l. pp. 671 sq. 687. 8) Lebas-Waddington. no. 394. 404 sq. 406. 416. 323. 326. 331 sq. saepius; Newton. l. l. p. 704, 12 c.

## 2. Neapoli:

*Πανθεών* C. I. 5785.*Αθηναίων* C. I. 5838.

## 3. Cassandreae:

*Δημητριών*, L. Duchesne Rev. Archéol. XXXI (1876) p. 106 sq.;  
Dittenberger. Sylloge inscriptt. Graec. no. 142.

Demetrium fuisse Cassandrensiensem mensem olim nolui pro certo affirmare; sed utrum illud pro hominis an mensis nomine haberem aequae ac Duchesni dubitavi. Quin etiam Demetrium uerbum pro hominis nomine uidebatur esse habendum, quod ceterorum duorum qui hoc titulo occurrunt hominum nominibus patrum nomina addita sunt. Attamen ad Clodii et Dittenbergeri partes, qui mensem significari certum esse censuerunt nuperrime transii, quia pro hominis nomine Demetrium uocem umquam esse usurpatam nulla comprobant exempla.

## 4. Apolloniae in oppido Chalcidensi:

<i>Ἀνθεστηριών</i>	} Athenaei l. VIII p. 334 E; cf. Herm. p. 89 et
<i>Ἐλαφηβολιών</i>	

## 5. In insula Io:

*Ὀμηρέων*, L. Ross Archaeol. Ztg. VI (1848) no. 21 p. 333.

## 6. Peparethi:

*Πιθοικιών* cum Atheniensium Hecatombaeone comparatus:  
A. Dumont. Revue Archéol. XXIX (1875) p. 330;  
O. Riemann. Bull. I (1877) p. 82.

## 7. a) Gambrei in Mysiae oppido:

*Θαργηλιών* C. I. 3562.

## b) ex Mysiae parte aliqua:

*Πάνη]μος* C. I. 3597 a.

## 8. Thirae in Lydiae oppido:

*Νεοζαισαρεών Μουσείου καὶ Βιβλιοθήκης τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς* II, 1 (1875—76) p. 117 et 2 (1876—78) p. 29;  
Papadopulos Kerameus Act. Inst. Arch. III (1878)  
p. 54 sqq.

## 9. Magnesiae in Lydiae oppido ad montem Sipylum sito:

*Κλαρεών* Bull. VII (1883) p. 504 sq. no. 10.

## INDEX I.

*Enumerantur eae quarum menses afferuntur ciuitates.*

Acarmania . . . . .	p. 366	Cos . . . . .	p. 381 sqq.
Achaia . . . . .	p. 357, 1	Cyme . . . . .	p. 351
Aegina . . . . .	p. 379 sq.	Cyzicus . . . . .	p. 396 sq.
Aetolia . . . . .	p. 363 sqq.	Delphi . . . . .	p. 351 sqq.
Agrigentum . . . . .	p. 383 sq.	Delus . . . . .	p. 390 sqq.
Amorgos . . . . .	pp. 378, 2. 400 sq.	Dodona . . . . .	p. 389
Amphissa . . . . .	p. 361 sqq.	Drerus . . . . .	p. 385 sqq.
Andrus . . . . .	p. 394	Elis . . . . .	p. 346 sqq.
Anticyra . . . . .	p. 361	Ephesus . . . . .	p. 397 sq.
Apollonia ad flumen Rhyndacum sita . . . . .	p. 396	Eretria . . . . .	p. 402
Apollonia, oppidum Chalcidense . . . . .	p. 403	Erineus . . . . .	p. 365 sq.
Arcadia . . . . .	p. 380 sq.	Erythrae . . . . .	p. 398 sq.
Argos . . . . .	p. 379 sq.	Gambreum . . . . .	p. 403
Asypalaea . . . . .	p. 374 sqq.	Gela . . . . .	p. 383 sq.
Athenae . . . . .	p. 346. 390	Gythium . . . . .	p. 367, 2
Biannus . . . . .	p. 385	Halicarnassus . . . . .	p. 401 sq.
Boeotia . . . . .	p. 343 sqq.	Halus . . . . .	p. 327 sqq.
Boeum . . . . .	p. 365	Heraclea ad Sirim sita . . . . .	p. 366 sqq.
Byzantium . . . . .	p. 374 sqq.	Heraclea Trachinia . . . . .	p. 341
Calaurea . . . . .	p. 379 sq.	Hierapytna . . . . .	p. 385 sqq.
Calchedon . . . . .	p. 374 sq.	Hypata . . . . .	p. 341
Callipolis . . . . .	p. 363	Iasus . . . . .	p. 397
Calymna . . . . .	p. 381 sqq.	Imbros . . . . .	p. 390, 2
Cassandra . . . . .	p. 403	Ios . . . . .	p. 403
Ceus . . . . .	p. 394 sq.	Lacedaemon . . . . .	p. 366 sqq.
Chaleum . . . . .	p. 361 sqq.	Lamia . . . . .	p. 337 sqq.
Chersonesus . . . . .	p. 374	Lampsacus . . . . .	p. 398
Chius . . . . .	p. 398 sq.	Larisa . . . . .	p. 319 sqq.
Cierium . . . . .	p. 323	Latus . . . . .	p. 385 sqq.
Cius . . . . .	p. 396	Lesbus . . . . .	p. 349 sqq.
Cnidus . . . . .	p. 366 sqq.	Locris . . . . .	p. 358 sqq.
Cnosus . . . . .	p. 385 sqq.	Magnesia in Thessalia sita . . . . .	p. 342 sq.
Corcyra . . . . .	p. 372 sqq.		
Corinthus . . . . .	p. 372 sq.		

Magnesia ad montem Si- pylum sita . . . . .	p. 403	Phocis . . . . .	p. 354 sqq.
Megara . . . . .	p. 374 sq.	Physcus . . . . .	p. 360
Melitaea . . . . .	p. 328	Priansus . . . . .	p. 365
Messenia . . . . .	p. 380 sq.	Priene . . . . .	p. 397
Metropolis . . . . .	p. 323 sqq.	Rhegium . . . . .	p. 389
Miletus . . . . .	p. 396	Rhodus . . . . .	p. 383 sqq.
Myconus . . . . .	p. 394 sq.	Samus . . . . .	p. 400 sq.
Naupactus . . . . .	p. 363	Sicyon . . . . .	p. 380 sq.
Naxus . . . . .	p. 394	Sinope . . . . .	p. 396
Neapolis . . . . .	p. 403	Smyrna . . . . .	p. 398
Nisyrus . . . . .	p. 381	Syracusae . . . . .	p. 372
Oeanthea . . . . .	p. 361	Tauromenium . . . . .	p. 372 sqq.
Oeta . . . . .	p. 341	Tenus . . . . .	p. 390 sqq.
Olbia . . . . .	p. 396	Teos . . . . .	p. 397
Olus . . . . .	p. 385 sqq.	Thaumacia . . . . .	p. 330
Parus . . . . .	p. 394	Thera . . . . .	p. 366 sqq.
Patmus . . . . .	p. 400	Thessalia . . . . .	p. 326 sq.
Peparethus . . . . .	p. 403	Thira . . . . .	p. 403
Perinthus . . . . .	p. 400	Tolophon . . . . .	p. 360
Perrhaebia . . . . .	p. 333 sqq.	Tritea . . . . .	p. 361
Phalica . . . . .	p. 339	Troezene . . . . .	p. 379
Pherae . . . . .	p. 323	Zelea . . . . .	p. 389

## INDEX II.

A. *Enumerantur menses adscriptis eis quibus deprehenduntur locis.*1. *Menses ex numeris designati.*

in Achaia  
in Arcadia  
Ephesi  
in Locride  
Megaris  
in Messenia  
in Phocide  
Tauromenii.

2. *Propria mensium nomina.*

Ἄγναϊος	Hali
Ἄγνηϊών	Ephesi
Ἀγροαστωνών non Αἰραστωνών	Amphissae
Ἀγριάγιος	Byzantii
	Calymnae
	Coi
	Rhodi

<i>Ἀγριώνιος</i>	in Boeotia	<i>Ἀπελλαῖος</i>	Heracleae in opp. ad
<i>Ἀγνείος</i> s. <i>Ἀγίος</i>	in Aetolia		Sirim sito
	in Locride		Lamiae
<i>Ἀδριανιῶν</i>	Athenis		Oeantheae
<i>Ἀδρόμιος</i>	Hali		Oetae
	Thaumaciae		Olunte
<i>Ἀθαναῖος</i>	in Aetolia		Tauromenii
<i>Αἰραστῶν</i> u. <i>Ἀγραστῶν</i>			Tolophone
<i>Ἀλαλκομένιος</i>	in Boeotia	<i>Ἀπελλαιῶν</i>	Teni
<i>Ἀλιαῖος</i>	Dreri	<i>Ἀπολλώνιος</i>	in Elide
<i>Ἀλσειος</i>	Calymnae		Lesbi
	Coi	<i>Ἀπολλώνιος</i>	in Perrhaebia
<i>Ἀλφιῶς</i>	in Elide		Tauromenii
<i>Ἀμάλιος</i>	Delphis	<i>Ἀπόλλωνος μῆν</i>	Chalei
	in Phocide	<i>Ἀράτνος</i>	Physci
<i>Ἀμῶν</i>	Amphissae	<i>Ἄρειος</i> s. <i>Ἄρεος</i> s. <i>Ἄρηος</i>	Lamiae
<i>Ἀνθεστηριῶν</i>	Amorgi		in Magnesia
	Apolloniae in opp. ad		Phalicae
	Rhyndacum sito		Deli
	Apolloniae in opp. Chal-	<i>Ἀρησιῶν</i>	Argi
	cidensi	<i>Ἄρειος</i>	Hypatae
	Athenis	<i>Ἄρνο[κάριος]?</i>	
	Cii	<i>Ἄρτεμισίος</i> s. <i>Ἄρταμίτιος</i>	Astypalaeae
	Cyzici		Byzantii
	Ephesi		Calaureae
	Erythris		Calymnae
	Halicarnassi		Cnidi
	Olbiae		Coi
	Pari		Corcyrae
	Prienae		Hypatae
	Sami		Lacedaemone
	Smyrnae		Rhodi
	Teni		Tauromenii
<i>Ἀπατουρεῶν</i> s. <i>Ἀπατουριῶν</i>			Therae
	Cyzici	<i>Ἄρτεμισιῶν</i>	Chii
	Deli		Cyzici
	Iasi		Deli
	Olbiae		Ephesi
	Sami		Erythris
	Teni		Halicarnassi
<i>Ἀπατοῦριος</i>	Zeleae		Lampsaci
<i>Ἀπελλαῖος</i>	Chalei		in Magnesia
	Delphis		

<i>Ἄρτεμισιῶν</i>	Naxi Patmi Teni	<i>Γεῦστος</i> <i>Γηφοριῶν</i> <i>Γιγάντιος</i>	Lamiae Iasi Amphissae Triteae
<i>Ἀρχοστάσιος</i>	Erinei		
<i>Ἀφάμιος</i>	in Phocide		
<i>Ἀφριος</i>	Larisae	<i>Δα . .</i>	Lesbi
	in Perrhaebia	<i>Δαδαφόριος</i>	Delphis
<i>Ἀφροδισιῶν</i>	Iasi	<i>Δαίσιος</i>	Sicyone
	in Magnesia	<i>Δάλιος</i>	Calymnae Coi Rhodi Tauromenii
<i>Βαδρόμιος</i>	Calymnae Cnidi Coi Rhodi	<i>Δαμάτριος</i> <i>Δεῖος</i> u. <i>Δῖος</i> <i>Δελφίνιος</i>	in Boeotia
<i>Βαδρομιῶν</i> s. <i>Βοηδρομιῶν</i>	Athenis Chii Lampsaci Olbiae Prienaē	<i>Δημητριῶν</i>	Aeginae Olunte Therae Athenis Cassandreae
<i>Βακχιῶν</i>	Myconi	<i>Διών</i>	in Locride
<i>Βοαθῶος</i> s. <i>Βοαθοῖος</i>	Delphis	<i>Διονύσιος</i>	in Aetolia Anticyrae Byzantii Calchedone Callipoli Chersonesi
<i>Βοηδρομιῶν</i> u. <i>Βαδρομιῶν</i>			in Locride Naupacti Tauromenii
<i>Βονκάτιος</i>	in Acarnania? in Aetolia Amphissae in Boeotia Delphis Erinei Lamiae	<i>Δῖος</i> s. <i>Δεῖος</i>	in Aetolia Lesbi in Perrhaebia
<i>Βουφονιῶν</i>	Deli Teni		
<i>Βύσιος</i>	Delphis	<i>Διόσθνος</i>	? in Elide
<i>Βώμιος</i>	Lamiae		Rhodi Therae Priansi
<i>Γαλαξιῶν</i>	Deli	<i>Δρομήμιος</i>	
<i>Γαμηλιῶν</i>	Athenis		
<i>Γαμίλιος</i>	Dodonaē	<i>Εἰλαῖος</i> u. <i>Ἰλαῖος</i>	
<i>Γενέτιος</i>	Hali	<i>Ἐκατομβαιῶν</i>	Athenis
<i>Γεράστιος</i> s. <i>Γεραίστιος</i>	Calymnae Coi Lacedaemone Troezenae		Deli Imbri Myconi Naxi

<i>Ἐκατομβαιῶν</i>	Smyrnae	<i>Ἡραιῶν</i>	Amorgi
<i>Ἐκατομβεῖς</i>	Lacedaemone		Teni
<i>Ἐλαφρηβολιῶν</i>	Apolloniae in opp. Chalcidensi Athenis Iasi	<i>Ἡρακλείος</i>	Delphis Halicarnassi
<i>Ἐλάφιος</i>	in Elide	<i>Ἡράσιος</i>	Lacedaemone
<i>Ἐλάφριος non habet</i>		<i>Θαργγηλιῶν s. Ταργγηλιῶν</i>	
locum	Calymnae		Amorgi
<i>Ἐλειθναίων</i>	Teni		Athenis
<i>Ἐλενθεριῶν</i>	Halicarnassi		Cyzici
<i>Ἐλευσίνιος s. Ἐλευσύνιος</i>			Deli
	? Bianni		Ephesi
	Olunte		Gambrei
	Therae		Naxi
<i>ἐμβόλιμοι:</i>			Pari
<i>Ἀλαλκομένιος β'</i>	in Boeotia		Teni
<i>Ἀπελλαιῶς β'</i>	Tauromenii	<i>Θειλούθιος s. Θηλούθιος</i>	
<i>Γενέτιος ἐμβόλιμος</i>		in Boeotia	
	Hali		Hali
<i>Πάναμος β'</i>	Rhodi	<i>Θεμιστίος</i>	Larissae
<i>Ποιτρόπιος β'</i>	Delphis		Metropoli
<i>Ποσειδεῶν β'</i>	Athenis	<i>Θεοδαισίος s. Θεοδαισίος s. Θεοδαισίος</i>	
<i>Ἐνδυσποιτρόπιος</i>	Delphis		Calymnae
<i>Ἐρμαιῶς</i>	in Aetolia		Coi
	Argi		Lati
	in Boeotia		Rhodi
	Metropoli	<i>Θεοξένιος</i>	Delphis
	in Perrhaebia	<i>Θερμολαῖος</i>	Lati
	Pheris	<i>Θεσμοφόριος</i>	Lati
<i>Ἐρμαιῶν</i>	Cei		Rhodi
	Halicarnassi	<i>Θιονίος u. Θυῖος</i>	
<i>Ἐνθναῖος</i>	in Aetolia	<i>Θριξάλλιος</i>	Lamiae
<i>Ἐγγλειος</i>	? Astypalaeae	<i>Θυῖος s. Θυῖος s. Θιονίος</i>	
	Byzantii		in Boeotia
	Corcyrae		Cierii
	Tauromenii		in Elide
<i>Ἐδώνιος</i>	Hali		Lamiae
			Larissae
			Metropoli
<i>Ἡρατος</i>	Heraclea Trachinia		
<i>Ἡραῖος</i>	Delphis		
	Olunte	<i>Ἱερός sc. μῆν</i>	Deli
	Zeleae	<i>Ἱλαῖος s. Εἰλαῖος</i>	Delphis



Ἰμάλιος	Hierapytnae	Λαφριαῖος	in Aetolia
Ἰοβάχχιος	Astypalaeae	Λάφριος	Erinei
Ἰππιος	Rhegii		Gythei uel apud Eleuthero-
Ἰππιῶν	Eretriae		lacones?
Ἰπποδρόμιος	in Aetolia		in Phocide
	in Boeotia	Λεσχάνοριος	Larisae
	Callipoli		in Perrhaebia
	Lamiae	Λευκαθεῶν s. Λευκαθιῶν	Chii
	Larisae		Lampsaci
	in Perrhaebia	Ἀθηναῖος	Astypalaeae,
Ἰτάνιος	Cierii	Ἀθηναίων	Cii
	Larisae		Cyzici
	Metropoli		Deli
	in Perrhaebia		Ephesi
	Tauromenii		Erythris
	Thaumaciae		Lampsaci
Καλαμαιῶν	Cyzici		Myconi
	Mileti		Neapoli
	Olbiae		Perinthi
Κάρειος	Chalei		Sami
Καρνεῖος	Agrigenti		Smyrnae
	Byzantii	Λύκειος s. Λίκεος s. Λύκῆος	Byzantii
	Calymnae		Chalei
	Gelae		Lamiae
	Lacedaemone		
	Nisyri		
	Rhodi	Μαιμακτηριῶν	Athenis
	Syracusic		Cei
	Tauromenii	Μαλοφόριος	Byzantii
Καρνῖος?	Cnosi	Μαχανεῖς	Byzantii
Καφίσιος	Calymnae		Calchedone
	Coi		Corcyrae
Κλαρεῶν	Magnesiae in Lydiae oppido	Μεγαλάρτιος	Hali
Κομνοκάριος	Dreri	Μεταγειτνιῶν	Athenis
Κοούτιος	Chalei		Deli
Κουροτρόπος	in Acarnania		Ephesi
Κρονηῶν	olim Athenis		Sami
	Perinthi	Μιλτοφοριῶν	Amorgi
	Sami	Μουνιχιῶν	Athenis
Κυανοψιῶν cf. Πυανοψιῶν			
	Cyzici	Νεκύσιος	Cnosi
	Sami	Νεοκασαρεῶν	Thirae

<i>Ὀμηρεῶν</i>	Ii	<i>Πόκιος</i>	in Locride
<i>Ὀμολώιος</i> s. <i>Ὀμολῶος</i>	in Aetolia	<i>Πορνοπιῶν</i>	Lesbi
	in Boeotia	<i>Ποσειδεῶν</i> s. <i>Ποσιδεῶν</i> s. <i>Ποσνδεῶν</i>	Andri
	Hali		Athenis
	Larisae		Chii
	Metropoli		Cyzici
	in Perrhaebia		Deli
<i>Παμβοιωτίος</i>	in Boeotia		Ephesi
<i>Παναγύριος</i>	Amphissae		Erythris
<i>Πάναμος</i> s. <i>Πάνημος</i>	in Aetolia		Halicarnassi
	Amphissae		Myconi
	in Boeotia		Sami
	Calymnae		Smyrnae
	Coi		Tei
	Corinthi		Teni
	Cyzici	<i>Ποσιδεῖος</i>	Lesbi
	Deli	<i>Προκύκλιος</i>	in Aetolia
	Gambrei ?	<i>Προστατήριος</i>	in Boeotia
Heracleae	in opp. ad Sirim s.	<i>Πυανογιῶν</i> cf. <i>Κυανογιῶν</i>	
	Lamiae		Athenis
	Larisae	<i>Πυθῶιος</i>	Hali
	Megaris		Melitaeae
	Olbiae	<i>Σκιροφοριῶν</i>	Athenis
	Perinthi	<i>Σμίνθιος</i>	Rhodi
	Rhodi	<i>Σπέρμιος</i>	Cnosi
	Sami		
<i>Πανθεῶν</i>	Neapoli	<i>Ταργηλιῶν</i> u. <i>Θαργηλιῶν</i>	
<i>Παρθένιος</i>	in Elide	<i>Τανρεῶν</i>	Cyzici
<i>Πεδαγεῖτνος</i> (vos) s. <i>Πεταγεῖτνος</i> (ios)	Calchedone		Sami
	Calymnae		Sinopae
	Coi	<i>Τερφεύς</i>	Cymae
	Rhodi		
<i>Πελυσιῶν</i>	Sami	<i>Τρακίνθιος</i>	Byzantii
<i>Πυθουικιῶν</i>	Peparethi		Calymnae
<i>Πληντηριῶν</i>	Chii		Coi
<i>Ποιτρόπιος</i>	Amphissae		Rhodi
	Chalei		Therae
	Delphis	<i>Τρχαῖος</i>	Physci
	in Locride		
<i>Πόκιος</i>	Amphissae	<i>Φλιάσιος</i>	Lacedaemone
	Boei	<i>Φράτριος</i>	Cymae

<i>Φυλλικός</i>	in Perrhaebia	incerta nomina :	
<i>Χρονταῖος</i>	Lamiae	..αρ..ωβιάριος	Lati
<i>Ψυδρεὺς</i>	Corcyrae	..δάκιος	Hierapytnae
		.....ιών	Andri

---

*B. Enumerantur partes in quas anni diuidi solent.*

<i>δίμηνοι</i>	Agrigenti	<i>ἑξάμηνοι</i>	in Perrhaebia
			Pheris
<i>ἑξάμηνοι</i>	Cnidi		Teni
	Delphis		
	Gelae	<i>τετράμηνοι</i>	in Boeotia
	Hali		Erythris
	Larisae		

---

## TABU

F a s t i

Athenis:	Delphis:	apud Boeotos:	apud Thessalos:
Ἐκατομβαιῶν	Ἀπελλαῖος	8. Ἴπποδρόμιος	12. Ἴπποδρόμιος
Μεταγειτνιῶν	Βουκάτιος	9. Πάναμος	1. Πάναμος
Βοηδρομιῶν	Βοαθῶος	10. Παμβοιώτιος	2. .
Πυανοψιῶν	Ἡραῖος	11. Δαμάτριος	3. .
Μαιμακτηριῶν	Δαδαφόριος	12. Ἀλαλκομένιος	4. .
Ποσειδεῶν	Ποιτρόπιος	1. Βουκάτιος	5. ? Θεμίστιος
Γαμηλιῶν	Ἀμάλιος	2. Ἐρμαῖος	6. Ἐρμαῖος
Ἀνθεστηριῶν	Βίσιος	3. Προστατήριος	7. Λεσχανόριος
Ἐλαφηβολιῶν	Θεοξένιος	4. Ἀγριώνιος	8. Ἄφριος
Μουνιχιῶν	Ἐνδυσποιτρόπιος	5. Θιοῖος	9. Θῆος
Θαργηλιῶν	Ἡρακλεῖος	6. Ὀμολώιος	10. Ὀμολώιος
Σκιροφοριῶν	Ἰλαῖος	7. Θειλούθιος	11. ? Ἴτώνιος

incertae sedis:

## TABU

## De mediae Graeciae ciuitatum fastis, qui neque

Athenis:	Delphis:	apud Phocenses:	apud Locros:	a) Physci:	b) Tolophone:
Ἐκατομβαιῶν	1. Ἀπελλαῖος	δέκατος	δωδέκατος	Ἀπελλαῖος b)	
Μεταγειτνιῶν	2. Βουκάτιος	ένδέκατος	πρῶτος	.	
Βοηδρομιῶν	3. Βοαθῶος	δωδέκατος	δεύτερος	.	
Πυανοψιῶν	4. Ἡραῖος	πρῶτος	τρίτος	.	
Μαιμακτηριῶν	5. Δαδαφόριος	Ἀμάλιος	τέταρτος	Ἀράντος a)	
Ποσειδεῶν	6. Ποιτρόπιος	τρίτος	Διονύσιος	.	
Γαμηλιῶν	7. Ἀμάλιος	τέταρτος	έκτος	.	
Ἀνθεστηριῶν	8. Βίσιος	πέμπτος	εβδομος	.	
Ἐλαφηβολιῶν	9. Θεοξένιος	Ἄφριος	Ποιτρόπιος	.	
Μουνιχιῶν	10. Ἐνδυσποιτρόπιος	εβδομος	Πόκιος	.	
Θαργηλιῶν	11. Ἡρακλεῖος	ὄγδοος	Ἄγνείος	Ἰρχαῖος a)	
Σκιροφοριῶν	12. Ἰλαῖος	Ἀφάμιος	ένδέκατος	.	

## A I.

## Aeolici.

## Thessaliae fasti

Hali:	apud Perrhaebos:	Lamiae:	apud Eleos:
2.	12. Ἰγώνιος	8. Ἴπποδρόμιος	7. Ἀπολλώνιος
1. Ἀδρόμιος	1. .	9. Πάναμος	8. Παρθένιος
2. } ? Εὐώνιος	2. .	10. .	9. Ἀλφιῶς
3. }	3. .	11. Ἀπελλαῖος	10. .
4. Πυθoῖος	4. .	12. Βουκάτιος	11. Θυῖος
5. Ἀγναῖος	5. ? Δῖος	1. Βώμιος	12. .
6. Γενέτιος	6. Ἐρμαῖος	2. Θριξάλλιος	1. Διόσθνος?
7. ? Μεγαλάρτιος	7. Λεσχανόριος	3. Γεύσιος	2. .
8. ? Θεμιστιος	8. Ἄφριος	4. Λύκειος	3. Ἐλάφιος
9. ? Ὀμολώιος	9. Ὀμολώιος	5. Θῖος	4. .
10. .	10. Ἴπποδρόμιος	6. Ἄρρεος	5. .
11. .	11. Φυλλικός	7. Χρυτταῖος	6. .
(?) Ἰγώνιος?	Ἀπολλώνιος		

## A II.

cum Aeolicis neque cum Doricis possunt coniungi.

Amphissae:	Chalei:	a) Tritaeae: b) Anticyrae:	apud Aetolos:	a) Erinei: b) Boei:
2. Πάναμος	Ἀπελλαῖος	.	11. .	.
1. Ἀγραστωνῶν	Κάρειος	.	12. Πάναμος	Βουκάτιος a)
2. .	.	.	1. Προκύνκιος	1. Ἀρχοστάσιος a)
3. .	Κοοῦτιος	.	2. Ἀθαναῖος	.
4. [Βουκά]τιος	.	.	3. Βουκάτιος	.
5. Παναγῆριος	.	Γιγάντιος a)	4. Δῖος	.
6. Γιγάντιος	.	Διονύσιος b)	5. Εὐθναῖος	.
7. .	Λύκειος	.	6. Ὀμολώιος	.
8. Ποιτρόπιος	Ποιτρόπιος	.	7. Ἐρμαῖος	Λάφριος a)
9. Ποιτρόπιος	.	.	8. Διονύσιος	Πόκιος b)
10. Πόκιος	.	.	9. Ἀγύειος	.
11. Ἀμών	Ἀπίλλωνος μῆν	.	10. Ἴπποδρόμιος	.

TAB  
F a s t

Athenis:	Delphis:	a) Lacedaemone: b) Heraclaeae: c) Therae: d) Cnidi:	a) Corinthi: b) Corcyrae: c) Syracusis:	Tauromenii:	a) Megaris: b) Calchedoni: c) Byzantii: d) Chersonesi:
Ἐκατομβαιῶν	Ἀπελλαῖος	10. Ἡράσιος a)	.	7. Ἰώνιος	Ἀργιάνσιος e)
Μεταγειτνιῶν	Βουκάτιος	11. Καρνείος a)	Καρνεῖος c)	8. Καρνείος	Καρνεῖος c)
Βοηδρομιῶν	Βοαδῶος	12. Πάναμος b)	Πάναμος a)	9. .	Πάναμος a)
Πυανοσιῶν	Ἡραῖος	1. ? Ἀπελλαῖος b)	.	10. Δάλιος	Μαλοφόριος e)
Μαιμακτηριῶν	Ἀδαφόριος	2. ? Βαδρόμιος d)	.	11. Ἀπολλώνιος	Μαχανεύς b) c)
Ποσειδεῶν	Ποιτρόπιος	3. ? Διῶσθνος c)	.	12. Δνωδεκαταῖος	Πεταγείτιος b)
Γαμηλιῶν	Ἀμάλιος	4. Ἐλεσίνιος c)	11b. Μαχανεύς b)	1. Ἀρτεμίσιος	Διονύσιος b) c)
Ἄνθεστηριῶν	Βύσιος	5. Δελφίνιος c)	Εὐκλείος b)	2. Διονύσιος	Εὐκλείος c)
Ἐλαφβολιῶν	Θεοξένιος	6. Ἀρτεμίτιος a) c) d)	Ἀρτεμίτιος b)	3. .	Ἀρτεμίσιος e)
Μουνιχιῶν	Ἐνδυσπιτρ.	7. Γεράστιος a)	.	4. .	Ἀνέκιος c)
Θαργηλιῶν	Ἡρακλεῖος	8. Φλιάσιος a)	.	5. .	.
Σκιροφοριῶν	Ἰλαῖος	9. Ἐκατομβεύς a)	.	6. Ἀπελλαῖος	Ῥακίνθιος e)
	incertae sedis:		Ψυδρείς b)	Εὐκλείος	

TAB  
F a s t

Athenis:	Deli:	Teni:	a) Myconi: b) Ceî: c) Naxi:	a) Andri: b) Pari: c) Amorgi:	a) Mileti: b) Olbiae: c) Sinopae d) Cii: e) Apolloniae:
Ἐκατομβαιῶν	7. Ἐκατομβαιῶν	? Ἀπελλαιῶν	Ἐκατομβ. a) c)	1. Μιλτοφοριῶν c)	.
Μεταγειτνιῶν	8. Μεταγειτνιῶν	Ἡραιῶν	.	2. Ἡραιῶν ? c)	.
Βοηδρομιῶν	9. Βουφονιῶν	Βουφονιῶν	.	.	Βοηδρομιῶν b)
Πυανοσιῶν	10. Ἀπατουριῶν	Ἀπατουριῶν	Μαιμακτηριῶν b)	.	Ἀπατουριῶν b)
Ποσειδεῶν	11. Ἀρησιῶν	Ποσειδεῶν	Ποσιδεῶν a)	Ποσιδεῶν a)	.
Γαμηλιῶν	12. Ποσειδεῶν	Ποσειδεῶν	Ἀρησιῶν a)	.	Ἀρησιῶν d)
Ἄνθεστηριῶν	1. Ἀθηναίων	Ἀνθεστηριῶν	? Βακχιῶν a)	Ἄνθεστηρ. b) c)	Ἄνθεστηρ. b) d)
Ἐλαφβολιῶν	2. Ἱερός	.	.	.	Ταυροῶν c)
Μουνιχιῶν	3. Γαλαξιῶν	Ἀρτεμισιῶν	Ἀρτεμισιῶν c)	.	Καλαμασιῶν a) b)
Θαργηλιῶν	4. Ἀρτεμισιῶν	Ἀρτεμισιῶν	Θαργηλιῶν ? c)	Θαργηλιῶν b) c)	.
Σκιροφοριῶν	5. Ταργηλιῶν	Ταργηλιῶν	.	.	Πάνημος b)
	6. Πάνημος	? Ἐλειθναίων	.	.	.
	incertae sedis:		Ἐρμαιῶν b)		

## A III.

## ) orici.

Astypalaeae:	a) Argi:	a) Coi:	a) Lati:	a) Cnosi:	a) Olunte:
	b) Troezenae:	b) Nisyri:	b) Hierapytnae:	b) Priansi:	b) Bianni:
	c) Calauraeae:	c) Calymnae:		c) Dreri:	
	d) Aeginae:	d) Rhodi:			
	e) Sicyone:	e) Gelae:			
		f) Agrigenti:			
1. } ? Εὐκ[λει]ος?	Ἄρνεϊος a)	Ἀργιάντιος a) c) d)	? Ἰμάλιος b)	Ἀρομίτιος b)	.
.	.	Καρνεϊος b) c) d) e) f)	.	.	.
.	.	Πάναμος a) c) d)	Θεσμοφόριος a)	Νεκίστιος a)	Ἀπελλάϊος a)
.	.	Ἄλσειος a) c)	Θεσμολαῖος a)	? Κοινοκάριος c)	Ἡραῖος a)
.	.	Θεσμοφόριος d)	.	.	.
.	.	Βαδρομίος a) c) d)	.	.	.
.	.	Καψίστιος a) c)	.	.	.
.	.	Διόσθριος d)	.	.	.
Ἀθηναϊοβάκχιος	Ἐρμαῖος a)	Θενδαίσιος a) c) d)	.	.	.
Ἰοβάκχιος	Δελφίνιος d)	Πεταγεῖτινος a) c) d)	.	.	.
	Δαΐσιος e)				
Ἀρταμίτιος	Ἀρτεμισίος c)	Ἀρταμίτιος a) c) d)	Θιοδαΐσιος a)	Σπέρμιος a)	Ἐλευσύνιος a) b)
.	Γεραΐστιος b)	Γεράστιος a) c)	..αρ..ωβιάριος a)	Καρ.νιος a)	Δελφίνιος a)
.	.	Σμίνθιος d)	.	.	.
.	.	Δάλιος a) c) d)	.	.	.
.	.	Ῥακίνθιος a) c) d)	.	.	.
			...δάκιος b)		

## A IV.

## ) n i c i.

Cyzici:	a) Ephesi:	a) Erythris:	a) Chii:	a) Sami:	Halicarnassi:
	b) Prienae:	b) Smyrnae:	b) Lampsaci:	b) Perinthi:	
	c) Tei:			c) Patmi:	
	d) Iasi:				
Πάνημος	.	.	.	? Πελευσιών a)	.
.	Μεταγεῖτινιῶν a)	.	.	Μεταγεῖτινιῶν a)	.
.	Βοηδρομιῶν b)	.	1b. Βαδρομιῶν a) b)	.	.
Κυανοψιῶν	.	.	.	Κυανοψιῶν a)	.
Ἀπατουρεῶν	Ἀπατουριῶν d)	.	.	Ἀπατουριῶν a)	.
Ποσειδεῶν	Ποσειδεῶν a) c)	Ποσυδεῶν a) b)	12a. Ποσειδεῶν a)	Ποσειδεῶν a)	Ποσειδεῶν
Ἀθηναίων	Ἀθηναίων a)	Ἀθηναίων a) b)	Ἀθηναίων b)	Ἀθηναίων a) b)	
Ἀνθεστηριῶν	Ἀνθεστηρ. a) b)	Ἀνθεστηρ. a) b)	.	Ἀνθεστηρ. a)	Ἀνθεστηριῶν
	? Ἀφροδισιῶν d)	.	.	.	.
Ἀρτεμισιῶν	Ἐλαφθολιῶν d)	.	.	Τανρεῶν a)	.
Τανρεῶν	Ἀρτεμισιῶν a)	Ἀρτεμισιῶν a)	Ἀρτεμισιῶν a) b)	Ἀρτεμισιῶν c)	Ἀρτεμισιῶν
Θαργηλιῶν	Θαργηλιῶν a)	.	Πλυντηριῶν a)	Πάνημος a) b)	? Ἡρακλείος
Καλαμιαίων	.	Ἐκατομβαιῶν b)	Λευκαθιῶν a) b)	Κρονιῶν a) b)	.
	Ἀγνητιῶν a)	.	.	.	Ἐλενθεριῶν
	Γηφοριῶν d)	.	.	.	Ἐρμαῖων

### Addenda et corrigenda.

‘*Θειονίον*’ quam in inscriptione Boeotia Bull. VIII (1884) p. 66 u. 2 induxerat formam in ‘*Θιούιον*’ esse corrigendam Latschewius ipse Bull. l. c. p. 351 monuit; qua de causa hui. diss. p. 344 u. 11sq. uerba ‘*Θειούιος*’ Bull. VIII (1884) p. 53 sqq. I, 10<sup>b</sup>’ sunt delenda.

P. 346 u. 7 lege pro ‘392, 2’ ‘329, 2’.

P. 348 sq. ‘*Ἀλφιῶος*’, non ‘*Ἀλφιῶος*’ est scribendum.

P. 349, 2 pro uoce *Παρονοπίας* scribe *Πορονοπίας*.

P. 361 u. 3 ‘*Triteae*’, non ‘*Tritaeae*’ est scribendum; cf. Dittenbergeri Syllog. inscriptt. Graec. p. 644, 4.

P. 374 u. 22 legendum est ‘b)c) *Διονύσιος*’, non ‘c) *Διονύσιος*’.

De Cumanudei tituli argumento (cf. hui. diss. pp. 376 sqq. 400 sq.) inspicienda est Darestii commentatio ‘sur la *συγγραφή* en droit Grec et en droit Romain’, quae nuperrime Bull. VIII. p. 362 sqq. in lucem prodit.

P. 398 u. 25 reponendum est in *ἑξαμήνου* locum uocabulum *τετραμήνου*.

---



LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ACHTER BAND.

---

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1885.



# INHALT.



	Seite
ERNESTUS GRAF, Ad aureae aetatis fabulam symbola . . . . .	1
CAROLUS ALBERTUS BAPP, De fontibus quibus Athenaeus in rebus musicis lyricisque enarrandis usus sit . . . . .	85
J. H. LIPSIUS, Zu Thukydidens II, 2 . . . . .	161
HENRICUS HEYDEN, Quaestiones de Aelio Dionysio et Pausania Atticistis Etymologici Magni fontibus . . . . .	171
OTTO IMMISCH, De glossis lexi Hesychiani Italicis . . . . .	265
O. RIBBECK, Zu des Aristophanes Acharnern . . . . .	379
— Zu Sophokles' und Euripides' Elektra . . . . .	382
— Die Medea des Neophron . . . . .	386
Schlusswort . . . . .	390





AD

AUREAE AETATIS FABULAM SYMBOLA

SCRIPSIT

ERNESTUS GRAF.



Duas de uetustissimo hominum genere opiniones inter se contrarias apud ueteres scriptores offendimus, quarum altera poetarum magis propria illi uel uitae maxima iucunditate uel summa morum praestantia insignes fuisse finguntur, altera, quam historiae potissimum scriptores atque philosophi amplexi sunt, ex rudi statu paulatim ad meliora prouecti esse statuuntur. Quae uel singulae uel contaminatae inter se confusae apud omnis generis scriptores passim obuiam fiunt.

Homerus sane, in cuius carminibus sui aevi quasi felicissimi imaginem expressam uidemus, ut Lobeckii uerbis utar, priscae aetatis melioris imaginem, quae miserae praesentis uitae taedio deberi solet, nusquam praebet; nisi exiguum huius rei uestigium in eo quaeras, quod et sui temporis uiribus eas, quas in carmine ponit, aequiperari negat (*E* 304 al.) et rursus Nestorem (*A* 272) eodem nomine duces Troicos cum suae iuentutis aequalibus comparantem facit, uirtutem igitur inde a uetustissima memoria gradatim imminutam uidetur fingere. Sed ut ut est, Homeri carmina in aureae aetatis fabulam inquirenti minime praetereunda sunt, quia et a posterioribus colores, quibus auream felicitatem depingerent, ab Homero interdum petebantur et ipse Homerus uel interpretando uel interpolando eiusmodi coloribus instruebatur. In Iliade Thracum Hippemolgorum lacte uescentium et Abiorum iustitia summa insignium commemoratio (*N* 5) ansam dabat ad omnia in hos populos conferenda, quae aureis hominibus alibi tribuuntur. *Μαζροβίους* fuisse scholiasta dicit, quod aureorum hominum iam apud Hesiodum proprium fuisse infra probabimus; terram uictum *ἄφθορον* sua sponte ferentem Aeschylus (frg. 190 N.) eis

dat, carniū esu abstinētes, sicut Pythagoreorum, Theophrasti aliorumque aurei homines, ab Ephoro fingebantur <sup>1)</sup>; idem bonorum communione usos esse contendit, quam in aurea aetate Vergilius (ge. I, 126 sq.) ponit. Sibyllinorum denique oraculorum auctor ipsos aureos homines Homeri uerbis *δικαιοτάτους ἀνθρώπους* appellat (I, 88). Atque eo facilius aureae aetatis propria in iustissimos illos homines transferre poterant, memores Iustitiae auream aetatem regentis, quam fabulam Arato multo uetustiore esse ipse Aratus testatur (*λόγος γε μὲν ἐντρέχει ἄλλος ἀνθρώποις* q. sq. phaen. 100). Praeter Abios *χρυσὴν Ἀφροδίτην*, quae in Iliade saepe occurrit, alicuius momenti fuisse ad auream aetatem exornandam infra probare conabimur.

Plures Odysseam colores, quibus aurea felicitas instruat, praebere consentaneum est, quippe quae in fabulosis rebus multum uersetur. Sic, quae Menelaus δ 85—89 de Libya narrat:

— *Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κερασὶ τελέθουσιν.  
τρὶς γὰρ τίττει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.  
ἐνθα μὲν οὔτε ἀναξ ἐπιδευῆς οὔτε τι ποιμήν  
τυροῦ καὶ κρειῶν οὔδ' ἔγλυκεροῖο γάλακτος,  
ἀλλ' αἰὲν παρέχουσιν ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι,*

quamquam non prorsus ficta continent (cf. de ouibus statim cornutis, quae Ameisius in appendice affert), fabulosum tamen habent triplicem illum singulis annis ouium partum. Nam altera interpretatio uide Eust. 1485, 18, qua non easdem oues ter anno peperisse, tribus tamen anni temporibus partus factos esse statuitur, artificiosior est. In memoriam autem horum uersuum reuocamur, cum apud Hesiodum legimus homines aureos *ἀφνειοὺς μήλοισι* fuisse (op. 120) et in beatorum insulis simili miraculo terram *καρπὸν τρὶς ἔτεος θάλλοντα* tulisse (ib. 172). Platonem uero, qui leg. 679 A de priscis hominibus narrat: *γάλακτος καὶ κρειῶν οὐδαμῶς ἐνδεεῖς ἦσαν*, non immemorem fuisse Homeri uersuum crediderim. Magna deinde inter Phaeaces et homines aureos similitudo intercedit. Alcinous η 201 sq. de deis narrat:

1) Vide Eichhoffum in annal. paed. uol. CXX de aureae aetatis fabulis disputantem p. 585.



αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς  
 ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν ἀγαλλεῖτας ἐκατόμβας,  
 δαίνυνται τε παρ' ἅμμι κατ' ἡμέμενοι ἔνθα περ  
 ἡμεῖς,

aurea autem aetate apud Hesiodum (frg. 187 Fl.)

ξυναὶ . . . δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι  
 ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.

et sicut Phaeaces θεοῖς ἐγγύθεν εἶναι gloriantur (η 205), Hesiodus uetustissimae aetatis descriptione illustraturum sese dicit,

ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρώποι.

Quod porro hortis Alcinoi (η 119) sicut Elysio (δ 567) continui Zephyri flatus tribuuntur, Olympus autem (ζ 43) nec uentis neque imbribus uexari, sed puro et lucido aere semper circumdari dicitur: iam Plato gratam caeli temperiem, qua aurei homines fructi sint, commemorat, cum pol. 272 A de eis narrat: τὸ τῶν ὠρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατό. Similes Vergilius colores primae mundi hominumque aetati tribuit, qui ge. II, 336 sq. antecedente ueris descriptione narrat:

non alios prima crescentis origine mundi  
 inluxisse dies aliumue habuisse tenorem  
 crediderim: uer illud erat, uer magnus agebat  
 orbis et hibernis parcebant flatibus euri.

Ouidius met. I, 107 aureae aetatis Zephyros commemorat et fast. V, 197 sq. Floram, Zephyri uxorem, aeterno uere fruentem olim campi felicitis nympham fuisse fingit, ubi 'audis rem fortunatis ante fuisse uiris'.<sup>1)</sup>

Terram denique αὐτομάτην fruges ferentem (cf. Hes. op. 117), quod tam proprium aureae uitae est, ut tota huius uitae con-

1) Non minus Olympicae et aureae uitae maximam similitudinem offendimus, si, quae Pindarus frg. 143 de deis praedicat:

ῥεῖνοι γὰρ τ' ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι πόνων τ' ἄπειροί

cum Hesiodi aureis hominibus comparamus, qui ἄτερ νόσων ἀργαλέων' (u. 92) degunt et u. 105:

νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ οἴζυτος οὐδέ τι δειλὸν  
 γῆρας ἐπῆν'.

dicio *αὐτόματος βίος* appelletur (Plat. pol. 271 c), in *Odyssea* Cyclopes possident, qui

*οὔτε φρυτεύουσιν χερσὶν φυτόν οὔτ' ἀρόωσιν,  
ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,  
πυροὶ καὶ κριθαὶ ἧδ' ἄμπελοι* q. sq. (ι 108 sq.).

Quae Homeri uerba ad ipsam auream aetatem Lucianus (uel poeta aliquis, quem nouerat) transfert, nam in epistula I ad Saturnum § 20 dicit: *καίτοι ἀκούω τῶν ποιητῶν λεγόντων, ὡς τὸ παλαιὸν οὐ τοιαῦτα ἦν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα σοῦ ἔτι μοναρχοῦντος, ἀλλ' ἢ μὲν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφρυνεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ*. Ipsa uero aetas aurea ab Homero non commemoratur et eorum quoque locorum, ubi felicitas aurea depingitur, sunt quos recentiore demum aetate huius imaginis magis studiosa insertos esse probabiliter homines docti statuerint (cf. δ 565 sq. ζ 41 sq. η 103 sq.).

Transimus ad praecipuum omnium aureae aetatis descriptionum fontem, ad Hesiodi Opera et Dies, ubi u. 109—120 aurea aetas quinque aetatum prima describitur. Fontem praecipuum eo magis licet appellare, quod apud Hesiodum ampliolem olim hunc locum fuisse ex aliorum scriptorum locis apparet, ut plura ei uideantur deberi, quam quae nos comparando ostendere possumus. Sic u. 120, quo illi ouibus abundasse et deis amici fuisse narrantur, Diodoro totum hunc locum laudanti debemus, cum ab omnibus Hesiodi codicibus absit. Duos uersus de communibus deorum hominumque prisca aetate epulis Origenes affert (frg. 187 Fl.), qui in eo, quem habemus, Hesiodi contextu non apparent. Hinc profecti uerba u. 108 *ὡς ὁμόθεν γεγάσι θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρωποὶ* non tam eiciemus, quam ex ampliore communis deorum hominumque originis (cf. Plat. Prot. 322 A) explicatione sola restituisse statuemus. Ac licet rerum apud Hesiodum olim exstantium, nunc perditarum numerum una augere. Iosephus enim (cuius locum a Goëttlingio inter Hesiodi fragmenta non inuenio adlatum) arch. I, 3, 9 narrat: *Ἡσιόδός τε καὶ Ἐκαταῖος* q. sq. . . . *ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια*. Diuturnam igitur uitam ab Hesiodo aureis hominibus tribui non colligere tan-

tum cum Welckero (Gr. Goetterl. I 723) inde oportet, quod argenteorum multo deteriorum sola infantia centum annos implebat (u. 130), sed apertis uerbis hoc ipsum — mille annos eos uixisse — uidetur olim apud Hesiodum exstitisse.<sup>1)</sup> Hoc uel ob ipsam illam, quae sequitur, centennis infantiae commemorationem ueri simile est. Fulcitur autem Iosephi testimonium imitationibus horum Hesiodi uersuum. Velut Orphicorum Argonauticon auctor, quae Hesiodus de aureis hominibus narrat, ad Macrobios rettulit. De quibus u. 1113 sq. narrat:

οἱ δὲ πολέας ζώουσ' ἐνιαυτούς,  
 δώδεκα χιλιάδας μηνῶν ἑκατονταετήρων  
 πληθούσης μήνης, χαλεπῶν ἔκτοσθεν ἀπάντων·  
 αὐτὰρ ἐπὴν μῆκος τὸ πεπρωμένον ἐξανύσωσιν,  
 ὕπνω ὑπὸ γλυκερῷ θανάτου μάρπτουσι τελευτήν.

cf. Hesiodi u. 115 sq.:

τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἀπάντων,  
 θνήσκον δ' ὡς ὕπνω δεδμημένοι.

Viuent autem per eundem annorum numerum Macrobbii atque homines aurei, magnitudo tantum annorum uulgarem modum egreditur, cum singuli menses centenis annis constant.<sup>2)</sup> Item in Oraculis Sibyllinis (I, 69 sq.) apertam Hesiodi imitationem cum longi aei commemoratione artissime iunctam inuenimus. Narratur enim de priscis hominibus:

οἷσι πολυχρόνιον ἦμαρ  
 ὄπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον· οὐ γὰρ ἀνίαις  
 τειρόμενοι θνήσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνω.

Alteram de prisca feritate opinionem Hesiodus ne ibi quidem profert, ubi de Prometheo narrat (theog. 510 sq., op. 48 sq.); quae fabula Aeschylō huius sententiae multis uer-

1) Neque enim credo soli conclusioni ex u. 130 factae etiam, quae Iosephus referat, deberi, quae uidetur Kinkelii sententia esse frgm. epic. I p. 166.

2) Neque enim artificiosae Hermannii interpretationi adstipulari possum, qui annos denis mensibus constantes respici opinatus *χιλιάδας μηνῶν ἑκατονταετήρους* scribit, duodecim igitur eiusmodi chiliadibus MCC annos effici computat.

bis exponendae ansam dabat. Immo altero horum locorum (op. 90 sq.) de beata uita, quae ante Prometheus fuerit, uerba facit:

*πρώτην μὲν ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων  
νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῦ πόνου  
νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.*

Attamen ne illam quidem feritatis priscae imaginem Hesiodi temporibus ignotam fuisse, si ceteras eius aetates considerauerimus, apparebit.

Etenim inaequalitatem quandam in quinque illis aetatibus inesse, quippe quae non continuo ordine a melioribus ad deteriora progredierentur, iam ueteres senserunt et reducto numero eam sanare studebant. Duo autem sunt, in quibus offendatur, primum quod maxima iam secundae aetatis nequitia est neque augetur tertia, sed colores tantum alios induit, alterum, quod in medio ad nequiora descensu post secundae et tertiae aetatis impietatem et ferociam heroes quarto loco inseruntur. Religiose Babrius Hesioidea seruauit, qui prooemii fabularum initio quinque aetates breuiter enumerat:

— — — —  
*τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν ἐγένεθ' ἣ γε χαλκείη,  
μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ διὰν ἡρώων,  
πέμπτη σιδηρῇ.*

Nec minus auctor tertiae decimae, quae Iuuenalis fertur, saturae, quamuis in depingenda aurea aetate ingenio suo indulgeat (u. 48 sq.), his tamen (u. 28—30):

nunc aetas sequitur peioraque saecula ferri  
temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa  
nomen et a nullo posuit natura metallo —

artissime se ad Hesiodum applicat. Nam nouerat sine dubio uersus interpolatos 179—181:

*ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίζεται ἔσθλὰ κακοῖσιν.  
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,  
εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολλοχρόταφοι τελέθουσιν q. sq.,*

quibus quinta aetas, quamquam uerbis non nimis dilucidis, in quintam et sextam distribuitur. Sextae nimirum nomen apud

Hesiodum non inueniebatur, id quod satiricus ille suo modo explicare studet. Fortasse ne Theophrastus<sup>1)</sup> quidem sine consilio pietatis corruptionem inde a prisca aetate quinque gradibus progressam fingit.

Ceteri uero immutare Hesioidea non uerebantur. Ouidius met. I, 89 sq. quartam aetatem omittit, quia heroes nullo modo tertiae aetatis hominibus deteriores fingi poterant, et in ceteris quattuor ordinem quendam uirtutis gradatim imminutae constituit, quamquam non facile hoc ei cecidisse in breuissima tertiae aetatis descriptione ('Saeuior ingeniiis et ad horrida promptior arma, non scelerata tamen') cernitur. Continuum corruptionem quinque gradibus progredientem Octauiae auctor (u. 392 sq.) Ouidium ceteroquin imitatus (cf. 'sanctum tamen' in tertia aetate) describere temptauit; sed in distinguenda aetatum natura multo infelicior illo fuit. Quattuor aetates alii ideo statuerunt, quia totidem ab Hesiodo metallorum nominibus instructae erant. Conferas Probi uerba ad Verg. ecl. 4, 4: 'Hesiodus in libris suis quattuor saeculorum facit mentionem' et paulo supra 'Cumaei carminis] a Sibylla, quod Cumana et et post quattuor saecula *καλιγγενεσίαν* futuram cecinit' cum simillima Seruii adnotatione hac: 'ultima Cumaei uenit iam carminis aetas] Sibyllini, quae Cumana fuit et saecula per metalla diuisit'.

Aratus amplius reducto numero tres tantum reliquit aetates et, cum apud Hesiodum Verecundia et Nemesis post quintam aetatem effugiant, quae apud Aratum illis accurate respondet Iustitiae fuga (nam apud utrumque scelerum commemoratio antecedit, cui formula *καὶ νότῃ* fugae narratio annectitur) iam aeneam aetatem sequitur. Tres aetates, quarum ultima ferrea sit, Horatius (epod. 16, 63 sq.) et Iuuenalis (sat. 6, 23) nouerunt, Iustitiae autem fugam Ouidius, Hesiodi et Arati narrationes quodammodo exaequans (met. I, 150), post ferream ponit.

Simplicissima denique fabulae forma est, ut duae tantum aetates ponantur, bona et mala. Ad quam simplicitatem Vergi-

1) Ap. Porph. de abst. II, 27 in., quae ex Theophrasto fluxisse Bernaysius probauit, cf. infra.

lius redit, cum Aen. VIII, 326 a 'deteriore ac decolore aetate' auream excipi fingit, ferream nimirum significans. Neque enim inusitatum fuisse solam ferream aureae opponere Cassius Dio quoque ostendit, qui, ut ineptum Commodi praeceptum regni sui aureae aetatis nomine appellandi (LXXII, 15) castiget, cum ad eius regni memoriam transit (LXXI, 36), ab aureo regno dicit ad ferreum et rubigine infectum et tunc Romanorum res deuenisse et nunc historiam suam descendere. Item duas aetates ponit Maximus Tyrius diss. 36, 2: *ἔμοι δὲ ὁ μῦθος . . . προῖὸν παραβαλλέτω βίον βίῳ, τῷ προτέρῳ τὸν δεύτερον, εἴτε σιδηροῦν τις αὐτὸν εἴτε καὶ ἄλλη πη ὀνομάζων χαιρεί*, et in sequentibus de duplici tantum uita uerba facit. Nec plures agnoscit Ausonius, cum ep. 16, 27 sq. Probum his laudat:

generi hic superstes aureo  
satorque prolis aureae  
conuincit Ascræum senem  
non esse saeculum ferreum.

Gradationem uero inter eos, qui plures duabus aetates statuebant, Aratus ita intulit, ut inter continuam Iustitiae praesentiam et effugium eius raram argenteo saeculo praesentiam interponeret. Iuuenalis autem 6, 23 inter primam aetatem innocentem et ferream omnium scelerum genetricem argentea moechos primos prodiisse fingit, ut hoc probrum uetustissimum et tamquam fons ceterorum omnium uideatur. Theophrastum denique parem secundae et tertiae Hesiodi aetatum nequitiae magnitudinem non ita emendasse, ut illam hac superari fingeret, sed temporis discrimine sublato populos duos significari credidisse, qui possent eodem tempore uixisse, infra probabimus.

Sicut ueteres in tollenda Hesiodi loci inaequalitate in uarias partes abibant, ita recentiorum in explicanda maxima fuit iudicii diuersitas et controuersia. Non ab initio aetatum fabulam talem fuisse, qualem Hesiodus exhibet, sed contaminatione aliqua, quam habet, formam accepisse pauci sunt, qui negent. Solutus C. F. Ranke (de Hes. Op. et Dieb. comm. p. 35) continuam crescentis infelicitatis seriem inesse putat et de malis,

quibus heroica quoque aetas laborauerit, nos admonet. Qua in re etsi cum Simonide consentit, qui frg. 36 narrat:

οὐδὲ γὰρ οἱ πρότερόν ποτ' ἐπέλοντο  
 Θεῶν δ' ἐξ ἀνάγκων ἐγένονθ' υἱες ἡμίθεοι  
 ἄπονον οὐτ' ἄφθιτον οὐτ' ἀκίνδυνον βίον  
 ἐς γῆρας ἐξίζοντο τελέσσαντες,

tertia tamen aetatis prauitas moribus potissimum hominum continetur, quibus nequiores heroum mores depingi nemo contendet, nec malorum insignium, quibus laborauerint, Hesiodus ipse mentionem facit. Flachius autem (cum Lobeckio Agl. 794) bonorum malorumque temporum uices intellegit, cum et quarta aetate a deterrima ad bonam redeatur et u. 175: 'ὄφειλον . . . ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι' sexta melior significetur. Sed posteriorum philosophorum anni magni continuum aetatum orbem referentes Hesiodo uixdum noti erant et 'aliquando meliorem sobolem successuram esse spe potius praesumi ab Hesiodo, quam ex orbe aetatum in se remeantium concludi' recte Lobeckius l. l. monet. Quamobrem, quin in partes initio segregatas diuidenda sit quinque aetatum series, non dubito.

Sed quomodo diuidenda sit, rursus dissentiunt homines docti (enumerati a Flachio in adn.). Sunt, qui I—III et V utpote metallorum nominibus instructas postea inserta IV interruptas credant, sunt qui I—III postea IV et V auctas esse putent, sunt qui I, II et III—V diuidant. Ac mihi quidem omnes probabilitatis numeros Bambergeri sententia habere uidetur, qui opusc. p. 253 sq. de Hesiodi aetatibus disputat. Is enim priores duas aetates philosophicum de prisco tempore mythum cum daemonologia quadam coniunctum continere censet, tribus posterioribus historicam omnium temporum inde a primordiis explicationem temptari. Ac re uera priores duae per se stare possunt, cum et beatae et nefastae uitae imaginem praebeant; argentea igitur aetas ut huius ordinis posterior ferreae alterius ordinis postremae quodammodo respondet. Quod etiam in singulis cernitur, utrique enim deos negligentem et sibi inuicem nocentes describuntur (cf. Rankium p. 37). Nec uetari nos sic dirimere metallorum nominibus certos gradus

praebentibus Bambergerus recte explicat. Nam quattuor haec nomina non esse uno tempore aetatibus indita certum est. Prisca aetas sola accepit aureae nomen, quo nomine praestantia eius significabatur; non de uitae praestantia, sed de materia, qua priscos usos esse statuebant, ei qui alteram de priscis hominibus opinionem sequebantur, aeneae aetatis nomen sumebant. Contaminatis demum duobus aetatum ordinibus prioris altera, quae ab initio aureae prorsus contraria fuit, argenteae nomen accepit. Bambergeri argumentis unum non leuis momenti accedere mihi uidetur, quod u. 145 aenei homines ἐξ μελιᾶν orti esse feruntur. Primi enim hominum generis arborea origo non solum Vergilio (Aen. VIII, 313) et Iuuenali (6, 11) nota est, sed in Graecorum quoque fabulis uestigia huius opinionis exstant, de qua Prellerus in Phil. uol. VII p. 13 sq. disputat.

Duae igitur contrariae de hominum primordiis opiniones ita contaminatae apud Hesiodum exstant, ut prisca feritas beatitudini priscae quasi status posterior subiuncta sit. Inuerso quoque ordine easdem ita copulatas inuenimus, ut feritas primo loco ponatur et post hanc fuisse Saturniam illam uitam praecipue beatam statuatur. Sic apud Vergilium Aen. VIII, 314 sq. Saturnus rudes antea Latinos componendo et mansuefaciendo aurea saecula inducit. Eademque latet contaminatio in Stoicorum doctrina de sapientibus aurea aetate homines erudentibus atque instruentibus, cf. Posidonium ap. Sen. ep. 90, 5 sq.<sup>1)</sup> Atque eo difficilius est discernere duas illas imagines, quia eisdem interdum coloribus et feritas et beatitudo prisca depingitur. E. gr. Lucretius V, 925 sq. priscos homines miseros et more ferarum uiuentes narrat 'glandiferas inter quercus' corpora curasse, et Horatius sat. I, 3, 100, ubi illud 'mutum et turpe pecus' describit, item glandium esum commemorat; apud Ouidium uero in media beatae aureae aetatis descriptione met. I, 106 idem cibi genus ad felicitatem huius uitae conferre uide-

1) Audacius *Αυτικός* aliquis in Tzetzae scholio ad Hes. op. 92 diuersas opiniones coniungere studet, qui dicit miserrimos tunc fuisse, sed quia nescierint, quae paterentur, ideo potuisse a poeta felices praedicari.



mus. Legibus dandis Saturnus apud Vergilium Aen. VIII, 314sq. feritatem priscam legibus carentem aureo saeculo mutavit; idem poeta Aen. VII, 203 in legum absentia Saturniae gentis laudem ponit.

Sed ut ad eum reuertamur, qui primum confundendi has duas fabulas exemplum dabat, segregatis apud Hesiodum contrariis de prisca aetate sententiis unus locus suam lucem accipit, u. 146 dico, ubi de aeneis hominibus narratur: *οὐδέ τι σῖτον ἦσθιον*. Unde profecti fuerunt qui abstinentiae animalium laudem iam ab Hesiodo aureae aetati tribui crederent. Velut Goettlingius explicat: *non contenti erant frugibus, sed carne etiam uescebantur*; et fortasse iam Aratus, qui aeneam aetatem his describit:

*οἱ πρῶτοι καζόρεγον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν  
εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.*

haec ipsa Hesiodi uerba de carniū abstinentia intellegenda censuit. Sed si re uera Hesiodus aeneos homines carniū uescentes opponere uoluisset antecedentibus generibus eis abstinentibus, necesse erat in priorum aetatum descriptione abstinentiam carniū aliquo modo significari. Quod ibi nusquam factum est. Immo aurea aetate u. 115 lautis conuiujs delectabantur, quae uix Hesiodus ita comparata fuisse cogitabat, ut animalium nihil apponeretur. Secundae autem aetatis hominibus u. 136 uitio uertitur, quod noluerint *ἔρδειν μαζάρων ἱεροῖς ἐπὶ βομοῖς*. Ubi si poeta de immolandis hostijs cogitari noluisse, uix posuisset uerbum *ἔρδειν*, quod et in Homeri carminibus saepissime cum hecatombis coniungitur et in ipsis Operibus de hostijs sacrificandis usurpatur u. 336:

*καθ' δύναντιν δ' ἔρδειν ἱερῷ ἀθανάτοισι θεοῖσιν  
ἀγνώως καὶ καδαρωῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μυρία καίειν.*

Neque porro ipse per se locus de carniū abstinentia abolescente intellegi potest. Nam quae his uerbis opponuntur: *ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον ζρατερόφρονα θυμόν* q. sq. de hac re nihil continent. Immo ex his sequitur uerba *οὐδέ τι σῖτον ἦσθιον* intellegenda esse de mansueta agricolarum uita a bellicoso genere aliena. At uero, si ab initio coniunctae fuissent Hesiodi

aetates, hoc eum finxisse ponendum esset: terram, quae prima aetate fruges sua sponte profudisset, tum desiisse profundere neque homines, ut gignere pergeret, cultura effecisse; sin cum Bambergero aeneos homines primos aliquando fuisse credimus, id tempus significari statuemus, quo fruges nondum omnino norant homines, herbis igitur atque glandibus uescabantur, ut cum posterioris temporis poetis loquamur. Rudi autem primae aetati frugum ignarae secunda, quae fruges norit, ut mansuetior opponitur etiam a Theophrasto ap. Porph. de abst. II, 5. 6. Item Hyginus (frg. 6 HRF Pet.) de 'rudi ante fruges cognitae uictu', qui ante Saturnum fuerit, loquitur. Hoc certum uidetur Hesiodi loco non cogitari de facinore, quod necandis animalibus committeretur.

Neque credo errabimus, si hanc doctrinam ex auxietate quadam animi profectam illa demum aetate, quam Lobeckius Agl. 312 describit, qua 'rerum abditarum cura et uenturi praesagia et multiplices superstitiones, quas salutis desperatio scelerumque conscientia progignere solet' in Graecia oriebantur, i. e. Onomacriti fere temporibus exstitisse statuimus. Nam quae hac aetate alicuius momenti esse incipiebant Orphicorum et paulo post Pythagoreorum sectas esum carniū detestatas esse notum est. Quamquam quid ipsae hae sectae de prisca hominum aetate senserint, nusquam comperimus. Nam in Orphicorum de mundi origine carminibus<sup>1)</sup>, de hominibus primis nihil traditur. Neque quod Plato leg. 782c, postquam uetustissimo tempore inanima tantum sacrificata esse narrauit, addit Orphicam uitam tunc homines egisse, inde efficitur ipsam huius uitae in uetustissimam aetatem translationem ex Orphicorum doctrina fluxisse; immo contrariam de generis humani initis opinionem in Sex. Empirici loco, quem Lobeckius Agl. 246 affert, deprehendimus, ubi hi uersus tamquam ipsius Orphei laudantur:

*ἦν χρόνος, ἦν ἰζα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον  
σαρκοδοκιῇ, κρείσσων δὲ τὸν ἦτονα φῶτα δάιζε.*

1) Quae Zellerus hist. phil. I, 79 sq. recenset.

Pythagoreos uero disceptasse quidem scimus, utrum ipse Pythagoras carnibus abstinuisset necne, sed de aurea aetate carnibus abstinate apud Ouidium demum (met. XV, 96 sq.) ipse Pythagoras disserens inducitur. Pythagoreorum tamen subesse auctoritatem, ubicumque aureae aetati abstinentia carniū tribuatur, sequentibus passim apparebit.

Primum hoc ad **Empedoclem** pertinet, qui proximus post Hesiodum aureae aetatis auctor exstat. Is in lustralibus carminibus, quibus carniū esui aduersatur, aureae aetatis descriptionem inseruit, quos uersus Porphyrius de abst. II, 21 sq. seruauit (Mullach. I u. 417 sq.). Ac primum de regno huius aetatis narrat:

οὐδέ τις ἦν κτεινοισιν Ἄρης θεὸς οὐδὲ Κνυδοιμός  
οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς οὐδὲ Κρόνος οὐδὲ Ποσειδῶν  
ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια.

Quod Martem Tumultumque primo loco ponit fortasse contra eorum opinionem dictum est, qui primam aetatem bellicosissimam fuisse credebant, aeneae igitur aetatis coloribus eam instruebant. Sed quidnam causae fuit, cur Venerem tunc regnasse fingeret? Fortasse eam potissimum animos mansuetos reddendi et a crudelitate aduersus animalia abstinentiū uim habere credebat. Ouidius quidem (art. am. 475 sq.) post illam aetatem, qua

‘silua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes’

hoc uersu:

‘blanda truces animos fertur mollisse uoluptas’

melioris saeculi imaginem incohat. Nam ad uim illam in elementis coniungendis ualentem, quam Porphyrius intellexisse uidetur, cum adnotaret: ‘ἡ ἔστιν ἡ φιλία’, quamquam ipse Empedocles eam u. 80 Veneris nomine appellat, quomodo priscae aetatis regnum pertineat, non uideo. Sed aliud quoque Empedoclis animo obuersatum esse, cum Veneri aureae aetatis regnum tribueret, ad aliquam probabilitatis speciem sequentibus adduci posse confido.

Aurei epitheton non solum saeculo, sed ipsis etiam hominibus, qui tunc uixerint, tribuitur. Sic Theocritus 12, 16 dicit:

ἦ ῥα τότε ἔσαν

χρῦσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθεῖς,  
 et ad iocum hunc usum uertit Lucianus Saturn. p. 391 R., ubi,  
 cum Saturnus de illa aetate narrauerit: 'ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ  
 χρυσοὶ ἅπαντες', sacerdos paulo post mirari se negat, quod  
 de nucibus tantum aleas iacere soliti sint, 'ἐπὲρ τίνος γὰρ ἂν  
 καὶ ἐπέττεον αὐτοὶ ὀλόχρυσοι ὄντες;' tunc secum cogitat,  
 quidnam futurum sit, si quis unum illorum χρυσηλάτων inter  
 suae aetatis homines immitteret. Eadem scilicet fictione usus  
 Apollonius Rhodius IV, 1638 sq. Talos aeneum, Cretae custo-  
 dem, Hesiodaeae illius χαλκείης μελιγενέων ἀνθρώπων δίξης  
 λοιπὸν ἔόντα narrat. Hunc autem usum, ut aureum appelle-  
 tur, quod ad auream aetatem pertineat, Antipater in anth. Pal.  
 V, 31 ad Homeri χρυσην Ἀφροδίτην transtulit. De hac enim  
 se cogitare antecedenti epigrammate 30 ostendit, ubi Home-  
 rum laudat, quod aureae cognomen Veneri indiderit, nimirum  
 quia auro uenalis sit. Hanc Veneris imaginem ep. 31 ad mundi  
 aetates adfert:

Χρῦσεος ἦν γενεὴ καὶ χάλκεος ἀργυρέη τε  
 πρόσθεν· παντοίη δ' ἦ Κυθέρεια τανῶν  
 καὶ χρυσοῦν τίει καὶ χάλκεον ἄνδρ' ἐφίλησεν  
 καὶ τοὺς ἀργυρέους οὐ ποτ' ἀποστρέφεται.  
 Νέστωρ ἦ Παρίη.

Ludit u. 3 ambiguitate uocis χρυσοῦς, quod et aureae aetatis  
 hominem Theocriti exemplo significat et eum, qui aurum possi-  
 det. Eandem ambiguitatem huic uoci Lucianus tribuit, qui  
 epist. Sat. 20 refert narrare poetas de aurea aetate 'τοὺς ἀν-  
 θρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς  
 πλησιάζειν'.<sup>1)</sup> Totum igitur Antipatri epigramma si accurate

1) Hinc profecti fortasse Palaephati locum (West. mythogr. p. 295, 18),  
 quem Dindorfius in Thes. s. u. χρ. corruptum esse censet, tueri possumus.  
 Ubi de Aethiopiis dicitur: 'εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοί', diuitias autem signi-  
 ficari ex toto conexu apparet. Diuites aureos dici posse ex Pseudoacrone  
 quoque uidemus, qui ad Horatii uersum 'qui nunc te fruitur credulus  
 aurea' (c. I, 5, 9) quamuis inepte adnotat: pulchram aut certe diuitem  
 siue simplicem significat.

interpretamur, hoc efficimus: Venus uetustissimo tempore deinceps aurea argentea aenea fuit, dum aureae argenteae aeneae aetatum homines deinceps colit, nunc cuiuscumque metalli homines simul complectitur, Nestori tres aetates uita sua complectenti similis <sup>1)</sup>. Auream igitur Venerem Homeri eam intellegit, quae aurea aetate fuerit. Ac nescio an haec interpretatio confirmetur ab Ouidio, qui am. II, 277, memor fortasse Antipatri, qui eodem tempore fuit, epigrammatum aureum saeculum de amore uenali dictum fingit:

aurea nunc uere sunt saecula: plurimus auro  
uenit honos; auro conciliatur amor.

Diuitiarum notionem ad aureae aetatis nomen translatum inuenimus etiam apud Senecam, qui ep. 115, 13 serio castigat poetas, tamquam hoc optimi saeculi nomine inuento ad augendam lucri cupiditatem contulerint.

Verum ut ad propositum reuertamur, quidni eadem libertate, qua postea Antipater ex aurea Venere aureae aetatis Venerem fecit, iam Empedoclem illud deae apud Homerum epitheton sic interpretatum esse credamus et hanc causam fuisse, cur Venerem potissimum, quae sola deorum apud Homerum hoc epitheton habet, tunc regnasse fingeret? Nimirum tam omnibus trita erat aureae aetatis fabula, ut ipsum epitheton χρυσῆ hanc ambiguitatem continere uideretur.

Tali ambiguitate nos uexamur in Horatii loco quodam. C. IV, 2, 21 sq. de Pindaro narratur, qui

'flebili sponsae iuuenem . . raptum  
plorat et uiris animumque moresque  
aureos educit in astra nigroque  
inuidet Oreo'.

Ubi Vossius et Welckerus (Gr. Goetterl. I, 741) intellegunt mores

1) 'γενεή' a saeculi notione deflectitur ad hominum genera eodem tempore uiuentium significanda. Idem fecit Bio (cf. Nauck. Philol. V p. 413), qui testante Stobaeo (flor. ed. Mein. IV 202) iocose dixit κατὰ Ἡσίοδον τρία γένη εἶναι μαθητῶν, χρυσοῦν ἀργυροῦν χαλκοῦν· χρυσοῦν μὲν τὸ τῶν διδόντων καὶ μανθανόντων, ἀργυροῦν δὲ τὸ τῶν διδόντων καὶ μὴ μανθανόντων, χαλκοῦν δὲ τὸ τῶν μανθανόντων μὲν οὐ διδόντων δέ.

aurea aetate dignos, alii purissimos omnique laude dignos. Ac re uera dubium manet, quidnam senserit Horatius. Nam morum alicuius praestantiam ita laudare, ut cum aureae aetatis hominibus comparetur, ab huius saeculi ingenio non alienum esse auctor consolationis ad Liuiam ostendit, a quo u. 343 Liuia laudatur ut 'femina digna illis, quas aurea prodidit aetas'. Propius autem ad Horatiani loci similitudinem epigramma quoddam, quamquam recentioris aetatis, accedit Gregorii Theologi, qui in anth. Pal. VIII, 124 inter multa, quibus Euphemii mortem deflet, epigrammata uno mores eius ut aureae aetatis proprios extollit:

*Χρυσείης γενεῆς Εὐφήμιος ἦν ἔτι τυτθόν  
λείψανον, εὐγενέτης ἠΐθεα καὶ πρᾶπίδας;  
μειλίχος, ἠδυνεπής, εἶδος Χαρίτεσσιν ὁμοῖος,  
τοῦνεκα καὶ θνητοῖς οὐκ ἐπὶ δὴν ἐμίγη.*

Sed ut ad Empedoclem reuertar, postquam Venerem tunc regnasse dixit, de sacrificiis inanimis ei oblati narrat et addit animalium necem esumque tunc detestatos esse; deinde u. 433sq. describit beneuolentiam, quae tunc inter homines et cetera animalia fuerit, simul terrae maximam fertilitatem; totam igitur fabulam ad confirmanda sua de carniū abstinentia praecepta inseruit. Neque autem propriam doctrinam his omnibus Empedoclem constituisse, sed hac quidem philosophiae parte prorsus Pythagoreum esse et ex aliis, quae affert, apparet (uelut migratione animarum in uetando carniū esu nititur u. 440sq. et fabas comedere uetat u. 451) et antiquitus traditur, cf. Gellium, qui IV, 11, 9 Empedoclis uersum in causa fuisse opinatur, ut Pythagorae fabarum abstinentia tribueretur. Ipsius autem Pythagorae laudem Porphyrius et Iamblichus Empedocli tribuunt. Quos uersus editores aureae aetatis descriptioni inserunt (u. 427—432 M.), quamquam neque ad hanc pertinere a quoquam dicuntur neque usquam Pythagorae uitam in aureo saeculo positam esse audimus, nedum Empedoclem tam exiguo temporis spatio a Pythagorae aetate distantem hoc fecisse credamus (cf. Zeller. I, 734 adn. 3).

Pythagoreorum auctoritatem ad carniū abstinentiam aureae aetati tribuendam non minus apud Platonem ualuisse uidemus. Ac difficile est dictu, quidnam ipse Plato de hac re senserit, quippe qui non semper sua persona loquatur. Sic in libris de legibus hospes Atheniensis (quem Laert. Diog. III, 52 in eorum numero refert, quorum ore Plato suam ipse sententiam professus sit) IV, 713 C de Saturnia uita beata fabulam ita narrat, ut ipse uideatur credere eam se ita habuisse. VI, 782 C idem ex hominum immolatione etiam tunc quibusdam locis uigente priscos homines inter se comedisse concludit. Quibus opponit quasi aliorum, non suam opinionem illam de antiquissimorum uita Orphica et carniū abstinente fabulam. Rursus III, 678 E de mansueta eorum, qui primi post magnam omnium inundationem uixerint, hominum uita tamquam ipse traditis confidens narrat. Hos autem 679 A refert lacte et carniū abundasse, de abstinentia igitur ab esu carniū hic non cogitat. Sed copiosam aetatis aureae descriptionem in Politico habemus, ubi de condicione, quae inter homines et animalia tunc fuerit, uerba fiunt atque ita quidem, ut homines cum bestiis collocti esse fingantur, cf. 272 B *τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι ξυγγίγνεσθαι* et paulo post ib. C *διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ θηρία μύθους, οἷα δὴ καὶ τὰ νῦν περὶ αὐτῶν λέγονται*. His postremis uerbis Plato Aesopicas fabulas significat, quas in aurea aetate ponendas esse Babrius quoque censuit, qui in prooemio fabularum Hesiodeas aetates describit et u. 6 et 7 narrat:

*ἐπὶ τῆς δὲ χρυσῆς (sc. γενεῆς) καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων φωνὴν ἔναρθρον εἶχε καὶ λόγους ἥδει.*

Sed non ipsum Platonem haec ad Aesopi fabularum exemplum finxisse, sed Pythagorea referre ex compluribus concludere licet. I. In alia huius descriptionis parte ad Empedoclis uerba se applicasse uidetur cf. 272 A: *καρπούς δ' ἀφθόνους εἶχον ἀπὸ τε δένδρων καὶ πολλῆς ὕλης ἄλλης* cum Empedoclis u. 435:

*δένδρεά τ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τεθήλει  
καρπῶν ἀφθονίησι κατήρεα πάντ' ἐνιαυτόν.*

Ita ea, quam de animalibus exhibet, narratione augentur tantum ea, quibus Empedocles praeierat u. 433:

*ἦσαν γὰρ κίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηγῆ  
φῆρές τ' οἰωνοὶ τε φιλοφροσύνῃ τε δεδήξει.*

II. A Pythagoreorum doctrina non aliena fingi, si animalia aliquando eadem, qua homines, ratione praedita esse statuuntur, Sex. Empirici locus (adu. math. IX, 127) docet, quem Bergkiius rel. com. att. p. 281 laudat: *οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα . . . φασὶ μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναι τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἐν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆζον, ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἐνοῦν ἡμῶς πρὸς ἐκεῖνα.*

III. Cratetis Feris, qua in fabula ferae loquentes inducuntur, Pythagoreorum praecepta illudi ueri simillimum est. Primum quod Stoici et Peripatetici contra Pythagoreos (ap. Plut. de soll. an. 6, 4) iuris quidquam negabant animalibus esse, quo nos teneremur, quoniam non possent *δικαιοπραγεῖν* nobiscum, haec *δικαιοπραγία* Cratetis fragmento 17 K. oculis nostris proponitur. Deinde, sicut *ἄπτεσθαι* ex tangendi in edendi bibendiue significationem transiit, contrariae notionis quae in eodem fragmento exstant uerba *ἡμῶν δ' ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι* sollemnis apud Pythagoreos locutio uidetur fuisse de ciborum abstinentia, nam Empedocles quoque, cum fabarum esum uetat, exclamat:

*δειλοὶ πάνδειλοι, κνάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι,*

et ambo uerba *ἄπτεσθαι* et *χεῖρας ἀπέχεσθαι* hoc sensu ad illudenda Pythagorae praecepta in epigrammate Laertii Diogenis componuntur anth. Pal. VII, 121:

*Οὐ μόνος ἐμψύχων ἄπεχες χεῖρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·*

*τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἦψατο, Πυθαγόρη;*

*ἀλλ' ὅταν ἐψηθῆ τε καὶ ὀπτηθῆ καὶ ἀλισθῆ,*

*δὴ τότε καὶ ψυχὴν οὐκ ἔχον ἐσθίομεν.*

Quod denique ibidem ferae hominibus permittunt, ut piscibus fruuntur, dummodo sibi parcant, uidetur a Cratete Pythagoreorum praeceptum, quorum etiam ei, qui non prorsus ab animalibus abstinendum censebant, piscium tamen esum detesta-



bantur, quippe qui non solum iniustitiae, sed etiam intemperantiae obnoxios redderet (de qua re Plutarchus quaest. conu. VIII, 8 multis disputat), iocose inuersum esse ad imaginem Atheniensium animis multo gratiorem proponendam.

Qui post Platonem fuerunt, Academicos Pythagoreorum praeceptis non aduersatos esse a Clemente Alexandrino (strom. VII c. 32) docemur, qui Xenocratem et Polemonem peculiariibus, quos de esu carniū composuerint, libris ideo eum uetuisse refert, quia bestiarum caro iam sit *εἰργασμένη* et *ἐξομοιούμενη* animis atque eis ratione carentibus. Eodem argumento Sextius usus esse uidetur, quem inter alia argumenta, quibus carniū abstinentiam defenderet, hoc quoque attulisse: 'bonae ualetudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus' Seneca ep. 108, 18 testatur. Ubi illa uerba 'contraria ualetudini esse alimenta aliena corporibus', nisi molestissimam tautologiam statuere uolumus, uix aliter explicare possumus, quam ex horum Academicorum doctrina. Nam animalium naturae diuersitatem nusquam alibi ad uetandum eorum esum adlatam inuenimus, immo ex naturae eorum nobiscum similitudine iuris aequitatem, quae necare prohibeat, efficere solent cf. Theophr. ap. Porph. de abst. III, 25. Et potest haec Sextius ab Academicis adoptasse, possunt uero etiam utrique Pythagoreis debere. Nam Sextii doctrina a Pythagoreis proxime aberat, ex huius enim disciplina Sotion profectus Pythagoreus factus est, Hieronymus autem ipsum appellat Pythagoricum.

Quod de Platonis cum ceteris academicis consensu diximus, hoc minime ad Theophrastum pertinet. Nam neque apud Aristotelem eius doctrinae, qua carniū esus uetabatur, uestigium apparet et postea Peripateticos defendisse esum carniū a Plutarcho (de soll. an. 6) docemur. Quo maiore iure, si quae Theophrastus hac in re Pythagoreis similia docet, ab ipsis Pythagoreis eum haec adoptasse statuemus. Ac magna cum arte Theophrastus suam sibi de mundi aetatibus doctrinam composuit. Quamobrem operae pretium erit pluribus apud eum morari. Porphyrius in libro II de abstinentia, — in quo

conscribendo eum Theophrasti *περὶ εὐσεβείας* libro largissime usum esse Bernaysius in peculiari, quam de hoc Theophrasti opere scripsit, commentatione p. 35sq. ostendit —, inde a c. 5 Theophrasti testimonio innisus primum uetustissimam aetatem describit, qua inanima sacrificia fecerint, c. 7 hanc aetatem alteram secutam esse narrat, qua animalia immolarint. Atque obiter intuenti uideatur Theophrastus prorsus consentire cum eis, quae Ouidius met. XV, 96 ipsum Pythagoram de uetustissimis temporibus narrantem facit. Nam Theophrastus primam aetatem in duo temporis spatia diuidit, quorum priore, cum terra arbores nondum edidisset, herbis sacrificarint, altero arborum fructibus; apud Ouidium autem u. 96sq.:

— uetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,  
fetibus arboreis et quas humus educat herbis  
fortunata fuit nec polluit ora cruore;  
quae item ad duo temporis spatia reducit fast. I, 359:

mensis erat primis uirides mortalibus herbae,  
quas tellus nullo sollicitante dabat,  
et modo carcebant uiuaci caespite gramen,  
nunc epulae tenera fronde cacumen erant.

Postmodo glans nata est. Bene erat iam glande reperta  
duraque magnificas quercus habebat opes.

Similibus ab utroque uerbis ad immolationis commemoratio-  
nem transitur cf. Theophr. c. 7 *‘πρόρω τῶν περὶ τὰς θυσίας  
ἀπαρχῶν τοῖς ἀνθρώποις προΐουσῶν παρανομίας’* cum Ou.  
u. 111 ‘longius inde nefas abiit’; uterque deinde de origine  
consuetudinis animalia sacrificandi disputat et prima suis et  
capri exempla affert (Porph. 9 et 10). Ouidius autem u. 106  
primum post illud tempus innocentissimum scelus ferarum ne-  
cationem fuisse dicit, tum cicurum animalium, haec cetera  
scelera secuta esse.

Sed haec non fuit Theophrasti sententia. Nam apud Por-  
phyrium II, 27 alium rerum ordinem inuenimus. Ibi enim re-  
fertur primum fruges sacrificasse homines, deinde fame coactos  
inter se comedissee, tum hoc alimenti genus deis consecrassee,  
tum pro his sacrificiis bestiarum immolationem substituissese,

quam denique secutus sit earum sine sacrificio esus. Cuius doctrinae non ignarus fuisse uidetur Athenio comicus (Mein. IV, 557), cum in Samothracibus (u. 9 sq.) coquum haec disse-  
rentem induceret:

*ἀλληλοφαγίας καὶ κακῶν ὄντων συχνῶν  
γενόμενος ἀνθρωπός τις οὐκ ἀβέλτερος  
θύσας ἱερεῖον πρῶτος ὥπτησεν κρέας.  
ὡς δ' ἦν τὸ κρέας ἥδιον ἀνθρώπου κρεῶν,  
αὐτοὺς μὲν οὐκ ἐμασῶντο, τὰ δὲ βοσκήματα  
θύοντες ὥπτων. ὡς δ' ἅπαξ τῆς ἡδονῆς  
ἐμπειρίαν τιν' ἔλαβον, ἀρχῆς γενομένης,  
ἐπὶ πλεῖον ἠϋξῶν τὴν μαγειρικὴν τέχνην.*

Tunc describit, quomodo paulatim tempora lautiora facta sint  
u. 28 sq.:

*μετὰ ταῦτα γαστρίον τις ὠνθυλευμένον  
προϊόντος εἰσηρέγκατ' ἤδη τοῦ χρόνου  
ἐρίφιον ἐτακέρωσε, πνικτὸν διέλαβεν e. q. sq.*

Ideo autem coquus ille hanc potissimum doctrinam arripuit,  
qua animalium esus hominum esum secutus esse fertur, quia  
ei occasionem dabat artem culinariam, quae uitam hominum  
e rudi statu eduxisset et expoliisset, summis laudibus efferendi.  
Neque enim ueretur inter huius merita etiam urbes conditas  
enumerare u. 34 sq.:

*ὡς πολὺ δὲ διὰ τὰς ἡδονάς, ἃς νῦν λέγω,  
ἀπειχ' ἕκαστος τοῦ φαγεῖν ἂν ἔτι νεκροῦ,  
αὐτοῖς ἅπαντες ἡξίουν συζῆν, ὄχλος  
ἡθροῖζετ', ἐγένονθ' αἱ πόλεις οἰζούμεναι  
διὰ τὴν τέχνην, ὅπερ εἶπα, τὴν μαγειρικὴν.*

Atque eodem iure hoc facit coquus, quo Gratius cyn. I, 2sq.  
arti uenatoriae et Manilius I, 75 sq. siderum notitiae hoc meri-  
tum homines priscos erudiendi et ad meliora adducendi tribuunt.

Sed ut ad Porphyrium reuertar, Theophrasti hunc aetatum  
ordinem esse ex eo sequitur, quod cap. 7 et 8 eundem latere  
ordinem inuenimus, quem ut occuleret et Theophrasti uerba  
ad suum consilium bestiarum esum ut grauissimum scelus  
detestandi torqueret, Porphyrius maxime operam dedit. Nam

dicit c. 7: *‘πόρρω τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπαρχῶν . . . προῖουσῶν παρανομίας ἢ τῶν δεινοτάτων θυμάτων παράληψις ἐπεισέχθη, ὁμότητος πλήρης . . . , σφαζάντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς βωμοὺς αἵμαξάντων’* — neque ad *‘θυμάτων’*, quibusnam constiterint, neque ad *‘σφαζάντων’*, quaeenam necata sint, addit. Theophrastus poterat eisdem uerbis ad hominum immolationem significandam uti, Porphyrius sine dubio intellegi uult animalium. Quae suspicio confirmatur eis, quae statim subsecuntur, *‘ἀρ’ οὗ λιμῶν τε καὶ πολέμων περιεφθέντες αἱμάτων ἤψαντο’*, nam c. 27 *νομίμου τροφῆς ἔνδεια* eos adducebat ad *σαρκοφαγεῖν ἀλλήλων*, bellis uero non tam bestiarum quam hominum necationem didicisse uidentur; et *‘αἱμάτων ἤψαντο’* uerba aequae incerta sunt atque illa *‘θυμάτων’* et *‘σφαζάντων’*. Sequitur: *‘τὸ δαιμόνιον, ὡς φησιν ὁ Θεόφραστος, τούτων ἐκατέρων νεμεσῆσαν ἐπιθεῖναι τὴν πρέπουσαν ἔοιζε τιμωρίαν’*. Quod cum de duabus rebus in antecedentibus non agatur, Bernaysius p. 58 recte Porphyrium hic aliqua omisisse statuit. Quae uero *ἐκάτερα* illa fuerint, ex exemplis c. 8 allatis apparet. Nam ibi narratur de Thoibus a terra sublatis, quia deos prorsus neglexerint, et de Bassaris, qui se ipsi perdiderint, quia homines et sacrificarint et comederint. Atque eum esse Porphyrium, cui talem fraudem imputare liceat, ex aliis apparet exemplis a Bernaysio (qui aliquando *‘causidici impudentiam’* in eo uituperat) passim collectis. Quorum numerus infra uno augebitur.

Sed ut ipsum hunc de Thoibus et Bassaris locum accuratius intueamur, quomodo factum est, ut in breui de Thoibus narratione tantus uersuum ambitus ex Hesiodi argenteae aetatis descriptione (u. 134—39) apponeretur? Non credo hoc explicari posse, nisi statuamus Porphyrium hos uersus iam apud Theophrastum inuenisse (— integram hanc partem ex Theophrasto exscripsisse Porphyrium Bernaysius p. 57 statuit —), Theophrastum autem Thoes et Bassaros eosdem esse uoluisse cum Hesiodi argenteis et aeneis hominibus. Thoes enim, sicut argentei homines, *μηδενὸς ἀπαρχόμενοι μηδὲ θύοντες . . . ἀνάγκαστοι ἐγένοντο*. Et propius etiam Theophrastum ad He-

siodi similitudinem accessisse quam apud Porphyrium uide-  
mus, a Simplicio (comm. ad enchir. Epict. § 38 cf. Bernays.  
p. 37) comperimus, qui narrasse Theophrastum testatur Acro-  
thoitas 'ἀθέους γενομένους ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι',  
apud Hesiodum uero 'τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε'. Aenei  
autem homines 'χειρεσσιν ὑπο σφετέρῃσι δαμέντες βῆσαν ἐς  
εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἰδαοῦ', similiter Bassari 'μετὰ μανίας  
προσπίπτοντές τε καὶ δάκνοντες ἀλλήλους . . . οὐκ ἐπαύσαντο  
πρὶν τὸ γένος ἐξαναλώσαι τῶν πρώτων [παρ' αὐτοῖς] τῆς τοι-  
αύτης ἀψαμένων θυσίας'. Neque audacter statuimus Theo-  
phrastum Hesiodi uersibus hos duos populos credidisse signi-  
ficari, nam historicam rerum fabulis traditarum interpretatio-  
nem non alienam fuisse a Theophrasti ingenio ex eo elucet,  
quod scholiasta Apoll. Rhod. ad II, 1248 affert: 'Θεόφραστος  
τὸν Προμηθεΐα φησὶ σοφὸν γενόμενον μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς  
ἀνθρώποις φιλοσοφίας, ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον, ὡς  
ἄρα πρὸς μεταδοίη'. Sic Theophrastus nouum modum sa-  
nandae Hesiodi fabulae excogitauit, cum parem secundae et  
tertiaae aetatis nequitiam non duobus temporum spatiis sese  
excipientibus tribueret neque igitur cogeretur secundam melio-  
rem reddere quam apud Hesiodum inuenit.

Unum restat, quo differunt Bassari et Hesiodi homines  
aenei, quod Bassari inter se comedisse narrantur. Hoc Theo-  
phrastus aut e tradita de Bassaris fabula in Hesiodi descrip-  
tionem intulit aut apud ipsum Hesiodum inuenit. Nam latius  
eis, quae nobis relicta sunt, prisci temporis memoriam in He-  
siodeis carminibus pertinuisse supra probauimus, uetustissimae  
autem aetati, quam aeneam olim significatam esse ueri simile  
est, ἀλληλοφαγία in Orphicis illis uersibus supra allatis tri-  
buitur: 'ἦν χρόνος ἦνίκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον' q. sq.  
Qui cum ipsius Orphei esse fingantur, sine dubio uetustissimum  
tempus significant. Idem Moschion tragicus uersibus a Stobaeo  
allatis (ecl. I, 8, 38 = frg. 7 N.), quibus 'ἀρχὴν βροτείου καὶ  
κατάστασιν βίου' se explicaturum profitetur, u. 14 refert:

βοραὶ δὲ σαρχοβρωῶτες ἀλληλοκτόνους  
παρεῖχον αὐτοῖς δαΐτας.

Duos igitur populos Theophrastus pro argentea aeneaque Hesiodi aetatibus substituit, in aurea uero Aristotelis de mundi aeternitate doctrinam (cf. Bernays. p. 44) coniunxit cum Pythagoreorum de uitando carniū esu doctrina. Nam ne quis cogitet ideo tantum Theophrastum inanima tunc sacrificata esse referre, quia animalia nondum exstitissent, neque autem animalium necem cum Pythagoreis tamquam crimen repudiasse, ipse Porphyrius c. 11 testatur: 'ὁ Θεόφραστος ἀπαγορεύει μὴ θύειν τὰ ἐμψυχα τοὺς τῶ ὄντι εὐσεβεῖν ἐθέλοντας'. Pythagoreis autem haec Theophrastum debere cum per se ueri simile est, tum Empedoclis similitudine probatur, qui item de priscorum sacrificiis uerba facit et *σμέρνης* et *λιβάνου θυσίας* commemorat. Nec minus ea, quam inter Pythagorae apud Ouidium uerba (met. XV, 96 sq.) et Theophrasti locum intercedere supra ostendimus, similitudine confirmatur. Nam Ouidium omnia, quae Pythagoram ibi loquentem inducit, Pythagoreorum uel scholis debere uel ex scriptis eorum congressisse singillatim demonstrari potest.

Quod cum Ouidii hic locus solus sit, ubi ipsi Pythagorae illa de aurea aetate carniū abstinenti doctrina tribuitur, operae pretium uidetur accuratius in totam Pythagorae orationem, quam met. XV, 75—478 habet, inquirere. Totius loci conexus is est: Numa rerum naturae cognoscendae cupidus ad Pythagoram proficiscitur u. 4 sq. Cuius persona postquam u. 60 sq. paucis descripta est, sequitur eius oratio: u. 75—175 contra esum carniū dicit, u. 176—236 omnia in natura mutari semper docet, imprimis quattuor anni et uitae humanae aetates, u. 237—81 de elementorum inter se transitu loquitur, u. 252 sq. denuo de omnium rerum mutationibus, quas longa serie miraculorum praecipue ad flumina et lacus pertinentium illustrat—360, deinde de animalium generatione et miraculis, quae de eis feruntur; u. 422—52 omnia mutari pergit illustrare Troiae, quae ceciderit et Romae, quae se alte elatura sit, urbium exemplis; u. 453 reuertitur ad uetandum esum carniū, qua sententia u. 478 totam orationem concludit.

Illius de Numa Pythagorae auditore narrationis certum

fontem, unde Ovidius hauserit, indicare nec possumus, quia ceteris omnibus, unde eadem discimus, locis (quos Zellerus hist. phil. III, 2 p. 83 adn. 2 et p. 85 adn. 1 collegit) leuiter tantum res tangitur et quasi notissima et peruulgatissima tractatur, — neque opus est, quia minime ueri simile est ex uno eodemque fonte Ouidium et hanc narrationem et copiosam illam totius philosophiae explicationem sumpsisse. Cur enim Pythagoras Numae abstinentiam potius carniū probare studeret, quam de regendo populo praecepta daret? Videtur potius poeta haec arrepta occasione ex philosophicis scriptis congesta intulisse; quamobrem licet nobis Pythagorae orationem, ut excutiamus, a cetero conexu separare.

Quam neglegentissime ab Ouidio compositam esse facile perspicietur, si, quam exiguam operam in coniungendis singulis partibus pependerit, considerauerimus. Sic u. 142 praecepta de uitando carniū esu bene concluduntur et u. 143 transitu non nimis artificiose facto: ‘et quoniam deus ora mouet, sequar ora mouentem’ et paucis tumidis uersibus interiectis uidetur ad nouam rem accedere. Sed u. 173 hanc quoque partem in uetando esu carniū desinere uidemus. V. 176 rursus humilem transitum eisdem prope uerbis quibus supra facit: ‘et quoniam magno feror aequore’ q. sq. Iam omnia mutari docet exemplis sumptis primum ex cotidiana uita — 236, deinde ex rebus minus notis uel tempore locoue remotis u. 252—417. Inter quae miro ordine u. 237—51 elementorum doctrina inseritur. Atque permulta in tota hac parte insunt, quae ad id, quod demonstrandum sibi proposuerat, minime pertinent. Deinde, postquam de Troia et Roma uerba fecit u. 420—52, iterum adhibito transitu subito et arte carente u. 453 sq. — qui a prioribus eo tantum differt, quod in primo se nube uehi fingebat (u. 151), in secundo naue (u. 176), nunc equis fertur (u. 454) —, ad brenem eorum, quae dixerat, repetitionem se conuertit et finem in eo facit, ut denuo multis uerbis esum carniū dissuadeat. Hinc efficitur ne ipsam quidem orationem Pythagorae ex uno libro eum sumpsisse, sed ex uariis locis collegisse, quae ut artificiose disponderet pro

sua in talibus negligentia non curabat. Et quodammodo gratum nobis hoc fecit, nam licet iterum separare singulas partes et suum cuique fontem quaerere.

Pythagoreorum doctrinam constat primo a. Chr. n. saeculo Alexandriae reuixisse et ab Alexandro Polyhistore Romam delatam esse, ubi Nigidius Figulus maxime eam excoluit et post eum Sotion cum Sextiorum praeceptis conectere studebat. Primum igitur quaerendum est, quidnam illi Pythagorei, utpote qui proxime ad Ouidii tempora accedant, de carniū esu, in quo prima pars orationis uersatur, senserint. Cui quaestioni felicissime succurrit epistula Senecae centesima octaua, ubi inde a § 17 de Sotione Pythagorae doctrinam sibi tradente uerba facit. 'Dicebat, quare ille (i. e. Pythagoras) animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed utrique magna: Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat et crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laceratio. Adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae. Colligebat bonae ualitudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus.' Haec Sextii argumenta erant. Quibus § 19 adiungit Pythagorae argumentum a migratione animarum sumptum. § 20 ipsius Sotionis uerba afferuntur, quae in hanc sententiam § 21 exeunt: utique abstinendum esse carnibus, siue uera sit illa de animarum migratione doctrina, innocentiam esse, siue falsa, frugalitatem. Primum hoc certo colligitur ex hoc loco Sotionem, cum de abstinentia carniū declamaret, non eo ordine Pythagorae et Sextii argumenta attulisse, quem quis secundum uerba § 17 'dicebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius' suspicetur, sed primum de Sextio disputasse, tunc Pythagorae doctrinam quasi cumulum addidisse, id quod non solum inde, quod Seneca § 18 et 19 hoc ordine utitur, sed etiam ex epilogo § 20 et 21 sequitur, ubi sola Pythagorae doctrinae explicatio respicitur, quam propterea necesse est epilogum proxime antecessisse. Quod si haec cum Ouidii loco comparamus, eius de esu carniū priorem disputationem u. 75—175 item duabus partibus contineri uidemus. Quarum



altera u. 143 sq. migratio animarum ad prioris partis argumenta additur.

Neque haec sola Ouidiani loci cum Annaeano similitudo est, sed in singulis quoque maximam offendimus. Ovidius post breuem unius uersus u. 75 adhortationem u. 76—82 explicat permulta praeberi a terra 'alimenta mitia atque epulas sine caede et sanguine', Sextius primo loco dixerat 'homini satis alimentorum citra sanguinem esse'; u. 83—90 Ovidius exponit 'scelus' hoc hominibus cum 'immansuetis' tantum 'ferisque' bestiis commune esse, quae 'dapibus cum sanguine gaudeant', Sextius: 'crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laceratio'; quibus etiam similia Ovidius in extrema orationis parte u. 463 sq. affert:

quam male consuescit, quam se parat ille cruori

impius humano, uituli qui guttura ferro

rumpit et immotas praebet mugitibus aures;

tertio loco Ovidius u. 91—95 queritur 'in tantis opibus' homines non 'nisi perdidierint alium, . . . uoracis uentris placare ieiunia', Sextius 'adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae'. Tantam in sententiarum ordine congruentiam uix casui imputandam credo, praesertim cum ne is quidem ordo sit, quem quis hic ut simplicissimum expectet. Nam prima et tertia sententia multo artius inter se cohaerent, quam secunda cum altera utra. Quartum Sextii argumentum a ualetudine respicienda sumptum (uide p. 21) non mirum est, quod apud Ovidium non inuenimus, nam luxuria et crudelitas aptae sunt materiae, quae rhetoricis coloribus illustrentur, ualetudinis cura minime. Sotion deinde alteram partem de migratione animarum addebat et postquam haec exposuit, altiore oratione adiungebat epilogum, quo breuius, sed magis rhetorice huius partis argumenta repetebat. Mira neglegentia haec Ovidius ita inuertit, ut finita priore parte statim ad haec imitanda se conuertat et iam u. 143 grauissimo argumento nondum adlato quasi in epilogum orationem intumescere sinat. Nam u. 153—65 conformatos esse ad Sotionis epilogi exemplum ex comparatione elucebit. Sotion epilogum ita incipiebat: 'non credis animas

in alia corpora atque alia describi et migrationem esse, quod dicimus mortem?' Ab eadem sententia Ouidius incipit u. 153:

o genus attonitum gelidae formidine mortis e. q. sq.  
u. 158 sq.:

morte carent animae semperque priore relicta  
sede nouis domibus uiuunt habitantque receptae.

V. 160—64 Pythagorae ipsius exemplum Ouidius de suo intulit, nimirum ne obliuisceremur ipsum Pythagoram loqui. Quae ipsi Ouidio, non fonti eius, deberi uel in eo cernitur, quod durissime a u. 164 ad u. 165 transsilitur potius quam transitur, cum omissis his uersibus u. 165 optime uersui 159 subiungi possit. V. 165 secuntur: 'omnia mutantur, nihil interit', quae continent, quod Sotion tertio loco interrogabat: 'non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem?' V. 165—75 autem ad ipsam alteram Sotionis partem reuertitur, quam immutato paululum sententiarum ordine suam reddit. Apud Senecam enim haec legimus: 'Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat et animorum commercium in alias atque alias formas transeuntium (1). Nulla, si illi credas, anima interit nec cessat quidem nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur (2). Videbimus, per quas temporum uices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem reuertatur (3). Interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, cum possint in parentis animam inscii incurrere et ferro morsuue uiolare, si in quo cognatus aliqui spiritus hospitaretur' (4). Ouidius autem haec habet inde a u. 165:

errat et illinc

huc uenit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus  
spiritus eque feris humana in corpora transit  
inque feras noster (3) nec tempore deperit ullo (2).  
Utque nouis facilis signatur cera figuris  
Nec manet ut fuerat nec formam seruat eandem, 170  
sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem  
esse, sed in uarias doceo migrare figuras (1).  
Ergo, ne pietas sit uicta cupidine uentris,

pareite, uaticinor, cognatas caede nefanda

exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur (4). 175

Tanta inter scholas, quales Sotionem habuisse Seneca ex pueritiae suae memoria tradit, et Ouidii locum similitudo non potest explicari, nisi statuimus aut librum Ouidio praesto fuisse, quo uel Sotio ipse uel discipulus eius accuratissime et eodem ordine eisdemque uerbis, quibus in scholis proponebantur, haec praecepta traderet, aut Ouidium ipsum Sotionis scholas auduisse. Quod ueri similis est, nam primum quod Ouidius Pythagoram, ubi ad impugnandam uulgarem de morte opinionem accedit, subito altos spiritus sumentem facit, quamquam talem figuram hic sententiarum conexu minime commendari uidimus, recenti memoriae scholae Sotionis uidetur deberi, qui ab hoc loco perorationem incipiebat; deinde temporum computatio docet Sotionem habuisse scholas et cum Ouidius haec scriberet et etiam postea. Nam Ouidius, qui in exilium proficiscens metamorphoses imperfectas reliquit, hunc postremum librum sine dubio breuissimo ante exilium tempore, i. e. a. 9 p. Chr., scripsit, Sotionis autem scholas Seneca secundum Zelleri computationem (hist. phil. III, 1, 676 adn. 3) circa annos 18—20 p. Chr. audiuit. Sed iam aliquot annos antea Sotionem scholas habuisse inde colligitur, quod Sextii discipulus erat, quem iam circa annum 70 a. Chr. uel antea natum esse Zellerus statuit. Itaque non sine probabilitatis specie suspicamus Ouidium, cum etiam tunc Romae esset, Sotionis scholis interfuisse.

Sed omisimus adhuc longam uersuum seriem u. 96—142, cui quam comparemus epistolae Senecae nulla pars restat. Tamen hanc quoque uno tenore saltem cum eis, quae ex Sotionis disciplina profecta esse statuimus, scriptam esse maxima coloris cuiusdam, quo et Ouidius et Sotio utitur, similitudine probabile fit. V. 104 sq. enim in codicibus traditum est:

postquam non utilis auctor

uictibus inuidit, quisquis fuit ille deorum,  
corporeasque dapes auidam demersit in aluum,  
fecit iter sceleri.

Ubi statim apparet non solum 'deorum' (quod scriba uersus I, 32 male memor intulit cf. Burm.) falsum esse, quia non de deis, sed de hominibus narratur, sed etiam hoc loco desiderari genetiuum a 'uictibus' pendentem, quod per se explicatione caret. Itaque neque Burmanni 'uirorum', quod ex inferioris notae codicibus sumpsit, neque Heinsii 'priorum' ferri potest. Verum sensit Burmannus, qui de 'ferarum' dubitauit, sed recte ipse in textum non inferendum censuit propter 'ferarum' secundo post hunc uersu item in exitu positum. Felicissime Pollius locum simillimum XIV, 207 sq.:

quae super ipse iacens (scil. Cyclops) hirsuti more leonis  
uisceraque et carnes cumque albis ossa medullis  
semianimesque artus auidam condebat in aluum  
cum eo, quem tractamus,  
uictibus inuidit, quisque fuit ille, . . . . .

corporeasque dapes auidam demersit in aluum  
contulit et 'leonum' scribendum esse coniecit. Sotion autem in fine orationis dixerat: alimenta tibi leonum et uolturnum eripio, quem colorem Ouidius cum u. 83 sq., tum hic uidetur imitatus esse. Cetera autem, quae hac parte continentur, non contingit, ut tam feliciter cum praeceptis ex nouorum, qui dicuntur, Pythagoreorum disciplina nobis traditis comparemus. Quos quoniam semel conferre cum Ouidio coepimus, seponamus interim hos uersus et in cetera philosophica, quae Ouidius hoc loco congegit, inquiremus.

V. 176—236 Pythagoras docet: 'nihil est toto, quod perstet, in orbe; cuncta fluunt'. Deinde, comparata cum fluuii rerum omnium continua mutatione eam exemplis illustrat caeli noctu et interdiu diuersi, solis colorem, lunae formam mutantis; pluribus tunc uersatur in quattuor anni temporibus describendis et cum humanae uitae partibus comparandis; u. 214 sequitur ipsius uitae humanae, qua continuam mutationem patitur, consideratio. Hauptius in adnotatione Heracliti nos admonet et re uera non solum illud 'cuncta fluunt' Heracliti 'πάντα ῥεῖ' referre uidetur, sed etiam in rerum decursu cum flumine comparando cum Heraclito facit, quem ποταμοῦ ῥοῆ

*ἀπεικάζειν τὰ ὄντα* Plato in Cratylo testatur. Neque quod in libro quodam Hippocrati ascripto mutationis exempla afferuntur nox et dies, cum inuicem augeantur et deminuantur, et sol, cum modo longius, modo propius a terra absit, quae Bernaysius ex Heracliti doctrina fluxisse statuit, aliqua quamuis exigua cum Ouidii loco similitudo abnuī potest. Certe non maior est similitudo, quam sequentium cum Ocelli Lucani, qui fertur, locis quibusdam. Nam Heraclitea *ἄνω καὶ κάτω ὁδός*, quae uidetur in illa apud Ouidium anni et uitae humanae descriptione latere (cf. u. 227 'labitur occiduae per iter decliue senectae'), etiam apud Ocellum inuenitur de uniu. nat. I, 3 (Mullach. I, 3S9): *πάν τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς καὶ διαλύσεως ὀφείλον κοινωγῆσαι δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μείζον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χειρόνος ἐπὶ τὸ βέλτιον· . . . . δευτέραν δέ' q. sq.* Et § 14 Ocellus perinde atque Ouidius ad uitam humanam respicit. Ouidius uitae aetates cum quattuor anni temporibus comparat, apud Ocellum *οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα . . . τὸν διὰ τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ (al. κατὰ) τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν διαλύεται τε καὶ ἀπογίνεται*. Quae uitae humanae in quattuor partes distributio ap. Laert. Diog. VIII, 10 ab ipso Pythagora repetitur cf. Lob. Agl. 939. Praeterea Ocellus hic adnotat uitam animalium ab aliis rebus eo differre, quod circulo peracto non in primum statum redeat, sed pereat. Quodsi Ouidii exempla intuemur, praeter uitam humanam cetera omnia, quae attulit (erant noctis et diei uices, sol oriens et occidens, luna crescens et decrescens, quattuor anni tempora), non ad id, quod ipse praemiserat, undarum fluminis instar noua semper fieri neque quidquam perstare ('nam quod fuit ante, relictum est, fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta nouantur'), sed ad circulum potius illum Ocellianum, cuius continua repetitione semper in primum statum res redeunt, illustrandum apta sunt. In eam igitur suspicionem adducimur Ouidium haec quoque Pythagoreae disciplinae debere, sed pro subtiliore doctrina, qua differunt *πρῶτα κινούμενα*, quae numquam mutantur, et *δεύτερα*, quae *ὄρον ἀμείβουσι*

ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς (Ocell. I, 12) uel γένεσις et αἰτία γενέσεως, quarum alteri debetur μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, alteri ταῦτότης τοῦ ὑποκειμένου (ib. II, 1), — notum illum et simpliciore rem omnium fluminis instar decursum possuisse neque autem curasse, ut exempla, quae afferenda erant, mutatae sic a se doctrinae adaptaret. Accedit argumentis nostris, quod ad duo alia eorum, quibus Ouidius utitur, exempla, ad noctis et diei uices et anni aetates ab alio Pythagoreo illa ὁδὸς ἄνω καὶ κάτω adhibetur; in eis enim, quae Alexander Polyhistor ap. Laert. Diog. VIII, 24 sq. in Pythagoricis commentariis sese inuenisse profitetur, legimus § 26 . . . ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον ἔαρ ὑγεινόν, τὸ δὲ φθίνον φθινόπωρον νοσερόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἕω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν . . .

Nec tam confidenter Pythagoream huic parti originem tribuamus, nisi sequentes quoque Ouidii uersus mirum in modum cum his Pythagoreis consentiant. V. 237—51 Ouidius de quattuor elementis loquitur et ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω ad eorum inter se transitum adhibet. Idem Ocellus I, 12 sq. facit, ubi de elementis dicit: ὄρον ἀμείβουσιν ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὸν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν' cf. Ou. u. 244 'quae quamquam spatio distent, tamen omnia fiunt ex ipsis et in ipsa cadunt'. Ocellus § 13 'πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἐν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν', Ouidius, qui ordinem inuertit, posteriore loco u. 250 'ignis enim densum spissatus in aera transit, hinc in aquas, tellus glomerata cogitur unda', Ocellus: ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περιόδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρός, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν', Ou. u. 249 'inde retro redeunt idemque retexitur ordo'. Similia Alexander Polyhistor l. I. § 25 exhibet: 'στοιχεῖα . . . τέτταρα, πῦρ ὕδωρ γῆν ἀέρα' μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπεσθαι δι' ὅλων' (cf. Zeller. III, 2, 88 adn. 3). Sane Pythagoreorum propria non est haec doctrina. Eisdem prope, quibus Ocellus et Alexander, uerbis iam Heraclitus usus erat: 'πυρνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι' καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὰ κάτω

εἶναι λέγει. Πάλιν δ' αὖ τὴν γῆν χεισθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπά et q. sq. ap. Laert. Diog. IX, 8. Quae ad quattuor elementa iam Aristoteles transtulit, qui in l. II de generatione et corruptione c. 4 in causas mutationis elementorum inquit, qua ei disquisitione persuadetur 'ὅτι κύκλω ἔσται ἡ γένεσις τοῖς ἀπλοῖς σώμασιν'. Eadem Stoicos docuisse ex Chrysippi apud Stobaeum ecl. I, 314 uerbis manifestum est: '... πρώτης γιγνομένης τῆς ἐκ πυρός κατὰ σύστασιν εἰς ἀέρα μεταβολῆς, δευτέρας δ' ἀπὸ τούτου εἰς ὕδωρ, τρίτης δ' ἔτι μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνάλογον συνισταμένου τοῦ ὕδατος εἰς γῆν. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης διαλυομένης καὶ διαχειομένης πρώτη μὲν γίγνεται χύσις εἰς ὕδωρ, δευτέρα δὲ ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα, τρίτη δὲ καὶ ἔσχάτη εἰς πῦρ'. Quorum maxima cum Ouidii uerbis similitudo est. Neque tamen ob hanc causam Ouidium a Stoicis potius quam a Pythagoreis sua sumpsisse statuendum est. Nam noui, qui dicuntur, Pythagorei, quae de rerum natura docent, omnia fere a Stoicis adoptauerunt. Ut singula, quibus ad uerba consentiunt, exhibeam, apud Stob. ecl. I, 262 Empedocles et Stoici dicunt: 'χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος ... θερείαν δὲ τοῦ πυρός', Alex. Polyh. l. 1. § 26: '... κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρους γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ χειμῶνα'. Frigidi uero cum aere, sicut calidi cum igne, coniunctio Stoicorum propria est, cf. Laert. Diog. VII, 137: 'εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ τὸ θερμόν, τὸ δ' ὕδωρ τὸ ὑγρόν, τὸν δ' ἀέρα τὸ ψυχρόν e. q. sq. Qua in re Pythagorei contra Aristotelem, qui aeri liquidum, frigidum uero aquae tribuebat, cum Stoicis consentiunt cf. Alex. Polyh. § 27: 'καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα'. Cicero ex Cleanthe refert: 'caloris naturam uim habere in se uitalem', Alex. § 27: 'θερμόν ... ζῶης αἴτιον', § 28: 'ζῆν πάνθ' ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ'. Stob. I, 538: 'Ζήνων τὸν ἡλιόν φησι καὶ τὴν σελήνην καὶ τῶν ἄλλων ἀστρῶν ἕκαστον εἶναι νοερόν καὶ φρόνιμον', ib. 66: 'οἱ στωικοί' ... θεοὺς δὲ ... καὶ τοὺς ἀστέρας'; Alex. § 27: 'ἡλιόν δὲ καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεοὺς'. Alex. Aphrod.: 'οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς πνεῦμα τὴν ψυχὴν λέγοντες εἶναι συγκεῖμενόν πως ἐκ

τε πυρός καὶ ἀέρος', Alex. Polyh. § 28: 'εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ', cf. paulo supra 'καλοῦσι τὸν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα', — et multa alia, quae Zelleri adnotationibus III, 2, 883 sq. innitentes colligere possimus. In tam insigni Stoicorum et Pythagoreorum in rebus physicis consensu sine ulla difficultate, quae Ovidius cum Stoicis similia exhibet, Pythagoreis tribuere possumus, quippe qui haec a Stoicis arripuerint.

Neque aliter de Ovidii uersibus 240—43 uidetur iudicandum esse:

ex illis (sc. elementis) duo sunt onerosa suoque  
 pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur,  
 et totidem grauitate carent nulloque premente  
 alta petunt, aer atque aere purior ignis.

Quam elementorum in duo paria distinctionem in Pythagoreorum libris non inuenimus, uerum accuratissime cum Ouidii uerbis congruunt, quae Stobaeus ecl. I, 346 de Stoicis tradit: 'οἱ στωϊκοὶ δύο μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων φύσει κοῦφα, πῦρ καὶ ἀέρα. δύο δὲ βαρέα, ὕδωρ καὶ γῆν. κοῦφον γὰρ ὑπάρχει φύσει, ὃ νεύσει ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου, βαρὺ δὲ τὸ εἰς μέσον'.

Ut uero ad eos reuertamur, quorum cum Ovidii uersibus consensu ad Pythagoream illis originem tribuendam adducebamur, Alexandrum Polyhistem et Ocellum, qui fertur, Lucanum, Alexander Pompeii temporibus Romae uixit ac librum pseudocellianum eodem tempore scriptum esse Zellerus III, 2, 96 adn. 1 statuit. Utriusque igitur praecepta eiusdem scholae initiis debentur, quam paulo post Sotion sustinuit.

Sequitur apud Ouidium u. 252—360 praemissis paucis de terrarum et marium mutationibus longa rerum mirabilium enumeratio, quarum pars longe maxima ad flumina lacus maria pertinet. Quaerendum igitur nunc est, num haec quoque ut ad fontem supra allatis propinquum reducamus contingat.

Quod u. 260 et 61:

sic ad ferrum uenistis ab auro,  
 saecula, sic totiens uersa est fortuna locorum,  
 saeculorum mythicorum et uersae fortunae locorum iuxta ponit



commemorationem, indicare uidetur de uetustissimae memoriae conuersionibus sese uerba facturum. Aliter enim cur saeculorum aurei et ferrei hic rursus commonefaceret? Et re uera quae u. 262—67 et u. 287—306 narrantur, huc pertinent. Inter quae u. 268—86 non feliciter interpositi uidentur. I. Sententiarum conexum turbant, nam a) partim ea continent, quae uel recentioris memoriae erant uel poetae etiam tunc tempore obseruabantur, cum et in antecedentibus et in sequentibus res uetustissimo tempore factae afferantur. b) Cum et u. 262 sq. et 287 sq. de conuersionibus, quae maribus debeantur, sermo sit, his uersibus fluminum exempla inter illas duas partes media interponuntur. II. V. 308 sq. amplissima rerum in fluminibus mirabilium enumeratio sequitur, quo loco hi uersus multo melius se haberent quam quo nunc sunt. Itaque suspicari licet Ouidium, si opus suum expolire potuisset, hunc ordinem non retinuisse. Interim nos quidem u. 268—86 separemus a conexu suo et una cum u. 308 sq. de eis iudicemus. Eis, qui restant, uersibus 262—67 et 287—306 primum exponitur et argumentis fulcitur maria saepe locum mutasse uel decursu (264—67. 87. 88) uel uolenti incursu (290—95), deinde u. 296—306 de colle narratur, qui ui uentorum sub terra incluserum sublatus etiam tunc maneat. Quibus illustratur, quod Ocellus III § 4 dicit: *φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάττης εἰς ἕτερον μέρος· ὅτε δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διισταμένης* ('extentam tumefecit humum' Ou.) *ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων*. Quae sequitur apud Ocellum altera pars enuntiati *παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται ποτέ* ad subtiliorem illum de mundi constantia et aeternitate locum pertinet, quem uitasse Ouidium supra uidimus.

Iam ad mirabilia fluminum accedimus. Si, quas praeterea horum mirabilium enarrationes habemus, cum Ouidii loco comparamus, nullius apparet maiorem cum eo similitudinem esse quam eius, quam Plinius I. II § 224 sq. exhibet. Nam qui

quidem inter Westermanni paradoxographos de fluminibus narrant (auctorem libri mirabilium auscultationum, qui Aristotelis fertur, Antigonum, Sotionem dico), eos fontem secutos esse diuersum a communi Ouidii et Plinii complura exempla docent. Velut Iouis Ammonis fontem et Antigonus (nr. 144) et Sotion (nr. 19), ex Aristotele uterque, referunt *μέσων νηπιῶν καὶ μεσημβρίας γίνεσθαι θερμῆν*, Ouidius u. 309 dicit: 'medio tua, corniger Ammon, unda die gelida est, ortuque obituque calescit', Plinius II, 228: 'Iouis Hammonis stagnum interdium frigidum noctibus feruet'. Item de Crathi et Sybari fluminibus Pseudoaristoteles Antigonus Sotion, uetustam fabulam sequentes iam Euripidi (Tro. 226 sq.) notam, contra Ouidium consentiunt. Pseudoaristoteles narrat (169): *ὁ Σύβαρις τοὺς πινοντάς ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικὸν εἶναι ποιεῖ, ὁ δὲ Κραθίς τοὺς ἀνθρώπους ξανθότριχας λονομένους*, Antigonus (134): *Κραθίην ξανθίξειν τὰς τρίχας*, Sotion (54): *Κραθίς . . . τῶν λονομένων πύρραίνει τὰς χεῖρας*, Ouidius autem utriusque flumini eandem uim tribuit capillos electro auroque similes faciendi. Item, quae ad Athamanum fontem pertinent, Antigonus (148) et Sotion (11) aliter explicant atque Ouidius et Plinius; quae Ouidius u. 313 cum Plinio de Ciconum flumine narrat, Sotion (16) prope Magnesiam ad Sipylon fieri narrat. A Plinii autem secundo libro Ouidius hic neque usquam dissentit (nam quod de Crathi et Sybari Plinius XXXI, 13 alia narrat, ad nos non pertinet, cum ibi alios auctores sequatur) — et plura etiam communia habet cf. quae de Lyncestio Lyco Erasino narrantur et in antecedentibus de Helice Bura Antissa Pharo Leucade Sicilia (= Plin. II, 201—6), in quibus Ouidium cum Plinio consentire Hauptius ad u. 287 et alibi adnotat. Neque singula tantum, sed etiam ordo rerum, quem Ouidius instituit, Pliniani similis est. Ipse Plinius I. I haec libri II capita indicat: (87) 'quibus locis maria recesserint' cf. Ou. 262 sq.; 'insularum enascentium ratio', ubi similia eis narrantur, quae Ouidius u. 296 demum de tumulo Troezenio refert; inferiore autem loco haec Ouidius propterea ponit, quia exemplum a terra continenti sumit, cum Plinius insularum exempla afferat. Sequitur apud

Plinium (90) 'quas terras interruperint maria', (91) 'quae insulae continenti adiunctae sint', quae Ouidius u. 287—92 in uerso ordine illustrat. Plin. (94) 'urbes haustae mari' = Ou. 293—95. (Quae [96] de insulis fluctuantibus narrat, eis similia Ouidius u. 336—39 demum affert, ubi de Ortygia olim natante et de Symplegadibus narrat.) Paulo infra (106) 'mirabilia fontium et fluminum'. His succedunt (107 sq.) 'mirabilia ignium' et (110) Aetnae exemplum affertur. Item Ouidius finito illo de fluminibus loco u. 334 interiectisque paucis uersibus u. 340 sq. de Aetna disputat. Ubi quamquam singula Lucretii similia exhibet (cf. Hauptium ad u. 346), etiam Plinii in mentem uenit u. 353, ubi de longo aeuo, per quod ardeat Aetna, uerba facit, cf. Plinii uerba: 'tantoque aeuo materia ignium sufficit'. Quae u. 356 de palude Tritoniaca secuntur, neque ad priores uersus adnexa sunt neque hic recto loco afferuntur, sed uidentur ab Ouidio confecta hac parte ad finem eius adnotata esse, ut postea in expoliendo opere eis suum locum inter cetera fluminum mirabilia assignet.

Quod uero fontem totius huius partis u. 262—360 attinet, Hauptius ad u. 287 adnotat et Ouidium et Plinium, quae afferant, Pythagoricis libris debere. Atque in indice, quem praemisit Plinius, non inuenio aptiorem auctorem, cui talia tribuamus, quam Fabianum. Quem Plinius in media fere hac, quam tractamus, parte § 224 laudat. Hunc scimus causarum naturalium libros scripsisse. Neque hos in philosophica potissimum causarum explicatione uersatos esse, sed exemplis rerum mirabilium, quae afferret, illustrata fuisse concludere licet ex Plinii uerbis XXXVI, 125: 'inter plurima alia Italiae miracula ipsa marmora in lapicidinis crescere auctor est Papius Fabianus'. Quod cum praeterea ex loco II, 224 sciamus eum de altitudine maris uerba fecisse, cum ad longinquas terras studia eius pertinuisse, quae Plinius II, 46 et XV, 2 refert, ostendant, cum permultos libros eum scripsisse ex Senecae ep. 100, 9 sciamus, nihil nos uetat ei miraculorum enumerationem, qualem Plinius II, 224 sq. exhibet, tribuere, ut fortasse ea, quae Plinius cum Ouidio communia habet, Fabiano debeantur. Quod

uero ad philosophiam eius attinet, Sextii discipulum perinde ac Sotionem eum fuisse ex Senecae rhetoris libris comperimus, Sextiorum uero doctrina a Pythagorica proxime aberat. Itaque Fabianum, de cuius doctrina nusquam certiora comperimus, Pythagoreum fuisse facillima coniectura statui potest <sup>1)</sup>. Hoc saltem nacti sumus, ut ad idem tempus eandemque disciplinam duceremur, cui antecedentia Ouidii tribuere conabamur.

Secuntur u. 361—417 multa de animalibus et imprimis de animalium generatione. De apibus crabronibus scorpiis papilionibus eodem ordine exponit Plinius l. XI, in cuius indice item Fabianus laudatur, praeterea autem Hyginus quoque et Nigidius Figulus, ut dubium sit, cuinam eorum Plinius sua debeat. Nam sunt in Ouidii loco (cf. Hauptii adn.), quae cum l. X Plinii consentiant, ubi Fabiani nomen non affertur, uerum Hygini et Nigidii, alia cum Plinii l. VIII, ubi neque Hygini neque Fabiani nomen inuenimus, uerum Nigidii. Hyginus autem librum scripsit de apibus, ad quem Hauptius (ad u. 364) refert, quae Ouidius hic de apibus exponit. Nigidius de animalibus libros composuit, ex quibus bis (Seru. Aen. I, 178 et Plin. VII, 66) ea potissimum laudantur, quae ad generationem pertinent. Quod cum Ouidius toto hoc loco (praeter extremos uersus) solam generationem animalium tractet, non sine causa suspicamur ad Nigidium haec referenda esse.

Ad Brunnii computationes in libro X optime quadrat, si Hyginum auctorem statuimus. Nam totus liber 212 paragraphis constat, Horatius, quem § 145 laudat, in indice (si Nigidium et Suram cum Brunnio postea adscriptos censemus) quartus a fine est, Hyginus paenultimus nominatur, quae uero Ouidius u. 389 sq. refert, cum Plinii X § 188 congruunt. Neque autem in libro VIII contra nos facit, quod Nigidius, quamquam Ouidius u. 379 cum VIII, 126 congrua exhibet, tamen post eos demum laudatur, quos paragraphorum 145—196 auctores esse constat. Nam ad librum IX quidem Brunnius (de ind.

1) Nam Plautum Stoicum, quem Quintilianus alicubi laudat, eundem esse ac Fabianum Hoefigius in dissertatione, quam de Fabiani uita scriptisque composuit (Vratisl. 1852), minime euicit.

Plin. p. 15) adnotat in hoc sequentibusque libris Nigidium in retractando opere a Plinio indici adscriptum esse et propterea nouissimum fere locum occupare. Libro autem VIII postremi quattuor sunt: Nigidius Trebius Niger Pomponius Mamilius Sura. At l. IX Nigidius cum Trebio Nigro, l. X et XI idem cum Mamilio Sura hoc postremo loco adscripti exstant.

Nigidium autem Pythagoreum fuisse Ciceronis testimonio (Tim. 1) constat, et Hyginus similibus atque Nigidius studiis incumberat, praeterea Suetonius de gramm. 20 testatur eum Alexandrum Polyhystorem studiose et audiisse et imitatum esse. Sic nobis contigit, ut usque adhuc omnia, quae Ovidius Pythagoram loquentem facit, non sine aliqua probabilitatis specie a nouorum, qui dicuntur, Pythagoreorum doctrina repeteremus. Quos ipse inseruisse uidebatur u. 160—64 non philosophiam spectabant, sed eo consilio adlata erant, ut meminissimum esse ipsius Pythagorae cum Numa colloquium. Eandem ob causam hic quoque, antequam ad uetandum esum carniū rediit, de Roma urbe uaticinium (u. 420 sq.) interposuit.

Redeundum est ad eum locum, qui aureae aetatis descriptionem continebat, u. 96—142. Quem non minus quam cetera Pythagorae disciplinae deberi post ea, quae exposuimus, ueri simillimum est. Praeterea iam uidimus colorem aliquem, quo Sotion uti solebat, ab Ouidio hic usurpatum esse. Sed alia quoque in his uersibus insunt, quae, si non cum Romanae illius Pythagoreorum scholae praeceptis comparari possunt, at uel Pythagoreorum uel philosophorum eos sequentium propria esse aliunde colligi potest. Primum argumentum quoddam uetandi carniū esus, quod neque Sextius aut Sotion neque Ouidius eis uersibus, quibus sese artissime ad horum praecepta applicat, attulerat, hic pluribus tractatur, iniuste aduersus animalia ab hominibus agi, si ea necent. Omnia, quae illi contra hanc consuetudinem proferebant, — luxuriam augeri, crudelitatis consuetudinem fieri, parricidii periculum subiri —, eam tantum quaestionem respiciebant, quidnam uel prodesset uel noceret hominibus; hic agitur de ipsorum animalium iure, quod necandis eis laedatur. Cf. u. 116 'quid meruistis, oues?'

u. 120 'quid meruere boues?' et imprimis castigatur, quod, quae de nobis merita sint, ingrato animo neglegamus, id quod tauri aratoris exemplo illustratur u. 122 sq. 141 sq. Quod ad iuris condicionem attinet, quae hominibus cum animalibus esse fertur, hoc argumento iam Empedocles utitur, cum u. 437 sq. de communi omnium iure, quod totum mundum impleat, uerba facit; quos uersus Aristoteles, qui eos seruauit (rhet. I, 13), dictos esse testatur *περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον*. Eandem quaestionem Stoicos Peripateticosque mouisse ex Plutarchi libro de sollertia animalium c. 6 in. discimus. (Qui utrique ex eo, quod necessarium esset ut et iustitia posset constare et animalia liceret necari, iniustum uero hoc futurum esset, si animalia ratione praedita essent, efficiebant ratione carere animalia.) Et inter posterioris temporis philosophos Porphyrius opus suum, quod de abstinentia animalium scripsit, ita disposuit, ut, cum primo libro ex temperantia, altero ex pietate argumenta sumeret, toto tertio de iure aduersus animalia seruando ageret. Illud uero maximae iniustitiae exemplum, tauri aratoris necationem, cum iam uetustissimo tempore et apud Graecos et apud Romanos pro maximo crimine habitam esse scimus (locos collegit Schmidtius eth. II, 93), tum Pythagoreos huius potissimum immolationem magis quam ceterorum detestatos esse grauiissimi auctoris testimonio constat Aristoxeni, qui uidelicet non eos sectabatur, qui prorsus ab animalibus abstinendum censebant. Laertius enim Diogenes l. VIII § 20 auctore Aristoxeno narrat Pythagoram non omnium animalium esum uetuisse, uerum bouis aratoris et arietis. Aliud, quod huius Ouidii loci proprium est, item alibi a Pythagorae praeceptis repeti inuenimus. Distinctionem dico u. 108—110 et in fine orationis 477. 78 factam, qua Pythagoras non omnem animalium necem improbat, sed salua pietate fieri censet, dummodo et nobis nocuerint neque nos eis uescamur. Cum his comparanda sunt, quae Plutarchus de soll. an. VII, 5 ipse quoque, ut uidetur, Pythagoreos illos minus seueros et Aristoxeni similes secutus dicit: *ἑτέρα δ' ἐστὶν ἔμμελής παραγωγή . . . σώζουσα . . . τὸ δίκαιον. ἴν τῶν σοφῶν καὶ παλαιῶν εἰσαγόντων . . . αὖθις*

*Πυθαγόρας ἀνελάμβανε, διδάσκων ὠφελεῖσθαι μὴ ἀδικοῦν-  
τας. οὐ γὰρ ἀδικοῦσιν οἱ τὰ μὲν ἄμιχτα καὶ βλαβερὰ κοιμηθῆ  
κολάζοντες καὶ ἀποκτινύοντες, τὰ δὲ ἡμέρα καὶ γιλάνθρωπα  
ποιούμενοι τιθασὰ καὶ συνεργὰ χρείας, πρὸς ἣν ἕκαστον εὖ  
πέφυκεν*. Ad ipsam uero aureae aetatis, quae in hac orationis  
parte inest, descriptionem accedit Empedoclis similitudo in  
describenda animalium securitate, cf. Ou. u. 99 sq.:

Tunc et aues tutae mouere per aera pennas  
et lepus impavidus mediis errauit in aruis  
nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.  
Cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem  
plenaque pacis erant,

et Empedoclis u. 433 sq.:

*ἦσαν γὰρ χίλια πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηγῆ  
γῆρῆς τ' οἴνωνοί τε φιλοφροσύνη τε δεδήγει.*

Sed satis diu in Pythagoreorum doctrina uersati sumus.  
Quod ad ceteros philosophos attinet, Stoicorum Posidonius  
apud Senecam ep. 90 aurei saeculi imaginem proponit. Qui  
illud officium, quod Plato (pol. 271 DE) ipsi deo, Aratus Dicae  
dabat, inter homines morandi eosque tuendi atque instruendi  
sapientibus imponit et sine legibus eos congruente semper im-  
perantis et parentis uoluntate optime regnasse narrat. Hanc  
aureae aetatis ut legibus non egentis imaginem non modo  
poetae adoptauerunt, quorum Vergilius Aen. VII, 203 Latinos  
appellat

Saturni gentem haud uinco nec legibus aequam  
sponte sua ueterisque dei se more tenentem  
et Ouidius met. I, 89 ab hoc Vergilii loco sine dubio profectus  
(nam totam, quae hoc loco exstat, aureae aetatis imaginem  
coloribus ex uariis Vergilii et Tibulli locis diligenter congestis  
eum composuisse facile demonstrari potest) narrat:

aurea prima sata est aetas, quae uindice nullo  
sponte sua sine lege fidem rectumque colebat;  
poena metusque aberant e. q. sq.,

sed rerum quoque scriptores eam amplexi sunt. Nam Tacitus  
ann. III, 26 et ipsum saeculum priscum his describit: 'uetu-

stissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro seelere eoque sine poena aut coercionibus agebant', et quae illud saeculum secuta sint, Posidonio simillima exhibet. Posidonius narrabat l. l. § 6 'postquam subrepentibus uitis in tyrannidem regna conuersa sunt, opus esse coepit legibus', post quae legum latores primi enumerantur; Tacitus: 'postquam exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et uis incedebat, prouenere dominationes multosque apud populus aeternum mansere; quidam statim aut, postquam regum pertaesum, leges maluerunt'. Quae similis legum latorum enumeratio sequitur. Item sapientium Posidonii eis commemoramur, quae Trogus initio historiae suae narrauit: 'principio rerum gentium nationumque imperium penes reges fuit, quos . . . spectata inter bonos moderatio prouehabat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant' (Justin. I, 1).

Quod uero abstinentiam carniū attinet, Stoicos uoluisse comedi animalia Plutarchus de soll. an. 6 docet neque in Posidonii aureae aetatis descriptione hunc colorem inuenimus. Quod autem ipse Seneca in eis, quae contra Posidonium disputat, § 45 de illis hominibus narrat: 'parcebant adhuc etiam mutis animalibus', inde concludendum non est ab eius temporis Stoicis carniū abstinentiae laudem adoptatam esse. Nam Seneca, qui iam § 37 ex ea aureae aetatis descriptione, quam Vergilius ge. I, 125 sq. exhibet, aliquos uersus laudauit, haec quoque ex eiusdem loci memoria, ubi u. 139 sq. de uenationis et piscatus inuentione narratur, Stoicae disciplinae constantiam non nimis curans intulisse uidetur. Illic autem non tam scelesti animalium necatio innocenti uitae ab eis abstinenti opponitur, quam uictus comparandi labores aureae uitae communitati. Praeterea feras quidem tunc necatas esse ipse Seneca § 41 narrat.

Ad rerum scriptores quoniam semel delati sumus, apud hos quoque duas illas contrarias opiniones offendimus, quarum altera prisci homines ex rudi statu paulatim ad meliora prouecti esse finguntur. Hanc plurimis exponit Diodorus I, 8 sq.; qui alteram illam de bonis beatisque primis hominibus V, 66



tamquam Cretensium fabulam commemorat. Eandem sequitur Hyginus (frg. 6 P.), qui Protarchum Trallianum secutus Saturnium saeculum perinde atque Vergilius (Aen. VIII, 314 sq.) post antecedentem uitam rudem atque incultam posuit. Qui ab altera parte stant, aut uictus potissimum beatitudinem describunt, ut Dionysius Halicarnassensis I, 36 sq., aut ad morum magis praestantiam spectant, ut Tacitus et Trogus locis supra adlatis. Quod autem ad carniū abstinentiam attinet, apud hos quidem, quos attuli, non commemoratur et, Dionysius ut eam aureae aetati tribuat, tantum abest, ut c. 38 etiam homines tunc mactatos esse narret.

Solus, quem nos comperimus historicorum hoc in auream aetatem intulisse, Dicaearchus est. Cuius sententiam Porphyrius IV, 2 accuratius exponit. Sed ut iam uidimus Porphyrium in laudandis aliis scriptoribus non nimis amantem ueritatis esse, hic quoque diligenter nobis uerba eius excutienda sunt, ut cognoscamus, quid uoluerit Dicaearchus, quid Porphyrius ex eo extorqueat. Nam mirum sane esset, si Dicaearchus, qui ne immortalitatem quidem animi statuebat, in eo tamen cum Pythagoreis fecisset, ut animalium necem quasi impium facinus detestaretur. Et initio quidem capituli 2 Porphyrius refert: *Δικαίαρχος . . . τοὺς παλαιοὺς καὶ ἔγγυς θεῶν φησι γεγονότας βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐξήχότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι, . . . μηδὲν φρονεῦειν ἔμψυχον.* Sed ex eis, quae statim secuntur, elucet Dicaearchum haec non quasi suam sententiam professum esse, sed rettulisse tantum ut traditam fabulam, in qua posset ueri aliquid latere — *εἰ δεῖ λαμβάνειν μὲν αὐτὸν ὡς γεγονότα καὶ μὴ μάτην ἐπιπεφημισμένον, τὸ δὲ λίαν μυθικὸν ἀφέντας εἰς τὸ διὰ τοῦ λόγου φυσικὸν ἀνάγειν.* Cf. etiam infra post nomadicae uitae descriptionem: *καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' οἱ τὰ παλαιὰ ἱστορία διεξελθόντες εἰρήχασιν.* Quae Dicaearchus sine dubio scripsit, quia suum ipse iudicium suspensum relinquere uolebat. Porphyrius uero ita affert, quasi Dicaearchus antiquitatem et propter hanc fidem fabulae confirmare uoluisset. Quamobrem Porphyrius hoc potissimum loco, postquam animalium usum

commemorauit, haec uerba inserit, Dicaearchus fortasse, ubi de aurea aetate uerba fecit, posuerat, ut liceat suspicari τὸς τὰ παλαιὰ ἱστορία διεξελεθόντας esse Acusilaum Hecataeum Hellanicum, quos Iosephus arch. I, 3, 9 narrasse refert τὸς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια — alios quidem rerum scriptores non nouimus, qui ante Dicaearchum de prisca beatitudine retulerint — uel etiam Theophrastum. Sed quod carniū abstinentiam attinet, Dicaearchus de nutrimentis hominum aureorum uerba facit, inanimis tantum illorum uictum constitisse nusquam dicit, et quae proxime ad hanc sententiam accedentia Porphyrius inuenire poterat, sunt haec uerba ualde ambigua: ‘οὔτε γὰρ τὴν τῆς φύσεως ἰσχυροτέραν τροφήν, ἀλλ’ ἣς ἡ φύσις ἰσχυροτέρα, προσεφέροντο’, quae sane de carniū abstinentia nihil continent. At in secundae aetatis, nomadicae, descriptione hanc sententiam Porphyrius inuenisse sibi uidetur. “Υστερον ὁ νομαδικὸς εἰσῆλθε βίος, καὶ ὃν περιττοτέραν ἤδη κτήσιν προσπεριεβάλλοντο καὶ ζώων ἦψαντο, κατανοήσαντες ὅτι τὰ μὲν ἀσπῆ ἐτύγχανεν ὄντα, τὰ δὲ κακοῦργα καὶ χαλεπά. καὶ οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο’. Ex uerbis ἦψαντο, ἐτιθάσσευσαν — ἐπέθεντο uidere licet, quantopere Porphyrius ex Dicaearchi uerbis extorquere studuerit, quae non inerant. “Ἠψαντο’ ipsi Porphyrio deberi uidetur et astute hoc potissimum uerbum elegit, quod et ‘tangere’ significat et ‘pro cibo uti’. Dicaearchus autem ipse nihil nisi transitum descripsit ex simplicissimo uitae statu in eum, quo iam didicerint mansuetis bestiis uti ferasque defendere, de esu carniū non loquitur. Nec minus ambigua sunt, quae secuntur: ‘οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο καὶ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ συνεισῆλθε πόλεμος’: quasi consuetudo manus bestiis iniciendi corrupisset hominum animos, ut ne alter alteri quidem parceret. Dicaearchus autem paulo supra propterea pastoricia aetate bella exorta esse statuebat, quia antea non habuissent, de quo debellarent.

Dicaearchus igitur neque dilucidis uerbis aureae aetati carniū abstinentiam tribuit: nam, si ita esset, Porphyrius haec uerba attulisset; et, si re uera credidit priscos homines

nondum manus bestiis admouisse, ideo credidisse putandus est, quia artem nondum haberent aut feras prohibendi aut utendi mansuetis<sup>1)</sup>, non quia pietate uel religione aliqua adducti ab animalibus necandis abhorruissent. Ita hoc, quod solum Porphyrii interesse poterat, Dicaearchi liber ei omnino non praebebat. Sed nullum artificium hunc hominem uereri, ut, quae tradita sint, ad suum usum torqueat, quod continuo sequitur, cap. 3 initium satis ostendit. Ubi inde, quod Lycurgus rei familiaris cuiusque mensuram non in animalium numero, sed in agri magnitudine posuerit, concludit eum carniū abstinentiam commendasse.

Sed ad poetas redeundum est. Et epicorum quidem post Hesiodum et Empedoclem praecipuus aureae aetatis depingendae auctor est Aratus, qui in phaenomenis u. 96 sq. iniecta uirginis caelestis mentione hanc fabulam inserit. Ut Empedocles Veneri, sic Aratus Dicae potius aureae aetatis regnum tribuit. Quam non ipse Aratus finxit reginam, nam ipse u. 100 hanc fabulam uulgi ore ferri dicit, sed Dice iam antea in Nemesis Hesiodaeae locum successit, cuius aurea aetate praesentia inde, quod ferrea effugisse narratur, facile effici poterat. Hoc, praeterea quod simillima utrique e terris fuga tribuitur, probatur Platonis Protagorae loco 322 C, ubi Protagoras, quam inde a 320 D de uetustissimo hominum genere proponit fabulam, consulto Hesiodaeo aetatum ordini opponere uidetur. Nam cum apud Hesiodum deterrimis paulatim factis hominum moribus *Αιδώς* et *Νέμεσις* ad superos euolent, in Protagorae narratione Iuppiter, ut ex nimia primae aetatis imbecillitate et animorum feritate homines educat, *Αιδῶ* καὶ *Δίκην* Mercurio comitante ad eos demittit. Intellexit has uicarias Dicae partes Iuuenalis quoque, qui sat. 6, 19 perinde atque Hesiodus duarum sororum ad superos fugam refert:

---

1) Quam priscorum condicionem Plato Protagoram describentem facit Prot. 322 B: 'ἀπώλλυντο οὖν ὑπὸ τῶν θηρίων διὰ τὸ πανταχῆ αὐτῶν ἀσθενέστεροι εἶναι, καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφήν ἱκανὴ βοήθους ἦν, πρὸς δὲ τὸν τῶν θηρίων πόλεμον ἐνδεής', cf. pol. 274 B.

paulatim deinde ad superos Astraea recessit

haec comite (i. e. Pudicitia) atque duae pariter fugere sorores, Hesiodi igitur *Αἰδῶ* coniungit cum Arati Dice, quae Astraeae cognomine significatur. Cognatam et Nemesi et Iustitiae deam Themidem alius nescioquis Alexandrinus aureo generi praefecit, quem sequitur Catullus 68, 153 sq.:

Huc addent diui quam plurima, quae Themis olim antiquis solita est munera ferre piis.

Itaque apud Calpurnium ecl. 1, 44 renascente aurea aetate Themis ad terras redit.

Sicut Dices praesentia non ab Arato inuenta est, ita iustitiae potissimum exercendae studium in aureis hominibus iam a Theognide u. 1141 sq. laudatur:

*εἰσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιται οὐδὲ θέμιστας  
οὐκέτι γινώσκουσ' οὐδὲ μὲν εὐνομίας* (cf. infra).

Imitatus autem est Aratum Babrius, qui prooem. in. narrat:

*γενεὴ δικάϊων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,  
ὃ Βράγχε τέκνον, ἦν καλοῦσι χρυσεῖην.*

Nauigationis absentiam utpote ad uictum comparandum non necessariae:

*καὶ βίον οὐπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον  
ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν  
μυρία πάντα παρεῖχε Δίκη . . .*

Hesiodo debet. Nam op. 225 sq. iustorum hominum felicitas describitur, quae cum multis aliis commodis continetur (florenti ciuitatis statu, belli famisque absentia, frugum et lanae abundantia, mulierum fertilitate), tum hoc, quod terra eis sine nauigatione uictum satis magnum praebet (u. 236):

*οὐδ' ἐπὶ νηῶν  
νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.*

Tertium quoque ad aliquam Hesiodi similitudinem reduci potest. Nam iam uidimus gradationis inferendae consilio Aratum secundae aetati raram Dices praesentiam tribuisse. Et fingit eam tunc in montibus habitasse, unde initio raro, postremo non iam omnino inter homines prodiret. At uero quod Hesiodus op. 290 de Virtute metaphorice narrat:

μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν  
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον,

hinc non Q. Smyrnaeus demum V, 49 ueram montis, in quo Virtus habitaret, imaginem in clipeo pictam sumpsit, sed iam Simonides (frg. 58) narrat:

ἔστι τις λόγος τὰν Ἀρετὰν  
ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις.

Ad hanc similitudinem Aratus Dices secunda aetate imaginem finxisse uidetur et fortasse ipsum Simonidis locum ante oculos habuit, nam apud Simonidem Virtus fertur 'οὐδ' ἀπαντᾶν βλεφάροις θνητῶν ἔσοπτος', apud Aratum minatur 'οὐκέτι . . . εἰσωπὸς ἐλεύσεσθαι καλέουσιν' et, quod minata est, facit. Hoc solum discrimen intercedit inter hos poetas, quod Aratus hanc Iustitiae imaginem certo temporis spatio inter creberrimam eius praesentiam et effugium eiusdem ponit, Hesiodus et Simonides Virtuti eandem nunc quoque sedem tribuunt. Nam Bergkii coniectura: 'ποτὲ τὰν Ἀρετὰν ναίειν . . . ἐπὶ πέτραις, νῦν δὲ μιν θεῶν χῶρον ἀγνὸν ἀμφέπειν', qua Virtuti eadem atque Iustitiae Arati e terris in caelum fuga datur, non uera est, cum ex postremis fragmenti uerbis: 'οὐδ' ἀπαντᾶν βλεφάροις θνητῶν, . . . ᾧ μὲν . . . ἰδρῶς . . . μόλη, ἴκηται δ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας' (quibus aperte ad Hesiodi u. 291 'ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἴκηται' alludit), sequatur eum perinde atque Hesiodum Virtutem etiam nunc in monte habitantem fingere. Et sollemnis haec erat Virtutis imago, cf. Lucianum, qui uer. hist. 2 p. 115 de omnium scholarum philosophis in insula beatorum praesentibus narrat, τῶν δὲ Στωϊκῶν οὐδεὶς παρῆν· ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον<sup>1)</sup>.

Cum his Aratus ad Hesiodum se applicare uideatur, alia in re prorsus contraria illi profert. Apud Hesiodum terra sua

1) Similis Xenophonti ad summam uirtutem Ἀνάβασις tribuitur a Laertio Diogene II, 58 (anth. Pal. VII, 97):

οὐ μόνον εἰς Πέρσας ἀνέβη Ξενοφῶν διὰ Κῦρον,  
ἀλλ' ἄνοδον ζητῶν εἰς Διὸς ἦτις ἄγου.  
Παιδείης γὰρ εἴς Ἑλληνικὰ πράγματα δείξας  
ὡς καλὸν ἦ σοφίῃ μνήσατο Σωκράτεος.

sponte fruges largissimas profundebat, Arati aurei homines terram arando accedente Iustitiae ope copias sibi comparant. Qua fictione etsi in latinorum poetarum Alexandrinos imitantium de aurea aetate narrationibus aliquid ualuisse Aratum cernimus, tamen peruulgatissimam illam de frugibus sua sponte prouenientibus opinionem non potuisse uinci Germanici exemplo uidemus. Is enim Aratum ceteroquin accurate imitatus hic tamen facere non potuit, quin dempta illa Aratea aratione sponte sua tellurem fructus dedisse narraret. Et Auienus, qui ita totum hunc Arateorum locum composuit, ut praeter Germanicum, quo principali fonte utitur, ipsum Arati textum adhiberet <sup>1)</sup>, haec Arati:

ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτὶ πότνια λαῶν  
 μύρια πάντα παρείχε Δίκη,

quae Germanicus liberrime tractat 'fructusque dabat placata colono sponte sua tellus', eo usque ad Arati uerba expressit, ut boues et aratra cautus omitteret u. 316:

omnia sed cunctis nasci dabat aurea terris  
 Iustitia.

Fortasse propterea Aratus fabulam immutauit, quia morum potius praestantiam quam uitae commoditatem efferre studebat, nimiam autem in Hesiodica uita uidebat mollitiem. Atque ipse quidem Hesiodus nihil dicit nisi 'ἤσυχαι ἔργ' ἐνέμοντο', sed iam Dicaearchus (Porph. de abst. IV, 2) monet agriculturae ignorantiam causam praebuisse τοῦ σχολῆν ἄγειν, et Ouidius met. I, 100 narrat:

mollia securae peragebant otia gentes,  
 quod sine dubio Seneca in animo habuit, cum Med. 331 de eorundem felicitate praedicaret:

sua quisque piger litora tangens  
 . . . nisi quas tulerat  
 natale solum, non norat opes.

1) Cf. e. gr. Arat. u. 110 'χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα', quod Germanicus u. 115 sq. liberius reddidit 'ignotique maris cursus', ab Auieno autem u. 305 sq. sic redditur: 'uada turgida ponti ignorata suo seclusaque fine iacebant'.

Et talium memor potuit elegiae prioris in Maecenatem auctor huius mollitiem aureae aetatis exemplo defendere u. 21 sq.:

quod discinctus eras habitu, quod carpitur unum,  
diluis hoc nimia simplicitate tua.

Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo,  
quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.

Altera Arati ab Hesiodo differentia eo constat, quod Aratus in esu carniū aestimando prorsus Pythagoreus est. Hesiodus enim, cum de quinta aetate narrat, longam scelerum seriem enumerat, quae Pudicitiae et Nemesi fugiendi causam praebuerint; Aratus, qui item fugae narrationem ad nequitiae hominum commemorationem adiungit, hunc tamen nullis aliis exemplis illustrat, nisi quod (ad Hesiodi aetatem III se applicans uide p. 13) enses fabricari et boues aratores comedere narrat homines coepisse. Dubitare aliquis possit, an *πρωτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων* (u. 132) ita intellegendum sit, ut *ἀροτήρων* prematur, illud igitur crimen significetur, quod iam uetustissimis temporibus Graecorum Romanorumque legibus prohibitum esse traditur (uide p. 42), de omni autem animalium nece prorsus damnanda Aratus non cogitarit. Quae scholiastae opinio fuisse uidetur, qui adnotat: *οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἐφύλαττον τοὺς ἐργάτας βοῦς καθιερέειν*. Attamen non hoc uoluisse Aratum, sed addito *ἀροτήρων* augeri tantum, quod solis uerbis *βοῶν ἐπάσαντο* iam satis indicetur, et per se ueri simile est (nam uix Aratus solo peculiari illo crimine totius aetatis mores depinxisse putandus est) et ab imitatoribus intellectum est. Nam Cicero hoc epitheton omittit et narrat ausos eos esse *gustare manu uinctum domitumque iuuenicum*. Eodem modo Vergilius ge. II, 537 hoc tempus significat: *ante impia quam caesis gens est epulata iuuenicis*. Perinde autem Empedocles u. 424 pro omni animalium genere bouum tantum nomen attulerat. Aratus igitur Pythagoreos sequitur neque tamen eos, qui cum Aristoxeno bouis aratoris tantum et arietis damnabant immolationem, sed eos, qui omnium animalium uetabant, quibus sine dubio bouis aratoris necatio ceteras nequitia superare uidebatur. Sed quomodo factum est, ut Aratus

a Pythagoreis potissimum aureae aetatis imaginem peteret? Credo non ipsum Aratum Pythagoreos adiisse, sed hanc quoque fabulam ibi inuenisse, unde totam de astris scientiam eum hausisse 'antiquissimi et doctissimi interpretes, imprimis Hipparchus Bithynus, affirmant' (uide Arat. ed. Buhle uol. II p. 464), in Eudoxi Cnidii Enoptro. Nam carmen hoc fuisse Plutarchi (de Pythiae or. 18) et Suidae (s. u. Eudoxus) testimoniis constat, itaque eiusmodi fabula inter astronomica apud hunc quoque bene inseri poterat. Eudoxum autem Laert. Diog. VIII, 8 in Pythagoreorum numero refert et hunc potissimum acrem abstinentiae ciborum propugnatorem fuisse ex eo concludere licet, quod Porphyrius in uita Pythagorae § 7 refert, narrasse Eudoxum tantae puritatis Pythagoram fuisse, ut non solum animalibus abstineret, sed ne coquis quidem aut uenatoribus umquam appropinquaret.

Lyricorum poetarum uetustiores raro aureae aetatis fabulae mentionem inieciisse uidentur. In solo **Theognidis** loco aetatum commemoratio seruata est. Qui inde a u. 1135 Spem in Pandorae dolio residentem et dearum ferrea aetate in caelum effugium ita confundit, ut Spem solam remansisse narret, cum ceteri dei effugerent. Quod Ouidius imitatus est, cum ex Ponto I, 6, 29 de Spe diceret:

Haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,  
in dis inuisa sola remansit humo.

Deas uero, quae tunc effugerint, Theognis non *Αιδῶ* uel *Νέμεσις* uel *Δίκη* affert, sed *Πίστις*, *Σωφροσύνη*, *Χάρις*, quarum prima una cum Arati Dice aureae aetatis regnum habet apud Octauiae auctorem u. 397sq.:

tunc illa uirgo, numinis magni dea,  
Iustitia, caelo missa cum sancta Fide,  
terris regebat mitis humanum genus.

Versu autem 1141 'εὐσεβέων ἀνδρῶν γένος', quippe quod euauerit, commemorat, quo auream aetatem significari propter apertam illam in antecedentibus Hesiodi memoriam certum est.

**Alexandrini** autem poetae, ut in aliis Hesiodi studiosi, libenter aureae aetatis imagine luserunt, unde tam frequens



eius apud Latinos poetas inde ab Augusti temporibus commemoratio proflexit, ut Aetnae poematis auctor (u. 16) negare posset quemquam melius sua tempora nosse. Praeterea illi nouos quosdam ei colores uidentur addidisse. Hi primi mulieribus aliquas in hac fabula partes tribuerunt, cum uel pudicitiam priscarum mulierum laudarent uel felicissimam amoris illo tempore condicionem praedicarent. Ac primum quod pudicitiam attinet, quamquam Iuuenalem, qui sat. 6 initio aetatum indolem ad pudicitiam gradatim euanescentem refert, ab Hesiodi loco, ubi *Αἰδώς* commemoratur, profectum esse uidimus, apud ipsum tamen Hesiodum *αἰδώς* non est pudicitia, sed pietas et reuerentia, quod ex u. 182—196 discimus, ubi in ultimae aetatis uitii perlustrandis ea tantum afferuntur, quae ad iniustitiam petulantiam uiolentiam pertinent, nihil de impudicitia, et ex u. 192, ubi neglecta *αἰδώς* periuri hominis exemplo illustratur. Alexandrini demum poetae hunc colorem induxisse uidentur, nam Catullus in c. 64, ubi uersibus 397 sq.:

sed postquam tellus scelere est imbuta nefando

iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt

sine dubio ad Arateas aetates et Dicae fugam alludit, u. 384 deos facit castas heroum domos inuisentes et in scelerum, quae illi aetati opponit, enumeratione u. 403 matrem impiam nato se substernentem affert. Propertius autem multus est in laudandis puellarum, quae olim fuerint, moribus, id quod ad ipsam auream aetatem III, 30, 52 M. refert:

Tu prius et fluctus poteris siccare marinos

altaque mortali deripere astra manu,

quam facere, ut nostrae nolint peccare puellae.

Hic mos Saturno regna tenente fuit.

Quod ne iocose tantum pro 'hoc diu abolitum est' dictum putes, sequentia: 'at cum Deucalionis aquae' q. sq. prohibent. Consolationis ad Liuiam auctorem feminarum praestantiam quasi illius aetatis propriam sumere u. 343 supra allatus docet, ubi Liuia appellatur 'femina digna illis, quas aurea prodidit aetas'. Ouidius uero etiam, ubi alteram opinionem sequitur, qua primi homines rudissimi fuisse feruntur, curam,

quam pudoris tunc habuerint amantes, sui temporis impudicitiae opponit art. am. II, 621—24:

tunc quoque, cum solem nondum prohibebat et imbrem  
tegula, sed quercus tecta cibumque dabat,  
in nemore atque antris, non sub Ioue, iuncta uoluptas:  
tanta rudi populo cura pudoris erat.

Ac prauitatis mulierum, quae suo tempore esset, taedio iam fabulae de Pandora auctor mouebatur. Sed is quidem mulieres a prisca aetate omnino abesse maluit. Et ab hac fabula Plato profectus esse uidetur, cum in Politico 271 A illa aetate hominum ἐξ ἀλλήλων generationem fuisse negaret (uide Eichhoff. p. 589).

Alterum colorem, amorum summam felicitatem, primus Theocritus nobis praebet 12, 15:

ἢ ἕα τότ' ἦσαν  
χρύσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθεὶς.

Si Laertium Diogenem audimus, iam ante Theocriti aetatem Arcesilaus Academicus hoc aureae aetati tribuit. Hunc enim narrat IV, 4, 22 de Cratete et Polemone, qui maxime inter se amauerint, praedicasse ὡς εἶεν θεοὶ τινες ἢ λείψανα τῶν ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους' (adtulit Hillerus ad Theocriti locum). Quod etsi credamus testi leuissimo, sollemnis tamen locus Alexandrinorum demum poetarum auctoritate factus esse uidetur. Propertius IV, 12, 25 sq. felicissimos priscae aetatis amores describit, quo loco eum aetatem omnem hominum memoriam antecedentem, h. e. auream in animo habere uersus 51 sq. ostendunt, ubi Polydori et Amphiarai aetas tempore iam deteriore facto et illam innocentissimam aetatem sequente ponitur. Expressis uerbis aureum saeculum hoc colore Lydiae auctor induit. Qui u. 47, postquam de deorum felicissimis amoribus narrauit, addit:

aurea quin etiam quom saecula uoluebantur  
condicio similisque fuit mortalibus illis,

unde u. 51 ad suae aetatis iniquioris commemorationem transit:  
laedere, caelicolae, potuit uos nostra quid aetas,  
condicio nobis uitae quo durior esset?

Quae eodem sententiarum ordine u. 74 et 75 repetit, antecedente iterum de deorum amoribus narratione:

talia caelicolae. Num quid minus aurea proles?

ergo quod deus atque heros, quor non minor aetas?

nam 'proles' u. 74, quod Vonckius pro tradito 'prono' coniecit, similitudine horum locorum confirmatur. Item Tibullus II, 3, 71, postquam u. 35: 'ferrea non Venerem, sed praedam, saecula laudant' de aureo saeculo se uerba facere satis indicauit, his illud describit:

tum, quibus adspirabat Amor, praebebat aperte

mitis in umbrosa gaudia ualle Venus.

Nauigationis absentiam praeunte Arato in nulla fere huius temporis aureae aetatis descriptione desideramus, cf. Verg. ecl. 4, 32; ge. I, 136; Prop. III, 7, 31; Tib. I, 3, 37. II, 3, 39; Hor. epod. 16, 59; Ou. met. I, 94; am. III, 8, 43; Sen. Phaedr. 530. Hanc ob causam Seneca, cum ab Accio in Medea fabula priscam aetatem ita tractari inueniret, ut ex immani uictu homines paulatim ad mansuetiora proiectos esse fingeret (frg. 7), nauium igitur inuentionem sine dubio secundam faustamque hominum generi ad meliora nitenti fuisse contenderet, hoc ita inuertit, ut in nauticarum artium ignorantia summam priscae aevi felicitatem poneret (Med. 309 sq.). Solus Manilius I, 77 rursus cum Accio facit, quod ex carminis consilio artem astro-nomicam nautis utilem laudandi per se sequitur.

Rusticae uitae desiderium, unde bucolica poesis exorta est, effecit ut interdum aurei homines agricolae fierent. Terram arasse felicissimos illos homines Aratus finxit. Neque sane notissima illa de frugibus sua sponte prouenientibus fabula euanescere potuit, nam Vergilius ge. I, 125 narrat 'ante Iouem', i. e. sub Saturno, 'colonos nullos arua subegisse'; Octauiae autem auctor u. 412 sq. agriculturam quartae demum aetati tribuit, atque etiam interpretes Arati sua libidine hunc locum immutasse supra uidimus. Secutus tamen Arati exemplum Horatius est, cum epod. 2, 2 priscam gentem mortalium rura bobus exercuisse fingeret; et Propertius IV, 12, 25 felicissimi aevi descriptionem his incohat:

felix agrestum quondam pacata iuuentus,  
diuitiae quorum messis et arbor erant.

Manifestissime autem hoc ipsum aureae aetatis maxime proprium esse statuit, qui iam ante Varronis tempora fuit, Menander Heracleotes. Quem 'agricolas ipsos unos esse reliquias ex stirpe Saturni' praedicasse in Plutarchi, qui fertur, de nobilitate libri uersione latina c. 20 traditur.

In aliis quoque rebus cernimus, quomodo ad temporum quorumque mores et desideria aureae aetatis imago mutata sit. Sic ingrauescentem in imperio Romano luxuriam in eo sentimus, quod, cum apud Hesiodum homines aurei largis terrae muneribus abundantes epulis delectentur et apud Aratum ideo maria non transuehantur, quia Iustitia eis sine nauigatione *μυρία πάντα* praebet, iam Ciceroni Aratum uertenti 'malebant tenui contenti uiuere cultu' et Senecae in Medea u. 333 'paruo' quisque 'diues nisi quas tulerat natale solum non norat opes', et ab Augustei temporis poetis inter scelestae posterioris uitae causas auri inuentio maxime efferri solet. Quamquam ad uictus simplicitatem aureae aetati tribuendam nonnihil contraria illa imago hominum priscorum herbis et glandibus uescentium uideatur contulisse.

Item ex nimia et perniciosa Romae inter diuitias et egestatem distantia explicandum est, quod rem familiarem aurea aetate omnino non fuisse primus, quod quidem nos sciamus, inter poetas (nam inter philosophos subsimili fictione Plato praeierat, qui Critiae p. 110 C Atlantiorum temporibus Athenis ordinem militum bonorum communione usum esse narrat) Vergilius apertis uerbis dicit ge. I, 126 sq.:

ne signare quidem aut partiri limite campum  
fas erat; in medium quaerebant.

Quem inter ceteros poetas Germanicus quoque in Arati uersione secutus est u. 119:

nec parui terminus agri  
praestabat dominis sine eo tutissima rura,  
cum neque ipse Aratus neque Hesiodus de bonorum communione uerba faciant. Atque Auienus quidem, qui semper ali-

qua uerba accurate ex graeco exemplari uersa immiscere studeat, hunc Germanici locum iam apud Aratum reperire sibi uisus illius u. 109: *οὔτε διακρίσιος περιμεμεγέος . . . ἤπισταντο* u. 300 reddit: 'neque iam discretio campum metiri in dominos monstauerat'. Sed hic merum errorem Auieni habemus, Arati *διάκρισις* nihil est nisi 'disceptatio'.

De scaenicis Graecorum poetis nullum adhuc uerbum fecimus, qui in aurea felicitate multum uersati sunt. Minus hoc ad *tragoediarum* scriptores pertinet, nam in tragoediis quidem nusquam illam de aurea prisca aetate fabulam inuenimus, nisi tetigisse eam Aeschylum in Aetnaeis suspiceris, qua in fabula eum de Cronia urbe a Saturno, dum in Sicilia regnaret, condita rettulisse Joh. Lydus testatur frg. 11 N. Contraria autem de priscis sententia tribus locis copiose exposita exstat. Primum in Aeschyli Prometheo u. 447—508 Prometheus miseram priscorum hominum in antris habitantium condicionem describit, quam ipse siderum notitia, litteris, bouis equique usu, nauigatione, medendi, uaticinandi, metalla fodiendi artibus inuentis subleuauerit. Secundus locus est Critiae, qui in Sisypho (teste Sex. Empirico p. 403, 1 = frg. 1 N.) ita priscam aetatem depingit:

*ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος  
καὶ θηριώδης ἰσχὺς θ' ἐπηρέτης,  
ὅτ' οὐδὲν ἄθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν  
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίγνετο.*

Quamquam ad meliora inde prouectos is quidem homines uix credebat, nam in sequentibus uersibus exponit neque leges, quas postea inuenerint, effecisse, ut scelera committere desinerent, et deos, quos animis hominum proponentes ab occulte peccando eos deterrere soleant, astuti alicuius hominis mendacio deberi. Tertius locus est Moschionis (frg. 7 N.), qui homines olim ferarum similes in antris habitasse narrat aedibus urbibus agricultura carentes et inter se comedisse, donec Cereris et Bacchi opera innotuerint. Tunc urbes domosque aedificasse et mortuos sepeliuisse. Mirum in modum ea, quibus carentes hi tragici priscos infelicissimos putabant, cum eis

consentiunt, in quorum absentia alii poetae summam huius temporis felicitatem ponebant. De nauigatione et agri cultura iam uidimus; siderum uentorumque hac aetate ignorantiam Seneca in *Medea* u. 309 sq. praedicat, bouis equique usu carentes Tibullus I, 3, 41 celebrat:

illo non ualidus subiit iuga tempore taurus,  
 non domito frenos ore momordit equus;  
 metalla fodiendi artem Ouidius detestatur, cum *met. I*, 138 sq. inter ferreae aetatis scelera hoc affert:

— — itum est in uiscera terrae  
 — — effodiuntur opes, irritamenta malorum;  
 et cum Moschion u. 6 sq. his coloribus priscae uitae miseriam instruat:

*οὐδέ τι γὰρ ἦν  
 οὔτε στεγῆρης οἶκος οὔτε λαίνοις  
 εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις,*

Tibullus I, 3, 43 huic aetati laudi tribuit, quod 'non domus ulla fores habuit' et Vergilius in *ecl. 4*, 32 'cingere muris oppida' inter 'priscae uestigia fraudis' affert.

Latissimus autem ipsius aureae felicitatis campus in *co-moedia* est, cum qua licebit pauca *satyricae* fabulae uestigia una considerare. Nam cum duplex ratio sit laudandae huius uitae, ut aut uictus commoditas aut morum praestantia effertur, comici Hesiodum secuti, qui de moribus in sequentium demum aetatum descriptione uerba facit (uide Eichhoff. l. l. p. 589), illam potissimum elegerunt et in dapum praecipue abundantia felicitatem ponere solent. Satyros autem edendo bibendoque multum studuisse satyricarum fabularum, quae exstant, fragmenta satis ostendunt. Quarum in una scimus huiusmodi abundantiam commemorandae aureae aetatis ansam dedisse. Nam ad *Arist. Plut. 806* sq.:

*ἡ μὲν σιπύη μεστή ᾽στι λευκῶν ἀλφίτων,  
 οἱ δ' ἀμφορῆς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου*

scholiasta adnotat: *ταῦτα παρὰ τὰ ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους* (frg. 254 N.), *ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο*. Auream uero aetatem ibidem descriptam exstitisse ex scholio ad *Ar. Pac. 531* (frg. 258) discimus, ubi, cum Try-

gaeum Aristophanes in rerum dulcissimarum numero Sophoclis carmina referentem faceret, fuisse dicitur, qui eum hos ex Inacho uersus in animo habuisse crederent:

*εἰδαιμονες οἱ τότε γέννας*

*ἀφθίτου λαχόντες ἰσοθέου* (sic Nauckius).

Ex hac doctorum quorundam hominum suspicione, quae ipsis Aristophanis uerbis moueri non potuit, sequitur et notissimam celebratissimamque non modo totam hanc Sophoclis fabulam <sup>1)</sup>, sed hoc praecipue carmen fuisse et ampliorem aureae aetatis descriptionem continuisse, qua gratissima felicis illius uitae imago audientium animis proponeretur.

In fabula Rhintonica aureae uitae ut potus deliciis abundantis imaginem haberemus, si certa esset Bodii suspicio (hist. poes. gr. III, 2, 107) in paruulo fragmento ab Athenaeo XI, 487 C laudato: *Βλαῖσος ἐν Σατούργῳ φησίν·*

*ἐπὶ τὰ μαθαλίδας*

*ἐπίχε' ἀμὴν τῷ γλυκντάτῳ*

ipsum Saturnum tamquam fortem potatorem induci.

Quod comoediam ipsam attinet, unum colorem nouum poetae comici in aureae uitae imaginem induxerunt, seruorum illo tempore absentiam. Quae uix ex liberali aliqua de improbanda seruitute doctrina orta est (quis enim credat festiuos illos poetas philosophatos esse, quod ne Plato quidem cogitabat?), sed commoditatis huius temporis imaginem tantopere auxerunt, ut omnia multo gratius et facilius fieri fingerent, quam seruorum opera possent. Quod in causa fuisse comicis, ut seruitutem huic aetati adimerent, ex Athenaei loco elucet, qui VI, 267 E sq. exponit, quomodo comici ueteres *περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου διαλεγόμενοι* hanc sententiam illustrauerint, *ὅτι οὐκ ἔν τῷ τότε δούλων χρεία*. Atque ansam dabat Hesiodus, qui terram aurea aetate *αὐτομάτην* fruges tulisse narrat, grauiusnam igitur laboris humani partem iam condonauit illis.

1) Aristophanes etiam Plut. 727 et Eccl. 80 testibus scholiastis eam imitatus est et Pherocrates Metall. frg. 108, 30 *πλήρεις κύλικας οἴνον μέλανος ἀνθρώπιον* eundem, quem Ar. Plut. 807, uersum expressit.

Quomodo deinde amplius illud *αὐτόματον* patuerit, iam Platonis uerba pol. 271 C ostendunt, ubi in discutienda aureae aetatis fabula uerba facit *περὶ τοῦ πάντα αὐτόματα γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις*. Et *αὐτόματα πάντα* sollemnis locutio facta est de summa felicitate cf. Ar. Ach. 976; Diphilus IV, 380 M.; Maximus Tyrius 36, 1 aureos homines uocat *ἐν ἀφθόνῳ τῇ τῶν αὐτομάτων χορηγία διαιωμένους*. Vergilius quoque ecl. 4, 21 sq.:

ipsae lacte domum referent distenta capellae  
ubera nec magnos metuent armenta leones,  
ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,

et 43 sq.:

ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti  
murice, iam croceo mutabit uellera luto,  
sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos,

et Tibullus I, 3, 45 sq.:

ipsae mella dabant quercus ultroque ferebant  
obuia securis ubera lactis oues,

et Horatius epod. 16, 51 de insulis beatorum:

illic iniussae ueniunt ad mulctra capellae,

*αὐτόματον* illud exprimunt.

Inter comicos Teleclides in Amphictyonum loco ab Athenaeo laudato ab ea, quam uerbum *αὐτόματον* ab initio habuit, notione proficiscitur, sed multa adiungit, quae terrae fruges sponte prouenientes longe egrediuntur:

ἢ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος οὐδὲ πόρους, ἀλλ' αὐτόματ' ἦν τὰ  
δέοντα,

οἶνω γὰρ ἅπασ' ἔρρει χαράδρα, μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο  
περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἰκετεύουσαι καταπίνειν,  
εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας. οἱ δ' ἰχθύες οἴκαδ' ἰόντες  
ἐξοπτῶντες σφᾶς αὐτοὺς ἂν παρέκειντ' ἐπὶ ταῖσι τραπέζαις.  
ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλῖνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κλίνδων  
q. sq.

Eisdem autem, quae Teleclides hic enumerat, Pherecrates in Persis ad confirmandam seruorum absentiam usus est, uersibus ab Athenaeo VI, 269 C allatis:



τίς δ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀροτῶν ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία  
ἢ δερπανουργῶν ἢ χαλκοτύπων ἢ σπέριματος ἢ χαρακισμοῦ;  
αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπλάστοις  
ζωμοῦ μέλανος . . . . . ρεύσονται q. sq.,

ubi perinde primis uersibus agri potissimum cultura respicitur.  
Plane superuacuum in tali uita seruorum operam esse etiam  
euidētius reddit Crates in Feris, cum non solum cibos, sed  
etiam suppellectilem motu uoluntario praeditam fingit. Versus  
iocosissimos, quibus hoc descripsit, Athenaeus l. l. seruauit:

ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἰς κερτήσεται οὐδὲ δούλην,  
ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρον διακονήσει;

B. οὐ δῆθ', ὁδοιποροῦντα γὰρ τὰ πάντ' ἐγὼ ποιήσω.

A. τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; B. πρόσεισιν αὐτ' ἕκαστον  
τῶν σκευαρίων, ὅταν καλῇ τις παρατίθου τράπεζα.

αὕτη παρασκευάζε σαντήν· μάττε θυλάκισκε.

ἔγχει κύαθε. πόνσθ' ἢ κύλιξ; διάνιζ' ἰούσα σαντήν.

ἀνάβαινε μᾶζα. τὴν χίτραν χρῆν ἐξεραῖν τὰ τεῦτλα.

ἰχθὺ βᾶδιζ'. ἀλλ' οὐδέπω πὶ θᾶτερ' ὀπτός εἰμι'.

οὐκουν μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλί πάσεις ἀλείφων.

cui alter opponit:

ἔπειτ' ἀλάβαστος εὐθέως ἤξει μύρον

αὐτόματος, ὁ σπόγγος τε καὶ τὰ σάνδαλα.

et ad talem aureae uitae descriptionem simillimus Eupolidis  
locus, Aurei generis frg. 277 K, pertinere uidetur, ubi caseus  
ipse, ut abluatur, ad aquam ambulat:

ἢ τροφαλῖς ἐκεινηῖ

ἐφ' ὕδωρ βαδίξει σκῆρον ἡμφιεσμένη.

Quoniam sic probatum erat seruos illo tempore non fuisse,  
facile adducebantur, ut maiorem, quae Saturnalibus fuit, ser-  
uorum licentiam Saturni regni memoriae deberi fingerent.  
Quam conclusionem diligentissimus comicorum imitator Lucia-  
nus fecit, qui Saturnal. c. 7 ipsum Saturnum de suis feriis  
disserentem inducit: ὀλίγας ταύτας ἡμέρας . . . ἀναλαμβάνω  
τὴν ἀρχὴν . . . διὰ τοῦτο . . . ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις  
καὶ ἑλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν' cf. Bergk.  
de rel. com. att. p. 193 sq.

Sed si in aureae felicitatis apud comicos imaginem amplius inquirere uolumus, non licet aurei saeculi uitam disiungere ab Orco et a sede beatorum, siue illam apud inferos siue in Oceano ponis; nam simillimis semper priscae uitae et Elysii felicitas coloribus a poetis instructa est. Iam in Hesiodi carminibus aurea Saturno regnante felicitas eisdem prope uerbis et primo hominum generi et heroibus post mortem in insulis beatorum habitantibus tribuitur. Qua similitudine adductus Horatius epod. 16, 63, qui insulas beatorum incolant, ex aurea aetate remansisse fingit. Propertius, qui Saturno regnante puellas negat peccasse, V, 7, 60 eas potissimum, quae in coniugio fideles fuerint, Elysium habitare fingit; Tibullus, qui II, 3, 71 amoris aureo saeculo facilitatem praedicat, I, 3, 63 Elysios campos eodem colore inudit:

at iuuenum series teneris immixta puellis  
ludit et adsidue proelia miscet amor.

Quam autem arta apud comicos inter auream felicitatem et res infernas necessitudo intercedat, ex eo intellegitur, quod ipsius aureae aetatis, quae in hac terra fuit, Plutonem auctorem offendimus in Cratini Diuitiarum frg. 160 K. Affertur uersiculus a Stobaeo:

*ἀντόματα τοῖσι θεὸς ἀνείει τὰγαθά.*

Possit aliquis cogitare dei nomine hic Saturnum significari, praesertim cum idem frg. 165 commemoretur ut illius aetatis gubernator. *Ἀνείναι* autem per se etiam dici potest de deo sub caelo uersante, qui facit, ut aliquid ex terra proueniat, ut Euripides Bacch. 707 de Libero narrat:

*ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθήκε γῆς  
καὶ τῆδε κρήνην ἔξανῆκ' οἶνον θεός.*

At uero ex Aristophanis Tagenistarum frg. 1, 14 discimus inter preces, quae ad mortuorum animas in Orco uersantes fiebant, etiam hoc ab eis posci solitum esse 'δεῦρ' ἀνεῖναι τὰγαθά'. Quod confirmatur Aeschyli Persarum u. 222 Dind., ubi Atossam chorus iubet a Dareo petere: 'ἔσθλά σοι πέμπειν τέκνω τε γῆς ἐνερθεῖν ἐς φάος', et Choeph. u. 147, ubi Electra a patre precatur: 'ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω'. Ipsa autem

haec uerba 'ἀνιέναι τὰγαθά' sollemnia in eiusmodi precibus fuisse Aristophanis locus docet Ran. 1462, ubi Bacchus ad certam formulam sine dubio respiciens Aeschyli uerbis: 'ἐκεῖ φράσαιμ' ἄν, ἐνθαδὶ δ' οὐ βούλομαι' respondet:

μη δῆτα σύγ', ἀλλ' ἐνθένδ' ἀνίει τὰγαθά.

Neque contra hanc sententiam facit, quod Aeschyli duo loci in adhibenda uoce 'ἔσθλά' consentiunt, quae priore loco uariandae elocutionis gratia poni debuit, cum u. 218 praecederet 'τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελεῖ γενέσθαι' 1), neque altero loco ἀγαθῶν pro ἔσθλῶν ab Aeschylo scribi potuit, cum anapaesti apud tragicos non nisi in prima trimetri sede (exceptis nom. propr.) locus sit. Ad Aristophanis porro locum scholiasta alium quoque uersum illam formulam continentem affert his uerbis: 'παρὰ τὴν παροιμίαν· ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τὰγαθά', ubi παροιμία nihil aliud uidetur significare nisi uersum (tragicum esse Fritzschi ad Ranas p. 441 credit), qui multus in ore hominum erat. Quod cum haec exempla nos doceant uerborum 'ἀνιέναι τὰγαθά' sollemnem in rebus, quae Orci incolis deberentur, usum fuisse, non credo a Cratino eadem haec uerba eadem, qua illis locis, uersus sede alio sensu adhibita esse, praesertim cum Cratini quoque uersum in prouerbiū abiisse testentur paroemiographi, quos Kockius laudat. Simillimo autem sensu de ipsius Plutonis donis uerbum ἀνιέναι usurpatur a Platone in Cratylo p. 403A, ubi Pluton dicitur nomen suum inde accepisse, ὅτι ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίεται ὁ πλοῦτος. Plutonium igitur hoc Cratini uersu aureae abundantiae auctorem cogitari statuimus. Etymologia autem illa, quam Plato profert, iam Aristophanes uti uidetur, cum in Tagenistis frg. 488, 1 dicit:

καὶ μὴν πόθεν Πλούτων γ' ἄν ὠνομάζετο,  
εἰ μὴ τὰ βέλτιστ' ἔλαχεν;

Hinc intellegimus, quomodo fieri potuerit, ut Pluti et Plutonis nomina promiscue usurparentur. Quod Aristophanem Plut. 727 facere uidemus, ubi Carion narrat: 'μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο' q. sq., Plutum autem in animo habet. Qua in

1) Vel τὰγάθ' cum Hermanno, ut dura solutio euitetur.

re Aristophanes teste scholiasta Sophoclem secutus est, qui in Inacho *Πλούτωνος ἐπέισον* (frg. 252 N.) commemorauerat, diuitias nimirum in Inachi domum intrantes significans, nam eisdem scholiis paulo infra de eadem fabula refertur *ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο*. Luciano autem Plutus Plutonis ad Timonem legatus est (Timon. p. 131).

Neque porro ab Orco insulisque beatorum longius remotas huius terrae regiones separare possumus. Nam uel ipsas insulas beatorum longinquum est enumerare, quot locis ueteres posuerint. Trans columnas Herculis plerique ponebant, Sebosus Hesperidas intellexit, Tzetzes insulas prope Britanniam sitas fuisse tradit, Aristoteles de Sardinia cogitabat, alii de Lesbo (uide Welckerum de Phaeacibus et ins. beat. opusc. II, 26 adn.), Apion Canobum uoluit, alii testante Herodoto Oasim magnam, Lycophron locum prope Thebas Boeoticas situm, alii alia. Neque praeter has insulas ulla caeli regio fabulosa felicitate caret, ad septentrionem spectant Hyperborei, ad meridiem Aethiopes, occidenti ultimo deis propinquo (uide Roscheri Gorgones p. 23sq.) oppositae sunt Persarum diuitiae atque Indiae miracula.

Verum ut de comicis ipsis uerba faciamus, quod primum ipsam auream aetatem attinet, ubi uel praeterita commemoretur uel quasi praesens spectantium oculis proponatur uel futura spe praesumatur, non potest accurate ubique dignosci. Velut in Cratini (quem in aurea uita describenda *ὡσπερ λαμπάδιον κατασείσαντα* ceteros poetas omnes imitatos esse Athenaeus VI, 268 D dicit) Diuitiarum fragmentis et ex uetusta memoria felicitatis imago repetitur frg. 160:

*ἀντόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τὰγαθά,*

frg. 165: *οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν,  
ὅτε τοῖς ἄρτοις ἤστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαιστραῖς  
Αἰγυναῖαι κατεβέβληντο δρυπεπεῖς βώλοισ τε κομῶσαι,*

et praesenti tempore alio quodam loco uigere fingitur frg. 164:

*ἄρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἔστιν, ὡς λέγουσ' ἐκεῖ,  
πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;*

*ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκει προσπεπαταλευμέναι  
κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ;*

fragmento autem 161 ipsa praesens felicitas oculis proponitur.  
Nam quoquo modo sanandos esse credas hos uersus:

*ἐγὼ γάρ εἰμι θυννὶς ἢ μελαιναὶς ἢ  
καὶ θύννος ὀρφῶς γλαυκὸς ἔγγελος κύων*

(quod Meinekius scribendum censet: *ἐγὼ γάρ, εἴ μοι θυννὶς  
ἢ μελαιναὶς ἢ ἢ θύννος* q. sq., talem enuntiati truncum lau-  
dare contra Athenaei consuetudinem est) — uidentur ipsi pisces  
sese hominibus offerre, ut eligant sibi, quem comedant. Idem  
piscium esse officium in beatis Orei partibus Pherecrates fingit  
Metall. frg. 108, 23:

*ὄπται κίχλαι γὰρ εἰς ἀνάβραστ' ἡρτυμέναι  
περὶ τὸ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπίνειν,*

et pulti panibusque hunc animum tribuit Teleclides in Am-  
phictyonibus frg. 1, 4, ubi de uetusta aetate narrat:

*μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο*

*περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἰκετεύουσαι καταπίνειν,  
εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας.*

Crates in Feris auream uitam quasi statim adfuturam proponit,  
ut futurum tempus in fragmentis ab Athenaeo laudatis ostendit  
frg. 14, 3:

*ὀδοιποροῦντα γὰρ τὰ πάντα' ἐγὼ ποιήσω,*

cui alter frg. 15, 2 opponit:

*ἐγὼ γὰρ αὐτὰ πάμπαλιν*

*τὰ θερμὰ λουτρὰ πρῶτον ἄξω τοῖς ἐμοῖς.*

Et quod frg. 17 homines cum bestiis paciseuntur, introducen-  
dae huius uitae causa fit. Fragmento autem 16 condicio horum  
hominum describitur:

*ἔχοντες εὐπαθῆ βίον*

*παρουσίαν τε χρημάτων*

incertum aureorumne, qui fuerint, an futurorum. Sunt tamen  
aliquae fabulae, quae uel ipso titulo doceant spectatorum ani-  
mos in antiquissimi temporis memoriam ductos esse. Dubito  
an Cratini minoris Gigantes et Eubuli Titanes huc referendi  
sint, ex utraque enim fabula fragmentum exstat, quod rerum

ad delicatam uitam pertinentium commemorationem continet. De Gigantibus haec Bergkii sententia est (rel. com. att. p. 277)<sup>1)</sup>, Titanes autem fuerunt Saturnus eiusque aequales, facile igitur in fabula sic inscripta Saturnia uita induci poterat. Certiora de Teleclidis Amphictyonibus affirmare possumus, qua in fabula de priscae aetatis felicitate sermonem fuisse Athenaeus l. l. testatur. Et in tetrametris anapaesticis, quae affert, ipse felicitatis auctor uerba facit:

*λέξω τοίνυν βίον ἔξ ἀρχῆς, ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον.*

Sequitur tunc aureae aetatis descriptio sollemnibus coloribus illustrata, cuius partem iam supra laudauī. Utrum Amphictyon heros ut chori Amphictyonum coryphaeus haec dicat an alius quis, discerni nequit. Nam Ar. Nub. 961sq. simillima tetrametra: *‘λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν ὡς διέκειτο’* q. sq. non coryphaeus loquitur, sed *Λόγος δίκαιος*. Saeculum autem aureum eo tempore, quo Amphictyon synedrion Amphictyonum constituerit (cf. Paus. X, 8, 1), a poeta poni posse marmore Pario probatur, ubi § 5 haec exstant: *‘ἀφ’ οὗ Ἀμφικτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευεν ἐν Θερμοπύλαις καὶ συνῆγε τοὺς περὶ τὸν ὄρον οἰκοῦντας καὶ ὠνόμασεν Ἀμφικτύονας καὶ Πυλαίαν οὐπὲρ καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφικτύονες, ἔτη ΧΗΗΠΓΙΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηρῶν Ἀμφικτύονος’*, ubi Amphictyonis utriusque regnum anno a. Chr. n. 1522 tribuitur. Libenter praeterea comici aureae aetatis memoriam inducebant, ut spectatores de sui temporis prauitate admonerent et spem facerent reducendae huius felicitatis, si ipsi meliores fierent. Sic Cratinus in Legibus, quas ut chorum senum persona introduxit (frg. 126), hos spectatoribus prauitatem hexametris uersibus obuertentes fecit, quorum unus seruatus est (frg. 128):

*ἑμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται,*

simul autem beatae uitae imago eis proponitur:

*ὁ δὲ Ζεὺς ὄσταφίσιν ὕσει τάχα (frg. 121),*

*καὶ δρόσον βάλλων ἔωθεν χλιαρὸς ταγηνίας (frg. 125).*

*τυρῶ καὶ μίνθη παραλεξάμενος καὶ ἐλαίῳ (frg. 129).*

1) Cf. Teleclidis frg. 1, 15.

Confirmantur autem haec maxima similitudine Chironum eiusdem poetae. Qui item senes intrant frg. 235:

*σκήψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας,*

item Atheniensibus prauitatem exprobrasse uidentur, quod uel ipsa *ὑποθηκῶν* mentione probatur 1); item in Chironibus priscæ uitæ beatæ imago proponitur frg. 238:

*μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος  
βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες  
ἀγανόφρονες ἠδὲ λόγῳ σοφία q. sq.*

(cf. anth. Pal. VIII, 124). Huc etiam frg. 231 referendum est:

*οἷς ἦν μέγιστος ὄρκος  
ἅπαντι λόγῳ κῶων, ἔπειτα χῆν, θεοὺς δ' ἐσίγων.*

Nam non solum uitæ mollitiem in priscis laudari, sed etiam morum praestantiam frg. 238 ostendit. Quod denique in Legibus uerborum Solonis usus fit ad uituperandos Athenienses, — nam frg. 128: *ἑμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται* ex Solonis uersu *ἑμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἔχνεσι βάλνει* expressum esse animaduertent uiri docti —, in Chironibus ipse Solon hoc officio uidetur functus esse, nam in scaenam quidem eum prodiisse frg. 228 ostendit:

*οἰκῶ δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,  
ἔσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.*

Sed non solum ex antiquissimis temporibus aureae uitæ imaginem repetebant, recentiora quoque eisdem coloribus illustrabant. Sic Teleclides in Prytanibus teste Athenaeo XII, 553 E *τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον ἀβρὸν ὄντα* depingebat. Similem Cratini Legum frg. 129, ubi aliquis describitur *τυρῶ καὶ μινθῆ παραλεξάμενος καὶ ἐλαιῶ*, imaginem Prytanum frg. 24. 25 praebet:

*καὶ μελιχρὸν οἶνον ἔλκειν  
ἐξ ἠδὲ πνύου λεπαστῆς  
τυρίον ἐπεσθίοντα,*

et quod frg. 26 aequales uidelicet Themistoclis dicuntur *εὐ-*

1) Pherecrates in fabula 'Chiron' inscripta hexametris, ut Cratinus in Legibus, Atheniensium illiberalitatem castigat frg. 153.

χροεῖν ὀρνιθοθηρᾶν σωφρονεῖν', bona ualetudo priscis in Amphictyonibus tribuitur 1, 15:

οἱ δ' ἀνθρωποὶ πόνους ἦσαν τότε καὶ μέγα χρεῖμα γιγάντων, σωφροσύνη autem a Cratino in Chironibus, ubi ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ fuisse dicuntur. Sed ad recentiora etiam adducimur. Nam Plutarchus in uita Cimonis c. 10 (uide Bergk. rel. com. att. p. 199) narrat Cimonis liberalitate Saturniam uitam quodammodo Athenis reuixisse. Cratinum autem in Diuitiis beatae uitae imaginem ad Lacedaemoniorum mores et consuetudinem adumbrasse Bergk. p. 197 ostendit<sup>1)</sup> et in hac re eum Cimonem Laconici moris studiosum ante oculos habuisse probabiliter conicit. Unde facile concludere possumus illum Saturniae aetatis reditum, quem Plutarchus commemorat, iam a Cimonis aequalibus uel ab ipso Cratino illius merito imputatum esse. Nam aureae uitae nomen ad suam aetatem adhibuisse etiam Eupolis uidetur in fabula, quam 'Χρυσοῦν γένος' inscripsit, sed is quidem ironice. Nam frg. 290—92 acerba ironia in patriam suam inuehitur:

ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,  
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα νῦν τε μᾶλλον ἔσει

— — —  
ἔδει πρώτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν

— — —  
πῶς οὖν οὐκ ἂν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾶδε πόλει,  
ἴν' ἔξεστιν πάνυ λεπτιῶ κακιῶ τε τὴν ἰδέαν — —.

Quam in titulo ponendo ironiam, humiliora ille quidem respiciens, Eubulus imitatur, qui uersibus ab Athenaeo XIV, 640 B (Mein. com. fr. III, 241) seruatis Athenarum urbis abundantiam ironice ita describit, ut bona et mala promiscue enumeret:

ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται  
ἐν ταῖς Ἀθήναις· σῦνα κλητῆρες βότρυς  
γογγυλίδες ἄπιοι μῆλα μάρτυρες ῥόδα

1) κοπίδος et lescharum (frg. 164) admonet, poterat etiam frg. 162:

ἄρξει γὰρ αὐτοῖς διποδία . . . καλῶς

afferre, nam dipodiam Laconicam esse saltationem Pollux IV, 101, quem Kockius non laudat, testatur.



μέπιλα χόρια σχαδόνες ἐρέβινθοι δίκαι  
 πῦος πυριάτη μύρτα κληρωτήρια  
 ὑάκινθος ἄρνες κλέψυδραι νόμοι γράφαι.

Inscripsit autem fabulam, qua hi uersus continebantur, Ὀλβία, Athenas nimirum significans quasi felicitatis sedem.

Iam traducti sumus ab ipsa aetate aurea ad auream uitam certo quodam loco positam. Quemnam Cratinus in Diuitiis frg. 164 significet locum, nescimus, hoc tantum sentimus Spartaes similem esse uide p. 68. Orientis autem praecipue partibus beatam uitam tribuebant. Sic non solus Pherecrates in Persarum fragmento ab Athenaeo adlato Persidis imaginem fabulosam proponit; in Antiphanis Oenomao siue Pelope homo aliquis Asiaticus tenuem Graecorum uictum cum maiorum suorum luxuria comparat (Mein. III p. 94):

τί δ' ἂν Ἑλληνες μικροτράπεζοι  
 φυλλοτρῶγες δράσειαν; ὅπον  
 τέτταρα λήψει κρέα μικρ' ὀβολοῦ.  
 παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὅλους  
 βοῦς ὄπτων σῦς ἐλάφους ἄρνας,  
 τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον  
 τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ  
 Φερμῖν παρῆθηκε κάμηλον,

ubi μεγάλου βασιλέως u. 7 commemoratio ostendit Persas significari. Totas autem, si non camelos, at boues a rege Persarum sibi appositas esse legati Athenienses apud Aristophanem Ach. 85 mentiuntur. In eiusdem Antiphanis Boeotia frg. 1 malorum, quae cum aureis Hesperidum malis comparantur, eo confirmatur praestantia, quod semen eorum a Persarum rege Athenas missum sit. Et tam sollempnis luxuriae notionis cum Persarum nomine coniunctio fuit, ut Metagenes eo quasi appellatio uti posset, cum fabulam, qua Thurinos luxuriantes inducebat, Thuriopersas inscriberet. Diuitiis autem potissimum ingentibus hanc terram praestare fingeant; quamobrem Pherecrates in Persis flumina iuris et carniū ibi e Pluti fontibus orientia facit, et Aristophanes Ach. 82 in hac terra montes aureos ponit, ubi rex per octo menses uentrem exonerauerit.

Lucianus denique dial. mort. II, quo Menippum diuitiarum uanitatem castigantem inducit, tres Asiae reges Midam Sardana-pallum Croesum ei illudendos dat, Persarum uero regem quasi summum specimen diuitis hominis illos reges etiam superantem in Timone p. 154 ponit: *ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα καὶ τοῦ Τίμωνος πλοῦτου, ᾧ γε οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος*.

Sed cum Asiae miracula rumoribus tantum procul adlatis innotescerent, qui ipsi felicitatis fabulosae participes uellent fieri, eos comici in **Oreum** descendentes faciebant. Viuorum ad inferos descensu ponendo praeierat Homerus, cum Ulixem illuc mitteret. Hoc primum ad inferos iter Achaeus tragicus in Aethone satyrico oculis proposuit, qua in fabula satyros ipsos, Ulixem nimirum comitantes, ad inferos descendisse ex uersu *χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων* (frg. 11 N.) apparet, quem satyros pronuntiasse schol. Ar. Ran. 184 traditur<sup>1)</sup>. Diuersae autem causae fuerunt, cur iter illuc susciperetur. Bacchus in Aristophanis Ranis descendit, ut e tragicis unum ad superos reduceret; idem poetarum mortuorum desiderium in Aristophanis Gerytade in causa fuisse uidetur, ut poetae tragici comici cyclici deliberatione facta legatos in Oreum mitterent, de qua legatione frg. 149. 50 refertur; et si re uera in Phrynichi Musis frg. 32:

*ἰδοῦ, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι  
ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί,*

ut Meinekius et Bergkius suspicantur, ad certamen inter Sophoclem et Euripidem institutum pertinet, hoc certamen necesse est in Orco factum esse, cum in eadem fabula frg. 31 Sophocles ut mortuus laudetur. Quae suspicio eo confirmatur, quod Phrynichi Musae una cum Aristophanis Ranis prodierunt, similis autem argumenti fabulis saepe comici concertabant; uelut una cum Nubibus Connus Amipsiae acta est, qua fabula chorus *φροντιστῶν* inducebatur et Socrates illudebatur.

1) Aliam explicationem, sed uix probabilem, uide apud Urlichs. in Phil. uol. I p. 559 sq.

Altera autem causa, cur descenderetur, maxima edendi bibendique commoditas fuit. Pherecrates in *Metallicis* frg. 108 eisdem deliciis epularibus, quas in Persis ipse Persarum terrae et in Amphictyonibus Teleclides uetustissimi temporis uitae tribuit (quapropter Athenaeus hunc quoque locum inter ἀρχαίων βίου exempla affert), Orcum instruit et feminam (u. 20) inducit, quae illinc reuersa tam iucundam rerum inferarum imaginem uerbis depingit, ut amica statim ipsa quoque in Tartarum desilire cupiat. Item in Aristophontis Pythagorista frg. 4 (III p. 362 M.) aliquis ex Orco reuersus de inferorum epulis rettulisse dicitur:

ἔφη δὲ καταβὰς εἰς δίαιταν τῶν κάτω  
 ἰδεῖν ἐκάστους, διαφέρειν δὲ πάμπουλον  
 τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν νεκρῶν· μόνοισι γὰρ  
 τοῦτοις τὸν Πλούτωνα σσσιτεῖν ἔφη  
 δι' εὐσέβειαν, —

diuersas igitur epulantium cateruas uidebat, cum quarum una Pluto ipse erat. Simillima autem apud Eubulum de symposio aliquo narratur:

— ἕτεροι δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι  
 μετὰ Καράβου σύνεισιν, ὃς μόνος βροτῶν  
 δύναται καταπιεῖν ἐκ ζεόντων λοπαδίων  
 ἄθρους τεμαχίτας, ὥστ' ἐνεῖναι μηδὲ ἓν.

Quod cum ex fabula Ἀνασωζόμενοι inscripta hi uersus petiti sint (III p. 207 M.), non dubito quin haec quoque homines uel ex Orco uel ab insulis beatorum reuersi rettulerint; nonne enim plane auream Hesiodi uitam illic degunt?

ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι

ἀθανάτοις θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις (frg. 187 H.).

Hoc uno illi dei a Plutone dissentiunt, quod Carabi uoracitati coram adsunt, cum Pluto solos Pythagoreos, qui etiam post mortem

ἔσθίουσι . . . .

λάχανά τε καὶ πίνουσιν ἐπὶ τοῦτοις ὕδωρ (l. l. u. 7), dignos habeat, quibuscum epuletur.

Descendere uero aliquem, ut ipse Orco cibis frueretur, Pherecrates in *Crapatalis* finxisse uidetur. Quod uel ipso titulo

eiusque apud Pollucem explicatione ueri simile est. Nam Pollux IX, 83 refert: *λέγει δὲ τὸν μὲν κραπαταλὸν εἶναι ἐν ἄιδου δραχμὴν, ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον καὶ δύνασθαι ὀκτὼ κικκάβους*. Ad haec nummorum nomina Hesychii locos: *κραπάταλος, παρὰ πολλοῖς ὁ μωρός* et *ψωθίον, τὸ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου* iam Meinekius hist. crit. p. 85 affert, *κικκάβος* autem a ciccō ductum cum Plautino 'non ciccum' pro 'ne minimum quidem' comparandum est. Nihil igitur titulus significat nisi summam in Orco rerum omnium pretii uilitatem. At uero iter illuc ut suscipiat, aliquis frg. 81 admonetur:

*λήψει δ' ἐν Ἄιδου † κραπάταλον τριωβόλου  
καὶ ψωθία,*

et re uera eum in Orco uisum esse frg. 91 et 94 probatur. Quid autem potissimum eum commouerit, ex frg. 82 perspicitur, ubi cum grauitate quadam profitetur se ad boum carnes profecturum esse:

*μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκας; Οὔ. Τί μ' εἴργασαι;  
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα  
ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος.*

Dubitatum est a Meinekio, num recte Pollux diceret Crapatalorum hoc fragmentum esse, cum extrema tria uerba *ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος* in Bekkeri anecdotis (406, 1) ut ex Corianno Pherecratis petita laudarentur. Sed ut concedamus Meinekio eiusmodi errorem Polluci tribui posse, quonam fundamento nixus negabit aliquis Bekkeri grammaticum errare potuisse, cum fere nusquam habeamus, quo huius testimoniorum fidem examinemus? Nam, ut exemplum afferam, Cratinum 31 locis laudat, quorum 23 testimonium eius solum exstat, 7, quae affert, una cum Suida exhibet, sed cum semper fere ad uerbum congruant, Suidas et grammaticus ille omnino pro duplici fonte non sunt habendi; uno tantum loco Zonarae testimonio adnotatio eius confirmatur, at uero Zonaras ex eisdem plerumque cum Suida fontibus hausit, itaque huc quoque pertinent, quae de Suidae cum grammatico consensu diximus. Ex Aristophanis fabulis, quae ad nos peruenerunt, unum tantum locum

adlato fabulae titulo laudat p. 444, 24, ut ex hoc testimonio, quamuis recto, de uniuersa fide eius iudicium non possumus sumere. Potest igitur Bekkeri grammaticus uel auctor eius saepe et uehementer in titulis fabularum afferendis errasse, nos nescimus. Ac ne necessarium quidem est statuere alterum utrum errasse et ad eundem locum utramque adnotationem pertinere. Nam si modo Pherecrates uocabulo *ἀνόδοτος* usus est, haec tria uerba coniuncta *ἄνῆρ γέρων ἀνόδοτος* nihil tam singulare continent, ut non possumus cogitare ea plus semel a Pherecrate adhibita esse. In cuiusmodi repetitione eo minus offendemus, quoniam mediae comoediae poetae magnum uersuum numerum in binis comoediis ponere non dubitabant, quod u. gr. Alexidem quinque senariis fecisse Athenaeus I. VIII, 340 C testatur, Antiphanem quattuordecim uersibus idem III, 104 A, Ehippium etiam uiginti uno VIII, 347 B. Quod autem grammaticus ille unum locum Coriannus laudat, minime contendit solum esse eiusmodi locum. Nam plenam exemplorum copiam non affectasse grammaticum unum exemplum doceat. BA. 370, 19 laudatur uocabulum *ἀκαλήφη* pro *κνίδη* positum duobus locis adlatis ex Aristophanis Phoenissis (frg. 560) et ex Pherecratis Automolis (frg. 24). Si plenus esse uoluisset, Eupolidem, quem p. 475, 12 una cum Pherecrate commemorat, hic quoque debuit laudare, cum Athenaeus referat: *τὰς κνίδας ὁ Εὐπόλις ἐν Ἀυτολίῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει* (frg. 60), Autolycum autem Eupolidis huic grammatico ad manum fuisse doceat p. 447, 1 = frg. 63. Siue igitur Bekkeri potius grammaticum errare statuimus siue ad diuersos locos utrumque spectare, nulla re cogimur Pollucis fragmentum a Crapatalis alienum iudicare. Coriannus argumentum fuisse senis eiusque filii erga eandem meretricem amorem statuit Bergkii in comm. de rel. com. att. p. 299 et epulas quoque apud illam institutas esse fragmenta docent. Possit igitur cogitari senem utpote dentibus carentem, cum ad has epulas iret, suum secum cultrum tulisse. Sed non minus apte eadem uerba ad Crapatalos trahuntur, qua in fabula senex in itinere ad inferos parando curat, ut etiam culter inter ea sit, quae secum laturus

est. Neque enim — ne quis hoc obiciat — summae illius edendi et bibendi apud inferos commoditatis cibis paratis os circumuolantibus, qualis in Pherecratis Metallicis depingitur, in hac fabula locus est, quoniam sic de emptione rerum, cuius praecipuas partes fuisse ipse titulus docet, cogitari nequit. Apte autem senex ad fruendam illam felicitatem demittitur. Nam senes potissimum in Diuitiis quoque Cratini fabuloso illo loco (frg. 164) respiciuntur:

*ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκει προσπεπαταλευμένα  
κατακρέμανται τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ,*

et in Cratetis Feris (frg. 14) is, cui reducendae uitae aureae condiciones proponuntur, non recte intellectis alterius uerbis statim de senum commoditate timet:

*ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἰς κερήσειτ' οὐδὲ δούλην,  
ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρον διακονήσει;*

Habemus igitur in Crapatalis exemplum itineris cibis fruendi causa in Orcum suscepti. Dubito autem an inter eas, quarum fragmenta exstant, fabulas Crapatali non sint sola, in qua aliquis uiuus ad epulas in Orco instituendas descendit. Neque enim eam suspicionem suppressere possum **Tagenistarum** quoque **Aristophanis** idem argumentum fuisse. Nam Athenaeus in media eorum, quae comici de uita beata finxerint, enumeratione VI, 269 E Tagenistas Aristophanis commemorat utpote qui similem locum contineant, quem quasi notissimum non exscripserit. Cuiusmodi locus fuerit, ex maxima ceterorum omnium, qui ibidem laudantur, locorum similitudine facile concludi potest. Erat descriptio mirae cuiusdam et fabulosae ciborum potorumque abundantiae, ad quam fruendam ne minimo quidem labore opus esset. *Ταγηνισταί* autem ei sunt, qui epulis lautissimis delectantur, ut uerbum *ταγηνίξειν*, cum proprie significet 'in sartagine frigere' (scil. pisces), latiore sensu pro 'luxuriose uiuere' iam ab Eupolide frg. 351 *λακωνισμῶ* i. e. 'tenui uitae' opponitur. Et re uera epulas ipsas in scaena propositas fuisse magnasque earum partes fuisse in hac fabula ex magno fragmentorum numero ad has pertinentium (496—98. 499? 502. 3. 6. 7. 11) colligas. Bergkii, cum

commentationes de rel. com. att. scriberet, Saturnaliorum licentiam credidisse uidetur hac fabula oculis propositam esse, cum in hoc libro (p. 194) uersus comicos a Plutarcho sine poetae nomine adlatos (com. anon. frg. 305 M.), quibus serui Saturnalia agentes describuntur, ex Aristophanis Tagenistis petitos esse censeret, causa sententiae suae non adlata. Sed Bergkius solo uersu frg. 491, 3:

*ἄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον*

ad hanc opinionem adductus esse uidetur. Adnotat enim (in Mein. ed.): 'facile aliquis coniciat, seruos potius chorentas fuisse'. Et per se bene poterat ad Saturnalia Saturnii aeui memoria annecti, ut ad hanc felicitatis descriptio, quam Athenaeus nouit, pertineat, praesertim cum Athenaeus l. l. tales locos se allaturum esse profiteatur, quibus demonstretur aurea aetate seruorum usum non fuisse; hoc autem praecipue festis Saturnaliorum diebus reuocabatur (cf. Bergk. de rel. com. att. p. 193). At uero alteri interpretationi, quam Bergkius non nimis certo ore proponit, 'illos adulatorem iuuenem diuitem tamquam seruos erum uideri coluisse' nihil obstat. Nam exemplum uocabuli 'δεσπότης' ab adulatore erga eum, quem colit, adhibiti Lucianus diligentissimus Aristophanis imitator praebet, cum in Timone p. 161 Philiadem *κολάκων ἀπάντων βδελυρώτατον* Timonem alloquentem facit: 'χαῖρε ὦ δεσπότη' 1). *Κόλακες* igitur Tagenistae fuisse uidentur perinde atque Eupolidis *κόλακες*, quos ille frg. 173 *ταγγηνοκνισοθήρας* appellat, et ad colaces bene quadrat frg. 491:

*τί οὖν ποιῶμεν; χλανίδ' ἐχρῆν λευκὴν λαβεῖν.*

*εἶτ' Ἰσθμιακοὺς λαβόντες ὥσπερ οἱ χοροὶ*

*ἄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον.*

Nam usitatum parasitorum uestitum ad festas actiones non fuisse aptum, sed albis uestibus, quae hic quoque desiderantur, tali occasione opus fuisse ex Pollucis loco IV, 119 apparet: *ἔσθῃτι ἐχρῶντο* (sc. in comoedia) . . . *οἱ παράσιτοι μελαίνῃ ἢ φαιᾷ, πλὴν ἐν Σικωνίῳ λευκῇ, ὅτε μέλλει γαμεῖν ὁ παράσιτος*

1) Cf. etiam Ribbeck. 'Kolax' p. 100 (comm. soc. lit. Lips. 1883).

(cf. Ribb. p. 13). De seruis igitur Saturnalia agentibus cogitandum non est.

Sed ubinam parasiti illi cenauerunt? Frg. 488:

καὶ μὴν πόθεν Πλούτων γ' ἂν ὀνομάζετο,  
εἰ μὴ τὰ βέλτιστ' ἔλαχεν; ἐν δέ σοι φράσω,  
ὅσῳ τὰ κάτω κρείττω' σὶν ὢν ὁ Ζεὺς ἔχει·  
ὅταν γὰρ ἰσιῆς, τοῦ ταλάντου τὸ ἔλεπον  
κάτω βαδίξει, τὸ δὲ κενὸν πρὸς τὸν Δία.

οὐδὲ γὰρ ἂν ἀποθανόντες ἐστεφανωμένοι  
προὔκειμεθ' οὐδὲ βακκάροι κεχρημένοι  
εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει.  
διὰ ταῦτα γὰρ τοὶ καὶ καλοῦνται μακάριοι.  
πᾶς γὰρ λέγει τις· ὁ μακαρίτης οἴχεται,  
κατέδαρθεν· εὐδαίμων ὅσ' οὐκ ἀνιάσεται,  
καὶ θύομεν † αὐτοῖσι τοῖς ἐναγίσμασιν  
ὡσπερ θεοῖσι καὶ χοάς γε χέομενοι  
αἰτούμεθ' αὐτοὺς δεῦρ' ἀνεῖναι τὰγαθὰ

aliquis diserte alteri persuadere studet inferas regiones praestare superis. Neque enim hoc illo loco agitur, ut demonstretur mortem uitae esse praeferendam, quamquam Stobaei liber, ubi exstat, σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου inscriptus est, sed mortuorum condicio ad firmandam sententiam magis uniuersam prioris fragmenti partis affertur. Quid uero existimamus causae esse, cur aliquis alii tanta industria demonstrat inferorum uitam superis feliciorē esse? An ut illi mortis timorem adimat uel suadeat, ut ipse sibi manus inferat? Hoc si uoluisset, argumenta a mortuorum condicione sumpta non postposuisset eis, quae mortis commemorationem non continent. Neque autem tenor uerborum permittit, ut ex otiosa res inferas cum superis comparantium disputatione sumpta esse putemus, sed is, qui loquitur, alterius uoluntatem ad certam aliquam rem faciendam incitare studet, ut qui diuersissima argumenta neglecto ordine cum intentione quadam cumulet. Quid restat nisi ut credamus suaderi alicui, ut uiuus in Orcum descendat eiusque deliciis fruatur? Omnia enim, quae de mor-



tuis afferuntur, nihil probant nisi deliciis plenam in Orco uitam esse, et quod extremis uerbis sacrificia commemorantur, quae mortuis quasi deis fiant, et preces, quibus petatur ab eis, ut bona in terram mittant, non ad honorem, quo fruuntur, laudandum adiuncta sunt, sed ut demonstretur deorum uitam illic secundum hominum opinionem agi et bonorum omnium abundantiam adesse. Quam enim aliam ob causam hoc potissimum efferri credamus, quod *τάγαθά* ab eis postulantur, nisi ut probetur eos uiuere *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*?

Ac re uera descensum esse ad inferos et partem fabulae in Orco actam esse probatur fragmentis 500 et 501. Scholiasta enim ad Ar. Ran. u. 293, ut demonstrat Empusae nomine interdum Hecatam significari, affert hos uersus ex Tagenistis:

*χθονία θ' Ἐκάτη*

*σπείρας ὄφρων ἐλελιζομένη,*

et adicit: *εἶτα ἐπιφέρει· τί καλεῖς τὴν Ἐμποσαν*; Quae uerba simplicissime sic interpretari licet, ut statuamus aliquem Hecatam mentionem uerbis adlatis fecisse, alterum autem moleste ferre, quod ille nomen timendae deae proloquatur, sed in uituperando illo pro Hecata Empusae nomen adhibere, quasi Empusa nomen tantum aliud eius deae esset, quae proprie Hecata uocatur (sic enim intellegenda sunt uerba scholiastae, quae locum laudatum antecedunt: *ἔνιοι δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Ἐκάτῃ* scil. *τὴν Ἐμποσαν*, quae in lemmate est). Quocum optime consentit Hesychii locus, quem Fritzschi in commentario ad Ar. Ran. p. 162 laudat: *Ἐμποσα· . . . Ἀριστοφάνης δὲ τὴν Ἐκάτην ἔφη Ἐμποσαν*. Ex his apparet Bergkii coniecturam: *τί καλεῖς Ἐκάτην τὴν Ἐμποσαν*;, qua sumitur uituperari alterum interlocutorem propter nomen falso adhibitum, non modo superfluum, sed ne rectam quidem esse. Nam 1) Bergkii sumit eam, quae Empusa sit, falso ab illo Hecatam nomine appellari, cum contrarium appareat ex Hesychio (cf. Fritzschi. p. 163) 2) omnino de nominibus falso adhibitis in illo colloquio non disputatur, nam tunc scholiasta ipsam illam uituperationem commemorasset, cum re uera uerba eius ita instituta sint, ut docere nos uideatur, quomodo ex comparatione duo-

rum, quos affert, locorum appareat ab Aristophane haec nomina promiscue usurpata esse. Neque Hesychius diceret ab Aristophane Hecatam Empusam appellari, si ipse Aristophanes huius usus reprehensionem induxisset. Mutatione igitur si abstinemus, haec uerba: *τί καλεῖς τὴν Ἐμπουσαν;* manifestum est dici ab homine metuente, ne Empusa nominis sui appellationi oboediat, eo scilicet loco, ubi tale aliquid fieri poterat. Qui uero eiusmodi locus aptior se praebet Orco, quo loco Bacchum quoque in Ranis (u. 285 sq.) eiusdem numinis timore agitari uidemus?

Ut incertiora adiungamus, si frg. 493:

*ἰρείδετον, καὶ γὰρ κατόπιν σφῶν ἔψομαι*

in longo et periculoso ad inferos itinere a cautiore aliquo dici credimus, qui ceteros a tergo sequi malit, simillimam imaginem Lucianus in Menippo p. 471 praebet: *ἐπεὶ δὲ ἡμεν ἐν τῷ σκότῳ, προήκει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἰπόμην δὲ ἐγὼ κατόπιν ἔχόμενος αὐτοῦ*, quae narrat homo in Orcum profectus. Et ut iam uidimus in Aristophontis Pythagorista et in Eubuli Anasozomenis de beatorum cenantium cateruis referri, fortasse frg. 492:

*τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν;  
τὰ Θετταλικὰ μὲν πολὺ καπανικώτερα,*

non tam otioso de rebus procul remotis colloquio debetur, quam uiuo populorum segregatim epulantium aspectui, qui Tagenistis in Orco sese praebat. Distinctas quidem in Orco animas Eucrates quoque in Luciani Philopseude p. 51 uidit atque ibi quidem, Homericam locutione usurpata, *κατὰ φῦλα καὶ γρήτρας*.

In Aethaei Aethone apud inferos cenatum esse Urlichsius Phil. uol. I, 561 credit et si recte Wilamowitzius Eupolidis in Taxiarchos post Phormionis mortem actam esse statuit, Phormionis cum Baccho prandium frg. 250 eodem delegandum est. Quid Nicophontis *ἐξ Αἴδου ἀνιών* ibi uoluerit, nescimus. De uiuorum ad inferos descensu Amipsiae quoque fragmento inc. 23 agitur:

*εἰ μὴ θανοῦσιν ἔστι τις τιμὴ κάτω,  
καταβῶμεν.*

Quo loco non uideo cur Meinekius 'μή' in 'μέν' mutauerit. Nam ei, qui descendendi ipsi consilium capiunt, non sunt *θανόντες*, sed *μη θανόντες*. Neque per se necessarium erat, si mortuis illic honores fierent, etiam uiuos aduenas eorum participes fieri. Nam ad insulas quidem beatorum si qui ante mortem deuenirent, non sine difficultate eis easdem cum beatis delicias concessas esse ex eis, quae nautae apud Lucianum (uer. hist. II p. 109) de suo in *Μακάρων νήσω* aduentu referunt, uidemus. 'Ενετυγχάνομεν' narrant illi 'τοῖς φρουροῖς καὶ περιπόλοις, οἱ δὲ δῆσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεγάνοις . . . ἀνήγον ὡς τὸν ἄρχοντα'. Iudicium ibi fit de compluribus, 'τέταρτοι δὲ ἡμεῖς προσήχθημεν· καὶ ὁ μὲν (sc. Παδάμανθους) ἤρετο τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν· ἡμεῖς δὲ πάντα ἕξις διηγησάμεθα. οὗτος δὲ μεταστησάμενος ἡμᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν'. Denique eis sententia aperitur: 'τῆς μὲν φιλοπραγμοσύνης καὶ τῆς ἀποδημίας, ἐπειδὴν ἀποθάνωμεν, δοῦναι τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νῦν ῥητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ καὶ συνδιατηθέντας τοῖς ἥρωσιν ἀπελθεῖν'. Neque autem eo nefas eorum constitisse, quod, cum homines essent, heroum sedem adirent, uel ipsa Rhadamanthi interrogatio: τί παθόντες ἔτι ζῶντες . . . ἐπιβαῖεν ostendit, praeterea ex beatorum enumeratione elucet, ubi Diogenes quoque cum Laide afferuntur, quae nomina sane non permittunt, ut heroas artiore sensu intellegamus, quam homines mortuos beatitudine donatos.

Orci summis deliciis abundantis imaginem, quam comici tantopere excoluerunt, alibi quoque deprehendimus. Lucilii uerba (XXIX, 87 M.):

et circumuolitant ficedulae . . . turdi  
curati os

ex eiusmodi comicorum locis expressa esse F. Marx in studiis Lucilianis p. 46 probat, ubi uerba Lucilii sic constituit, ut exscripsimus. Et imago comica fluminum inferorum potum suauissimum sponte praebentium (Pherecr. Metall. 108, 3; Pers. 130, 3) Dioscoridae (anth. Pal. VII, 31) obuersata est, cum Anacreontem mortuum his notis prosequeretur:

αὐτόματοί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἀκρήτου  
 κῆκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου.  
 αὐτόματοι δὲ φέροισιν Ἴον, τὸ φιλέσπερον ἄνθος,  
 κῆποι καὶ μαλακῆ μύρτα τρέφοιτο δρόσῳ.  
 ὄφρα καὶ ἐν Διοῦς οἰνωμένος ἄβρα χορεύσῃς,  
 βεβληκῶς χρυσέην χεῖρας ἐπ' Ἐἴρουπύλην.

Et Socrates ad inferos tamquam ad conuiuium descendisse fingitur VII, 96:

Πινέ νυν ἐν Διὸς ὄν, ὃ Σώκρατες.

An uero animi tantum causa comici in depingendis Orci deliciis uersati sunt? Credo, ut supra probauimus Cratetem, cum homines aureos cum feris paciscentes induceret, Pythagoreorum praecepta illuisse, sic in hac quoque re Orphicos uel Pythagoreos (iam antiquitus confusos, uelut ab Herodoto II, 81 cf. Lob. Agl. 247), qui huius uitae abstinentiae praemia maximam apud inferos luxuriam sperabant, interdum carpi. Hoc suadet Platonis locus rep. II, 363 C a Lobeckio Agl. 806 laudatus, ubi Musaeus et Eumolpus — Plutarchus comp. Cim. et Luc. 1 haec de Orphicis dicta esse tradit — uituperantur, quia iustos post mortem ἐς ἄδου ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ ξυμπόσιον τῶν ὀσίων κατασκευασάντες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, quibuscum conferas Aristophontis Pythagoristam II, 362:

διαφέρειν δὲ πάνπολυ  
 τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν νεκρῶν· μόνοισι γὰρ  
 τοῦτοισι τὸν Πλούτωνα συσσιτεῖν ἔφη,  
 δι' εὐσέβειαν'

et Aristophanis Tagenistas frg. 488, 6 sq.:

οὐδὲ γὰρ ἂν ἀποθανόντες ἐστεφανωμένοι  
 προὔκειμεθ' οὐδὲ βακκάροι κερμιμένοι,  
 εἰ μὴ καταβάντας εὐθείως πίνειν ἔδει.

## CONSPECTUS OPERIS.

	Pagina
Homerus aureae uitae colores praebens . . . . .	3
Hesiodus . . . . .	6
amplior olim Hesiodus . . . . .	6
de aetatum eius ordinis inaequalitate . . . . .	8
de aetatum numero apud uarios scriptores . . . . .	8
de aetatum apud Hesiodum ordine contaminato . . . . .	10
de diuersarum de prisca aetate opinionum contaminatione . . . . .	12
carnium abstinentiam Hesiodo ignotam Pythagoreis deberi . . . . .	13
Empedocles cur Veneri aureae aetatis regnum tribuerit . . . . .	15
excursus de uoce <i>χρυσούς</i> . . . . .	15
Plato a Pythagoreis pendens . . . . .	19
de Cratetis Feris . . . . .	20
Academici Pythagoreorum praecepta secuti . . . . .	21
Theophrastus . . . . .	21
Porphyrius de Theophrasti sententia fraudulenter testatus, sed parum astute . . . . .	22
Theophrastus Hesiodi interpres . . . . .	24
<i>ἀλληλογραφία</i> . . . . .	25
Excursus de Ouidii met. XV, 75—478 . . . . .	26
Pythagorae orationem nouorum, qui dicuntur, Pythagoreorum disciplinae deberi ostenditur comparatis u. 75—175 cum Sotionis doctrina . . . . .	28
u. 176—243 cum Alexandri Polyhistoris et Pseudocelli sententiis . . . . .	32
u. 252—360 cum Plinii, quos de mirabilibus habet, locis . . . . .	36
u. 96—142 cum Plutarchi aliorumque locis . . . . .	42
Stoicorum de prisca aetate sententia . . . . .	43
Tacitus et Trogus ad Stoicos se applicantes . . . . .	43
de Dicaearcho Porphyrius iterum testis parum ingenuus . . . . .	45
Aratus Hesiodi imitator . . . . .	47
Iustitiae persona . . . . .	47 (84)
prisca aetas agrum colens . . . . .	49
Aratus Pythagoreorum sectator . . . . .	51

	Pagina
Theognis . . . . .	52
poetae Alexandrini nouos colores inducentes . . . . .	52
castitas . . . . .	53
amorum felicitas . . . . .	54
nauigationis absentia . . . . .	55
agri cultura . . . . .	55
tenuis uictus . . . . .	56
bonorum communio . . . . .	56
Tragici contrariam de prisca aetate sententiam tuentes . . . . .	57
fabula satyrica . . . . .	58
Comici. seruorum absentia et βίος ἀντόματος . . . . .	59
priscae uitae cum Orco et Elysio similitudo . . . . .	62
Pluto aureae aetatis auctor . . . . .	62
quo tempore comici auream uitam finxerint . . . . .	64
quibus locis eam posuerint . . . . .	69
itinerata in Orcum suscepta . . . . .	70. 78
Pherecratis Crapatali . . . . .	71
Aristophanis Tagenistae . . . . .	74
Amipsiae frg. inc. 23 . . . . .	78
comica Orci imago apud posteriores . . . . .	79
comici Pythagoreorum illusores . . . . .	80

## I N D E X.

Abii 3.	Aratus (phaen. 96 sq.) 9. 10. 47 sq. 55.
Academici 21.	(phaen. 131 sq.) 13. 51.
Accius (Med. frg. 7) 55.	Aristophanes (Ach. 82) 69. (Geryt.) 70.
Achaeus (Aethon) 70. 78.	(Ran.) 63. 70. (Plut.) 58. (Tagen.)
Aeschylus (frg. 190) 3. (Aetn. frg. 11.	62. 74 sq. 80.
Prom. 447 sq.) 57. (Pers. 222. Choeph.	Aristophon (Pythag.) 71. 78. 80.
147). 62.	Aristoxenus 42.
Aesopicae fabulae 19.	Athenio 23.
Aetna (u. 16) 53.	Ausonius (ep. 16, 27 sq.) 10.
Alexander Polyh. 28. 34. 36.	Auienus 50. 56.
Amipsias (frg. inc. 23) 78 sq.	Babrius prooem. 8. 19. 48.
anthol. Pal. (5, 31) 16. (7, 31) 79.	Bassari 24.
(7, 96) 80. (7, 97) 49 adn. (7, 121)	Bio Borysth. 17 adn.
20. (8, 124) 18. 67.	Blaesus 59.
Antiphanes (Oenom.) 69. (Boeot.) 69.	Calpurnius (ecl. 1, 44) 48.
Apoll. Rhod. (4, 1638 sq.) 16.	Cassius Dio (71, 36. 72, 15) 10.

- Catullus (64, 397 sq.) 53. (68, 153 sq.) 48.  
 Cicero (Aratea) 51. 56.  
 consol. ad Liuiam (343) 18. 53.  
 Crates (Ferae) 20. 61. 65. 74.  
 Cratinus (Chirones) 67. 68. (Diuitiae)  
 62. 64 sq. 68. 69. 74. (Leges) 66. 67.  
 Cratinus iun. (Gigantes) 65.  
 Critias tragicus 57.  
 Dicaearchus 45 sq. 50.  
*Δίκη* 4. 9. 47 sq. 84.  
 Diodorus 44.  
 Dionys. Hal. 45.  
 eleg. in Maec. (21 sq.) 51.  
 Empedocles (417 sq.) 15. 42. 43. 51.  
 Ephorus 4.  
 Eubulus (Anasoz.) 71. 78. (Olbia) 68.  
 (Titanes) 65.  
 Eudoxus 52.  
*Ἐννομή* 84.  
 Eupolis (*Xp. γ.*) 61. 68. (Tax.) 78.  
 Fabianus 39.  
 Germanicus 50. 56.  
 Grattius (cyneg. 1, 2 sq.) 23.  
 Heraclitus 32. 34.  
 Hesiodus (theog. 510 sq.) 7. (op. 48 sq.)  
 7. (op. 90 sq.) 8. (92. 105) 5 adn.  
 (108) 6. (109—120) 6 sq. (117) 5.  
 (120) 4. (130) 7. (134—39) 24. (146)  
 13. (172.) 4. (225 sq. 290) 48. (frg.  
 187) 5. 6. (schol. op. 92) 12.  
 Homerus (*A* 272. *E* 304) 3. (*δ* 85 sq.)  
 4. (*δ* 567) 5. (*ζ* 43) 5. (*η* 119) 5.  
 (*η* 201 sq.) 4. (*ι* 108 sq.) 6.  
 Horatius (sat. 1, 3, 100) 12. (c. 4, 2,  
 21 sq.) 17. (ep. 2, 2) 55. (ep. 16, 51 sq.)  
 9. 55. 60. 62.  
 Iosephus (arch. 1, 3, 9) 6. 46.  
 Iuuenalis (sat. 6) 9. 10. 12. 47. 53. (13,  
 28 sq.) 8.  
 Lucianus (Saturn. 7 sq.) 16. 61. (ep.  
 ad Sat. 1, 20). 6. 16. (uer. hist. 2, 109)  
 79. (ib. 115) 49. (dial. mort. 2) 72.  
 (Timon) 72. (Menippus. Philops.) 78.  
 Lucilius (29, 87) 79.  
 Lucretius (5, 925 sq.) 12.  
 Lydia 54.  
 Macrobiani 7.  
 Manilius (1, 75 sq.) 23. 55.  
 Max. Tyr. (diss. 36) 10. 60.  
 Menander Heracl. 56.  
 Metagenes (Thuriop.) 69.  
 Moschion (frg. 7) 25. 57.  
 Nemesis 47 sq. 84.  
 Nicophon (*ἐξ Ἀδ. ἀν.*) 78.  
 Nigidius 28. 40 sq.  
 Ocellus q. f. 33. 34. 36.  
 Octauia (392 sq.) 9. 52. (412 sq.) 55.  
 Orphici 14. 80.  
 Orphica (argon. 1113 sq.) 7.  
 Ouidius (a. a. 2, 277) 17. (am. 3, 8, 43)  
 55. (a. a. 1, 475 sq.) 15. (a. a. 2,  
 621 sq.) 54. (met. 1, 89 sq.) 9. 43.  
 (met. 1, 94) 55. (1, 100) 50. (1, 106)  
 12. (1, 107) 5. (1, 138 sq.) 58. (1, 150)  
 9. (15, 96 sq.) 15. 22. 26—43. (fast. 1,  
 359) 22. (5, 197) 5. (ex P. 1, 6, 29) 52.  
 Palaephatus 16 adn.  
 Pandora fabula 54.  
 Paradoxographi 38.  
 Peripatetici 20. 42.  
 Pherecrates (Crap.) 71 sq. (Metall.)  
 59 adn. 65. 71. (Pers.) 60. 69.  
 Phrynichus (Mus.) 70.  
 Pindarus (frg. 143) 5 adn.  
 Plato (leg. 678 E sq.) 4. 19. (713 C) 19.  
 (782 C) 14. 19. (Polit. 271 sq.) 5. 6.  
 19. 43. 54. 60. (Prot. 322 A sq.) 6.  
 47 c. adn. (rep. 2, 363 c) 80.  
 Plinius (2, 224 sq.) 37 sq.  
 Plutarchus (soll. an. 6, 4) 20. 21. (7, 5)  
 42. (quaest. conu. 8, 8) 21. (q. f. de  
 nob. 20) 56.  
 Pluto 62 sq.  
 Polemo 21.  
 Porphyrius 42. (de abst. II) 15. 21.  
 (IV, 2) 45 sq.

- Posidonius 12. 43 sq.  
 Prometheus 7. 57.  
 Propertius (3, 3, 52) 53. (3, 7, 31) 55.  
 (4, 12, 25 sq.) 54. 55. (5, 7, 60) 62.  
 Pythagoras 15. 18. 26 sq. 33. 42. 52.  
 Pythagorei 14. 18. 19 sq. 21. 51. 80.  
 Quintus Smyrn. (5, 49) 49.  
 Saturnalia 75.  
 Saturnus 59. 62. 66.  
 Seneca (ep. 90, 5 sq.) 12. 43 sq. (108,  
 17 sq.) 21. 28 sq. (115, 13) 17. (Med.  
 309 sq.) 55. 58. (331) 50. 56. (Phaedr.  
 530) 55.  
 Sextius 21. 28. 41.  
 Sex. Empir. 14. 20. 25.  
 Sibylla 9.  
 or. Sibyllina (1, 69 sq.) 7. (1, 88) 4.  
 Simonides (frg. 36) 11. (frg. 58) 49.  
 Sophocles (Inach.) 58. 63.  
 Sotion 21. 28 sq. 41.
- Stoici 20. 35. 42. 43 sq.  
 Tacitus (ann. 3, 26) 43 sq.  
 Talos 16.  
 Teleclides (Amph.) 60. 65. 66. 68.  
 (Pryt.) 67.  
 Themis 48.  
 Theocritus (12, 15 sq.) 15. 54.  
 Theognis (1141) 48. 52.  
 Theophrastus 9. 10. 14. 21 sq. 46.  
 Thoes 24.  
 Tibullus (1, 3) 55. 58. 60. 62. (2, 3,  
 39. 71) 55.  
 Trogus 44.  
 Venus 15.  
 Vergilius (ecl. 4) 55. 58. 60. (ge. 1,  
 126 sq.) 4. 44. 55. 56. (2, 336 sq.) 5.  
 (2, 537) 51. (aen. 7, 203) 13. 43.  
 (8, 313 sq.) 10. 12. 13. 45.  
 Virtus 48 sq.  
 Xenocrates 21.

---

Quod p. 47 diximus Dices in Nemesis Hesiodaeae locum successisse, memoratu dignum est in ipsis Hesiodi uersibus op. 197 sq. ceteroquin ad uerbum exscriptis pro Nemese *Εὐνομίην*, quae fuit Dices soror (theog. 901), positam esse in titulo quodam ap. Kaibelium (epigr. gr. ex lap. coll.) nr. 1110.

---




DE FONTIBUS QUIBUS

ATHENAEUS

IN REBUS MUSICIS LYRICISQUE ENARRANDIS  
USUS SIT

SCRIPSIT

CAROLUS ALBERTUS BAPP.



Lyricae Graecorum poeseos reliquiis et historiae quicunque operam nauarunt, quantum in his rebus debeatur Athenaei Deipnosophistis, probe sciunt. Neque vero ignorant iidem de fide eorum, quae ab hoc scriptore tradita sunt, iudicare adhuc quam sit lubricum. Quo maiores enim doctrinae copiae nobis e Naueratita redundant, eo magis dolemus, quod fontium eius disquisitio vixdum incobata est. Quam etsi plurimis difficultatibus intricatam neque ita iucundam esse sciebam, magnopere tamen necessariam arbitratus ad muniendam qua innitentes tute progredieremur uiam suscepi prouinciam hanc fore sperans ut lyricis meis aliquando nouae lucis nonnihil inde affulgeret. Pro isto meo consilio ut par erat profectus sum ab eis capitibus, quibus continuo ac fuso sermone res ad musicam lyricamque artem pertinentes data opera tractantur.

---

## CAPUT I.

### *De Aristocle.*

In disputatione illa libro quarto inserta, qua describuntur instrumenta musica — IV p.174b sqq. —, inter Athenaei auctores primus obuius est legenti *Ἀριστοκλῆς* (*ἐν τῷ περὶ χορῶν*). Hic apud Athenaeum saepius laudatur de rebus musicis atque satis grauis locuplesque huius materiae scriptor uidetur fuisse. Nec tamen tenebrae, quibus hoc nomen olim sane haud ignobile temporum iniquitate uelatum est, adhuc sunt disturbatae neque exstat fragmentorum eius plena diligensque collectio; nam quae K. Müller FHG IV p. 329 sqq. dedit, parum

sufficiunt. Nobis quae eius sint in Deipnosophistis partes enucleandum est.

Ac primum quidem quid ex ipso Athenaeo de Aristocle possit sciri quaeramus. Atque unum eundemque semper esse Athenaei Aristoclem facile cernitur. Nam ubique de rebus musicis citatur, plerumque cum titulo *π. χορῶν*, semel *π. μουσικῆς*, semel sine titulo (I p. 22a), ubi quin ex opere *π. χορῶν* inscripto verba sint petita, nulla dubitatio obtinet. Quod uero IV p. 140 b laudatur *Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ τῆς Ἀκρόωνων πολιτείας*, certissima emendatione Schweighaeuser correxit *Νικοκλῆς* coll. p. 140 d, ubi Persaei et Dioscuridae testimonia antecedunt Nicocli, ut supra Aristocli. Nec denique usquam Aristocles cognomine aut patriae significatione addita ab aliis eiusdem nominis scriptoribus apud Athenaeum distinguitur.

Iam quo tempore uixerit Aristocles uideamus. Proficiscendum est ab ipso illo loco I. IV p. 174 c, ubi Aristocles testis est de homine quodam, quem sub secundo Euergete h. e. Ptolemaeo Physcone uixisse dicit. Regnauit Physco annis 145—117 a. C. Hinc suo iure Schweigh. et Mueller terminum petiuere, post quem scripserit Aristocles; nempe post a. 117 neque ita paulo post. At oboritur difficultas ex alio Athenaei loco; nam XIV p. 636 f laudatur *Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολῇ ἀντιγραφεῖ*; loquitur autem Apollodorus de instrumentis musicis, ita ut dubitari nequeat, quin epistola fuerit eiusdem Aristoclis, qui alibi de hac materia Athenaei auctor est. Apollodorus autem, cum nihil nomini addatur, notissimus uidetur esse Atheniensis ille, qui *χροινικὴν σύνταξιν* scripsit editam intra annos 144—138 a. C. (uide Schaeferi QK.). Idem *πολὺν χρόνον* (Scymn. perieg. 16) scholis usus est Aristarchi, qui moritur circa Ol. 159/60 (uide M. Schmidtium Philol. uol. VII p. 368). Potuit ergo fortasse senex Aristocli, etiamsi post a. 117 hic scripserit, respondere; sed propter temporum angustias non satis uerisimile est. De aliis autem Apollodoris non licet cogitare neque inuenitur inter eos qui aliqua probilitate in Atheniensis locum substituatur. Atque fulcitur nostra

sententia etiam eo quod e Didymo laudari p. 634 Apollodorum potest demonstrari. Huius enim esse libri XIV caput 40 infra probabitur. In praesens cf. Hesych. s. u. *παριαμβίδες*. Ἀπολλόδωρος παρὰ τοὺς ἰάμβους αὐτὰ φησι πεποιῆσθαι, ἃς οἱ καθαρωδοὶ ἔδουσι; quae ex Didymo fluxisse periti non negabunt.

Nihil igitur restat ad remouendam difficultatem nisi ut epistulam illam aliquanto ante opus *π. χορῶν* inscriptum prodiisse sumamus. Sed quibus hoc non probatur, iis alia uia spero persuasum iri, ut Apollodorum intellegant Atheniensem. Etenim dubitatum est — idque iure opinor — num recte traditum esset apud Ath. IV, 174 c Ctesibium illum hydraulici inuentorem ab Aristocle memoratum uixisse ἐπὶ τοῦ δευτέρου *Εὐεργέτου*. Aduersatur enim huic loco alius: p. 497 d, ubi sub lemmate *ΠΥΤΟΝ* (poculi genus) legitur: *Ἡδύλος δ' ἐν ἐπιγράμματι περὶ τοῦ κατασκευασθέντος ὑπὸ Κτησιβίου τοῦ μηχανοποιῦ ἔντοῦ μνημονεύων φησί*. sequitur epigramma quo *ἔντόν* quoddam describitur in Arsinoes templo seruatum, *Κτησιβίου σοφὸν ἔργμα*. Atque cum non de inuentione huius uasorum generis sed de uno quodam tali poculo arte eximia insigni agatur, nihil sane certi de Ctesibii aetate sequitur inde quod paulo supra Ptolemaeus Philadelphus I talia uasa narratur facienda curauisse, ut in Arsinoes sacris adhiberentur; quamquam cum Ctesibii *ἔντόν* in Arsinoes templo depositum fuerit, secundum illud Ptolemaei edictum hoc uas factum esse uerisimile est. Sed habemus certum terminum, ante quem uixerit Ctesibius: nempe ante Hedylum poetam; qui fuit Callimachi aequalis (uide Schneid. Callim. II p. 43, Meinek. anal. crit. Ath. p. 226, Iacobsium in Anthol. ad Callimachi et Hedyli epigrammata); Callimachus autem obiit sub Euergete I. Iam uero Ctesibium hunc epigrammatis *μηχανοποιῶν* quis diuersum esse sibi persuadeat ab illo hydraulici inuentore, qui IV, 174 c dicitur sub Euergete II. Alexandriae habitasse? His causis adductum puto Ricardum Volkmannum, ut pro traditis uerbis ἐπὶ τοῦ δευτέρου *Εὐεργέτου* postularet ἐπὶ τοῦ πρώτου. Cui assentitur E. Rohde (de Pollucis fontibus p. 42) unicum argu-

mentum afferens illam temporum difficultatem ex Apollodori testimonio oriundam, quam supra largius exposuimus.

Ergo nihil iam obstat quominus Aristoclem Atheniensis Apollodori fuisse aequalem credamus.

Haec sunt quae ex ipso Athenaeo discantur. Age nunc circumspeciamus eiusdem nominis auctores ab aliis scriptoribus commemoratos, num forte inter eos sit quem eundem esse atque eum de quo agimus agnoscamus. Enumerantur uarii Aristocles apud Muellerum FHG IV p. 329. Atque librorum quos scripserunt argumenta si spectas, unus tantum illius similis est: laudatur ab Ammonio s. u. ἐπικήδειος: Ἀριστοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. En simul de eadem re uide citatum Tryphonem, qui etiam apud Ath. IV, 174 post Aristoclem de hydraulo testis producitur <sup>1)</sup>. Quid igitur? unum esse eundemque hominem si statuerimus, num audaciae crimen subibimus? Immo aliter facere uix possumus. Haec coniectura si uera est, Rhodium fuisse discimus Athenaei Aristoclem. Neque repugnat quod ex Ath. IV, 174 Alexandriae eum scripsisse fortasse recte colligunt — fortasse inquam, quia istud ἐνταῦθα ἐν τῇ Ἀσπενδίᾳ potest ex eius mente dictum esse, qui laudat Aristoclem.

Rhodii autem Aristocles etiam aliunde noti sunt. Quorum unus apud Strabonem XIV p. 655 in claris Rhodiorum uiris recensetur inter grammaticos additis uerbis ὁ καθ' ἡμᾶς; aequalis igitur est Strabonis neque potest idem esse atque Athenaei Aristocles Apollodori aequalis. Nam Apollodorum hic a Strabone somnolentum in modum describi neque credet quisquam neque demonstrabit. Ceterum de Ammoniani Aristoclis temporibus nihil scimus; nisi quod recentissimi Ammonii auctores Augusti et Tiberii aetate uixerunt (Valcken. praef. p. XXIII) <sup>2)</sup>. Neque uero est, cur Strabonis Aristoclem ab Am-

1) Cf. Schmidt. Did. 24 sq.

2) Aelium enim Dionysium ab Ammonio usurpatum esse mihi non probauit Freyer (in Stud. Lips. uol. V p. 369 sqq.); qui illud οἱ παλαιοί, quo nititur, iam a Didymo adhibitum esse ipse concedit. cf. Naber. prol. ad Phot. p. 78: 'Ammonius usus est Tryphone, eodem Aelius Dion. = Phot.'

moniano non diuersum esse sumamus. Nam non unum huius nominis Rhodium fuisse sed plures uel inde conicias quod Strabo addit ὁ καὶ ἡμᾶς, ita ut a priore quodam Aristocle item Rhodio aequalem suum distinguere uideatur.

Rhodium est is quoque qui apud Erotianum in praef. lex. Hippocr. p. 12 Frz. commemoratur: τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεῖς παρῆλθε τὸν ἄνδρα (i. e. Ἰπποκράτη). Καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ· ἔτι δὲ Ἀρισταρχος· περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀρισ[το]τέας οἱ Ῥόδιοι. καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδροεῖς. — Verba ἔτι δὲ Ἀρισταρχος M. Schmidt Did. p. 24 transponenda suadet post illa uerba οἱ Ῥόδιοι, fortasse recte, ut de unius Euphorionis libris, non item de Aristarchi studiis Hippocrateis scripserit Aristocles. Sed ante Didymum certe — Chalcenterum uidelicet, nam non est, quo τὸν νεώτερον intellegere cogamur — scripsisse iudicandus est propter uerba sequentia καὶ μετὰ πάντας κτλ. Hunc Athenaei Aristoclem esse puto. Commendatur hoc eo quod et apud Varronem de ling. lat. X, 74 p. 261 M Aristocles et Aristetas grammatici coniuncti apparent et apud Athenaeum Ἀριστέας quidam, qui π. κιδαρῶδων scripserit, laudatur XIV, 623 d in Aristoclis uicinitate; unde Erotiani loco pro tradito Ἀριστοτέας, quod procul dubio corruptum est, optima ratione Ἀριστέας restituit M. Schmidt l. l. studiorum socios semper fuisse ratus Aristoclem et Aristeam (ceterum Varronis testimonio non allato).

Rhodium denique est rhetor ille Aristocles apud Dion. iud. de Dinarcho cap. 8; sed de hoc nihil licet conicere.

Grammaticos praeterea nouimus huius nominis complures: quos, cum nihil sciamus quod commune habeant cum auctore musico, omnino missos faciamus. Reliqui denique Aristocles aut incertae prorsus aut nimis alienae aetatis sunt<sup>1)</sup>. Neque quidquam potest statui de eis qui Ἰταλικά, π. Γυγάντων, Παράδοξα scripsere.

1) In horum, non illorum numero est A. Messenius: errat enim M. Schmidt l. l., cum ignotam esse eius aetatem dicit; cf. Zelleri HPhG III<sup>3</sup>, 1 p. 785 sq.

Iam reputemus nobiscum quae assecuti simus. Hoc tenendum est: nihil obstare quominus Ammonii Athenaei Erotiani Varronis Aristoclem unum eundemque esse scriptorem iudicemus; Ammonii certe Aristoclem ab Athenaei auctore diuersum esse uix posse credi.

Alia uia augere studuit Aristoclis reliquias Val. Rose in Aristotele pseudepigrapho p. 615 sqq. Qui compluribus locis pro Aristotelis nomine Aristoclis nomen reponendum esse contendit. Atque id quidem certum est: interdum librariorum culpa Aristoclis ut ignoti eis nomen in Aristotelis notissimum abiisse (e. g. fr. 3 apud Muell., fr. 4. 5, Varro de l. lat. X, 10 p. 550). Vides igitur iusta ratione non carere Rosii conamen; sed cauendum erat, ne quid immerito Aristoteli abiudicaretur. Nobis Aristoclem sub Aristotelis nomine latere non licet credere nisi ubi aut additum est ὁ Ῥόδιος — nam Aristotelem Rhodium scriptorem non nouimus — aut tempora obstant, quominus philosophorum princeps intellegatur, aut argumentum loci uel libri titulus magis Aristocli quam Aristoteli conuenit.

Primum illud accidit in fr. 9 Rosii: Procl. in Tim. p. 27a Schn. ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδαίοις εἶπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος μαρτυρεῖ τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια ἢ εἰκάδι τοῦ Θαρρηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἔπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθήνην ἑορτάς. Hic Rosii correctio certa uidetur. Quamquam quod apud eundem Procl. p. 7 (οὕτω γὰρ Ἀριστοκλήης κατασκευάζει Θεαίτητον εἶναι τὸν ἀπόντα — Πτολεμαῖος δ' ὁ Πλατωνικός Κλειτοφῶντα — Δερκυλλίδης δὲ Πλάτωνα —) Usener (M. Rh. XXVIII p. 433; cf. XXV p. 614) eundem Rhodium intellegit, quem statuit commentarium scripsisse in Platonem, nescio an rectius Mueller Aristoclem Messenium philosophum peripateticum significari iudicet, ut alter addito cognomine 'ὁ Ῥόδιος' ab eo secernatur. Sed utut hoc se habet: utrum Rhodius hic Aristocles is sit de quo agimus an alius, e. g. Strabonis grammaticus, non liquet.

Alterum cadit in fr. 13: Bekkeri Anecd. p. 451, 31 Ἀσίας ἢ κισθάρρα (ἀπὸ Ἀσίου τινὸς [καὶ Ἀσία καὶ Ἀσιόνη] ἢ ἀπὸ



Ἀσίας τῆς μητρὸς Προμηθέως)<sup>1)</sup>. Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν, ὅτι ἐκλήθη Ἀσία ἀπὸ τῶν χρωμένων Λεσβίων οἵτινες οἰκοῦσι πρὸς τῇ Ἀσίᾳ· οἱ δὲ ἀπὸ Τυρρήνου Λυδοῦ εὐρόντος πρώτου τὸ τρίγωνον ὄργανον· οἱ δὲ ἀπὸ Τεργάνδρου. Hic aut Δοῦρις δὲ Ἀριστοτέλη aut Δοῦριν δὲ Ἀριστοκλής legendum esse apparet (cf. Muell. ad Aristot. fr. 259). Scimus autem Aristoclem et de instrumentis musicis egisse et peripateticorum imbibisse doctrinam, maxime Aristoxeni, id quod ex Athenaeo cernitur. Quid quod ante Apollodori mentionem apud Ath. XIV, 636 f, cuius εἰς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφή laudatur, Duridis de eodem quod Apollodorus respicit organo testimonium affertur: Δοῦρις δ' ἐν τῷ περὶ τραγωδίας ὠνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαν ἀπὸ Μάγδιος Θρακὸς γένος. Nonne Durin hic quoque Aristocli deberi in promptu est suspicari? Contra parum uerisimile est glossae auctori Aristotelis sententiam ex Duride sublectam innotuisse, cum in ipsis Aristotelis libris sine dubio magis pateret rerum musicarum studiosis. — Ceterum de origine huius glossae quaerentibus accuratius quam a Rosio factum est partes eius distinguendae sunt, quas singulas per lexicographos aliosque auctores licet prosequi. Atque de priore quidem notae parte (usque ad u. Προμηθέως) bene uir doctus 'cithara, inquit, una commemorari solebat ab iis, qui Homericum illud Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Il. B 461 explicauerunt'. Iam uero quis addiderit sequentia, Didymusne an alii, dubitari potest. Fuisse in Didymi lexico comico ad Aristophanis uocem Ἀσίας explicationem ampliolem ea quam nunc legimus in schol. Thesm. 121: Ἀσι'δα τὴν κιθάραν λέγει, satis ueri est simile. Sed cum in glossa usus Aristophanei nulla fiat mentio — fit apud Et. M. et Suid. — sumendum esset illam explicationem seruata esse ex ipso Didymi ad Aristophanis locum commentario, auctorem autem Et. M. et Suidam sua e lexico comico accepisse. Quae uero insunt in altera glossae parte, neque apud auctorem Et. M. aut Suid. neque

1) Verba ( ) inclusa uncis ad uocem Ἀσία pertinere cognouit Rose; cf. Et. M. s. u. Ἀσία et Steph. Byz. ib.

apud Hesychium comparent. Quare Didymo neque hanc neque illam partem ausim tribuere. At deest aliquid in glossa Segueriana quod suppleri mente debet: nam qui ἀπὸ Τυρρῆνον Ἀυδοῦ Ἀσιάδα nominatam aiebant, quo iure nomen sic explicarint, non dicitur. Sine dubio autem eo nitibantur illi, quod Ἀυδία olim Ἀσία erat uocata. Sic enim Schol. Ap. Rhod. II, 277: Ἀσιδος· τῆς Ἀυδίας λέγει· Ἀσία γὰρ πρότερον ἐκαλεῖτο ἢ Ἀυδία· καὶ Ὅμηρος· Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι· καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς λέγεται, ἐπεὶ ἐν Ἀυδίᾳ πρῶτον εὐρέθη. Hoc scholion Didymo deberi cum probabilitate per se conicias: huiusne igitur doctrina latet in glossa Bekkeri? At haec quoque explicatio discrepat ab Hesychio et Et. M. (Hesychium enim cum dicat ἐν Ἀσίᾳ, significare urbem, non Lydiam, coll. Et. M. et Steph. Byz. manifestum est). Et. M. 153, 29 Ἀσία — Ἀσιάδος κρούματα· τῆς κιθάρας· οὕτως Ἀριστοφάνης — Ἀσιᾶτις· ἢ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται· εἴρηται δὲ ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Ἀυδίας κειμένη ἐν Τρωάδι πρῶτον εὐρέθη. καὶ τὰς γοῶδεις δὲ ᾠδὰς ὑπὸ Νιόβης καὶ τῶν Ἀυδῶν γυναικῶν εὐρεθείσας εἰς Ἑλλήνας ἀχθῆναι κτλ. — Steph. B. s. u. Ἀσία· πόλις Ἀυδίας παρὰ τῷ Τρωάδι, ἐν ἣ τριχορδος εὐρέθη κιθάρα, διὸ καὶ (Ἀσιὰς)· Ἀσία ἢ ἠπειρος· οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Ἀυδίας, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Ἀυδοῦ ἢ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικός. — Hesych. s. u. Ἀσιὰς· ἢ κιθάρα διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὐρεῖσθαι.

Quare si quid in his Didymo tribuendum, in Et. M. (ex quo Suid.) et Steph. Byz., qui nescio an Herodianum receperint, et in Hesychio seruatum est, non in glossa Segueriana.

Iam uideamus quid praeterea de glossae auctoribus queat enucleari. Duridis sententiam paene ad uerbum repetit non allato auctoris nomine Plut. de mus. cap. 6, quod ex Heraclide Pontico haustum esse satis probauit Westphal. Ac memorabile est quod Plutarchus uel potius Heraclides eam opinionem, quam glossa Segueriana sub altero illo οἱ δὲ exhibet, accuratius pleniusque profert; quam uides cohaerere cum Duridis doctrina. Sunt enim uerba haec: ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητὴν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κερῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρωδοὺς πρὸς

τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. Turbavit igitur glossae auctor sententiarum nexum. Iam data est optio, utrum Heraclidem a Duride descriptum an Aristotelem ab utroque sumamus. Heraclidem uero cum in conscribenda Terpendridarum historia ipsum fontes primarios, inscriptiones dico, adisse sciamus<sup>1)</sup> neque constet, num συναγωγὴν suam post Aristotelis scripta musica ediderit, nostro iure nobis uidemur Aristotelem ab hac quaestione omnino remouere. Ceterum quod Rose 'cum Duride' inquit 'et de Amphione citharodiae inuentore consentiebat Heraclides', sane quae apud Plut. de mus. c. 3 (cf. Plin. VII, 59) et in Et. M. p. 513, 23 illic ex Heraclide hic e Duride narrantur, non pugnant inter se; sed Duris cum citharam dicit nominatam esse ἀπὸ τοῦ Κιθαίρωνος ὅτι Ἀμφίων ἐξεῖσε ἐμουσικεῖετο, num citharodiae inuentionem Amphioni tribuit? Quae uero apud Et. M. p. 153, 28 de Niobe leguntur, neque ad eandem rem spectant neque, si ita esset, Duridi ea adiudicare liceret; nam quae antecedunt de cithara Asiatica, auctori glossae Seg. nequeunt deberi, utpote quae prorsus diuersam sequatur doctrinam. Neque quod apud Plut. cap. 15 similia de Niobe narrantur eis quae Et. M. praebet, inde concludi potest Heraclidis esse hanc sententiam: immo Plutarchi illud caput non esse ex Heraclide haustum Westphal docuit p. 16. 25.

His omnibus perpensis Aristoclis nomen glossae restituere non dubito.

Tertium fragmentorum genus est, quorum argumenta magis Aristocli quam Aristoteli conuenire uideantur. Ex his, cum Athenaei Aristocli praeter libros περὶ χορῶν, π. μουσικῆς, π. ποιητικῆς nihil confidenter tribuere liceat, non curamus nunc nisi fragm. 11 et 12 Ros., quippe quibus solis de re musica agatur. Atque fragm. 12 cur Aristoteli eripiamus non uideo; nisi forte quem Rosii uniuersam rationem iuuat probare. Sunt Procli uerba apud Phot. p. 320, 30: τὸν ἀρξάμενον τοῦ διθυράμβου Ἀριστοτέλης Ἀρίωνα φησιν εἶναι, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν. Idem tradit et Suidas, quem ex Aristotele

1) Vide Westph. ad Plut. de mus. p. 72.

talia accepisse probabile reddidit Volkmann de Suid. biogr. quaest. sel. p. 12, et Dicaearchus Aristotelis discipulus. — Nec magis Rose mihi persuasit de fragm. 11: Schol. Bob. in Cic. p. Arch. ed. Or. uol. V, 2 p. 358 'primus uidetur elegiarum carmen scripsisse Callinos. adicit Aristoteles praeterea hoc genus poetas: Antimachum Colophonium Archilochum Parium Mimnermum Colophonium; quorum numero additur etiam Solon Atheniensis legum scriptor nobilissimus'. Cur desunt, quaero, Philetas Callimachusque? Hoc per se patet, si recte legitur Aristoteles; perquam mirum est, si Aristocles auctor sumitur; qui illos non magis certe omisisset quam Procl. apud Phot. p. 319 b, quem Didymi doctrinam referre constat. At Quintilianus (X, 1, 54) Aristarchum et Aristophanem neminem sui temporis in numerum redegit tradit. Scio, sed uide eundem paulo infra (X, 1, 58): '— elegiam, cuius princeps habetur Callimachus, secundas confessione plurimorum Philetas occupauit'. — Ceterum Photii et aliorum quos laudat Rose scriptorum locis id quod ille contendit Didymum esse scholii fontem non probatur sed refellitur.

Itaque praeter fr. 9 et 13 Aristocli quiddam ex Aristotelicis uindicare non ausim. Hactenus de Rosii commentis.

K. Mueller uero non substitit in unius Aristotelis nomine cum Aristoclis commutando uerum etiam apud Ath. p. I, 20 d pro *Ἀριστόνικος* reponi uult *Ἀριστοκλήης*. Aristonicum sane, qui de saltatione scripserit, ignoramus neque nomen alibi apud Athenaeum occurrit; contra optime quae hic narrantur conueniunt Aristocli. Quid quod uerba inde a *καὶ τῆς σατυρικῆς* usque ad *Κρηῆς ἣν ὁ Σικίννος* congruunt cum eis quae XIV, 630 b ex Aristoclis libro *περὶ χορῶν* laudantur: *καλεῖται δὲ ἡ μὲν σατυρική κτλ.* Haec uero Aristocles descripsit ex Aristoxeni libro *π. τραγικῆς ὀρχήσεως*; uide Bekk. Anecd. p. 101, 17 sqq., Phot., Et. M. s. u. *σίκιννις* <sup>1)</sup>. Itaque aut Aristoxenum aut Ari-

1) Eadem doctrina apud Ammonium s. u. *κόρδαξ* et apud Eustath. ad II. Σ 605 p. 1167, 23 (ex Ael. Dionysio et Pausania). Turbas mouit Schol. II. Σ 617, unde Suid. s. u. *πυρρίχη*; qui perperam miscent lyricae et scenicae saltationis genera.

stoclem apud Ath. I, 20 d adhibitum esse nequit negari. Sed quae de Bathyllo Pyladeque saltatoribus narrantur sub Aristonici nomine, Aristoclis esse non possunt, si quidem recte de temporibus eius statuimus; nam illi Augusti demum aetate floruerunt. Totum autem hoc Athenaei caput 37 ex uno libro desumptum esse discimus coll. Plut. Symp. Q. VII, 8; ubi de Pyladis Bathyllique saltatione fere eadem atque partim eisdem uerbis <sup>1)</sup> praedicantur neque desunt *κόρδαξ* aut *ἐγκώμια ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε*. Hic ab eodem fonte pendere Athenaeum et Plutarchum apparet; quem plenius exhaustit Athenaeus. Huic fonti sophista et Aristonicum et Aristoclem uel Aristoxenum debet itemque opinor Seleucum initio capitis laudatum. Seleucus enim uix potest alius esse nisi Tiberii illi conuictor; uide M. Schmidtium de uariis Seleucis disputantem Philol. uol. III p. 436 sqq. Aristonicus autem necessario secernendus a clarissimo illo homerico, utpote qui nondum de istis pantomimis potuerit scribere nedum prospicere quanti foret momenti noua ars.

Quare Aristocli in hoc capite nihil uindicarim nisi quae congruunt cum p. 630 b; Aristonici autem nomen intactum relinquo.

Cogitet quispiam de Aristoclis nomine eliciendo ex Ath. VIII p. 360 b: *Κορωνισταὶ δὲ ἐκαλοῦντο κιλ., ὡς ἱστορεῖ Ἄγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν Κορωνισταῖς*. Nam Hagnocles siue Agnocles scriptor aliunde non innotuit, argumentum autem non alienum est ab eis quae Aristocles profert in libro XIV Athenaei. Praeterea titulus ille *Κορωνισταὶ* ualde mihi suspectus est, cum non nisi comoediae aptus sit; quo titulo rectam operis inscriptionem omnino loco esse motam malim credere quam corruptam esse e *π. Χορῶν*. Dummodo certior esset haec coniectura, porro oreretur suspicio Aristoclis testimonium a Pamphilo una laudato fuisse appositum.

1) Velut *ὑπόρχημα διατίθεσθαι* apud utrumque. Plutarchum in libello *π. μουσικῆς* inscr. Dionysium Hal. min. depilasse con. Westph. comm. p. 16.

Iam transeamus ad ea quae Aristocli apud Athenaeum deberi certum est.

In libro IV non nisi de hydraulo organo laudatur. Nomen legitur primum I p. 22a, ubi testis est Aristocles de Teleste Aeschyli saltatore, qui Septem fabulam admirabilem in modum egerit. Hoc procul dubio narravit in libro illo *π. χορῶν*, ex quo etiam IV, 174c testimonium eius petitur. Idem opus citatur XIV, 620b, ubi docet Aristocles *ὅτι ἐκαλοῦντο οἱ ῥαψωδοὶ καὶ ὀμηρισταί*. His locis simpliciter *ἐν τῷ π. χορῶν* legitur; contra *ἐν α' π. χορῶν* XIV, 620d de hilarodis disputasse dicitur. Sequitur: *καταλέγει δὲ ὁ Ἀριστοκλῆς καὶ τοῦσδε ἐν τῷ περὶ μουσικῆς κτλ. Ἀριστόξενος δὲ φησὶ* — In duobusne igitur diuersis libris Aristocles egit de hilarodis, ambobus autem Athenaeus usus est? Credi uix potest. Quare Eruinus Rohde in doctissima de Pollucis fontibus commentatione, qua Athenaei quoque fontes attigit, a librariis perperam Aristoclis nomini adscriptum putat titulum, quem deberent Aristoxeno (cf. p. 619d *Ἀριστόξενος ἐν δ' περὶ μουσικῆς*); fortasse recte; nisi libri *π. χορῶν* pars fuere maioris *περὶ μουσικῆς* operis.

Octauus *περὶ χορῶν* liber laudatur p. 630b de satyrica saltatione a quibusdam sicinni nominata. Magnus sane est librorum numerus sed num corrigendus sit dubito; nam satis amplam fuisse operis materiam e fragmentis, e. g. ex hydraulici copiosa mentione cernitur. — De hilarodis rursus Aristocles citatur p. 621b sine titulo, uidelicet sicut supra ex libro *α' περὶ χορῶν*.

Hinc nascitur suspicio totam hanc de hilarodis magodis lysiodis disputationem ex Aristocle esse desumptam. Nam qui solus praeter istum de his artibus laudatur Aristoxenus, eum ab Aristocle adhibitum cum IV, 174c et XIV, 630b uideamus, non est cur hic aliter rem se habere iudicemus. Accedit quod post uerba illa *καταλέγει δὲ καὶ τοῦσδε ὁ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ μουσικῆς γράφων ὧσδε* non septem tantum Aristoclis uerba exspectamus sed ampliorem catalogum. Quae uero de Sotade referuntur, Aristoxeni non possunt esse propter tempora. Neque Aristocli ausim tribuere quae inde a uerbo *ἤκμασε* uel

certe quae ab *ἐκπλεύσαντα γάρ* leguntur, quia auctores in his nominantur Carystius Pergamenus (sub Eumene I. 263—41 regnante) et Hegesander Delphus (scr. post 168 a. C., uide Muelleri FHG IV p. 412). Quorum memoria apud Athenaeum tam trita est, ut suis oculis eos inspexisse uix queat negari. De Hegesandro cf. maxime II p. 83 a, b; fragmenta eius praeter unum soli debemus Athenaeo. Praeterea ista de Sotade narra-tiuncula hoc loco satis est *ἀπροσδιόνυσος*.

Porro suadet ratio ut etiam quae praecedunt capite 12 de rhapsodis omnia eidem Aristocli assignemus; quem in initio huius disputationis uidet laudatum (*Ἄ. ἐν τῷ π. χορῶν*). Atque confirmatur haec coniectura eo quod in hoc capite complures auctores uel libri citantur alibi in Deipnosophistis non obuii: Chamaeleontis *περὶ Στησιγόρου*, *Ὀλυμπικός* Dicaearchi, Iason, Lysanias *περὶ λαμβροποιῶν* (redit non nisi VII, 304 b).

Iam qui egit de rhapsodis hilarodis magodis lysiodis, eun-dem de dicelistis autocabdalis ithyphallis phallophoris in eodem libro exposuisse nonne omnes probabilitatis numeros habet? Auctores laudantur in his capitibus (15. 16) Sosibius <sup>1)</sup> Laco, Callimachi aequalis, et Semus Delius, cuius aetas incerta est; apud Harpocrationem una cum Phanodemo citatur; scripsit *περὶ Περιγύμου* (Suid.), unde Attalorum tempora uidisse pu-tandus est (241—133); ex Apollodoro nisi fallor citatur apud Ath. IV p. 173 e, quippe qui praecipuus illorum capitum esse auctor et Demetrii quoque Scepsii testimonium apposuisse uideatur. Haec si uera sunt, Aristocles potest Semo usus esse.

Capitis 16 uerba inde ab *ἐκαλοῦντο δέ* usque ad Theba-norum mentionem nec Sosibii nec Semi uidentur sed eius esse, qui utriusque doctrinam coniungens de suo augeat; quem Ari-stoclem esse in promptu est suspicari. Eidem capita 12—15 tribuit Rohde causis non expositis (l. l. p. 43 not. 1).

De capite 17 certi nihil potest statui; nisi quod Aristetae liber *περὶ μιθαρρωδῶν* Athenaeo fortasse ex Aristocle innotuit,

1) Idem de hyporchematis testis est apud Schol. Pind. P. II, 127 (*πυρρίχη*).

cuius popularis aequalis studiorum socius ille uidetur fuisse (uide supra p. 91).

Scrupulum inicit alicui illud *νῦν* p. 621 b; quod utrum ad Aristoclis an ad Athenaei tempus spectet, diiudicandum est. Aristoclis autem non esse hoc *νῦν* non iam contendet qui comparauerit p. 620 d, ubi legitur: *ἰλαρωδοί, οὓς νῦν τινες* <sup>1)</sup> *σιμωδοὺς καλοῦσιν, ὡς Ἀριστοκλήης φησιν κτλ.* et infra cap. 29 init. et X, 429 a, ubi: *ἐν δὲ Μιλήτῳ ἔτι καὶ νῦν Θεόφραστός φησι τοῦτ' εἶναι τὸ νόμιμον.* Iam cum horum artificum post Sullae tempora <sup>2)</sup> mentio non iam occurrat, illud *νῦν* Athenaeo tribuere audacius est.

Aristoxeni de magodis lysiodisque sententia pertinet usque ad uerba *ἀνδρείοις λυσιωδόν*; iam continuatur Aristoclis oratio illi aduersantis. In sequentibus de sola magodia, non de lysiodis sermo fit secundum Aristoclis sententiam, qui contra Aristoxenum non diuersas esse has artes iudicat. Sic Strabo quoque XIV p. 648 d cum initio *λυσιωδοὺς καὶ μαγωδοὺς* nominauerit, postea de solis *λυσιωδοῖς* loquitur ne ipse quidem discrimen statuens.

Nouum Aristoclis fragmentum incipit inde a p. 630 b: *καλεῖται δ' ἡ μὲν σατυρικὴ ὄρχησις ὡς φησιν Ἀριστοκλήης ἐν ὀγδόῳ περὶ χορῶν, σίκινης καὶ οἱ σάτυροι σικινισταί.* Similiter Aristocles illam de rhapsodis disputationem a nominis quod est *δηρισταί* mentione incohat itemque de hilarodorum nominibus praefatur priusquam de arte eorum agat. — Cohaerent autem artissimo uinculo capita 28—30. Etenim quae cap. 28 indicantur tria lyricae saltationis genera, eorum singulis describendis sequentia capita tributa sunt. Quare noli dubitare quin haec in uniuersum omnia Aristocli sint adscribenda. Aristoxeni uerba ab illo apponuntur. Scamonis ueriloquium (*σίκινης ἀπὸ τοῦ σείσθαι*) ut apud Ath. ita apud Et. M. et Hesych. s. u. *σίκινης* cum Aristoxeni de saltationis generi-

1) Ab horum partibus stat etiam Strabo, qui XIV p. 648 d de *σιμωδία λυσιωδοῖς μαγωδοῖς* cum copiose agat, *ἰλαρωδῶν* nomen ignorat. Ceterum de hoc Strabonis loco uide Hillerum M. Rh. XXX p. 68.

2) Plut. Sull. 36 *λυσιωδοῖς* memorat.



bus doctrina coniunctum exstat. Scamon autem satis uetustus uidetur fuisse auctor (uide Muell. FHG I p. XXIV et IV p. 489). Nescio igitur an ab ipso Aristoxeno fuerit adhibitus. Clem. Alex. Strom. I, 74 p. 132S *εὐρημάτων* scriptores enumerans primo loco Scamonem posuit.

Initium capituli 29 Aristoxeni est usque ad Philochori mentionem. Atthidographum Athenaeo ad manum fuisse Rohde de Poll. font. p. 37 contendit, quia supra p. 628a testimonium eius disputationis cursum male interrumpat. Quod ego non concedo; quamquam Archilochi et Epicharmi uersus aliunde inculcatos esse recte animaduertit. An ubi de musica in conuiujs *τὸ σωφρονικὸν ἡμῶν* seruante sermo est, non aptissime in priscorum hominum symposiis non modo Dionysiaca sed etiam Apollineae musicae locum fuisse commemoratur? Nec magis habemus, cur Philochorum capituli 29 Aristocli deberi negemus. — Sed restant ultima capituli uerba: *ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυρρίχη διονυσιακὴ τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικτέρα οὔσα τῆς ἀρχαίας κτλ.* Ac supra sane p. 630c illud *μέχρι καὶ νῦν* Aristoxeni est; sed hoc *καθ' ἡμᾶς* eiusdem esse nequit. Nam Aristoxeni doctrina sunt sine dubio, quae p. 630c, d de saltationis generibus narrantur; ubi: *ὁμοία ἐστὶν ἡ πυρρίχη τῇ σατυρικῇ ὀρχήσει· πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυρρίχη κτλ.* Ab hac uero pyrricha, qualis fuit Aristoxeni temporibus (cf. Plat. legg. VII p. 815a sqq.), prorsus diuersa est illa capite 29 extremo descripta; quam Caesarum Romanorum aetati propriam fuisse scimus (cf. Apul. met. X, 29, Friedl. Sittenges. II<sup>3</sup>, 443). Quare neque Aristoxeno neque Aristocli haec tribuenda sunt sed aut ipsi Athenaeo aut — id quod malim credere — eidem auctori quem sequitur noster I p. 20 d de Pyladis Bathyllicae saltatione.

Ceterum Aristoxeni ne ea quidem possunt esse, quae iuxta antecedunt inde a uerbis *ἡ δὲ πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἔτι παραμένει*; nam Athenienses bellare desierunt demum circa annum 263. Eadem scripta esse debent ante captam a Romanis Graeciam. Haec optime conueniunt in Aristoclem; cui totum caput assigno exceptis eis quae de

dionysiaca pyrricha narrantur. — Tertium pyrrichae genus neque *πολεμικόν* neque *ἐπιεικές* inter ridiculas saltationes recensetur p. 629 f. Contra prisca illa memoratur paulo ante p. 629 c. Diversis hic fontibus uti Athenaeum Rohdii aciem non fugit. Sed de his infra <sup>1)</sup>).

Capitis 30 initio prisca describitur *γυμνοπαιδική* <sup>2)</sup>). Sed rursus intermiscetur eiusdem auctoris doctrina, cui capitis 29 exitum deberi coniecimus; id quod cernitur e uerbis *ὥστε καὶ τὴν ὄρχησιν ταύτην εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι*. Quae seculum usque ad finem capitis ex Aristoxeno ab Aristocle excerpta esse autumo. Sub finem laudatur *Ἀριστόξενος ἐν ἀσυγκρίσεων*. Huic Aristoxeni operi Athenaeum nusquam alibi testimonium denuntiare Rohde p. 43 dicit. Sed ad idem referendum esse equidem suspicor quod legitur sub Aristoxeni nomine IV, 174 e: *ὁ μέντοι Ἄρ. προορίζει τὰ ἐντατὰ καὶ καθαρὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἐμπνευστῶν κτλ.* Item I, 22 b: *ὀρχήσεις δὲ ἐθρικαὶ αἶδε· — ἃς προορίζει Ἄρ. διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν*. Sic etiam eo de quo agimus loco gentium saltationes comparantur; cf. praeterea supra p. 631 d: *βέλτιστοι δ' εἰσὶ τῶν τρόπων κτλ.* Atque latius etiam patere huius operis uestigia in capitibus his Aristocleis suspiceris coll. p. 621 c: *φησὶ δὲ ὁ Ἀριστόξενος τὴν μὲν ἰλαρωδίαν παρὰ τὴν τραγωδίαν εἶναι κτλ.* et p. 630 d: *ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παρεμφερῆς ἐστὶ τῇ τραγικῇ ὀρχήσει κτλ.* (cf. p. 621 b).

Ex eodem Aristocle Aristoxeni testimonium etiam I p. 22 b petitum esse primum inde ueri est simile, quod paulo ante ille laudatur de Aeschyli quodam saltatore. Idem ceteris

1) Non magni faciam quod, qui homo Laconicus hic audit, Pyrrichus apud Poll. Hesychn. Schol. Pind. P. II, 127 Mar. Plot. de metris p. 2624 P est Cretensis. Nam Laconum musicam a Creta insula initia et incrementa cepisse notum est; cf. Schol. Pind. ad l. l. — Hesychnus et Schol. Pind. in quibus consentiunt, Didymea agnoscas coll. Procl. ap. Phot. Pollux uel eius auctor unum ueriloquium eligere satis habuit; Iubae ne umbram quidem cerno in his (non item Rohde p. 52). — Obiter iuuat corrigere schol. ad Luc. Pisc. 36: *πυρροίξιεν· εἶδος ὀρχήσεως ἢ πυρροίχη σίντομος*, ubi lege *σύντονον*.

2) Cf. Suid. = Et. M. et Pausan. III, 11, 9.

capitis 39 et 40 auctoribus recentior est (de Phillidis aetate infra disputabimus); neque argumenta horum capitum in libris *περὶ χορῶν* praeteriisse existimari potest. Schweighaeuser illud Aristoclis mentionem quod sequitur *φασὶ δέ* p. 22a mutandum suadet in *φησὶ δέ*, ut continuetur illius oratio; neque habeo quod obloquar. Agitur autem hoc capite 39 de Aeschylī arte orchestica. Neque uero Aeschylum sed saltandi artem praecipuum esse argumentum, cui subseruiant reliqua, inde apparet quod etiam antecedentibus capitibus et subsequenti de saltatione in uniuersum sermo fit. Hinc licet concludere non eum, qui de Aeschylō scripserit, sed qui de saltatione, praecipuum esse huius capitis auctorem, cui debeantur reliqui. Aristoclis igitur fontem in Aeschylī arte orchestica enarranda Chamaeleontis *περὶ Αἰσχύλου* librum fuisse statuo, quippe cuius nomen p. 21 e laudetur. Quae uero in fine capitis ex Chamaeleonte apponuntur, a sententiarum nexu ita abhorrent, ut ab ipso Athenaeo ista assuta quin sint non dubitem; qui eandem narratiunculam ex Chamaeleontis *περὶ Αἰσχύλου* libro citatam aptiore loco protulit X p. 428 f 1).

De Homericā saltatione agitur capp. 24—27. Hic quoque subesse fontem Aristoclem conicias; sed cauendum est: id certo scimus, caput 15 ex Dioscoridis *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρω νομίμων* libro esse desumptum, id quod docet Suid. s. u. Ὀμηρος, qui eadem quae Athenaeus, pleniora modo, modo artiora exhibet exordiens a uerbis his: *ὅτι Διοσχορίδης ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρω νόμοις φησὶν, ὅτι ὁ ποιητῆς ὄρων κτλ.* Unde suo iure Mueller FHG II, 192 etiam eorum, quae in sequentibus de uita heroum Homericorum copiose exponuntur, magnam partem ex Dioscoride fluxisse probabile esse iudicat. Laudatur autem Dioscorides sub finem capitis 18, sed ex subdolo Athenaei more ita ut non nisi de eis, quae proxime antecedunt, testem eum

1) Idem de Aeschylō dictum refert Plut. Q. Symp. I, 1, 4. Lucian. *encom.* Demosth. 15 quod Callistheni hoc de Aeschylō iudicium tribuit, aut errori aut negligentiae obnoxius est. Nam Callisthenes, si recte *ἀποφθεγγμάτων* scriptorem illum intellego quem laudat Poll. IX, 6, 93, dictum illud non excogitauit sed ut alienum rettulit.

producere uideatur. Sed haec obiter tetigisse in praesens pro meo consilio sat est.

Iam sicubi in illis libri XIV de musica et saltatione capitibus Aristoxenum et Chamaeleontem una uidebimus adhibitos, nonne ueri simile est Aristocli memoriam eorum deberi? Sic puto expediendam esse ἀπορίαν illam quam dicit Rohde p. 45. Qui cum Aristoxeni doctrinam inesse in capitibus 23—26 et 31 recte perspexerit nec tamen ab Athenaeo, si ipse auctorem nobilissimum manu uersasset, nomen eius reticentia fore omissum credat, alium auctorem circumspectans, ex quo Aristoxenea ille hauserit, unum offerri dicit Chamaeleontem p. 628e laudatum de saltatione, qui p. 184d et 623f proferat Aristoxeneis quam maxime cognata. Et quamquam ipse coniecturae audacissimae diffidit merito, aliam tamen uiam soluendae difficultatis se non uidere fatetur. Quod uero 'ipsas sententias Aristoxeni proprias esse fere omnes' dicit, de illis quae ad musicae uim mitigandi atque medendi spectant, hoc sine limitatione non admittam. Immo Aristotelicam adgnosco doctrinam neque Aristoxeno soli receptam sed etiam Theophrasto Chamaeleontis magistro et 'creditam a plerisque et memoriae traditam' (Gell. IV, 13). Quid quod iam Democritus 'plurimis hominum morbis medicinam fuisse inentiones tiliarum docuit?' (Gell. I. I.). Neque igitur necesse erat Chamaeleontem Aristoxeni scriinia adire. Omnino in his rebus sententiarum similitudo nihil probat de artiore inter auctores necessitate, sed sola uerborum congruentia communis fons proditur. Si uero comparaueris Athenaei Plutarchi Dionis Chrysostomi locos, quibus nititur Rohde, summam in narrandis eisdem rebus uerborum discrepantiam cognosces. — Ceterum Theophrastum Chamaeleontis fontem deprendimus p. 624a.

Sed iam data opera de his capitibus uidendum est, atque Rohdii placita accurata epicrisi sunt aut stabilienda aut infringenda.

Libri XIV capita 23—25, quibus 'de ueteris musicae indole uirili et ad omnes uirtutes animum instigante' agitur, Rohde dicit centonem Aristoxeneum et optime Aristoxeni

uestigia passim detegit<sup>1)</sup>. Idem rectissime in cap. 26 inde a uerbis τὴν δ' ἀπόκρινον nouum excerptum a priore prorsus diuersum incipere statuit ex onomastico aliquo petiitum. Caput 28 autem et sequentia duo Aristocli tribuit, iure, ut supra (p. 100) uidimus. Caput 31 rursus ex eodem opere depromptum putat, quod sophista uersus capitis 26 finem deseruerat; id quod et argumento et Aristoxeni mentione probatur.

Caput 32 et 33 'fortasse item Aristoxeno deberi' conicit. Quae obstant: memorabilem illam de uersibus acephalis doctrinam, Demetrii Byzantii testimonium, Dinonis narrationem ab Athenaeo ipso intempestiue inserta esse contendit. Dinonis locum non apte appositum esse non concedo, de Demetrio et de excursu metrico negari idem nequit. Quid quod eadem formula, qua hic Dinonis uerba introducuntur, Aristoxenus utitur p. 631 d, ubi legimus: εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ὡσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἑλλησι σπουδαῖαι καὶ φαῦλαι ὀρχήσεις. Dinonem igitur ab Aristoxeno aduocari non est cur negemus; nisi quem moratur, quod fere aequales fuerunt. — Demetrii Byzantii περὶ ποιημάτων librum Athenaeus ipse sine dubio non inspexit<sup>2)</sup> sed intercedit auctor, qui data opera historiae musicae scriptores perlegerit. Neque metricam istam doctrinam de suo eum adferre quisquam crediderit. Quamquam referenda uidetur ad auctorem Caesio Basso et Heliodoro recentiore, quippe apud quos primos eam inueniamus (uide Rohd. p. 46 not.). Ceterum quod hic Phocylides inter eos nominatur, qui poematis non addiderint melodias, pugnat cum hac sententia Chamaeleontis illa quam legimus p. 620 c: μελωδηθῆναι οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. ἔτι δὲ Μιμνέριμου καὶ Φωκυλίδου. Veram esse Chamaeleontis doctrinam Rohde 'Griech. Rom.' p. 141 not. demonstrat. Contra Bergk HLG II p. 130 not. 80 haec testimonia consociare studet infelici ratione; nam τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες μελωδίαν

1) Ceterum Chamaeleontis in hoc capite non ea solum esse, quae cum nomine eius exhibentur, sed etiam illam de Hippoclide narratiunculam suspiceris coll. p. 273 c.

2) Clearcho debetur X, 452 d et XII, 548 d.

eis, quorum nomina antecedunt, nullo pacto opponuntur sed adduntur neque omnino sermo fit nisi de carminibus melodia non instructis.

Sed plura etiam cernere mihi uideor uestigia auctoris cuiusdam, qui inter Aristoxenum et Athenaeum intercedat. Capite 31 Aristoxenea contineri cognouimus. Huic ergo tribuimus illam de Asopodoro narratiunculam. At quis est, qui addidit istud *οἶδα δὲ τινὰς τοῦθ' ἱστορήσαντας ὡς Ἀντιγενίδου ἐλπόντος?* 'Confidentius' opinor loqueretur Aristoxenus Antigenidae aequalis admiratorque. Iam pergitur sic: *Καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ τοῖς θεάτροις εὐημερίαν. Διόπερ Ἀριστόξενος — γησί κτλ.* Loqui apparet hominem Aristoxeno recentiorem, quippe qui illius aetati opponat istud *καθ' ἡμᾶς*. Iam post Aristoxeni eclogam legimus: *ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστόξενος· κἀμοὶ δὲ διὰ τοῦτο φιλοσοφητέον φαίνεται εἶναι περὶ μουσικῆς· καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ κτλ.* Hanc honorificam Pythagorae mentionem ex Aristoxeno petitam esse statui non licet, quamquam Pythagoreorum ille erat discipulus antequam fieret peripateticus. Non sane nimis obstaret illud *ταῦτα μὲν ὁ Ἀρ. Κἀμοὶ δέ*, nam solet Athenaeus talibus additamentis fontium uestigia et suturas dissimulare. Sed scimus Aristoxenum ipsam illam Pythagorae doctrinam, quae hic laudatur, acerrime impugnasse nec musicae rationes in uniuersum transferri passum esse (uide Rossb. et Westph. I p. 68). Iam si alium tibi auctorem dicam et Aristoxeni et Pythagorae cultorem, hunc Athenaei hic esse fontem nonne probabile iudicabis? Nouimus autem talem rei musicae scriptorem; quem infra monstrabo. Ceterum Cliniam Pythagoreum memento memoratum esse p. 623 f. Cum uerbis inde a *τηλικαύτην δόξαν ἔχων* usque ad *μουσικῆς* cf. simillima 627 cd de Aeschilo, similia paullo ante de Alcaeo et Archilocho dicta. Id mihi etiam ex aequabili orationis genere certum est: unum opus *περὶ μουσικῆς* uel similiter inscriptum toti huic disputationi subesse, quae inest in capitibus 18—26. 31—33. Neque cum Rohdio, qui omnino plus quam par est ipsi Athenaeo tribuit in legendo

atque colligendo, Aristoclem ab ipso sophista excerptum esse credo; immo in scriptore tam uetusto optimisque et uberrimis fontibus uso, cuius libri sine dubio maximam partem in posteriorum compilationes recepti erant, confidenter hoc negare nullus dubito. — Sed priusquam de auctore illo musico coniecturam proponamus, multae quaestiones huc pertinentes restant nobis instituendae et si dis placet soluendae.

---

## CAPUT II.

### *De Tryphone.*

Suid. s. u. *Τρύφων· Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς καὶ ποιητὴς γεγονὼς κατὰ τοὺς Ἀγούστου χρόνους καὶ πρότερον.*

Id. s. u. *Δίδυμος· γεγονὼς ἐπὶ Κικέρωνος καὶ Ἀντωνίου καὶ ἕως Ἀγούστου.*

Hinc Tryphonem concludas paulo posteriorem fuisse Didymo. Eiusdem discipulum eum fecit Lehrs <sup>1)</sup>, quem secutus est M. Schmidt praef. Did. p. 6, sed ueterum nemo tradidit. At Trypho si fuit Ammonii Aristarchei seu filius seu discipulus, qui potest floruisse sub Augusti imperio? Etenim Aristarchus moritur c. Ol. 159/60, nisi etiam prius (uide M. Schmidtium in Philol. uol. VII p. 368). Quare aut alius est Ammonius ille Tryphonis — aut Ammonius Aristarcheus non primus fuit Aristarchi successor, quae suspicio firmatur coll. Suid. s. u. *Ἀμμώνιος· Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς, ὃς καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν τοῦ Ἀριστάρχου πρὸ τοῦ μοναρχῆσαι τὸν Ἀγούστον.* Frustra huius loci difficultatem aliter expedire studuit E. Rohde Mus. Rhen. uol. XXXIII p. 168. Nam ista aetatis definitio prorsus absurda et nulla esset, si multum liceret recedere ab anno 31 a. Chr. Idem p. 218 Tryphonem sumit uixisse circa 120—50 a. C. (Didymum c. 80—1), id quod cum Suidae testimonio nullo

1) De Arist. stud. hom. p. 341 not.

modo potest conciliari. Praeterea Suidam s. u. *Τρύφων* defendit contra Arthurum de Velsen (Tryph. fragm. coll. et disp. Berol. 1853 p. 2) Suidas s. u. *Δημήτριος Ἰξίων· γερονὸς κατὰ τοὺς Ἀγούσιου χρόνους;* nam huius aequalem fuisse Tryphonem — nisi posteriorem — sequitur ex Apoll. de pron. 114 b (uide Rohd. l. l.). — Certe hac uia nemo nobis poterit persuadere Didymo antiquiorem esse Tryphonem <sup>1)</sup>.

Contra Tryphonem Didymi sententias modo testimoniorum loco apposuisse modo impugnasse e fragmentis eius tam certo potest demonstrari, ut dubitationi nullus maneat locus.

Schol. II. N u. 450: *Κρήτη ἐπίουρον· — μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως καὶ Τρύφων· ἐκείνο δὲ προστίθῃσιν ὁ Τρύφων, ὅτι —.* Vides Didymi copias a Tryphone auctas.

Schol. II. Ω 557: *δασύνει Δίδυμος τὸ ἕσασ — Ἀρίσταρχος δὲ οὐδὲν ἀποφαίνεται — δύναται δὲ καὶ τὸ ψιλοῦμενον, ὡς φησι Τρύφων.* — Aduersatur Didymo Trypho.

Apollon. de adu. p. 569, 15 (Bekk. An. II): *ὥτάν· — γεγενῆσθαι δὲ οἱ μὲν παρ' ἐταιρικὴν ἐκφώνησιν, ὡς Δίδυμος ἔφη· καὶ παραλαμβάνει αὐτὸ παρὰ τὸ ἔτης μετὰ μορίον τοῦ ὦ κλητικῶ. Πρὸς ὃν φησι Τρύφων, ὡς τὰ τῆς κλητικῆς οὐ κατασταίη — αὐτὸς γε μὴν φησιν, ὡς κτλ. Trypho Didymum uituperans ipsa eius uerba repetit! (cf. Rohd. l. l. p. 218).*

Et. M. p. 645, 1: *Ὅχεσφιν — ὁ μὲν Δίδυμος λέγει γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆς ὄχεσι καὶ ὄρεσι δοτικῆς τῶν πληθυντικῶν — ὁ δὲ Τρύφων ἐναντιοῦται αὐτῷ λέγων ὅτι οὐ δύναται ἀπὸ δοτικῆς γενέσθαι, ἐπεὶ κτλ. Idem accidit.*

*Δίδυμος καὶ Τρύφων* habes in Cram. Anecd. Paris. I p. 179, 29 et p. 188, 32. Ceterum nihil interesse, seu *Τρύφων καὶ Δίδυμος* seu *Δίδυμος καὶ Τρύφων* ponatur, docuit Naber prolegg. ad Phot. p. 14.

Denique chronologicum sine dubio ordinem nominum praebet Anon. de Comoedia in Cram. An. Par. I p. 7, 1: *ὕστερον δὲ (post Pisistratum Zenodotum Aristarchum) ταύτας ἀπάσας*

1) Duentzerum de Zenod. p. 19 Tryphonis libros a Didymo adhibitos statuentem recte refutat Stiehle, qui in Phil. uol. VI de Tryphone egit.



(scil. βιβλούς) *σχηματικὰς τε καὶ ποιητικὰς πλεῖστον ἐξηγγήσαντο Δίδυμος Τρύφων Ἀπολλώνιος Ἡρωδιανὸς κτλ.*

Praeterea usus est Trypho Dionysii Thracis, qui fuit Pompei, et Demetrii Ixionis, qui fuit Augusti aequalis, libris<sup>1)</sup>.

Tryphonem Didymo fuisse recentiorem praeter eos, quos supra laudavi, etiam Naber (prolegg. ad Phot. p. 10) sine ulla dubitatione ponit; idem multa Didymea per hunc grammaticum posterioribus lexicographis tradita esse ad summam probabilitatem adduxit<sup>2)</sup>. Contrariae sententiae praeter Duentzerum nemo quod sciam exstitit auctor uel patronus nisi Eruinus Rohde. Qui praeclarae de Pollucis fontibus commentationis p. 47 de Iuba Mauretano et Tryphone disserens: 'mihi non dubium, inquit, quin Athenaeus, quae ex antiquiore scriptore profert, recentiori debeat; qui est Iuba'. Idem p. 67: 'Iuba enim quae Tryphonis onomasticon adhibuerit, nequit dubitari'. Immo ne potuisse quidem adhibere iudicandus est; nam Iubae libri praesto erant Didymo, id quod probe scit uir doctissimus; Didymi autem opera Tryphoni, ut uidimus; unde sequitur ante Tryphonem scripsisse Iubam. — Isto Rohdii errore factum est, ut spes, quam conceperam: fore ut laboris eius ingeniosissimi fundamentis meam de Athenaei fontibus disquisitionem superstruere possem, me falleret. Gaudeo autem quod libello uiri clarissimi non prius mihi contigit potiri quam ipse de his rebus firmum ac liberum nactus essem iudicium. Iam quid ex illo ad Athenaei fontes eruendos redundaret, accurata episcrisi diiudicandum erat. Unde uicissim etiam Pollucis fontibus nouae lucis aliquid additum iri confido. Ceterum quae debeam Rohdio, grato semper animo confitebor.

Redeamus igitur eo unde eramus profecti: ad Ath. IV p. 174 b. Hinc usque ad finem libri IV sophista musicorum

1) Contra Didymus usurpatus est iam ab Aristonico Homérico, Strabonis aequali.

2) Cf. etiam Freyerum de Schol. Aesch. fontt. 'Trypho, quem Augusti et Tiberii temporibus floruisse constat' Stud. Lips. V p. 373.

instrumentorum dat descriptionem. Statim post Aristoclis de organo hydraulico testimonium de eadem re laudatur Trypho: *Τρύφων δὲ ἐν γ' περὶ ὀνομασιῶν* (ἔστι δὲ τὸ σύγγραμμα περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων) *συγγράψαι φησὶ περὶ τῆς ὑδραύλειος Κτησίβιον τὸν μηχανικόν.* Ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, εἰ περὶ τὸ ὄνομα σφάλλεται. Hic obiter contra Schweigh. illud ὄνομα non debere referri nisi ad Ctesibii nomen adnoto; nempe sensus hic est: 'Ctesibius hydraulici inuentor secundum Aristoclem fuit *χορεύς*; Trypho contra mechanicum quendam, qui de hoc organo scripserit, eodem nomine appellat nescio an falso'. Apud Vitruvium<sup>1)</sup> pater est tonsor, filius res pneumaticas excogitavit; fortasse inde Aristoclis et Tryphonis dissensio explicatur et componitur.

In sequentibus Tryphonis nomen semel redit, p. 182 e, ubi sententia eius cum Iubae doctrina coniuncta est. Sed non semper Athenaeus ubi Tryphone usus est, nomen eius apposuisse conuincitur comparatione inter p. 182 d et XIV p. 634 f instituta. Etenim posteriore loco eadem uerba sub Tryphonis nomine redeunt. Multo sane frequentius in his capitibus Iuba in partes uocatur; quem de instrumentis musicis ἐν τῷ τετάρτῳ *Θεατρικῆς ἱστορίας* egisse discimus e p. 175 d. Inde Rohde capp. 75—78. 79. 80. 81 tota deberi uni Iubae nimis confidenter ('quouis pignore')<sup>2)</sup> affirmat eiusdemque copias Pollucem adiisse contendit, utpote qui in sua instrumentorum musicorum recensione passim cum Athenaeo consentiat, interdum ad uerbum congruat. Alios auctores praeter Iubam ab Athenaeo hic adhibitos esse Rohde negat. A Iuba igitur putat appositos fuisse Aristoclem Tryphonem Artemidorum Ameriam Neanthem Protagoridem Euphorionem Aristoxenum etc.

Esto, concedamus de omnibus: de uno tamen Tryphone non concedo; primum propter tempora: quid quod Didymum Iubae historia theatri usum esse Rohde ipse affirmat p. 35. 50 (cf. Hesych. s. u. *βλίτυρι*)? Didymum autem ante Tryphonem

1) Ed. Rose p. 160, 3 = VII, 14. 237, 5 = IX, 8, 2. cf. p. 5, 27 = I, 1, 7. 259, 18 = X, 12, 1. 260 = X, 12, 4. Plin. VII, 37.

2) De Poll. font. p. 34.

scripsisse supra uidimus. Dein Athenaeum eorum nomina, quibus praecipuis utatur auctoribus, aut reticere aut subdole, quasi minuta tantum eis debeat, interponere solere, contra quos non ipse adierit sed apud alios inuenerit laudatos, semper in ore habere meminerimus. Tertium est quod Pollux, onomastici auctor, multo commodius Tryphonis libro uti poterat quam ipsis Iubae uoluminibus, 'ut actum acturus fuerit, si praeter Tryphonis *ὀνομασίας* Iubae theatralem historiam consulere in animum induxerit', — nam sic conuersa ualere Rohdii uerba (p. 67). Etenim Trypho sine dubio Iubae copias non praeteriisse aut certe per Didymum eas recepisse censendus est. Atque usum esse Pollucem Tryphonis onomastico et Rohde probabile ducit ipse (p. 14. 17 med.! 66) et uestigiis haud raris proditur: cf. cum Tryph. apud Ath. 114 b (*πυραμοῦς* et *σησαμοῦς*) Poll. VI, 77; Tryph. apud Ath. p. 299 a s. u. *ἔγγελυς* cum Poll. VI, 49 sq. — Tryph. apud Ath. XIV, 640 e (ex Dionysio eius filio) cum Poll. VI, 79 (*ἐπιφορήματα*); Tryph. apud Ath. XI, 503 c (*δίνον*, ex eodem) cum Poll. VI, 96 et ib. 99; Tryph. apud Ath. III, 110e (*ὀρίνδην, ὀβελίας, ὀβελιαφόροι*) cum Poll. VI, 73; Ath. 114 e f cum Poll. l. l. (*ὕμεια μάζα*); Tryph. apud Ath. XI, 503 d s. u. *ῥόδός* cum Poll. VI, 108 (de hoc uase nusquam alibi legimus). Maxime autem huc facit, quod *ῥόδῶν κατάλογος* apud Poll. IV, 53 sqq. cum eis, quae Ath. XIV cap. 10. 11 ex Tryphone profert, ita consentit, ut de communi fonte dubitari nequeat; id quod infra diligenter per singula probabimus. Quidni igitur de instrumentis musicis ubi eadem tradunt Athenaeus et Pollux, Tryphonem utriusque esse auctorem licet suspicari? A Iuba uero semel certe Pollux aperte dissentit: *λωτινὸς ἀνλός* apud Ath. p. 175 e auctore Iuba Aegyptiorum inuentum dicitur, contra p. 182 d Libyorum; cum posteriore loco consentit Pollux. Rohde (p. 25), qui eundem utroque loco auctorem ab Athenaeo descriptum esse putat, facere non potest quin sophistam parum accurate Aegyptiis 'Alexandrinorum ut laudem etiam augeret' inuentionem illius instrumenti tribuisse arguat. Sic 'non pugnare cum Athenaeo Pollucem' efficit. Sed qui libero iudicio rem considerauerit, Pollu-

cem non cum Iuba sed cum eo scriptore facere confitebitur, quem p. 182 d describit Athenaeus: hunc uero Tryphonem esse, cuius et uerba proxime antecedunt et nomen (interposito Iubae testimonio) sequitur, satis ueri simile est, praesertim cum de Alexandrinorum more agatur. Ac nescio an Alexandrinorum laudes Athenaeus in Tryphone Alexandrino inuenerit. Sic rursus negligentiae crimen ab eo defendimus.

Sed acrius statim castigatur Deipnosophistarum auctor a Rohdio propter alium Pollucis dissensum. Etenim de pandurae inuentione quam Poll. § 60 Assyriis tribuit, Athenaeus p. 183 f haec narrat: *Πυθαγόρας ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς ἐρνυθῶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσῃ φρουμένης δάφνης.* 'Verum est, uehementer discrepant' inquit Rohde (p. 28). Iam confert Ath. XIV, 633 f, ubi idem Pythagoras Parthos et Troglodytas uti refert sambuca (*χοῦσθαι* dicit, nihil amplius). 'Magnas alicubi turbas mouisse Athenaeum concedes'. At nec uideo Pollucem cum Athenaeo pugnare nec priorem huius locum cum altero; immo res diuersae nec tamen contrariae traduntur. Quod uero Rohde Euphorionem, ex quo utroque loco Pythagoras citatur, postquam p. 635 a sambucam idem esse instrumentum, quod antea magadis appellatum fuerit, tradidisset, non potuisse narrare contendit Troglodytarum fuisse inuentum sambucam — nam magadis aut Lydorum aut Sapphus aut Thracum *ἔρρημα* —: primum de Troglodytis non Euphorio ipse sed Pythagoras testis est: Euphorio quid hac de re senserit, nescimus; dein non 'idem' esse organum magadin et sambucam dicit ille sed *παλαιὸν μὲν τὸ ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι*; transformata igitur est magadis ad sambucae similitudinem ideoque sambucae nomen in eam translatum; denique inuentam esse panduram aut sambucam a Troglodytis minime tradidit Pythagoras sed *χοῦσθαι, κατασκευάζειν* eos narrat; quis inuenerit, unde illi acceperint, tacet. Quare hic quoque Athenaeum culpae prorsus immunem esse contendo. Nam quod Pollux *ψιθύραν* a Troglodytis inuentam esse narrat, cur hoc instrumento usi non

poterant aliis uti? Omnino non recte Rohde istud Pollucis testimonium tractauit. Legimus enim: *ψιθύρα τὸ μὲν εὔρημα Λιβυκόν, μάλιστα δὲ Τρωγλοδυτῶν*. Hic ille, quia Libyees Troglodytae non noti sint, corrigit: *μᾶλλον δὲ Τρωγλοδυτῶν*, 'ut diuersas doctorum hominum sententias disceptet Pollux'. At mihi recta loci interpretatio haec una uidetur esse: 'psithyra inuenta illa quidem est a Libyibus, maxime autem Troglodytarum est', i. e. Troglodytarum proprium, in usu apud Tr. — Eodem modo opinor pandura Assyriorum inuentum et sambuca a Lydis fortasse excogitata apud Troglodytas in usu esse potuerunt<sup>1)</sup>. Sed etiamsi inuentam esse a Troglodytis sambucam traderet re uera Athenaeus uel potius Pythagoras, ab omni uituperatione idem defendendus esset: quid quod Clem. Alex. Strom. I cap. 16 in catalogo illo inuentionum: *οἱ τε Τρωγλοδύται, inquit, σαμβύκην εὔρον ὄργανον μουσικόν?* Qui optimos fontes laudat *εὐρέσεων* scriptores Scamonem Aristotelem Theophrastum Philostephanum Stratonem alios (eosdem fere quibus utitur Plin. N. H. VII, 34). Iniuriam igitur Rohde fecit Athenaeo in turpes errores eum incidisse clamans.

Neque iure idem sophistam p. 636 f ex ipso Iuba hausisse conicit propter Hesych. s. u. *σαμβύκη· οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὐ μέμνηται Ἰόβας· ἀλλὰ καὶ πολιορκητικόν, οὐ Βίτων* —; unde totum hoc Athenaei caput auctori alicui deberi apparet, qui et Iuba et Bitone usus sit<sup>2)</sup>. Iuba igitur ne hic quidem ab Athenaeo ipse inspectus est.

Aristoxeni doctrinam agnosces in enumeratione tibiae generum p. 176 f instituta coll. p. 634 e. Superiore loco *τελείοις* et *ὑπερτελείοις* additum est nomen ambos complectens, quod est *ἀνδρείοι*. Cum his Athenaei locis comparandus est Poll. IV, 80—82, qui eandem doctrinam sed aliquanto uberiorem profundit. Quem simillimum fontem sequi et ex eorundem generum Aristoxeneorum mentione et maxime inde cernitur, quod quae apud Athenaeum praeterea memorantur genera,

1) Cf. p. 637 b.

2) Sambucam et organum musicum et machinam Festus quoque commemorat p. 324. Cf. Suid.

redeunt pleraque apud Pollucem. Monendum autem neque id ipsum genus, de quo apud Ath. testis est Iuba, deesse apud Pollucem; sed cum Iuba *ἐλύμους ἀλλοῦς Φρυγῶν εἶναι εὔρημα, ὀνομάζεσθαι δὲ καὶ σκυτάλιας* tradat, Poll. § 76 eosdem inventores nominat, *σκυτάλια* autem § 82 demum commemorat neque quidquam de necessitate inter haec nomina intercedente addit. Hoc si Iubam uterque descripsit, nullo modo explicatur; contra si Tryphonem, Pollux Iubae testimonium ab illo appositum ex parte omisisse statuendus est, ut solet non curare testimonia; cf. Poll. § 75 cum Ath. p. 175 e (de monaulo): Pollux Iubae verba omisit, ceteroqui cum Athenaeo, h. e. Tryphone, consentit (Rohde p. 26 uix cuiquam persuadebit). Athenaeus autem *σκυτάλια* iterum nominare, id quod Tryphonem fecisse e Polluce discimus, supersedit.

Ceterum Pollux et Athenaeus fere semper in his rebus etiam ubi sententias easdem proferunt, uerbis ita discrepant, ut quasi consulto id fieri dicas; e. g. de Epigono Ath. IV, 183 d (ex Iuba) et Poll. IV, 59; de gingra Ath. 174 f et Poll. § 76. Quare non modo Iubam sed ne Tryphonem quidem ipsum ab utroque descriptum esse credo.

Iam apparere opinor Rohdii de Iuba sententiam esse mittendam. Nam si omnino de organis musicis uno fonte usus est Athenaeus, cui reliqui auctores fere omnes debeantur, is non potest esse Iuba, potest esse Trypho. Alii ex eis, quos laudat Athenaeus, in censum non ueniunt. Restat autem ut quaeramus, utrum Iuba a Tryphone an uterque iuxta sit adhibitus ab Athenaeo uel eius auctore. Atque uidemus Pollucem non modo de eis rebus cum Athenaeo consentire, quarum testem habeamus Iubam, sed etiam de aliis multis idque semel ita, ut cum Tryphone contra Iubam conspiret. Unde sequitur Pollucis auctorem et a Iuba et a Tryphone pendere. Quem si recte ipsum Tryphonem esse coniecimus, Iuba et apud Pollucem et apud Athenaeum Tryphoni debetur. Haec sententia egregie confirmatur eis quae legimus Ath. IV, 182 e: *Θηβαίων δ' εὔρημά φησιν εἶναι Ἴόβας τὸν ἐκ νεβροῦ κώλων κατασκευαζόμενον ἀλλόν. ὁ δὲ Τρύφων φησὶ καὶ τοὺς καλουμένους ἐλε-*

φαντίνοὺς αὐλοὺς παρὰ Φοίνιξιν ἀνατρηθῆναι. Vides Iubae de ὀστεινοῖς tibiis doctrinam a Tryphone de suo auctam; nam illa καὶ coniunctione respicit Trypho ad Iubae uerba 1).

Priusquam progrediamur uia, paulum in ista de organis musicis disputatione libet commorari.

Mirum sane in modum ab hydraulii descriptione Athenaeus transsilit ad γυγγραῖνοὺς tibiis sola γάρ particula adnectens rem prorsus diuersam. Sed cf. de huius uoculae usu p. 176 f: τοὺς γὰρ ἐλίμους αὐλοὺς —; unde de transitu ad alium fontem facto non esse cogitandum apparet; neque neglegentiae culpandus erat auctor.

Ceterum p. 174 f pro ὁ Ξενοφῶν, cuius nominis de his rebus scriptorem non nouimus, nescio an ὁ Τρύφων sit restituendum; nisi forte idem ille est Xenophon, qui scripsit περὶ Θεόγνιδος 2).

Ad ea, quae p. 176 c—e et 182 e de tibiis e calamis et ex ossibus factis narrantur, cf. Poll. X, 183: καὶ αὐλοὺς ὀστεινοὺς καὶ καλαμινοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη — grammaticus sine dubio, nam sequitur Callimachi testimonium. Quid si Aristophanes Byzantius, ut e. g. ὀνομασίας ἡλικιῶν et περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων scripsit, etiam in tibiatarum generibus recensendis Tryphoni praeierit? Quem illius copiis studiose usum esse et Naber docuit in Proleg. ad Phot. et e Pollucis cum Aristophanis fragmentis comparatione, quam instituit Rohde (p. 15 cum notis, p. 16. 17!), elucet. Grauius est locus Ath. XIV, 619 b, de quo infra peculiarem quaestionem instituemus.

Neanthis ὄροι cum non nisi p. 175 d e apud Athenaeum obuii sint, hoc testimonium a Iuba, qui ante eum laudatur, appositum fuisse Rohde non sine probabilitate coniecit. Sed σαμβύκην, quam Neanthes inuentam esse tradit ab Ibyco, Iubam tribuisse Syris non debebat colligere ex Athenaei uerbis procul dubio corruptis. Nam uerba τὸν καλούμενον λυροφοῖνικα σαμβύκην neutiquam posse coniungi sed lacunam esse

1) Pollux satis habuit priorem obseruationis partem sublegisse.

2) Bergk ad Bacchyl. fr. 53 coniecit Ξενοφάνης causis non additis. Xenophanes de Lydis testis est apud Poll. IX, 83.

statuendam post *λυροποιίνα* nemo non mihi concedet; diuersa enim sunt instrumenta. Nescimus igitur utrum Iuba etiam de sambuca testis sit necne. Sed etiamsi hoc uerum sit, Rohde abusus est Suidae, qui s. u. *Ἰβυκος* consentit cum Neanthe, testimonio, ut Neanthem a Iuba adhibitum esse probaret. Nam Dionysius Halicarnassensis Hesychii Milesii auctor cum de Ibyco poeta lyrico scripturus esset, sine dubio non Iubae theatralem historiam euoluit sed eorum libros, qui *π. λυρικῶν ποιητῶν* egerunt. Idem ualet de Suida s. u. *Μαρσίης* et Ath. IV, 184a. — Accedit quod Suidas de trigoni inuentore dissentit a Iuba; hic enim apud Ath. IV, 175d Syros, ille Sibyllam (cf. Seamonem apud Ath. XIV, 637b) nominat.

Capita S3sq. diuersae sine dubio a prioribus originis sunt. Atque quicumque legerit libri XIV capita musica, eundem fontem — opus quoddam musicum amplum doctumque — utrobique subesse sentiet; nam simillimus est narrationis color, ab onomastici indole longe abhorrens, et eidem auctores peripatetici. Accedit uestigium quod detegitur p. 184f collato schol. Pind. Pyth. II, 127 — *ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηναίων φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι, ἐξ ἐκείνου δὲ τοὺς Λάκωνας μετ' αὐλοῦ τοῖς πολεμίοις προσιέναι*. Quid igitur? Didymusne hic latet communis auctor? Eiusdem *πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεις* XIV, 634e laudantur de rebus musicis. Ionis uersus secuntur illud Epiccharmi testimonium apud Ath. IV, 184f!

Transeamus igitur ad **librum XIV**, qui ob argumentorum affinitatem accurate cum libro IV comparandus est. Sophista post conscriptum librum IV nouas de rebus musicis fontes uidetur nactus esse, quibus ad retractandam ex parte materiam uberius et doctius, quam antea potuerat, adduceretur.

p. 616e *περὶ αὐλῶν* disputatio incipit. Praemissis uariis quibusdam obseruationibus Tryphonis fragmentum proponitur, ex quo onomastici eius indoles Polluci simillima bene potest cerni: *αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνομασῖαι, ὡς φησι Τρύφων ἐν β' ὀνομασιῶν, αἶδε*. secuntur nomina alphabetico qui dicitur or-



dine prorsus neglecto; quibus additur: *ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ἠὺλεῖτο*. Hunc *ἀλλήσεων* catalogum frustra quaerimus apud Pollucem, qui *ἀλλήματα* recenset alio ex consilio disposita et distincta. Sed omnes fere, quas Trypho exhibet, *ἀλλήσεων ὀνομασῖαι* apud Pollucem in *ὀρχήσεως* generibus redeunt IV, 99sq. Hoc non miraberis, si additamenti illius (*ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ἠὺλεῖτο*) memor comparaueris Pollucis explicationem uocis *γίγγρας*: *πρὸς ἀλλὸν ὀρχημα, ἔπωνιμον τοῦ ἀλλήματος*; cf. § 105 *τετράκιμος τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος* (apud Tryphonem est *ἄλλησις*). Ael. Dion. (ex Tryphone uidelicet) apud Eustath. p. 1137, 23: *ἐκαλεῖτο δὲ ἐμμέλεια καὶ τὸ ὑπὸ τὴν τραγικὴν ὀρχησιν ἀδόμενον ἄλλημα*. Ex his non temere concludere mihi uideor Tryphonem bis haec nomina aulematis et saltationibus communia recensuisse, et in capite, quo *περὶ ἀλλήσεων*, et in eo, quo *περὶ ὀρχήσεων* egit: catalogum illum descriptum esse ab Athenaeo, hunc pleniorum et paulo aliter dispositum a Polluce. Quae nostra sententia optime firmatur eo, quod infra Athenaeum, ubi de saltationibus disputat, in omnibus fere cum Polluce consentientem uidebimus nisi quod omisit quae tanquam *ἀλλήσεων* nomina iam p. 618c recensuit; neque ulla earum Pollucis saltationum, quae Tryphonis aulematis saltationi coniunctis cognomines sunt, apud Athenaeum in saltationum numero recurrit, cum ceteroquin ab eodem auctore pendere utrumque luce clarius perito appareat et a Rohdio accurate per singula nomina demonstratum sit. Nec non diserte respicitur bis ad *ἀλλήματα*, p. 620e et f, sicut uice uersa apud Pollucem. — Ceterum egisse Tryphonem etiam de saltationibus nemo non pro certo habuerit; accedit ultro quod ille de schemate quodam *χορικῆς ὀρχήσεως* testis est apud Ath. p. 114f.

Quod uero Rohde Athenaeum caput 27 ex duobus dumtaxat libris exscripsisse putat, non possum ei assentiri. Verum est cum Polluce magis congruere posteriorem capitis partem (inde a uerbis *παρὰ δὲ Συρακοσίοις*). Sed etiam quae priore parte continentur, fere omnia ac plerumque eodem ordine redeunt apud illum, ut ipse dicit uir doctus. Quas autem

castigat repetitiones et pugnantes inter se sententias, nullae sunt. Velut ἀπόκινος quod postea μακτρισιμός nominatus est, inde non sequitur μακτρισμόν non posse antea diuersum ab ἀποκίνῳ fuisse (cf. p. 635 a de magadide et sambuca). Porro quae de telesiade narrantur duobus locis, non pugnant sed diuersa sunt atque coniungenda; praeterea ex diuersis auctoribus citantur, quorum alter Hippagoras non occurrit nisi hic, alter Marsyas ab Athenaeo uidetur appositus esse, nam Pollux (et Hesychius s. u. τελεσιάς· ἢ μετὰ ξίφους ὄρχησις ἀπὸ τοῦ εὐρόντος Τελεσίου) non nisi Hippagorae explicationem nouit. — Θερμαστρίς quod primum inter ὄρχησις μανιώδεις, dein rursus inter σχήματα ὄρχησεως (τραγικῆς, ut ex Polluce discimus) enumeratur, quid offendit? immo neutrubi deesse poterat. — Contra pyrrhicha quod p. 629 f in ridiculis saltationibus, supra p. 629 c in seueris dignisque recensetur, Rohde ipse alio loco recte inde explicat, quod priora illa omnino non ex onomastico sicut posteriora sed ex Aristoxeno (uel potius Aristocle) fluxerint. — Ex onomastico igitur, quod quidem Tryphonis esse e causis expositis persuasum habeo, omnia hausta puto quae inde a p. 629 c (τὴν δὲ ἀπόκινον) usque ad p. 630 a proferuntur excepto Marsyae de telesiade testimonio, quod etiam locum obtinet inopportunum <sup>1)</sup>).

Restat ut Athenaeum, quamquam parum accurate auctorem suum descripsisse non potest negari, tamen ab 'incredibilis neglegentiae' culpa, quam Rohde ei iniungit p. 30, hic quoque defendamus. Nam quod inter ἰωνικὸν ὄρχημα et illud, quod Artemidi Siceliotae saltant, Athenaeus discernit, Pollux non item, nonne magis est ueri simile confusionem errore esse admissam quam disiunxisse aliquem quae coniuncta inuenerat?

Pollucis explicationem uocis ὄκλασμα· ὄρχημα περσικὸν καὶ σύντονον ex Iuba descriptam esse Rohde inde concludit, quod schol. Thesmoph. 1175 (βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν ὄρχημα ὄκλασμα καλεῖται) Iubam in theatralli historia de hac saltatione

1) Mirum saltationis nomen est illud κρεῶν ἀποκοπή p. 629 f. Corrige: κρεῶν ἀποκλοπή coll. Poll. § 105: Μιμητική, δι' ἧς ἐμιμοῦντο τοὺς ἐπὶ τῇ κλοπῇ τῶν ἐώλων κρεῶν ἀλισκομένους.

profuse egisse testatur primumque explicasse, quid istud sit τὸ Περσικὸν ὄκλασμα. Nos qui Iubam a Didymo, Didymum a Tryphone usurpatum esse persuasum habemus, non Iubam ipsum sed qui recepit (fortasse per Didymum) doctrinam eius, Tryphonem a Polluce excerptum esse statuimus. An credibile est Pollucem ex μακροῦ λόγου, quem Iuba de hac saltatione instituerat, nihil nisi tria uerba recepturum fuisse, si ipse re uera Mauretani thesauros adiisset? Hoc non explicatur nisi excerptoris excerptor fuit.

Ceterum non unum auctorem sequi Pollucem in saltationibus describendis satis perspicuum est.

Sed tandem nos conuertamus ad capita quaedam Athenaei, quae cum propter argumentum ex Iubae theatri historia petita esse nequeant, et Tryphonis nomine signata sunt et cum Polluce comparata communem Naucratarum fontem aperte produnt: capita dico libri XIV decimum et undecimum, quibus carmina popularia recensentur. Statim post ἀλλήσεων catalogum ex Tryphone desumptum eiusdem ὠδῆς ὀνομασίας sophista adnectit. Distinguendae autem sunt quattuor dumtaxat capitis decimi particulae, quae repetitionibus aut discrepantiis diuersam prae se ferunt originem:

I. Tryphonis: ἱμαῖος ἢ ἐπιμύλιος. ἰστορογούντων ὠδῆ ἔλλινος (Epicarmus). ταλασιουργῶν ἴουλος.

II. Semi Delii: τοὺς ὕμνους τοὺς εἰς τὴν Δήμητρα οὐλους καλοῦσι καὶ ἴουλους· ἄλλοι δὲ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ὠδῆν.

IIIa. αἱ δὲ τῶν τιτθεουσῶν κτλ. (Epicarmus).

b. ἢ δ' ἐπὶ τοῖς θανάτοις — ὀλοφυρμός· αἱ δὲ ἴουλοι καλ. ὠδαὶ Δήμητρι καὶ Φερσεφόνη πρέπουσιν· οὐπιγγοὶ δὲ αἱ εἰς Ἄρτεμιν.

IV. Aristophanis Byz.: ἱμαῖος μλωθρῶν. — ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος· λίνος δὲ καὶ ἀλλίνος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν κτλ.

Iam quaeritur, Tryphonis catalogus utrum non nisi e tribus illis nominibus (ἱμαῖος ἔλλινος ἴουλος) constet an plura, fortasse totum caput complectatur. Illud uel per se non probabile est; hoc et ex enumerationis ratione usque ad finem capitis sibi

constanti et ex Epicharmi mentione duplici uerisimile. Age nunc comparemus, quae Pollux de uariis cantilenarum generibus praebeat (IV, 53 sqq.).

Nomina sine ulla explicatione dat haec: Ἰουλοὶ οὐλαμοὶ οὐπιγγοὶ λίνος. Sequitur ἐπιμύλιος ᾧδὴ ἱμαῖος· καὶ ἱμαλῖς· ὁ δὲ ἄδων ἱμασιδός (cf. VII, 33 μυλωθρός, μύλων, μύλη, ἐπιμύλιος ᾧδὴ· καὶ προμύλαια θεὸς καὶ εὐνοστος). — Ἀλήτις ἄσμα ταῖς αἰώραις προσαδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου = Ath. 618ef. — ἐπιλήγιον deest apud Ath. sicut οὐλαμοί; neque ᾧδὴ sed ἀλλήματα dicitur. ἀλλήματα sunt etiam quae secuntur: πιστικόν (cum comicorum testimoniis diuersis ab eis quae Ath. de πισσουσῶν ᾧδῃ affert); ἔρετικά (desunt apud Ath.); ποιμενικά, ποιμενικόν apud Epicharmum = Ath. βουκολιασμός — μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἐπίχαρμος. Συβωτικόν (ἔχει μόνον δακτύλοις ἀλλητικοῖς) deest apud Athenaeum. Denique quod apud Pollucem de Tyrrhenis ex Aristotele narratur: πεντεύουσιν ὑπὸ ἀλλῷ κτλ., breuius apud Ath. IV p. 154 a sub Eratosthenis nomine (ex Posidonio, ut uidetur) exstat, ita ut Eratosthenem haec ex Aristotele hausisse cognoscamus. Pollucem uero non Aristoteli sed Eratostheni uel potius recentiori auctori Eratosthenis copiis uso sua debere nemini non certum erit <sup>1)</sup>. Eratosthenem autem etiam apud Athenaeum hic deprendimus coll. schol. Apoll. Rhod. A 972:

Ἰουλοὶ δὲ καλοῦνται ἢ πρώτη ἐξάνθησις καὶ ἔκφυσις τῶν ἐν τῷ γενεῖω τριχῶν· ὁ μὲντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾧδῆς ἐρίθων ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἐριμῇ λέγων οὕτω·

ἦν χερνήτις ἔριθος ἐφ' ἐψηλοῦ πετεῶνος  
δενδαλίδας τευχοῦσα καλοῦς ἴειδεν ἰούλους.

Οὐκ ἔστι δὲ φησι Δίδυμος, ἀλλ' ὕμνος εἰς Δήμητρα, ὡς ὁ οὐπιγγος παρὰ Τροίξηνιόις εἰς Ἄρτεμιν. ἔστι γὰρ οὐλος καὶ Ἰουλος ἢ ἐκ τῶν δραγμαίων συναγομένη δεσμή καὶ Οὐλώ ἢ Δημήτηρ· λέγεται δὲ Ἰουλος καὶ ζῶόν τι, Θηρίδιον πολύποιν κτλ.

Quod igitur apud Athenaeum ἐριουργῶν uel ταλασιουργῶν ᾧδῇ dicitur Ἰουλος, Eratosthenis haec sententia est. Hanc Di-

1) Cf. de Eratosthenicis apud Poll. Rhodium p. 17. 21 sqq.

dymus Semum Delium secutus refutauit. Trypho Didymum descripsit tacito Eratosthenis nomine. Ex eodem Didymo uides fluxisse, quae Ath. p. 619b exstant: αἱ δὲ ἴουλοι — Δήμητρι πρόπεουσιν· — οὐπίγγοι δὲ αἱ εἰς Ἀρτεμιν. Hanc de οὐπίγγοις notam praeter Tryphonem (apud Ath.) unus seruauit Photius, nescio an ex Tryphone receptam; qui s. u. ἴουλος docet: — καὶ ᾧδῆς τι γένος ἴουλος· καὶ ὁ προσφιλέης τῇ Ἀρτέμιδι; ubi restituendum esse patet: καὶ οὐπίγγος ὁ πρ. τ. Ἀ.<sup>1)</sup>

Semum autem a Didymo adhibitum esse etiam p. 617f — 618b suspicor, ubi duae diuersae συναλίας definitiones proponuntur, quarum altera Semi est. Utraque enim exstat in schol. Ar. Eq. 9: Συναλία καλεῖται ὅταν δύο ἀνλήται τὸ αὐτὸ λέγουσιν· ἄλλως· ξιναλία λέγεται ὅταν μιθάρα καὶ ἀνλὸς συμφωνῇ. Item apud Pollucem IV, 83 et schol. Greg. Naz. Stel. II p. 106. Quare Didymo haec omnia tribuere non dubito. — Contra p. 109f, ubi Semus quin ex Tryphone laudetur, uix dubium est, num intercedat Didymus, nequit diiudicari. Tryphonis auctor Semus etiam apud Ath. III p. 109f; cf. 109b.

Consimili ex fonte Pollucem et Athenaeum hausisse ᾧδῆς ὀνομασίας elucet etiam examinata ἱμαίου explicatione. Erant

1) E re uidetur, quomodo 'eundo creuerit' aut mutata sit Didymi nota, obiter examinare. Trypho cum rerum uocabularium, non glossarium scriberet, alias uocis ἴουλος significationes missas fecit. Seruauit pro suo consilio Hesychius; qui quae addidit: τινὲς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ὑδραῖς γενόμενον ὄνον — ἴουλον λέγουσιν, cum paene ad uerbum expressa apud Photium redeant (apud quem post γινόμενον excidisse ὄνον apparet), ex Atticistis assumpsisse putandus est; quam uero insuper affert etymologiam: ἀπὸ τοῦ ἰέναι ἀντὰς (τὰς τρίχας) οὐλάς, Herodianum sapit neque deest apud Et. M. 472, 26, ubi Didymi nota exhibetur uariis pannis circumdata. Photius autem ex peculiari quodam fonte Didymeis addidit: ὁ ἐν τοῖς ἀμπέλοις σκώληξ et τὸ ἐπὶ ταῖς καρφαῖς ἄνθος. Eustath. p. 1221 ad Il. Σ 555 quae adiungit ἴουλον explicationi ex Athenaeo petita, aut ex Atticistis aut ex ipso Et. M. desumpsit. Namque apud Atticistas de his rebus copias ueres protulisse etiam ex Eust. ad Il. Σ 570 cognoscitur, ubi Athenaei l. XIV cap. 10 expilasse se confessus: ὡς δὲ καὶ πολλοί, inquit, ᾧδαί ἦσαν, οἷον ἴουλος κτλ., ἐστὶ σὺν καὶ ἄλλαις ἐκ τῶν παλαιῶν ἀναλέξασθαι. Idem ad u. 572 de uocibus μολπί et σκαίρειν, ad u. 576 de uerbis δόναξ et ὑπολίριον Aelium Dionysium laudat. Dionysium testatur Et. M. s. u. κινδαγος.

enim diuersa duo carminis genera, quorum alterum *ιμαῖον*, alterum *ιμαῖος* audiebat. De illo testis est schol. Ar. Ran. 1332: *ιμονιοστρόφου οἷον σχοινοστρόφου μέλη, ἃ εἰκὸς ἄνδρα ὕδατα ἀρπόμενον ἄδειν· ἱμονία γὰρ καλεῖται τὸ τῶν ἀντλημάτων σχοῖνιον, καὶ τὸ ἕσμα, ὃ ἄδουσιν οἱ ἀντληταί, ἱμαῖον. Similiter Suidas: ἱμαῖον ἕσμα τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλήσει λεγόμενον· παρὰ τὸ ἱμᾶν [οἶ δὲ τὸ μυλωθρικόν]. Καλλιμάχος Ἐκάλῃ. Καὶ πού τις ἀνὴρ ὕδατηγὸς ἱμαῖον ἄδει. Idem s. u. *ιμονιοστρόφου μέλη· ἱμονία καλεῖται τὸ ἀντλητήριον τῶν φρεάτων, ἱμαῖον δὲ τὸ ἕσμα· ἱμονιοστρόφου δὲ τοῦ εὐτελέος. Atque Suidam ut eundem fontem sequi, quem scholiastam, ita non uidisse ipsum scholium manifestum est.**

Alterum carmen commemorant: Suidas gloss. praecedenti: *ιμαῖος· ἐπιμύλιος ῥῶδή*; idem postquam *ιμαῖον ἕσμα* explicauit, addit *οἶ δὲ τὸ μυλωθρικόν*, prae confundens diuersa. Turpius etiam rem turbauit Hesychius, qui inter pistorii carminis explicationes intrudit uocem *ἐπάντλαιος: ἱμαῖος ῥῶδή· ἐπιμύλιος [καὶ ἐπάντλαιος] καὶ ἐπίνοστος· ἱμαλῖς ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή ἢ σταφύλης εἶδος· ἱμαλία τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων κτλ.* — Contra neque Athenaeus neque Pollux aquariorum carmen ullo uerbo attingunt; nec magis Photius, quamquam *ἱμονία* et *ἱμᾶν* ab explicantur; qui nihil praebet nisi haec: *ιμαῖος· ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή* et *ἱμαιοιδός· ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή· ἱμαλία γὰρ ἢ τροφή καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων* (uerba non utique sana). Photium autem hic ut saepius Tryphonis doctrinam ex Aelio Dionysio recepisse docuit Naber p. 78 (cf. quae de *οὐπίγγω* supra diximus). Iam patere puto necessitudinem, quae inter testes hos omnes intercedat, esse hanc:

*ἱμαῖον ἕσμα* Didymus explicauerat in commentario Aristophaneo, Callimachi uersum adnotans. *ιμαῖος* qualis sit cantus, enarrauit Trypho Aristophanem Byzantium secutus. Didymi notam seruauit schol. Ran., Tryphonis Ael. Dionysius, Pollux, Athenaeus. Ex Aelio Dionysio sua hauserunt Photius atque ex parte Hesychius et Suidas; qui alteram partem lexico Didymeo uidentur debere.

Iam quid comparatione inter Naueratitas instituta doce-

mur? Pollucem uidimus in plerisque cum Athenaeo consentire; nisi quod ex parte de nominibus solis inter eos conuenit, cum ἀλλήματα ille, hic ᾠδῆς ὀνομασίας recenseat. Mirum tamen in his quoque eodem ordine uti utrumque: Ἀλλήτις· πτισσοῦσῶν = πτιστικόν· βουκολιασμός = ποιμενικόν. Hic memineris quaeso Athenaeum supra in saltationum numero non ponere, quae tanquam ἀλλήσεως genera antea enumerauerat, Pollucem autem haec quoque inter saltationes referre. Inuersa ratione quas Athenaeus cantilenas dicit, Pollux modos auleticos uocat. Quid igitur? Num duo sumamus auctores, quorum hunc ad tibias utique respicientem Athenaeus in saltationibus, illum in cantilenis, Pollux hunc in cantilenis, illum in saltationibus enarrandis adhibuerit? Nemini scio istud probatum iri. Immo res primo obtutu mira facile explicatur eadem ratione, qua supra usi sumus: nempe si ea nomina, quibus et saltationes aut cantilena tibiatarum uoci iunctae et tibiatarum modi significabantur, a Tryphone et in ὀρχήσεως aut ᾠδῆς ὀνομασίαις et in ἀλλήσεων catalogo enumerata fuisse statuimus, Athenaeum autem et Pollucem (nisi potius eorum auctores) modo hanc modo illam tabulam pro suo quemque consilio maluisse describere. Cf. quae p. 61 notauimus, praeterea Poll. IV, 82 οἱ δὲ ταῦτα οὐκ ἀλλῶν ἀλλὰ μελῶν εἶδη λέγουσιν. Hesych. s. u. τετράκιμος· μέλος τι σὺν ὀρχήσει (Poll. ὀρχήσεως εἶδος, Ath. ἀλλημα); idem s. u. κῶμος· ὄρχησις· ᾠσμα.

De undecimo autem Athenaei capite difficilius est iudicare. Apud Pollucem ex his non nisi Nymphidis narratio occurrit sed in paucissima uerba contracta et aliunde aucta; quae cum Athenaeo congruunt, haec sunt: Βῶμος Μαριανδύνων γεωργῶν ᾠσμα, ὡς Αἰγυπτίων Μανέρως. Ceterum cf. schol. Ap. Rhod. B 781: ἰδίως τὸν θρηγούμενον Πριόλαόν φησι, τῶν ἄλλων Βῶμον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφης καὶ Καλλίστρατος. En habes Alexandrinorum doctrinam a Didymo, ut uidetur, propagatam, Athenaeo Pollucique per Tryphonem suppeditatam. — Aristoxenum uero Clearcho (ut alibi quoque in Deipnosophistis) deberi inde suspiceris, quod illius testimonia e diuersis duobus libris petita sunt, Clearchum

contra in Ἐρωτικῶν libro carmina amatoria data opera collecta exhibuisse consentaneum est. Athenaeus autem, cum Clearchi libros studiose eum uoluisse manifestum sit, haec quoque propria manu decerpisse mihi uidetur; neque igitur mirum quod desunt apud Pollucem.

Pollucem priusquam missum faciamus, breuiter quae de eo probasse nobis uideamur, comprehendere libet. Westphalii sententiam, qui 'quaecunque de arte instrumentisque musicis doceat ille, ex Tryphone hausta esse edixit', defendimus contra Rohdium (de Poll. font. p. 66) comparatione Athenaei eadem, qua hic nititur, ut Iubam a Polluce descriptum esse euincat, accuratius et amplius instituta. Quae autem Rohdii argumenta silentio praeterii, ea refutatione non iam egere arbitratus sum. Praeterea Pollucem multis in rebus uidimus pendere a Didymo. Errat igitur Rohde 'Pollucem uel tantum ex Didymo hausisse negans atque pernegans' (p. 8) et 'eosdem fere ac Didymum auctores secutum esse Pollucem' contendens. Hoc solum concedo: neque ex uno neque ex ipso Didymo Pollucem sua delibasse; sed recepit Didymea per Tryphonem; quem Didymi commentariis usum esse malim credere quam lexico Didymeo.

Pauca notanda sunt de Hesychio contra ea, quae Rohde disputauit p. 51 sqq. Qui ut Athenaeum Pollucemque sua ex eodem utrumque libro transscripsisse, e Iuba nimirum, probaret, et Pollucem et Athenaeum in rebus musicis orchesticeisque describendis crebro consentire cum Hesychio demonstrans, cum Iubae doctrinam Didymo debere Hesychium dubitationi exemptum esset, causae propositae satisfacere sibi uisus est. Contra nos consensum istum sic arbitramur explicandum esse: Eandem Iubae doctrinam Polluci et Athenaeo ex Tryphone (et Didymo), Hesychio ex Didymo affluxisse. Nihil Rohde attulit, quod contra faciat. Immo quod nititur e. g. Hesychio s. u. τετράκιμος· μέλος τι σὺν ὀρχήσει πεποιημένον εἰς Ἡρακλέα ἐπινίκιον· ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι coll. Pollucis § 105 ὁ δὲ τετράκιμος, τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἶ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθηνησι τετρακώμοις, οἳ ἦσαν Πειραιεῖς Φαλη-



ρεῖς *Ξυπταίονες Θυμοιτάδαι* — eandem sane uterque sequitur coniecturam, sed Hesychius confidenter profert, Pollucis auctor addubitat: uides Didymi doctrinam a Tryphone cum dubitationis significatione receptam. — Porro mihi fauet, quod satis crebro Pollux et Athenaeus consentiunt cum Photio, quem in his rebus a Tryphone pendere probauit Naber. Sic in explicanda uoce *Θερμανστρίς* (Rohd. p. 53), *σκοπός* et *σκόψ* (id. p. 30); *μεσόκοποι ἀλλοί· οἱ ὑποδέεστεροι τῶν τελειῶν, μέσοι* (Phot. = Hes., cf. Ath. 176f. 182c; Poll. nudum nomen praebet); Phot. s. u. *ἱμαῖος* coll. Tryphone apud Ath. 618c (uide supra disputata). Ad Phot. s. u. *σκόπευμα· σχῆμα σατυρικόν* cf. Poll. § 105 *σιμῆν χεῖρα· σχῆμα τραγικόν* = Hesych. s. u. De Athenaei cum Photio consensu plura dicemus infra.

Quod uero nonnunquam Pollux et Athenaeus ubertate superantur ab Hesychio, non potest probabiliter explicari, si illi Iubam ipsum descripsere, Hesychius Didymum. Etenim parcere chartae licet interfuerit Pollucis, at non Athenaei intererat. Immo haec est causa: Hesychii fons, Didymi copiae, illis non iam plenae fluebant utpote per Tryphonis cribrum transmissae. Neque igitur Rohde communis Polluci Athenaeo Didymo fontis documentum petere debuit ex Hesychio s. u. *διποδία· ὀρχήσεως εἶδος — οἱ δὲ διποδισμός· καὶ εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως* coll. Ath. p. 630a et Poll. § 101, quorum diuersam uterque huius glossae partem exhibet: etenim apparet Athenaeum et Pollucem non iam e plenis Didymi horreis sua deprompsisse.

Praeterea in explicandis eis instrumentorum nominibus, quae Athenaeus in libro IV recenset, Hesychius saepe nullam cum illo similitudinem habet; quo ex numero sunt e. g. *ἔλνμοι γίγγρας πανδούρα φώτιγξ*. — De clepsiambis et Athenaeus et Hesychius Aristoxenum laudant sed prorsus diuersa narrant. De pyrrhicha supra (p. 102 not. 1) demonstraui nihil Iubae posse uindicari. Trypho quid de ea docuerit, nescimus; cum uero Pollux et Hesychius consentiant ac simul discrepent ab Athenaeo, qui non sequitur hic Tryphonem sed Aristoxenum, illi sua uidentur Tryphoni debere et Didymo.

## CAPUT III.

*De Didymo.*

Omissis capitibus Aristoxeneis statim ad l. XIV c. 34 sqq. accedamus, ubi subito Athenaeus ad instrumenta musica redit. De sambuca diximus. Sequitur de magadide, quam IV, 182 d—f paucis attigerat, ampla et docta disquisitio: *πότερον αὐλῶν εἶδος ἢ κιθάρας ἐστίν;* Post catalogum eorum, qui *περὶ αὐλῶν* scripserint nec tamen tibiae genus esse magadin tradiderint, Tryphonis nomine laudantur eadem, quae auctore non nominato leguntur 182 d. Atque magadin tibia dixisse discimus et Aristarchum et Tryphonem. *Λύσιν* autem *τῆς ἀπορίας* dat *Αἰδύμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσειν;* qui *μάγαδιν αὐλὸν ἀνοίει τὸν κιθαριστήριον κτλ.* Proficiscitur enim disputatio ab Ionis uersu quodam et eius explicatione Aristarchea. Licet corrupta sint uerba *πρὸς Ἴωνα*: hoc tenendum est, in commentario Didymum sententiam suam protulisse. Quid igitur ueri est similis quam Didymum et ipsum ad Ionis uersum sua adnotasse *ἀντεξηγούμενον*? Quapropter uerba, quae sunt *ἐλλείπειν οὖν δεῖ παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν τε συνδεσμόν κτλ.*, sine ulla dubitatione Didymo tribuo. Difficilius est de sequentibus iudicare. Sed prius quaerendum, quae ratio intercedat inter caput 35, quod Aristarchi et Tryphonis sententiam continet, et caput 36, quo Didymi doctrina refertur. Primum minime aduersari haec capita inter se contendo contra Rohdium (p. 47); immo quae in illo proponitur *ἀπορία*, soluitur in hoc. Neque Didymus 'tibiae ullam speciem unquam hoc nomine significatam esse' ullo uerbo negat. Pollux autem non nisi de psaltica magadide loquitur: *μάγαδιν δ' ὀνομάζει Ἀνακρέων, τὴν δ' εὖρεσιν αὐτῆς Κάνθαρος* (comicus) *Θραξὶ* (item Duris apud Ath. XIV cap. 40) *προστίθεισιν.* Haec si non minus sunt Tryphonis quam quae apud Athenaeum ille docet de magadide tibia — neque est cur de utroque instrumento quin exposuerit, diuersis fortasse locis, dubitemus — non certe Tryphoni debemus quae leguntur p. 634 f: *ῥ γὰρ μάγαδιδος ὄργανον*

ψαλτικὸν Ἀυδῶν τε εὔρημα. Suntne igitur haec quoque Didymi? Non uideo quid obstet neque Rohde habet, cur 'ante capitis 36 (sic uoluit, non 37) finem' Didymi fragmentum desiderare statuatur. Attamen equidem non audeo paginae 635 quidquam ipsi Didymo uindicare nisi Theophili locum <sup>1)</sup>. Nam ad sententiam eius firmandam reliqua omnia nihil ualent. Quid quod eis quae p. 634f ille docuit: Ἀυδῶν εὔρημα esse magadin, repugnat quod p. 635b ex Menaechmo narratur: Sappho eam inuenisse. Didymus sine dubio suum addidisset iudicium: hic lectori permittitur delectus. Ceterum infra p. 635e non 'inuentam' a Sappho esse *πηκτίδα* (= *μάγαδιν*) Menaechmus dicitur tradidisse sed *πρώτην* illam *χρήσασθαι τῇ πηκτίδι*. Haec si accuratius dicta sunt, Menaechmum cum Didymo ita licet reconciliare, ut Lesbiam a Lydis instrumentum illud accepisse sumamus: cf. p. 637b, ubi diserte distinguitur inter inuentorem sambucae et eam, quae prima usa sit hoc organo.

Sed ut non pugnent sententiis inter se caput 36 et 37, mira tamen est eorundem sententiarum et auctorum repetitio. Atque Rohde cum caput 36 totum Didymo deberi sibi persuaserit, facere non potest quin caput 37 ex 'libro aliquo, in quo de musicis instrumentis ita agebatur, ut Didymi ἀντεξηγήσεις, ubi res ferebat, tantum non uerbo tenus transcriberentur', desumptum esse fingat. Huic 'compilatori' tribuit p. 635e—636e = capp. 37—39. Atque laudatur sane in fine capitis 39 rursus Didymus, quem Aristophanis uersum quendam de crepitaculis testem excitasse discimus. Unde Rohde non debebat colligere haec non iam ex ἀντεξηγήσειν sed ex commentario Aristophaneo hausta esse. Nam aperte Didymus dicitur Aristophanem produxisse testem — unde non ad ipsum illum comici uersum ea, quae hic de ostracis traduntur, adnotata sed alio loco exposita fuisse mihi certum uidetur. Nec musicum auctorem, qui hanc Didymi notam seruauit, ex commentario Aristo-

1) Cf. Hesych. s. u. *μαγάδεις*· *αἰλοὶ καθαριστήριον*· *ὄργανον ψαλτικόν*, *εἶθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν λέγουσιν*· *Ἰων Ὀμφάλη κτλ.* Quae ex Athenaeo esse sumpta nemo credet (Schmidt Quaest. Hes. p. CXXV).

phaneo eam expiscatum esse crediderim; sed sumpsit ex continua quadam et copiosa Didymi de rebus musicis commentatione; qualem in ἀντεξηγήσειν illum condidisse uidemus. At schol. Ran. u. 1305 eandem exhibet Didymi animaduersionem. Quid mirum? Bis eam protulit, fortasse etiam saepius, uidelicet ubi res ferebat — cf. Rohd. p. 51 not. 1. — Praeterea caput 39 artius cum praecedenti cohaeret, quam ut ab alio auctore possit profectum uideri. Transitus fit his uerbis: τὰ μὲν ἔγχορδα τὰ δὲ ἔννηξα; iam illis ante enumeratis de his quae scienda sint, proferuntur. Quare si caput 38 e Didymo haustum esse probauerimus, caput 39 ad idem excerptum pertinere elucebit.

A Rohdio, quod caput 36 propius ad ipsius Didymi uerba putat accedere quam 37, 38, ne in hac quidem re possum non dissentire. Nam siue Didymus siue alius homo doctus fuit, qui primus hos Anacreontis Pindari Aristoxeni Menaechmi Euphorionis locos collegit in unum: sine dubio certo quodam consilio ductus hos potissimum delegit ac iuxta collocauit. Eiusmodi autem consilium lucide apparet in capitibus 37, 38; contra omnino non inuenitur in capite 36 (inde a p. 635 a) itemque ubi tertio excerptus est idem auctor: IV, 182 (cap. 80). Videamus, qua ratione capita 37, 38 sint disposita. Proficiscitur dissertatio ab ἀπορία quadam, quae insit in Anacreontis de magadide uersibus; etenim huius poetae aetate magadin dici nondum inuentam fuisse. Difficultatem falsa uia soluere conatum esse Posidonium; quem ignorasse magadin esse instrumentum Anacreonte antiquius; hoc autem elucere e Pindari uerbis, qui Terpandro pectidis notitiam tribuat; pectidem enim et magadin perinde esse testibus Aristoxeno et Menaechmo. Pectide autem iam Sappho usam esse, Anacreonte priorem; item Terpandrum Anacreonte antiquiorem fuisse testantibus Sosibio et Hieronymo. Denique omnino τὰ πολίχορδα τῶν ὀργάνων perquam esse uetusta secundum Euphorionem (quorum in numero sit etiam magadis). Esse tamen (cap. 38), qui differre inter se pectidem et magadin dicant, Diogenem tragicum et Phillidem Delium, qui inter alia organa

illas seorsum enumeret addita memorabili magadidis definitione.  
— Quae secuntur, nunc non curamus.

Contra quae in capite 36 leguntur, quamquam Euphorionis et Aristoxeni uerba pleniora exhibentur, nullo alio uinculo inter se coniuncta sunt nisi quod omnia ad magadin spectant. Praeterea ex parte misere turbata sunt, quae infra optime disposita habemus. Loci Pindarici explicatio (ex Aristoxeno petita) omnino intellegi nequit nisi in auxilium uocato capite 37; Phillidis uerba, quibus magadin describit, hic annexa sunt, ut explicent uocem *ἀντίφθογγος*; quam prorsus aliter accipiendam esse docet caput 37. Denique ineptum istud *διόπερ* post illud *διό* aperte prodit malam compilationem. — Paulo magis accurate ac minus obscurato consilio excerpta sunt, quae IV, 182 de magadide narrantur ex eisdem auctoribus <sup>1)</sup>. Euphorionis locus ne hic quidem satis plenus sed ex parte plenior quam duobus reliquis locis. In Aristoxeni uerbis *λαμβύζαι* omissae sunt non nisi librarii errore.

Itaque siue Didymus est siue alius, cui debentur haec Aristoxeni Menaechmi Euphorionis fragmenta, capita 37 et 38 libri XIV aut ipsa exhibent eius uerba aut certe proxime ad ea accedunt; contra IV, 182 et XIV, 634 e—635 c ex eodem auctore neglecto hic magis illic minus sententiarum conexu male excerpta sunt. Plura de his infra.

Tandem uero priusquam progrediamur, de Didymi *ἀντεξηγήσειν* dicendum est. Laudatur enim p. 634 e *Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσειν*. Offendit hic *πρὸς* praepositio, quippe quae nequeat significare quidquam nisi 'contra'. Nam Meineke quod eo confugit, ut Didymum Ionis dicendi genus impugnauisse sumat, quamquam praeter Hesych. s. u. *σπίλον Παρνάσιον* etiam Ath. XI p. 468 d uti poterat ad commendandam coniecturam suam, tamen *ἀντεξη-*

1) Nam quod catalogus ille organorum non Phillidis sed Aristoxeni nomine profertur, Aristoxenum Phillide usum esse sumendum est; si modo fides habenda enumerationis ordini apud Censorin. de mus. GL VI p. 607 'hos secuti musici Timotheus et Polyidos et Hyperides (?) et Phillis et — Aristoxenus'. *Ἀριστόξενος καὶ Φίλλης* Schol. Plat. Gorg. 451 E.

γήσεις Didymus non potuit nominare poetae, debuit interpretum castigaciones. Περὶ Ἴωνος scripsit Bato Sinopensis, saec. a. C. II (Ath. X, 436 f); unde M. Schmidt olim: ἐν ταῖς πρὸς Βάτωνα ἀντεξηγήσεσιν; sed nescimus num commentarium in Iona Bato scripserit; nam liber περὶ Ἴωνος inscriptus uitam potius poetae, fortasse artem eius enarrasse putandus est. Interpretatur Ionis quosdam uersus apud Athenaeum Ἐπιγένης grammaticus XI p. 468 c; ubi paulo post sequitur: βέλτιον δὲ λέγειν, ὡς φησιν ὁ Δίδυμος ἐν τῷ τοῦ δράματος (Ἀγαμέμνονος) ἐξηγητικῷ —. Quid igitur? Si legeremus ἐν ταῖς πρὸς Ἐπιγένη ἀντεξηγήσεσιν, non miraremur. Sumamus ergo fuisse: ἐν ταῖς πρὸς ᾤπιγένη εἰς) Ἴωνα ἀντεξηγήσεσιν, ita ut Epigenis uel alius cuiusdam interpretis nomen omissum sit. Certe quam maxime fuit Didymi Aristarchi interpretationes contra aliorum commenta scrupulosque defendere, id quod hic uideatur fecisse. — Omni certe fundamento caret, quod Bergk proposuit: πρὸς Ἰξίονα, h. e. Demetrium Ixiona grammaticum, Aristophanis interpretem. Idem iudicandum est de Schmidtii, quam Did. p. 303 sq. protulit, coniectura: ἐν ταῖς πρὸς Ἰώβαν ἀντεξηγήσεσιν. Nam ut de Iubae ἐξηγήσεσι nihil nos compertum habere omittam, ut, quod apud Athenaeum semper legitur Ἰόβας neque usquam alibi Ἰώβας (Ἰούβας apud Strabonem), nullius faciam momenti: nullo alio argumento nititur Schmidt nisi eo, quod Didymum Iubae et saepius de aliis rebus et semel de organo aliquo musico (u. Hes. s. u. βλίττωρι) aduersatum esse scimus. Rohdium uero, qui accepit Schmidtii coniecturam, Iubae nimium tribuere apud Athenaeum supra satis cognouimus eiusque argumenta, quibus p. 47 eam defendit, iam refregimus. Primum enim capita 35 et 36 minime inter se pugnant nec Didymum capitum 35 auctori suam sententiam opponere, ut eum castiget, debet statui; dein Tryphonem a Iuba non posse adhibitum esse demonstrauius, unde apparet caput 35, si omnino, certe non totum Iubae esse.

Iam quis est auctor capitum 37 sqq.? Didymum esse illum persuasum habeo. Etenim spectat caput 37 ad Anacreontis uersum interpretandum item ut caput 36 ad Ionis; uterque

autem uersus capite 35 toti huic de magadide disputationi praepositus est; quae ab his uersibus primo obtutu inter se pugnantibus proficiscitur eo consilio, ut concilientur. Unde qui Ionis uersum interpretetur, eiusdem esse sequentem de Anacreonte disputationem mihi certum uidetur. Posidonii igitur sententiam a Didymo in ἀντεξήγησιν referri et refutari statuo. Accedit quod ad caput 35 bis in sequentibus spectatur: ad Aristoxenum et ad Phillidem redit oratio. Quod uero ad Tryphonis testimonium non respicitur, Didymus hoc si nouisset, certe silentio praeterire non potuit; sed non nouit. Athenaeum autem hoc de suo apposuisse facile concedes, quippe qui iam in libro IV hunc Tryphonis locum descripserit. Illic noluit nomen profiteri, quia praecipuo auctore utebatur Tryphone; hic ubi alios sequitur, speciem docti affectat. Reliqua capitis 35 omnia Didymo tribuere non dubito.

Capitis 36 alteram partem ex eodem libro excerptam esse uidimus, cuius uerba accuratius nec tamen plena seruauit caput 37, 38. Athenaeus igitur, cum in priore excerpto sententiarum nexum se non curasse intellexisset, alterum fecisse putandus est <sup>1)</sup>. — Contra IV p. 182 e sqq. eandem Didymi dissertationem excerpserit Trypho, quem Athenaeus sequitur in tota illa de organis musicis disputatione.

Caput 40 Rohde et ipsum Didymi ἀντεξήγησιν deberi censet, quia post excursus alienum sermo redeat ad magadin. Ac profecto ut eundem auctorem hic subesse statuamus, quem in reliqua de hoc organo disquisitione Athenaeus sequitur, suadent omnia: doctrina peripatetica (Artemo, Duris), Aristoclis et Apollodori mentio, poetarum testimonia lyricorum tragicorumque.

Age nunc uideamus cui debeantur, quae in capitibus 34—40 non de magadide sed de aliis rebus musicis exponuntur. Capite 41 alterum Artemonis fragmentum exhibetur; prius, cum de magadide agat, Didymo uindicauimus; hoc uero de tripode

1) Similem in modum p. 621 f ex parte antecapiuntur, quae p. 622 b sq. pluribus exposita legimus.

sermo fit. Quid igitur? ueri dissimile num est Didymum eodem loco etiam de aliis organis musicis disputasse occasione simul oblata? Praeterea Posidonii illa uersus Anacreontei interpretatione Didymum de magadide quaerentem tripodis commonefactum esse satis probabile iudico.

De capite 34 supra diximus: ab eodem auctore uidimus pendere Hesychium s. u. *σαμβύκη* et Athenaeum. Quem non fuisse Iubam uel inde cernitur, quod, quae adduntur de sambuca machina bellica, a libro de rebus musicis conscripto aliena erant nec minus a rerum uocabulario; contra lexicum indoli optime conueniunt, quippe quo de nominum uariis significationibus agatur; neque abhorrent a commentarii natura. Quare Didymum hic quoque communem Athenaei et Hesychii fontem esse arbitror.

Ad sambucam sermo redit p. 637 b (= cap. 40 II). Ibi quae leguntur, ea in uno libro coniuncta fuisse cum Phillidis de iambuca uerbis in cap. 38 relatis apparet coll. Hesych. s. u. *λαμβύκαι*· ὄργανα μουσικά, ἐν οἷς τοὺς λάμβους ἤδον· ἢ δὲ σαμβύκη ἕτερον ὄψι (cf. 635 a!) ἐξημέρον et Phot. s. u. *λαμβύκη*· ὄργανον μουσικόν· εἴρηται δ' ἐν ἑτέροις καὶ ὠνομάσθη, ὡς φασιν, ὅτι πρὸς αὐτὸ λάμβους ἤδον· ἢ δὲ σαμβύκη νεώτερον καὶ ὄψι (!) ὑπὸ Σάμβυκος τινος ἐρέθη. Rohde hos Athenaei locos 'ad auctorem ex Didymo pendentem pertinere' ratus ad uerum adspirat. Huc facit etiam Semi Delii mentio p. 637 b facta (uide quae supra p. 121 disputauimus). Ego uero propter illud ὄψι apud Hes. et Phot. etiam Euphorionis uerba p. 635 a eidem auctori tribuo. Iam cf. ad p. 637 b Phot. s. u. *φοῖνιξ*· τὸ μουσικὸν ὄργανον διὰ τὸ ὑπὸ Φοῖνικος ἐρεθῆναι; idem s. u. *Φοινικήα γράμματα* laudat Scamonem ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἐξημέρων. Communis hic Athenaei et Photii auctor quis potest esse nisi Didymus, cui Phillidis et Euphorionis testimonia aliis de causis iam supra p. 131 adiudicauimus? Cuius doctrinam Photius fortasse, ut alibi, Tryphoni et Atticistis debet. — Quare nullus dubito, quin totum caput 40 Didymo assignandum sit contra Rohdium.

E Didymo igitur hausta sunt capita 34—41.



Hic obserua, quaeso, quae et in his libri XIV capitibus Didymeis et in libro IV p. 182f—183c (usque ad Iubae mentionem) recenseantur instrumenta, ea omnia in catalogo Aristoxeni (uel Phillidis) utrobique exhibito inueniri<sup>1)</sup>. Unde colligas Didymum praemisso Aristoxeni loco singula organa ab illo enumerata deinceps descripsisse. — Platonis autem locus, qui non nisi in libro IV exstat, ubi quid sibi uelit prorsus obscurum est, apte cum illa Artemonis de Timotheo narratiuncula coniunctus fuerit.

Communis horum capitum originis etiam alia sunt uestigia. E. g. cum p. 635a Θεόφιλος — καὶ τὸ τῆ μαγάδιδι διαψάλλειν μαγαδίξειν λέγει ἐν τούτοις (= Hesych.) cf. eandem locutionem p. 636d: Ἐρμιππος τὸ τούτοις κρούειν κρεμβαλίξειν εἴρηγεν ἐν τούτοις. — p. 636c μαγάδιδας — καὶ ἄλλα δ' ἦν παρὰ ταῦτα καὶ βάρβιτος: cf. IV, 182 μάγαδις ὄργανον ἔντατον καθάπερ καὶ — βάρβιτος. p. 636f Δοῦρίς φησιν ὠνομάσθαι τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος Θρακὸς γένος: huc respicit p. 637a οἶδα δὲ καὶ ἄλλο ὄργανον, ᾧ τῶν Θρακῶν οἱ βασιλεῖς ἐν τοῖς δειπνοῖς χρῶνται. — Ceterum quam lubricum sit apud Athenaeum ex dicendi generibus et locutionum similitudine fontium uestigia certa petere, periti norunt.

Apollodorum cap. 40 laudatum Didymi auctorem depredimus etiam apud Hesych. s. u. παριαμβίδες· Ἀπολλόδωρος παρὰ τοὺς ἰάμβους αὐτὰς φησι πεποιῆσθαι, οὓς οἱ κιθαρωδοὶ ἔδουσιν. Didymi doctrinam per Tryphonem uidelicet receperunt Poll. IV, 83 ἰάμβοι καὶ παριαμβίδες νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηγύλον et Phot. s. u. παρίαμβοι· καὶ παριαμβίδες καὶ ἰαμβοι· νόμοι κιθαρωδοῖοι οἷς προσηγύλον. A pariambide non diuersa est iambuca, de qua Ath. XIV p. 636b eadem traduntur.

Didymus Athenaei auctor quantum debeat Iubae, non possumus discernere. Artemonis π. ζωγράφων librum Iuba uidetur adhibuisse secundum Harpocr. s. u. Πολύγνωτος. Cum Menaechmi de Sappho testimonio congruunt, quae legimus

1) Παριαμβίς p. 183c non diuersa est a iambuca.

apud Suidam in poetriae uita: καὶ πρώτη περὶ πηχίδα (corr. Rohde, legebatur πλεῖστον)<sup>1)</sup> εἶρεν. Suidae uitam e Dionysii musica historia fluxisse plerisque persuasum est. Hic quin in scaenicorum uitis Iubam adierit, dubitationi exemptum est: in lyricorum uitis certe alios sequi coactus erat; id quod statuerim contra Rohdium (p. 77sq., cf. diss. nostr. p. 116). Ceterum bene idem 'aut Didymi opere aut ipsius Menaechmi libris' usum esse Dionysium suspicatur (p. 49 not. 1).

Menaechmus laudatur etiam in capite 42, quod arte cohaeret cum 43. Didymone igitur haec quoque tribuamus? At nihil praeter hoc unum nomen suadet, ut ita faciamus. Immo haec capita ut cum Didymeis, quae praecedunt, nullo uinculo continentur, ita eis, quae Aristoxeno et Aristocli uindicauimus, simillima sunt et orationis colore et argumentis (musicae artis primordia, rhapsodi, Ἰλαρὰ μοῦσα). Quare capitibus 34—41, quibus organa musica describuntur, interrumpi conexum excerptorum, quae de artis musicae uerborum generibus incrementis agunt, confitendum est.

#### CAPUT IV.

##### *Aristocles et Trypho.*

Reliquimus disceptandum, Aristoclis de hydraulo testimonium apud Ath. IV p. 174 e utrum Tryphoni debeatur necne. Atque primum e re uidetur Ammonii illum de epicedio et threno locum diligentius examinare (cf. diss. nostrae p. 90). Sunt autem Ammonii uerba s. u. ἐπικήδειος haec:

Ἐπικήδειος καὶ Θρηῖνος διαφέρει· ἐπικήδιον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ κήδει· Θρηῖνος δὲ τὸ ἐν ᾧδῇ· οὕτω Τρύφων. Ἀριστοκλῆς δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς τοῦ μπαλιν. φησὶ γάρ· Θρηῖνος δ' ἐστὶν ᾧδῆ τῆς συμφορᾶς οἰκειὸν ὄνομα ἔχουσα· ὀδυρμὸν ἔχει σὺν ἐγκωμίῳ τοῦ τελευτήσαντος· τινὲς μὲν οὖν κοινῶς πάντα εἶπον Θρηῖνους· οἱ δὲ διαφέρειν Θρηῖνόν τε καὶ

1) Idem Volkm. de Suid. biogr. p. 14 'iam pridem intellectum' esse dicit.

ἐπικήδιον τῷ τὸν Θρηῖνον ἄδουσαι παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ τῆς ταφῆς καὶ μετὰ τὴν ταφὴν καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας, ἄδόμενον ὑπὸ τῶν Θεραπαινίδων καὶ τῶν σὺν αὐταῖς· τὸ δ' ἐπικήδιον ἔπαινόν τινα τοῦ τελευτήσαντος μετὰ τινος μετρίου σχετλιασμοῦ.

Aristocli tribuenda esse omnia inde ab eius nomine certum est, nam sic solum illud τοῦμπαλιν habet, quo probetur. Praeterea Tryphonis uerba: Θρηῖνος δὲ τὸ ἐν ᾧδῷ et Aristoclis ἐπικήδιον ἔπαινόν τινα κτλ., ut iusta fiat oppositio, intelligenda esse apparet de carmine non ipsi funeris luctusque temporis adstricto sed quolibet tempore in honorem mortui composito.

Aristoclis uerba inde ab enuntiato Θρηῖνος ἄδεται παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ ad apicem congruentia leguntur inter alias similis argumenti notas apud Eustath. ad Od. p. 1673, 48. Non nouit ergo nisi eorum doctrinam, qui uerbis οἱ δὲ introducuntur ab Aristocle. Tryphonis certe sententiam plane contrariam si nouisset, uerbo saltem attigisset. Videtur Eustathius ex Herennii Philonis excerptis plenioribus quam quae nos habemus hausisse, ubi fortasse deerant Tryphonis uerba (cf. Valek. praef. ad Amm. p. XXIV) <sup>1</sup>.

Cum Tryphone in uniuersum consentit Proclus apud Phot.: διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικήδειου ὁ Θρηῖνος, ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος ἔτι τοῦ σώματος προκειμένου λέγεται, ὁ δὲ Θρηῖνος οὐ περιγράφεται χρόνῳ. Eadem autem uerba leguntur post uarias uocis Θρηῖνος etymologias (Herodiani?) in Et. M., nisi quod ibi περιγραφόμενος exaratum est. Communem igitur fontem secuntur Proclus et auctor Et. M. Quem fontem fuisse Tryphonem non credibile. Vide igitur num sit Didymus; cui Proclum, quae de lyricae poesis, generibus docet, pleraque debere compertum est.

Conuenit cum Proclo de epicedio etiam Seruio ad Verg. Ecl. V, 14 (modulans alterna): „significat cantaturum se esse

1) Eust. ad Il. A p. 796 sub Herennii nomine refert, quae Amm. s. u. αἶνος praebet.

epicedion et epitaphion. Nam epicedion est quod dicitur cadauere nondum sepulto, ut: 'Exstinctum nymphae crudeli funere Daphnin'. Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut: 'Daphnis ego in siluis hinc usque ad sidera notus' ". Sed pro eo quod est *Θρήνος* opponit malè epitaphion h. e. epigramma, non carmen (uide Hauthal. ad *ψ* Acron. apud Hor. *carm.* II, 1, 37). Ammon. in excerpt. Kulenk.: *ἐπιτάφιος ὁ ἐπάνω τοῦ τάφου λεγόμενος ἐγκωμιαστικὸς παρ' αὐτῆ τῆ ταφῆ* cum spectet non ad epigramma sed ad laudationem funebrem, Seruio non repugnat. Ceterum quod hic *ἐπιτάφιος λόγος* eodem modo definitur, quo *ἐπικήδειος* apud Tryphonem, cf. Eust. I. I.: *συγγενῶς ἔχει ὁ ἐπικήδειος λόγος τῷ μνηματίτῃ καὶ ἐπιταφίῳ*, quibus opponit *Θρήνον*. Paulo aliter rem informat Dion. Hal. *μέθοδ. ἐπιταφ.* (V p. 259 Reiske).

Nihil iuuamur scholio Hor. I. I., ubi naeniam *ψ* Acro *ἐπικηδείῳ*, Porphyrio *Θρήνῳ* comparat. Neque magis schol. Ap. Rhod. II, 782 aut schol. Dion. Thracis in Bekk. an. II p. 750 (ex Choerobosco). Omnia miscet Suidas s. u. *ἐπικήδειον*.

Certi igitur nihil ex his antiquae doctrinae ruinis nacti sumus nisi Didymi uestigia apud Proclum et Et. M. Quae paulo latius libet persequi; sunt enim aliae quoque apud Ammonium poesis generum distinctiones ad idem schema conformatae. Velut: *Γαμήλιος καὶ ἐπιθαλάμιος διαφέρει· ἐπιθαλάμιος μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ θαλάμῳ τῆς γαμουμένης γραφὴν ποίημα· ὁ δὲ γαμήλιος οὐ περιώριστα χρόνῳ*. Haec ad uerbum repetit Eust. ad Od. ε u. 432. Minus dilucide Procl. § 21: *καὶ τὰ ἐπιθαλάμια τοῖς ἄρτι θαλαμνομένοις ἅμα οἱ ἦῖθεοι καὶ αἱ παρθένοι ἐπὶ τῶν θαλάμων ἦδον·* quibus opponit *ἕμεναῖον*, a *γαμηλίῳ* non diuersum, quem *ἐν γάμοις ἔδεσθαι* dicit nec temporis angustiis circumscribit. Huc facit etiam Dion. Hal. V p. 247, quamquam de orationibus, non de carminibus loquitur: *ὁ ἐπὶ τῷ θαλάμῳ λεγόμενος λόγος εἰς καὶ αὐτὸς ὢν τῷ γαμικῷ πλὴν τῷ χρόνῳ διαφέρειν· ἐπὶ τετελεσμένοις τοῖς γάμοις λεγόμενος οὗτος κτλ.* — Apud Proclum id generis etiam exstat *ἐπινίκου* definitio, cui altera pars oppositionem continens deesse uidetur: *ὁ δὲ ἐπινίκος ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς*

νίκης τοῖς προτεροῦσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο. Oppositum erat fortasse ἐγκώμιον.

Porro non alienum uidetur de eis quoque distinctionibus carminum disserere, quae non in temporis definitione nituntur. E quibus est apud Ammon. ὕμνος ἐγκώμιον διαφέρει· ὁ μὲν γὰρ ὕμνος ἐστὶ θεῶν, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἀνθρώπων. Cf. Procl. 8: εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον, προσόδιον κτλ., εἰς δὲ ἀνθρώπους ἐγκώμια, ἐπινίκια κτλ. et infra: ἐκάλουν δὲ ὕμνους καθόλου πάντα τὰ εἰς τοὺς ὑπερέχοντας γραφόμενα (sic lege pro ὑπερέτας coll. Orion. 155, 26); quae recte intelliguntur coll. Et. M. 777, 9 s. u. ὕμνος et Orion. 155, 22, qui copiosiores sunt et laudant fontem suum: Didymum ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιητῶν. Dissentiunt igitur Ammonius et Didymus, nam ille omnino secernit ὕμνον et ἐγκώμιον (item Thom. Mag. s. u. κῶμος), hic ὕμνου notione comprehendit etiam ἐγκώμια tanquam generis species. Ceterum Didymus haec uidetur exposuisse, cum de Pindari epiniciis loqueretur: uide Eust. ad Dion. Perieg. 1181sq. ἔστι γὰρ ὅτι ὁ ὕμνος καὶ ἄλλως λέγεται καὶ οὐ μόνον ἐπὶ θεοῦ ἐπαίνου· Πίνδαρος (Ol. II, 1) γοῦν τοὺς ἑαυτοῦ ἐπινίκιους ὕμνους καλεῖ· καὶ Ἀῖσχυλος — καὶ Ἡσίοδος — Εὐριπίδης δὲ — (Sept. 7. Opp. 66. Ion. 6). — En habes prorsus similem dissensum atque apud Ammon. s. u. ἐπικῆδειος.

Praeterea non nullius pretii nobis erit Ammon. s. u. κίθαρις· κίθαρις καὶ κιθάρα διαφέρει, φησὶν Ἀριστόξενος ἐν τῷ π. ὄργάνου (lege ὄργάνων) κτλ. Aristoxeni π. ἀλῶν καὶ ὄργάνων opus apud Ath. p. 634d. 174ce. 182f. 184d laudatur atque p. 174c ex Aristocle, reliquis locis ex eodem aut e Tryphone, p. 634d e Didymo. Quid si hic quoque Aristocles uel Trypho Ammonii auctor fuerit, ut s. u. ἐπικῆδειος?

Denique usui nobis est Ammon. s. u. κόρδαξ· κόρδαξ καὶ κάρδαξ διαφέρει κτλ.· καλεῖται δὲ ἢ μὲν τραγικὴ ὄρχησις ἐμμέλεια, σίκινης δὲ ἢ σατυρικῆ, κόρδαξ δὲ ἢ κωμικῆ. Extrema ab Aristoxeno in libro π. τραγικῆς ὄρχησεως esse prolata docet Bekk. An. 101, 17; repetita autem erant ab Aristocle ἐν ἡ' περὶ χορῶν: Ath. XIV, 630 b coll. I, 20 e (uide diss. nostr. p. 96 sq.).

Iam si disputationis summam reputamus, omnia fauent statuentibus nobis Tryphonem apud Ammonium s. u. ἐπικρί-  
δειος Didymi doctrinam proferre atque huic de suo opponere Aristocleam. Sic optime explicatur, cur apud unum Eusta-  
thium Aristoclis uerba redeant, quippe qui Ammonium de-  
scripserit; nam reliquos auctores non a Tryphone sed ab ipso  
Didymo pendere consentaneum est. Ammonium uero non  
ipsum Aristoclis uerba apposuisse sed ex Tryphone accepisse  
inde manifestum est, quod etiam apud Athenaeum Trypho et  
Aristocles iuxta comparent; nam frustra circumspicimus tertium  
auctorem, cui ambos debeat et Ammonius et Athenaeus.

Sed restat diiudicanda quaestio quaedam, quam mouit  
Rohde p. 63 neque iusta ratione soluere conatus est. Ἐμ-  
βάτας comicorum uocat histrionum calceamenta Pollux § 115,  
tragicorum ἐμβάδας. Contrarium affirmant Ammonius p. 49  
Valek. —; item Suid. s. u. Αἰσχύλος. Contra item ut Pollux  
ἐμβάδας tragicis tribuit schol. ad Dionys. Thrac. in Bekk. An.  
II, 746, 18.<sup>7</sup> Rohde hic quoque Iubam Pollucis auctorem esse  
contendit. Sed quid faciamus Suida, qui in rebus scaenicis  
Iubae doctrinam e Dionysii musica historia acceptam referre  
solet putari (uide ipsum Rohdium p. 79)? Rohde Didymum  
in hac re a Iuba dissensisse sumit; sed Ammonium et Sui-  
dam Didymi esse sectatores non probauit. Immo illud si recte  
dicit, Suidam et Ammonium Iubae sententiam, Pollucem e  
Tryphone Didymeam recepisse statuendum est. Tryphonem  
sane discipulumque eius Habronem scimus in usum uocatum  
esse a scholiastis Dion. Thracis (uide M. Schmidtium Philol.  
VIII p. 247). — Reliqua, quae affert Rohde l. l., nos ita ex-  
pedimus, ut Tryphonem a Didymo dissensisse statuamus.

Unum habeo addendum contra ea, quae Rohde p. 43 argu-  
mentatur. Nam quod 'eorum quae de rhapsodis homeristis  
hilarodis magodis ex Aristocle narrat Ath. p. 620 b — 621 d,  
nihil omnino legitur apud Pollucem' quodque 'in p. 620 e.  
621 bc. 622 a b quaedam narrantur a Pollucis placitis aperte  
diuersa', minime idcirco sequitur etiam Iubae Aristoclem fuisse  
ignotum, id quod per se satis incredibile est; sed ut omnino

de his rebus egerit Iuba nec dissentire potuerit in quibusdam ab auctore suo, Pollucem certe alium sequi fontem atque in his capitibus Athenaeum fatendum est: Tryphonem dico, quem saepius ab Aristocle diuersa tradere uidemus.

---

CAPUT V.

*De libri I capitibus 24—36.*

Dioscoridis de heroum moribus dissertationem sequitur inde a p. 14 a uaria de saltationibus et saltatoribus farrago, cuius initia scite homericis illis capitibus ita inserta sunt, ut a rei musicae, qualis prisca aetate fuerit, contemplatione sensim traducamur ad posteriora tempora et artes ipsas. Diuersis autem e fontibus Homerica illa et haec sequentia, quae Homerum iam nihil curant, orta esse per se patet. Illa enim ex auctore sunt petita, qui omnem heroum uitam describendam sibi sumpserat, haec ex libro de saltatione similibusque artibus conscripto. Atque tractatur I. σφαιριστική, II. ὄρχησις ἀνευ σφαιρας, III. πλάνοι et θανματοποιοί, IV. rursus saltationes usque ad p. 22 c.

Quibus in capitibus fontium uestigia rara atque obscura sunt. Pag. 15 d qui intercalatur de τρόπων ὑπορχηματικῶν excursus, peripateticam sapit doctrinam; hyporchema quod dicitur floruisse ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου, conuenit Plut. π. μουσ. 9<sup>b</sup> W., qui ex Heraclide Pontico totus ibi pendet.

Pag. 20 c τὸν ἐφ' ἡμῶν φιλόσοφον ὄρχηστὴν Μέμφιν ἐξάλεσαν. Ad hunc locum Schweigh. affert Capitol. uit. Veri imp. cap. 8: 'habuit et Agrippam histrionem, cui cognomen erat Memphi, quem e Syria uelut trophaeum parthicum adduxerat'. Ergo ἐφ' ἡμῶν est circa Veri tempora. Bellum autem parthicum gerebatur intra annos 162—165; Verus † 169. Athenaeus autem scripsit c. 200 aut prius (uide Rudolphi de Aeliani fontibus dissert. Lips. 1884 = Stud. Lips. uol. VII p. 5 sqq.). Negari igitur nequit potuisse ipsum sophistam adolescentem

Agrippae illius artem spectare; quod si uerum est, istud ἐφ' ἡμῶν Athenaeo ipsi abiudicare non ausim. Ceterum quod τὴν πενθαγόρειον φιλοσοφίαν ostendisse dicitur saltatione sua Memphis ille, cf. quae infra p. 20 f de Socrate leguntur: hunc quoque talem (h. e. φιλόσοφον) ὄρχησιν adamasse; et memento eorum quae diss. nostr. p. 106 diximus.

Iuba laudatur p. 15 a de quodam ludi pilarii genere: ἐκαλειτο δὲ φαινίδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων ἢ ὅτι ἐφρετῆς αὐτῆς, ὡς φησιν Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος, Φαινέσιος ὁ παιδοτριβῆς· καὶ Ἀντισάνης· φαινίδα παίζω νῆστις (sic Cobet pro ἡεῖς) ἐν Φαινεστίου (cf. paulo supra similem observationem de folliculo). Veriloquium ab inuentoris nomine petitum etiam Pollux exhibet sed nominis forma differt: IX, 105 φαινίδα εἴρηται ἢ ἀπὸ Φαινίδου τοῦ πρώτως ἐφρόντος ἢ ἀπὸ τοῦ φρενακίζειν κτλ. — Athenaei duplex explicatio ad uerbum fere expressa redit inter alias apud Et. M. s. u. Φέννης p. 790: παιδιὰ — ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων ἢ ἀπὸ τοῦ φρενακίζειν (= Poll.) ἢ ἀπὸ Φαινεστίου τοῦ ἐφρευρόντος αὐτῆς. — Eust. ad Od. 9 u. 372 ante Athenaei uerba ex integra, qua nos caremus, epitoma excerpta pilariae artis genera quattuor describit ita, ut fere omnibus numeris congruat cum Polluce atque etiam in ipso enumerationis ordine cum Schol. Plat. Theaet. 146 a. Atticistae igitur communis sunt fons horum auctorum. Quid quod illud ἀπὸ τοῦ φρενακίζειν ueriloquium (apud Poll. et Et. M. et Hesych. u. ἐφρετίνδα) Eustathius τοῖς παλαιοῖς tribuit uituperans. Τοὺς παλαιοὺς idem laudat ad Od. ζ p. 251, 20, ubi: ἐφρετίνδα λέγεται, inquit, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅταν ἄλλω προδείξαντες τὴν σφαιραν ἄλλω ἐφῶσιν; neque igitur mirum quod congruit Phot. s. u. ἐφρετίνδα: uterque Atticistas sequitur. Dein pergit Eust.: ἵ, δ' αὐτὴ καὶ φέννης ἐλέγετο κτλ.; quae eisdem fere uerbis sed breuiora redeunt apud Phot. s. u. φέννης. Parcus etiam hanc uocem explicat Et. M. ex Orione, qui Helladium sequitur: φέννης· παιδιὰ διὰ σφαιρας. Naber ad Phot. l. l. Atticistas e Pamphilo putat hausisse. Ego de Pamphilo nihil spondeo sed malo de Didymo cogitare, praesertim propter Hesychium. Certe illa de φρενα-



*κίξειν* etymologia cum apud Pollucem quoque exstet, quem Atticistas expilasse neque notum neque probabile est, antiquiori grammatico tribuenda est, Tryphoni dico uel Didymo <sup>1)</sup>). Implicite inest eadem in Athenaei uerbis, nam ad illud ἀπὸ τῆς ἀφέσεως intellegendum est *φρανακικῆς*. — Utut uero est, artior inter Athenaeum et Pollucem necessitudo et ex communi inuentoris mentione et inde apparet, quod uterque cum ἀρπάζειν uel ἀρπαστόν uoce coniungit illud *φαινίνδα*. Simul artius cohaerent Ath. et Et. M. Quare Didymi uestigia hic apud Athenaeum cernere mihi uideor.

Haec quae de ludis pilariis narrantur, putares hausta esse ex opere aliquo *περὶ παιδιᾶς* inscripto, quale Suetonius con-diderat. Sed obstat quod *σφαιριστική* ars hic quasi pars orchesticae tractatur, ut ab illis capitibus, quibus de saltatione agitur, separari haec nequeant. Vide inprimis cap. 25 init., cap. 27 init.

Mimi *πλάνοι θαυματοποιοί* quo ex fonte recenseantur, diiudicandum est collatis libri XIV capp. 2—6, ubi rursus *γελωτοποιοί πλάνοι* alii id genus artifices enumerantur et redeunt complura, quae in l. I commemorata erant. Hanc materiam cum musicis capitibus non casu coniunctam esse inde concludas, quod et utroque loco illis adhaeret <sup>2)</sup> et maxime ad scaenicam actionem spectat. Similia sunt quae XIV cap. 13 sqq. exponuntur de *ίλαρωδοῖς, δεικελισταῖς, αὐτοκαβδάλοις*. Cum eis, quae p. 19 fsq. ex Aristoxeno laudantur de Eudico Stratonē Oenona, compara XIV p. 638 b: *Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὡσπερ τῶν ἑξαμέτρων τινὲς ἐπὶ τὸ γελῶτον παρωδίας εὔρον, οὕτω καὶ τῆς κίθαρωδίας πρῶτος Οἰνώπας* (nomen alterutro loco corruptum) et uide nostr. diss. capituli III finem. Neque uidentur haec spectacula defuisse e. g. in Rufi musica historia; in qua agebatur *περὶ τε ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων*.

1) Didymum compilatum hic esse a Polluce etiam Freyer statuit Stud. Lips. V p. 358.

2) I, 34 ducit agmen *σφαιριστῆς*!

Ceterum multa, quae hic narrantur (eorum maxime, quae exstant in l. XIV), alienae originis sunt neque ex musico auctore petita sed ex Hegesandro similibusue uariorum scriptoribus. Hegesandri testimonium etiam p. 621 a musicae disputationi infertum est <sup>1)</sup>.

Extremis p. 20 a uerbis indicantur *πλάνοι*, de quibus in l. XIV plura docentur.

p. 614 d *Ἰππόλυτος ὁ Μακεδὼν ἐν τῇ πρὸς Λυγκέα ἐπιστολῇ*: haec tota prostat libri IV initio; ubi p. 130 c eadem leguntur.

Ib. *ἐν γοῦν τῷ Διομέων — πέμπωσιν αὐτῶ*: eadem Hegesandro teste VI, 260 b breuiora. Ceterum *Λημοσθένης ὁ δῆτωρ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς* errore dictum uidetur pro *Θεόπομπος ἐν τ. Φ.*, quippe qui p. 260 laudetur.

p. 614 e *Δημήτριος ὁ πολιορκητής*: eadem p. 261 b, ubi tamen alia narratio sequitur; 246 d. 253 a.

p. 615 a *Σύλλας — προείρηται*: VI, 261 c ex Nicolao.

## CAPUT VI.

### *De libri XV capitibus musicis.*

De scoliis commentatio orditur a libri XV p. 694 f. Laudatur de his *Ἀρτέμων ὁ Κασανδρεὺς ἐν β' βιβλίων χρήσεως*. Qui scripsit non ita paulo post annum 100 circiter a. Chr. (Ath. XII, 515 d. Suet. gramm. 7), fortasse ante annum c. 80, fortasse ante Iubam Mauretanum: uide Muellerum FHG IV, 340.

Artemonis uerba inde a *τριῶν γενῶν ὄντων, ἐν οἷς κτλ.* usque ad *σκόλιον ἐκλήθη* congruunt cum Dicaearchi sententia apud Schol. Plat. Gorg. 451 E tradita: *σκόλιον λέγεται ἢ παρ-οίνιος ᾧδή, ὡς μὲν Δικαίταρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾧδῶν, τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ἀδόμενον, (τὸ δὲ)*

<sup>1)</sup> I p. 19 c Hegesandrum hausisse ex Aristodemi *γελοίοις ἀπομνημονείμασι* cognosces coll. p. 244 f et 338 a. 345 d. 585 a. 246 d.

καθ' ἓνα ἐξῆς, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετιωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει· ὁ δὲ καλεῖσθαι σκόλιον. Dicaearchi igitur sententiam Artemo refert. Pergit schol.: ὡς δὲ Ἀριστόξενος καὶ Φίλλης ὁ μουσικός, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλῖνας τιθέντες παρὰ μέρος ἐξῆς μυρρίνας ἔχοντες ἢ δάφνας ᾗδον γνώμας καὶ ἐρωτικά σύντομα· ἡ δὲ περίοδος σχολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν κλιῶν [ἐπὶ οἰκημάτων πολυγώνων οὐσῶν καὶ τοῦτω καὶ τὰς ἐπ' αὐτὰς κατακλίσεις παραβύτους γενέσθαι]¹). — Οὐ διὰ μελοποιίαν οὖν, διὰ δὲ τὴν τῆς μυρρίνης σχολιὰν διάδοσιν, ταύτη καὶ τὰς ῥῥὰς σχολιὰς καλεῖσθαι. Ex his apud Ath. redeunt illa: σκόλια δὲ καλοῦνται οὐ κατὰ τὸν τῆς μελοποιίας τρόπον ὅτι σχολιὸς ἦν· λέγουσι γὰρ τὰ ἐν ταῖς ἀνειμένας εἶναι σκόλια. Deest Aristoxeni sententia.

Varias scolii uocis etymologias dederat Didymus secundum Et. M. 718, 35: διαφόρους ἐτυμολογίας φησὶν Δίδυμος ἐν γ' τῶν Συμποσιακῶν. Ex his num sit una illa, quae interposito Ori nomine addita est: ἀπὸ τοῦ μεθύουσι καὶ σχολίως ἔχουσι τὰ αἰσθητήρια ἄδουσαι, dubium potest uideri; certe tale quid aliunde attulisse, non ipse inuenisse putandus est Didymus. Exspectamus autem Dicaearchi et Aristoxeni placita illi non esse praetermissa. Quaeramus igitur, numquid e Didymi copiis seruatum sit apud schol. Aristophanis.

Schol. Ar. Nub. 1367 Df: — Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγῶνων· ἔτι δὲ κοινόν τι πάθος φαίνεται συναζολουθεῖν τοῖς διερχομένοις εἴτε μετὰ μέλους εἴτε ἄνευ μέλους, ἔχοντάς τι ἐν τῇ χειρὶ ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν· οἱ τε γὰρ ἄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινος παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ἄδουσιν'. Videmus Dicaearchum alio libri περὶ μουσ. ἀγῶνων loco rem paulo aliter enarrasse; neque tamen ullo modo pugnat secum.

Schol. Vesp. 1231: — οἱ δὲ φασιν ὡς ἔθος ἦν τὸν μὴ δυνάμενον ἐν τοῖς συμποσίοις ἄσαι, δάφνης κλῶνα ἢ μυρρίνης λαβόντα πρὸς τοῦτον ἄδειν. ἔνιοι δὲ φασιν ὡς ἐκ τοῦ ἐναν-

1) Desunt haec apud Suidam; uncis seclusi ut interpretamentum alienum ineptumque.

τίον προσηγορεύθησαν σκόλια τὰ παροιμία μέλη· ἀπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἐχρήν εἶναι καὶ εὐκόλα ὡς παρὰ πότον ἀδόμενα. οὐκ εὖ δὲ τοῦτο· τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοῦμπάλιν· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐξῆς ἢ λύρα τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο ἀλλ' ἐναλλάξ, διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν σκόλια ἐλέγετο. — Habes secundo loco posita uerba Dicaearchi illis apud Schol. Nub. simillima; ceterum ante ἄσαι excidisse uerba πρὸς κιθάραν manifestum est; uide Hesych. s. u. *μυροίνης κλάδος* 1). Ipsius Didymi uocem agnoscis in uerbis οὐκ εὖ δὲ τοῦτο, quibus solet ille uti aliena impugnans. Quae claudit agmen explicatio, eam Didymus ipse uidetur tueri; discernenda autem est ab illa, quam Dicaearchus apud schol. Plat. (= Ath.) dat; nam ἐναλλάξ et ὡς ἔτυχεν prorsus diuersa significant: illud enim certum ordinem, hoc nullum.

Didymo etiam Hesychium sua debere nostro iure suspicamur. Qui praebet: σκόλιον ἢ παροιμία ὠδή, οὐ διὰ τὴν μελοποιίαν· ἀλλ' ὅτι οὐχ ἅπαντες ἤδον αὐτὰ ἀλλὰ μόνον οἱ σινετοί. Posteriora non ipsius Didymi sed Dicaearchi sententiam continent; priora autem reiciunt omnes etymologias a musica carminis indole petitas, ita ut complectantur damnatione eam quoque, quam Didymus apud schol. Vesp. singulariter refutat, explicationem ἐκ τοῦ ἐναντίου· ἀπλᾶ γὰρ καὶ εὐκόλα —: cf. Ath.

E Didymo pleraque quae de poesis generibus disputat, hausisse Proclum constat. Qui haec profert: τὸ δὲ σκόλιον μέλος — ἀνεμῆνον ἐστὶ τῇ κατασκευῇ καὶ ἀπλούστατον μάλιστα· σκόλιον δὲ εἴρηται οὐχ ὡς ἐνίοις ἔδοξε κατὰ ἀντίφρασιν (τὰ γὰρ κατὰ ἀντίφρασιν ὡς ἐπίπαν τοῦ εὐφημισμού στοχάζεται, οὐκ εἰς κακοφημίαν μεταβάλλει τὸ εὐφημον). ἀλλὰ διὰ τὸ προκατελιγμένων ἤδη τῶν αἰσθητηρίων καὶ παρεμμένων οἴνω τῶν ἀχροατῶν τηρικαῦτα εἰσφέρεισθαι τὸ βάρβιτον εἰς τὰ συμπόσια καὶ διονυσιάζοντα ἕκαστον ἀκροσφαλῶς συγ-

1) Verba scholiastae simul cum isto errore recepere Hes. s. u. *ἄδειν* πρὸς *μυροίνην*, Zenob. I, 19, App. Prou. I, 5.

κόπτεσθαι περὶ τὴν προφορὰν τῆς ᾠδῆς· ὅπερ οὖν ἔπασχον αὐτοὶ διὰ τὴν μέθην, τοῦτο τρέψαντες εἰς τὸ μέλος σκόλιον ἐκάλουν τὸ ἀπλούστατον. — Primo loco quae describitur μελοποιίας indoles, conuenit cum eis, quae apud schol. Vesp. et Athenaeum leguntur. Nominis autem deriuatio inde petita statim refutatur eadem causa allata atque in schol. Vesp., ut Didymus quin hic quoque lateat, dubitioni exemptum sit. Iam uero commendatur illa explicatio, quam inuenimus apud Et. M.; quae uidetur inter alias a Didymo apposita sed non, opinor, probata esse.

Eam, cui Didymus aduersatur, sententiam — scolli nomen deriuandum esse a μελοποιίας indole siue, quod uere σκολιά sit, siue ἐκ τοῦ ἐναντίου h. e. eodem modo, quo lucum a non lucendo deriuant — praeter eos, qui apud schol. Vesp. audiunt ἐνιοι, et eos, de quibus Athenaeus loquitur, tuentur schol. Plat. alterum (Oxonienſe), Suidas, Eustathius. Suidas autem sua ex fonte aliquo hausit, qui coniuncta exhibebat utriusque scholli Platonici argumenta sed uerbis modo pluribus modo parciorebus prolata.

Propria quaestione eget Plutarchi locus Q. Symp. I sub finem: — τὰ σκολιά φασιν οὐ γένος ἁσμάτων εἶναι πεποιημένων ἀσαφῶς, ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν ἦδον ᾠδὴν τοῦ θεοῦ κοινῶς ἅπαντες μιᾷ φωνῇ παιανίζοντες, δεύτερον δ' ἐφεξῆς ἐκάστῳ μυρσίνης παραδιδομένης, ἣν αἴσακον, οἶμαι διὰ τὸ ἄδειν τὸν δεξιόμενον, ἐκάλουν· ἐπὶ δὲ τοῦτο λύρας περιφερομένης ὁ μὲν πεπαιδευμένος ἐλάμβανε καὶ ἦδεν ἀρμοζόμενος, τῶν δ' ἀμούσων οὐ προσιεμένων σκόλιον ὠνομάσθη τὸ μὴ κοινὸν αὐτοῦ μηδὲ ῥάδιον. Ἄλλοι δὲ φασὶ τὴν μυρσίνην οὐ καθεξῆς βαδίζειν ἀλλὰ καθ' ἕναστος ἀπὸ κλίνης ἐπὶ κλίνην διαφέρεισθαι· τὸν γὰρ πρῶτον ἔσαντα τῷ πρώτῳ τῆς δευτέρας κλίνης ἀποστέλλειν, ἐκείνον δὲ τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης, εἶτα τὸν δεύτερον ὁμοίως τῷ δευτέρῳ· καὶ τὸ ποικίλον καὶ πολυκαμπῆς ὡς ἔοικε τῆς περιόδου σκόλιον ὠνομάσθη.

Initio uides reici illam ἀπὸ μελοποιίας explicationem. Sequitur Dicaearchi doctrina clarius largiusque quam alibi exposita; atque σκολίων nomen ab illo eis solum carminibus dari

cognoscimus, quibus cithara succinat. Denique de secundo cantuum conuiuialium genere accuratiora quaedam traduntur; quae simillima sunt Aristoxeni uerbis apud schol. Plat. prolatis — nam quod hic οὐ καθ' ἑξῆς ἀλλὰ καθ' ἕνασπον, illie παρὰ μέρος ἑξῆς legitur, non re sed sola locutione differt. Nec minus pungit oculos consensus, qui intercedit inter illa Plutarchi et extrema Schol. Vesp. uerba; nisi quod his de lyra, apud illum de myrrhina sermo fit; optime autem conuenit illud ἐναλλάξ cum Plutarchi ἀπὸ κλίνης ἐπὶ κλίνην, nam ἐναλλάξ uocabulo certus quidam ordo significatur, non ἀταξία (Ath.). Unde apparet errore factum esse, ut apud schol. Vesp. de lyra diceretur, quod de myrrhina erat praedicandum. Nempe ad lyram cum non omnes sed periti solum canerent, certus ordo non poterat teneri. Aristoxeni igitur doctrina latet etiam in schol. Vesp. sed corrupta nec intellecta.

Pollucis loco VI, 108 quid faciamus, non liquet; ceterum cf. quae diss. nostr. p. 111 de ῥόδός poculo diximus. — De schol. Luc. pro lapsu 10 uide Muellerum (FHG) ad Dicae. fr. 43. Photius ad uerbum congruit cum Dicaearchi et Aristoxeni sententiis apud Suidam traditis; quas scholiastae Platonis et Photio e lexico Platónico (Boethi) affluxisse probabile est (cf. Nab. ad Phot. s. u. σόλιον<sup>1</sup>).

Omnes quas recensuimus scolii explicationes a Didymo uidentur appositae fuisse, nam comparent apud eius sectatores; qui, cum alius aliam retinuerit, consentiunt in damnanda illa etymologia a musica carminis indole petita. Atque etiam Plutarchum a Didymo pendere inde praesidium acquirit nouum, quod αἴσακος ille redit apud Hesychium: ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνου τοὺς θεούς. Athenaeus autem cum et eos uituperet, qui διὰ μελοποιίαν σόλιον uocatum istud carminum genus putent, et afferat Dicaearchi sententiam, prorsus congruit cum Hesych. s. u. σόλιον; iam Artemonem inter Didymi auctores deprehendimus apud Ath. XIV, 636 e, nisi nos una cum Rohdio fefellit coniectura diss. nostr. p. 131 prolata.

1) Pausaniam laudat de scoliiis Eust. ad Il. B' u. 711.

Quid igitur? Dicaearchi sententiam nonne Didymus Artemoni, Athenaeus Didymo debere iudicandus est? Fortasse non casu accidit, quod etiam p. 636 (b) Dicaearchi testimonium praecedat.

Post pretiosa illa de scoliis capita orditur quaestio, Aristotelis in Hermiam carmen paeantumne sit an scolorum generi attribuendum. Atque enumerantur *παιᾶνες* multi, qui cum habeant τὸ *παιανικὸν ἐπίγραμμα*, pro certo huic poesis generi uindicantur. Dein a seriis carminibus ad lasciuiora transitus fit iocosus. Iam resuscitatur quaestio supra p. 669 et 671 indicata: quid sit ὁ *συρβηρέων χορός*? Responsum datur Clearchi uerbis p. 697 f (inde a *λείπεται* uoce usque ad *θεατής*). Qui uero subsequitur Matronis parodi locus, quo modo cum antecedentibus cohaereat, omnino non uideo. Quare falso arbitror Schweighaeuserum dicere: 'Matronis locus Clearchi, non Cynulci est' (C. is est qui loquitur deipnosophista). Est autem hoc alicuius momenti ad fontium analysin recte instituendam; nam sequitur disputatio de parodiarum scriptoribus nullo alio uinculo adnexa nisi illo Matronis parodi testimonio; quod ex eodem libro desumptum puto, ex quo parodorum enarratio fluxit, non igitur ex Clearcho, nam de parodis laudatur Polemo. Maxime certe mirum esset propter parodi alicuius mentionem fortuito factam in Clearchi uerbis statim doctam de parodis dissertationem adici; quod minime mirum, si ex eodem haec excerpta est libro, cui debentur, quae de colabris aliisque leuioribus poesis generibus narrantur supra. Hic memineris quaeso etiam in libro XIV p. 638 sq. de parodiis et de cantibus lasciuis iuxta sermonem fieri; ibidem Clearchus testis. Non temere igitur hic de eodem atque illic fonte cogitabimus.

Interposita de lampadum nominibus commentatione, quam ex onomastico desumptam esse patet, redit sermo ad illud ἡ *παιῶν ἐπίγραμμα*, de quo Clearchi sententiae opponuntur Heraclidis commenta; quae cum reiciantur prae illa, si etiam refutationem hanc Clearcho tribuimus, non nimis **audaces** uidebimur. Denique Ariphronis εἰς Ἑγλίαν *παιᾶν* commemoratur, post quem finitur liber in extremis lacunosus et gra-

uiter corruptus. Hanc alteram de paeane commentationem cum priore illa olim coniunctam fuisse atque utramque ex uno libro apud Athenaeum excerptam esse per se probabile est. Ac Val. Rose (Arist. pseudep. p. 598) Didymum putat de paeanibus deque Aristotelis in Hermiam carmine egisse in libro *περὶ ποιητῶν* inscripto neque aliunde sua petiuisse Athenaeum. Cui coniecturae fauet, quod in scolorum illa definitione Didymi uestigia detegere nobis contigit. Neque qui cum Nabero 'quidquid superest e Polemone, Didymo deberi' persuasum habent (praef. ad Phot. p. 12)<sup>1)</sup>, ea quoque, quae de parodis discimus, Chalcentero uindicare dubitabunt. Didymus autem usurpauit fortasse inter alios Semi Delii *περὶ παιάνων* librum (cf. diss. nostr. p. 120 sq.). Ceterum Didymum ipsum ab Athenaeo inspectum esse non credo<sup>2)</sup> neque quae de scoliis, paeanibus, carminibus Locricis, parodiis profert, ab ipso e diuersis fontibus congesta esse mihi persuadebo. Immo haec omnia iuxta inuenisse putandus est in libro aliquo musico, qualem expilauit etiam, cum libri XIV capita musica Didymea et Aristoclea doctrina repletet.

---

## CAPUT VII.

### *De fontibus primariis.*

Peracto itinere si iam redimus nobiscum in memoriam, hae uidentur distinguendae in Athenaei de rebus musicis commentationibus partes:

---

1) Cf. M. Schmidt. praef. Did.

2) Negat idem Rohde p. 18. Ex auctore quodam symposiaco Didymi ecloga illa IV, 139c — 140d (de gentium conuiuuiis) petita est. Herodianum sapit Didymi uituperatio XI, 486d. *Δίδυμος καὶ Πάμφιλος* XI, 487c. Cum Apione et Diodoro, qui XIV, 642e ex Pamphilo citantur, Didymus laudatur p. 501e. XV, 689b interpretatur Achaei uersum (formula *μήποτε λέγει* usus, ut 70c) in commentatione illa *περὶ μῦθων (καὶ στεφάνων)*, quam uniuersam procul dubio uni auctori Athenaeus debet, nescio an Pamphilo. Lexici sunt reliqui loci: 368b. 371f. 392f. 468d. 481f. 56d. 70c.



- I. Tryphoniana: IV cap. 75—83. XIV, 10. 11. 26 med.—27.
- II. Protreptica: IV, 84. XIV, 18—28 med. 31—33.
- III. Aristoclea: I, 37—40. XIV, 12—17. 28—30. 42—43. his cognata: XV, 53—56.
- IV. Didymea: XIV, 9. 34—41. XV, 49—52. 62—63.
- V. Mimi, scurrae etc.: I, 34—35. XIV, 2—6.
- VI. *σφαιριστική*: I, 25—26. Iuba. Didymus?

Saepius nobis orta aucta confirmata est suspicio haec capita pleraque iam ante Athenaeum coniuncta exstitisse in opere quodam musico ampliore. Etenim ut Tryphoniana reponamus, Didymea semper cum secunda et tertia quam statuimus serie sic inuenimus conexas, ut de communi origine uix queat dubitari<sup>1)</sup>. Idem ualet de serie quinta<sup>2)</sup>. Accedit quod talis auctoris, qui intercedat inter Athenaeum et Aristoxenum Aristoclem Didymum, in unaquaque serie inuenimus uestigia (exceptis Tryphonianis capitibus): uide diss. nostr. p. 96 sq. (Bathyllus, Seleucus), p. 101 sq. (*διονυσιακὴ πυρρίχη*), p. 105 (Caesius Bassus), p. 106 sq. (Pythagoras. cf. p. 139 sq.).

Quae uestigia si unius eiusdemque sunt scriptoris musici, uixit is post Bathyllum ac Caesium Bassum pioque animo coluit Pythagoram. Talem uero se praebet ultro quaerentibus **Dionysius Halicarnassensis**: uide Rossb. et Westph. I, 2 § 4 sqq. p. 75. 84. Iam compara cum Athenaei capitum musicorum argumentis indicem epitomae Rufianae apud Phot. cod. 161: nonne mirum foret, si aliunde sua petuisset Athenaeus? Porro memineris eorum, quae de Suida Dionysio Menaechmo diximus p. 134. Atque cum eis, quae Ath. I p. 20 d de Pylade saltatore narrat (uide diss. nostr. p. 97 cum nota) cf. Suidam s. u. *Πυλάδης*: *Κίλιξ ἀπὸ κόμης Μηστραῶν, ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἣτις καὶ ὑπ' αὐτοῦ εὐρέθη ἀπὸ τῆς κωμικῆς ὀρχήσεως, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣτις ἐμμέλεια* (extrema sunt mutila): facile opinor concedes haec non ex pleno Athenaei libro sed ex ipsa *μουσικῇ ἱστορίᾳ*

1) Vide diss. nostr. p. 116. 134. 141. 147. 148.

2) Vide diss. nostr. p. 141.

esse sublecta. Idem s. u. *Σωτάδης* ea, quae Ath. XIV p. 620 e de poetis cinaedicis refert, ex eodem fonte exhibet pleniora.

Tryphoniana Dionysio tribuere non ausim. Pamphilo Athenaeum debere, quaecunque 'de organis musicis eodem atque Hesychius modo tradit', M. Schmidt censet Q. Hes. p. LXXI sqq. Contra quae recte Rohde (p. 53 not. 2) Weberum secutus de Pamphilo ex Hesychio nihil posse concludi statuit. Debat Didymum ponere Schmidt pro Pamphilo. Trypho autem praeter Didymum etiam Iubae copias ipsas adiit: nam nonnulla instrumenta, de quibus e Iuba refertur, non commemorantur ab Hesychio (*μόναυλος* p. 175 e, *ψαλτήριον* et *ἐπιγόνειον* p. 183 e)<sup>1)</sup>. Nec scio an ea quoque Iubae testimonia, quibuscum consentit Hesychius, ex ipso Iuba hauserit Trypho; nam uerbis satis utique discrepant Athenaeus et Hesychius (*τρίγωνον* p. 175 d, *λυροφοίνιξ* ib. et 183 e, *ἔλυμοι* 176, *φώτιγξ* 175 e, *σκηταλία* 177 a). Certe e Didymo sunt desumpta Ameriae et Artemidori testimonia, id quod apparet coll. Hesych. s. u. *τιτύρινος* (cf. Rohd. p. 34). Contra cum p. 175 e *μόναυλος* et *φώτιγξ* simul e Iuba laudentur, apud Hes. non nisi *φώτιγξ* comparet.

Per Hesychium igitur licet mittere Pamphilum, neque omnino illo egemus. Sed ne potest quidem Pamphilus Athenaei fuisse fons in organis musicis aut saltationibus describendis. Nam Pamphili lexicon ita fuisse institutum probauit Weber, ut in singulis capitibus *περὶ σταθμῶν*, *περὶ ἐκπωμάτων*, similiter inscriptis uoces *κατὰ στοιχεῖον* decurrerent. Iam in aliis sane Athenaei partibus, quas e Pamphilo haustas esse tantum non certum est (uelut capita *περὶ μύρων καὶ στεφάνων*, *περὶ δευτέρων τραπεζῶν*), ordo qui dicitur alphabeticus prorsus deletus ac subuersus est itemque turbatus in capite illo *περὶ ἐκπωμάτων* inscribendo. Sed uidimus Athenaeum et Pollucem in recensendis cantilenarum generibus ex parte eodem uti enumerationis ordine eoque non alphabetico; idem accidit

1) Hesychius autem uniuersum recepit Didymum: cf. Rohd. p. 8 sub finem.

in saltationum et in instrumentorum enumeratione (uide Rohd. p. 24. 29 not. 2. 30). Hoc nullo pacto explicari potest, si Pamphilum ab Athenaeo hic excerptum esse statuimus; si Tryphonem, facillime 1).

Cogitet quispiam de Pamphili prato, quod recte mea sententia ab opere *περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν* inscripto discernunt Meier Bernhardy Weber, ab Athenaeo usurpato. Sed quamuis probabilis sit haec coniectura, persuadendi uim non habet.

Denique pauca dicenda sunt de tertio quodam auctore, qui nuperrime primarius Athenaei fons declaratus est. Etenim Felix Rudolph in diss. 'de fontibus quibus Aelianus in uar. hist. componenda usus sit' inscripta (Stud. Lips. VII 1884) p. 109: 'Tandem, inquit, uerus Athenaei et genuinus fons detectus est: sunt *δειπνοσοφισταί*, si summam spectas, excerpta lexicī Fauoriniani in formam sermonum conuiuialium redacta'. Hic primum statuendum est 'lexicon Fauorinianum' Rudolphi esse commentum idque fallacissimis niti artificiiis argumentationis. Sed largiamur Rudolpho fuisse tale lexicon: quid iam de Athenaeo sequitur? Sola 'argumenti aequalitate', quae inter Athenaeum et Fauorinum intercedat, nihil probatur. At Aelianus, qui ex Fauorino pendet fere totus, interdum 'fontis communitate cum Athenaeo coniunctus est'. Videamus locos a Rudolpho collatos.

Ath. XII, 518f—519b et Ael. V. H. XII, 15 de hominibus aetate prouectis sermo est, qui cum puerulis ludere soliti sint. Una ex his narrationibus utrique communis est, de Archyta illa Tarentino. Hanc uero Aelianus, qui non modo alibi passim Athenaeum describit sed etiam in ipso libro XII ex *deipnos.* libro XII p. 541bc hausit (uide Rud. p. 14), cur non debeat Naucraticae, non uideo, praesertim cum ad uerbum fere congruant.

Ath. I p. 10a. 28e. 31b. 32b—e uina uaria recenset, item Ael. V. H. XII, 31. De communi fonte dubitari nequit. Sed

1) Praeterea uide diss. nostr. append. III.

ipse Rudolphus aliam Fauorini commentationem Aelianum, aliam Athenaeum compilasse ponit propter discrimina haud leuia. Iam cum mihi non ueri sit simile bis in Fauorini lexico uina esse tractata, et s. u. *οἶνος* et s. u. *τρυγή*, malo equidem de communi non Aeliani et Athenaei sed Athenaei et Fauorini fonte cogitare (uelut Pamphilo), ut Fauorinus non nisi s. u. *τρυγή* de uinis egerit.

Nihil igitur Aeliani comparatione demonstratur de Fauorino Athenaei fonte. Sed sunt in Athenaeo, quae cum Fauorini fragmentis apud alios scriptores seruatim concinant.

Ath. I (9e et) 24f utitur uersu ex Od. 9 120 et 121 conflato. Eodem Aristotelem usum esse tradit Fauorinus apud Diog. La. V, 9. Inde Fauorinum ab Athenaeo usurpatum esse tum demum poterit concludi, ubi Aristotelem primum constabit illos uersus contaminasse, id quod cuius in promptu erat. Quidni Athenaeus aut suo Marte aut ex consuetudine uulgari sic uersus contraxerit?

Quae Stephanus Byz. s. u. *Βησαλία* narrat additis uerbis *ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Φαβωρίνος*, Athenaeus ex Theopompo refert IV, 401a. Iam quod antecedunt apud Athenaeum quaedam de Chelidoniis *λαγύοις*, apud Steph. autem s. u. *Χελιδόνιοι* prorsus alia sub Fauorini nomine leguntur, num inde uel umbra argumenti peti debebat, quo Athenaeum a Fauorino pendere demonstraretur?

Ath. XI capp. 112—120 propter Gell. XIV, 3 cum probabilitate Fauorino a Rudolpho tribuuntur. Reliqua eius argumenta nihil ualent, utpote per quae liceat Aristotelem communem Athenaei et Fauorini de dialogi inuentione auctorem ponere. Sed hoc teneo: non e 'lexico Fauoriniano' haec descripsisse Athenaeum, sed ex ipsis *ἀπομνημονεύμασι*, quae laudat Diog. La. III, 48 de eadem re. Idem ualet de Ath. VIII, 354e coll. Diog. La. VIII, 477 et Galen. π. *ἀριστ. διδασκ.* p. 131, 26: nam hic quoque ex philosophico quodam Fauorini scripto hausisse Athenaeum consentaneum est.

Iam uenimus ad eam quaestionem, quae nobis grauissima est: Athenaei capita musica num Fauorinum sapiant? Duo

tantum sunt loci, e quibus pendet iudicium. Alter est Ath. XIV p. 620 a, ubi de rhapsodis agitur: — *τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαρμὸς ἐρραψώδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ξαψωδός, ὡς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ.* Confert Rudolphus Diog. VIII, 63 (de Empedocle): *Αὐτοῖς δὲ τοῦτους τοὺς καθαρμὸς ἐν Ὀλυμπία διαρραψωδῆσαι λέγεται Κλεομένης τὸν ξαψωδόν, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν.* Nos supra p. 99 Athenaei caput Aristocli tribuimus, nec nunc habeo, cur contra dicam. Quid? Dicaearchi Olympiacum adisse eum, qui de rhapsodis scriberet, nonne multo probabilius quam qui de Empedocle? At sumpsit sua Athenaeus e Fauorini lexico s. u. *ξαψωδοί.* Sed ista ratione omnia in capax illud lexicon poteris infercire. Et ne sic quidem intellegitur, cur adierit Fauorinus Dicaearchum; nam *ἀπομνημονεύματα* ante omnigenam historiam (h. e. lexicon illud) scripsisse eum Rudolphus probauit. Quare et Dicaearchum et Fauorinum eandem sequi traditionem antiquam statuo. Confirmatur haec sententia altero de eodem Empedocle testimonio Athenaeo et Fauorino communi, quo bouem immolasse aromaticis repletam uictor Olympiaci certaminis ille dicitur: Ath. I p. 3 e; Diog. VIII, 53 *ἐγὼ δ' εὔρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φαβωρίνου κτλ.* Hanc narrationem propter sententiarum apud Athenaeum conexum ad omnigenae historiae uocem *ἐστίασις* reuocat Rudolphus. Ego uero arbitror aut de Fauorini *ὑπομνήμασιν* ab Athenaeo usurpatis aut de communi quodam utriusque fonte (Empedoclis uita?) cogitandum esse; neque quidquam Fauorino tribuo nisi quae de Empedocle narrantur.

Alter locus est Ath. XV, 696 a, ubi disputatur de Aristotelis carmine in Hermiam, utrum sit paean necne. Confert Rudolphus Diog. La. V, 5: *Ἀριστοτέλης — ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱερογράφου δίκην ἀσεβείας γραψαμένον ἢ Δημοφίλου, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν ἐποίησεν· ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον.* — Ibidem paulo infra: *τοῦτον (Ἀριστοτέλη) πρῶτον Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λόγον δικανικὸν ἐπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι φησὶν*


ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῆ δίκῃ καὶ λέγειν ὡς Ἰθρήνησιν· ὄρχνη ἐπ' ὄρχνη γηράσκει, σῦζον δ' ἐπὶ σύζω. Iam audi Rudolphum: 'Ex (lexici Fau.) inciso παιάν inscripto uidemus habere Athenaeum libri XV capp. 51 et 52, Aristotelis hymnum Laertium; hic autem dictum eius philosophi quod subiunxit, ex alio quodam lemmate fortasse uoce πρώτος aut διανικός aut λόγος insignito uidetur deprompsisse'. At qua tandem re adductum putas Diogenem, ut ista lemmata euolueret, si de Aristotele aliquid quaerebat? Sine dubio utrumque testimonium apud Fauorinum eodem loco inuenerat, siue de Aristotele siue de philosophorum accusatoribus ibi sermo fuit; cf. ipsum Rud. p. 51: 'Wilamowitz „uelut unum, inquit, quasi caput efficiunt ea quae de accusatoribus philosophorum sunt (apud Diog. ex omnigena historia)“'. Quibus tacite ibi assentitur Rudolphus. Praeterea Fauorini uerba e capite παιάν inscripto petita esse nullo uestigio proditur. Immo hoc ipsum, quod apud Athenaeum rei cardo est, deest apud Diogenem, qui de Aristotelis 'hymno' loquitur nullo dubitationis signo addito. — Quare ne hic quidem quidquam potest affirmari nisi ex eodem de Aristotelis uita auctore pendere (intercedentibus aliis scriptoribus, fortasse Didymo) Athenaeum, ex quo Fauorinum. Negandum uero est strenue Fauorini lexico uel potius historia omnigena usum hic esse Naukratitam.

Nihil ergo nos cogit inter Athenaei de rebus musicis lyricisque fontes referre Fauorinum.

---

Ἐπὶ τούτοις καταπαύσωμεν τὸν λόγον.

Superest, ut primariorum auctorum stemma proponam, quod compares cum ea, quam Rohde libello suo subiunxit, imaguncula.



## APPENDIX.

### I. Aristoxenus.

Nullum adhuc locum inuenimus, ubi ab ipso Athenaeo inspectus uideretur. Restant pauci; de quibus idem potest probari.

Libro X agitur de hominum gentiumque uictu. Praecipuus fons sunt Clearchi βίοι. P. 418e: καὶ Πυθαγόρας δ' ὁ Σάμιος μετρία τροφῇ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Λύκων ὁ Ἰασεὺς ἐν τῇ περὶ Πυθαγόρου. οὐκ ἀπέχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ ἀριθμητικὸς (non nisi hic laudatus) καὶ θῦσαι φησιν ἀντίον κτλ. Vituperatur Aristoxenus, uidelicet a Lycone; cf. II, 47a, ubi Aristoxeni uerba a Lyco (Λύκος sine dubio = Λύκων) testimonio firmanur.

In lexico Pamphileo Aristoxenus laudatur p. 467a s. u. γραμματικὸν ἔκπωμα.

p. 545b Ἄρ. ὁ μουσικὸς ἐν τῇ Ἀρχύτα βίῳ citatur aut ex Clearchi βίοις (cf. 546a) aut ex Hegesandro, qui saepius de Dionysio tyranno testis est.

XIV, 648d post Epicharmi testimonium: τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια ταῦτα ὅτι πεποιήσασιν ἄνδρες ἔνδοξοι Χρυσόγονος τε

ὁ ἀλλητής, ὡς φησιν Ἀρ. ἐν ἡ' πολιτικῶν (fort. π. ἀλλητικῶν?) νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην. Φιλόχορος δὲ — ὁμοίως δὲ ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλόδωρος. Omnia sine dubio ex Apollodori π. Ἐπιχάρμου libro <sup>1)</sup>).

Ex Panaetio Rohdio inter τοὺς περιτιθέοντας Σωκράτει δύο γαμέτας γυναικας commemoratur Ar. (Callisthenes Demetrius Phal. Satyros Aristoteles) p. 556 a, cf. 556 b (= cap. 2 sub fin.). Ibidem Athenaeus fatetur Hieronymi Rhodii librum se non habere.

## II. Iuba.

Ex Θεατρικῇ ἱστορίᾳ sine dubio petita sunt, quae p. 660 e Iubae nomine et p. 659 a cum Aristophanis Byzantii mentione narrantur: cf. Poll. IV, 150 et Hesych. s. u. *Μαίσιων* et *Τέντιξ*; Rohd. p. 57. Sed Athenaeus omnia inde a p. 658 f usque ad p. 663 d ex opere culinari quodam uel de coquis commentatione hauserit.

VIII p. 343 f Iubae epigramma quoddam affertur ex Amaranti π. *σκηνης* libro. Amarantus praeterea X, 414 f occurrit, ubi Rohde ex eodem Iuba eum pendere contendit. Eisdem de Herodoro et Aglaide fabellas, quamquam haud leuiter immutatas, habet Poll. IV, 89 sq., quem et ipsum Iuba usum esse Rohde autumat. At si re uera, ut ille ait, 'tanquam fauus' crescunt numeri in eiusmodi narratiunculis, Pollux recentiorem sequitur auctorem quam Athenaeus; nam ille bis, hic semel habet maiorem numerum. Sed huic rei equidem nihil tribuam momenti. Athenaei autem caput cum praecedentibus (4—7) ex Theodori Hieropolitani π. *ἀγώνων* libro p. 412 e et 413 b citato haustum uidetur, id quod non modo ex argumentis sed etiam ex Posidippi in his capitibus crebra mentione concludo, utpote quem praeterea ter tantum Athenaeus laudet neque ipse inspexerit. Iam si Posidippi uerba p. 415 b Theodoro debentur, is primus coniunxit illam de Aglaide fabellam cum ea, quae est de Herodoro. Accedit quod Pollux ea quoque refert, quae

<sup>1)</sup> Apollodorum etiam περὶ Ἀλκμᾶνος scripsisse colligas ex III p. 81 f coll. XIV, 646 a.



apud Athenaeum Nestoris nomine narrantur; Nestorem autem scriptorem, qui ante Iubam uixerit, non nouimus sed finxit sibi Rohde; nam Tarsensis est Strabonis aequalis, poeta epicus etiam recentior. Denique ut concedamus Rohdio, quae antecedant apud Pollucem, ex Iuba esse petita, tamen ipse illud quod subsequitur *περὶ κηρύκων* caput Iubae strenue abiudicat; hoc uero arte cohaeret cum tubicinum memoria.

### III. Trypho.

Index Schweighaeuseri et Meinekii mancus est: deest III, 78a *ἐν β' φητῶν ἱστορίας* et 109b *ἐν τοῖς φητικοῖς*. Ceterum hi libri non uidentur fuisse partes Onomastici (ut illi *π. ἀλῶν καὶ ὀργάνων*). Inde explicandum est, quod Pollux in panum enumeratione ab Athenaeo discrepat; qui hic ut alibi Onomasticum usurparit.

Titulus *π. ὀνομασιῶν* apud Ath. non nisi in capitibus musicis occurrit atque in his nullum aliud Tryphonis opus. Contra *ἐν τοῖς Ὀνομαστικοῖς* XI, 503d in lexico Pamphileo; 503c *Διονύσιος (ὁ τοῦ Τρυφῶνος) π. ὀνομάτων*.

## CONSPECTUS CAPITUM.

---

Caput I.	De Aristocle . . . . .	p. 87
„ II.	De Tryphone . . . . .	p. 107
„ III.	De Didymo . . . . .	p. 126
„ IV.	Aristocles et Trypho . . . . .	p. 134
„ V.	De libri I capp. 24—36 . . . . .	p. 139
„ VI.	De libri XV capitibus musicis . . . . .	p. 142
„ VII.	De fontibus primariis . . . . .	p. 148
Appendix	. . . . .	p. 155

---

### Coniecturae proponuntur de locis his:

Ath. IV, 175 d	. . . . .	p. 115
„ VIII, 360 b	. . . . .	p. 97
„ XIV, 629 f	. . . . .	p. 118 not.
„ 634 e	. . . . .	p. 129 sq.
„ 648 d	. . . . .	p. 155
Phot. s. u. <i>ἴονλος</i>	. . . . .	p. 121 et not.
Bekk. Anecd. p. 451, 31	. . . . .	p. 92 sqq.
Schol. Lucian. Pisc.	. . . . .	p. 102 not. 1
„ Plat. Gorg. 451 E	. . . . .	p. 143 not.
„ Ar. Vesp. 1231	. . . . .	p. 143 sq. 146
Procl. apud Phot. 8	. . . . .	p. 137

---

## INDEX.

---

- Aelianus 151 sq.  
 Agnocles 97.  
 Amarantus app. II.  
 Amerias 110. 150.  
 Ammonius 90 c. not. 134 sqq. 136 sqq.  
     — Aristarchus 107.  
 Apion 148 not. 2.  
 Apollodorus 88 sqq. 99. 131. 133.  
     app. I c. not.  
 Aristarchus 126. 130.  
 Aristeeas 91. 99.  
 Aristocles 110. 118. 131. 134. 148 sq.  
     cap. I. IV.  
 Aristodemus 142 not.  
 Aristonicus 96.  
     — homericus 109 not.  
 Aristophanes Byz. 115. 119. 122.  
     app. II.  
 Aristoteles 92 sqq. 104. 120. 152.  
 Aristoxenus 93. 96 sqq. 100 sqq.  
     104 sqq. 110. 113. 118. 123. 125.  
     128. 129 c. not. 131. 133 sq. 137.  
     141. 143 sqq. 149. app. I.  
 Artemidorus 110. 150.  
 Artemon 131 sqq. 142 sq. 146 sq.  
 Athenaeus 139.  
 Atticistae 121 not. 132. 140.  
 Bassus 105. 149.  
 Baton 130.  
 Biton 113.  
 Boethus 146.  
 Callisthenes 103 not.
- Callistratus 123.  
 Cantharus com. 126.  
 Carystius 99.  
 Chamaeleon 99. 103 sq. 105 c. not. 1.  
 Clearchus 105 not. 2. 123 sq. 147.  
     app. I.  
 Demetrius Byz. 105.  
     — Ixion 108. 130.  
     — Scepsius 99.  
 Democritus 104.  
 Dicaearchus 96. 99. 142 sqq. 153.  
 Didymus 89. 93 sq. 96. 102. 107 sqq.  
     111. 116. 119 sqq. 123 sqq. cap. III.  
     135 sqq. 140. 141 c. not. 143 sqq.  
     148 c. not. 2. 149. 150 c. not. 154.  
 Dinon 105.  
 Dio Chrysost. 104.  
 Diodorus 148 not. 2.  
 Diogenes La. 152 sqq.  
 Dionysius, Ael. 90 not. 2. 96 not. 117.  
     121 not. 122.  
     — Halic. minor 97 not. 116.  
     134. 138. 149.  
     — Thrax 109.  
 Dioscorides 103.  
 Duris 93 sqq. 126. 131. 133.  
 Epigenes 130.  
 Eratosthenes 120 c. not.  
 Euphorion 110. 112. 128 sq. 132.  
 Fauorinus 151 sqq.  
 Habron 138.  
 Hagnocles 97.

- Hedylus 89.  
 Hegesander 99., 142 c. not. app. I.  
 Heliodorus 105.  
 Heraclides Pont. 94 sq. 139. 147.  
 Herodianus 94. 121 not. 135. 148 not. 2.  
 Hesychius 124 sq. 150 c. not.  
 — Milesius 116.  
 Hieronymus 128. app. I.  
 Hippagoras 118.  
 Iason 99.  
 Iuba 109. 110 sqq. 114 sqq. 118. 124 sq.  
 130. 132 sqq. 138. 140. 150. app. II.  
 Lycon app. I.  
 Lysanias 99.  
 Marsyas 118.  
 Menaechmus 127 sq. 133 sq. 149.  
 Neanthes 110. 115.  
 Nestor app. II.  
 Nicocles 88.  
 Nymphis 123.  
 Orus 143.  
 Pamphilus 97. 140. 148 not. 2. 150 sqq.  
 app. I. III.  
 Panaetius app. I.  
 Pausanias Att. 96 not. 146 not.  
 Phillis 103. 128. 129 c. not. 131 sqq.  
 143.  
 Philochorus 101.  
 Photius 125. 132.  
 Plinius 113.  
 Plutarchus 94. 95. 97 c. not. 103 not.  
 104. 145 sq.  
 Polemon 147.  
 Pollux 102 not. 109 sqq. 117 sqq.  
 123 sqq. 126. 138 sqq. 141 not. 150.  
 app. II.  
 Posidippus app. II.  
 Posidonius 120. 128. 131 sq.  
 Proclus apud Phot. 95 sq. 102 not. 1.  
 135 sqq.
- Protagorides 110.  
 Pylades 97. 101. 149.  
 Pythagoras geogr. 112 sq.  
 — philos. 106. 149.  
 Rufus 141. 149.  
 Scamon 100 sq. 116. 132.  
 Seleucus 97. 149.  
 Semus 99. 119 sqq. 132. 148.  
 Sosibius 99. 128.  
 Suidas 107 sq.  
 Theodorus Hieropolit. app. II.  
 Theophrastus 104.  
 Theopompus 152.  
 Tryphon 90 c. not. 2. cap. II. 126.  
 130 sqq. cap. IV. 141. 149. 150.  
 app. III.  
 Vitruvius 110.  
 Xenophanes 115 not. 2.  
 Xenophon? 115.
- acephali versus 105.  
 Aeschylus 103 c. not.  
 Amphion 95.  
 Ἀσίας κινάρα 92 sqq.  
 Bathyllus 97. 101. 149.  
 carminum genera et distinctiones  
 119 sqq. 134 sqq.  
 Ctesibius mechanicus 88 sq. 110.  
 elegia 96. 105 sq.  
 ἐμβάδες, ἐμβάται 138.  
 γυμνοπαιδική 102.  
 ἰλαρωδοί μαρωδοί λυσιρωδοί 98 sq.  
 100 c. not. 2.  
 ἰμαῖος ἰμαῖον 121 sq.  
 μάγαδις 126 sqq.  
 πανδοῦρα 112 sq.  
 πωροίχη 96. 99 not. 101. 102 c. not. 1.  
 σαμβύκη 112 sq.  
 σκόλιον 142 sqq.  
 ψιδύρα 112 sq.

## Zu Thukydides II, 2.

Im Eingange des zweiten Buchs hat Thukydides bekanntlich den Ueberfall von Plataiai mit aller Genauigkeit chronologisch zu bestimmen gesucht, um über die Zeit des Ereignisses, das ihm als der Ausgangspunct des grossen Kampfes galt, keinerlei Zweifel aufkommen zu lassen. Um so mehr haben wir es zu bedauern, dass unsre Ueberlieferung gerade an dieser Stelle an einem doppelten Fehler leidet. Dass die Angabe, der athenische Archon Pythodoros habe am Tage des Ueberfalls noch zwei Monate zu amtiren gehabt (*Πυθόδωρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίους*) falsch sein muss, ist in den zahlreichen Besprechungen, welche die Worte seit Krüger gefunden haben, fast ausnahmslos anerkannt und meistens auch der von dem genannten Gelehrten vorgeschlagenen Aenderung des *δύο* in *τέσσαρας* beigepflichtet worden, deren Richtigkeit mir auch durch die jüngsten Erörterungen nicht erschüttert scheint. Aber ganz unbemerkt ist meines Wissens geblieben, dass auch in der weiteren Bestimmung, der Ueberfall sei erfolgt im sechsten Monat nach der Schlacht bei Poteidaia (*μετὰ τὴν ἐν Ποτειδαίᾳ μάχην μηνὶ ἕκτῳ*), ein Zahlfehler steckt, der grosse Verwirrung in der Chronologie der poteidaiatischen Händel und weiter angerichtet hat.

Nimmt man Krügers Besserung an, und hält man das Jahr des Pythodoros mit Böckh für ein Schaltjahr, so würde die Schlacht bei Poteidaia in den Boedromion Ol. 87, 1, etwa September 432 fallen. Aber dieser Ansatz ist absolut unvereinbar mit dem, was wir über die Dauer der Zwischenzeit zwischen dem Kriegsbeschluss des peloponnesischen Bundes

und dem ersten Einfall in Attika erfahren I, 125, 2 *ομως δὲ καθισταμένοις ὧν ἔδει ἐνιαυτός μὲν οὐ διετρίβη, ἔλασσον δέ, πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ τὸν πόλεμον ἄρασθαι γανερῶς*. Der Ausdruck ist eigenthümlich genug und erinnert an Herodotische Sprechweise, aber auch ohne die erwartete Hinzufügung eines *ὀλίγῳ* oder *οὐ πολλῶ* zu *ἔλασσον* kann der Sinn nur der sein, dass seit dem Kriegsbeschluss bis zum ersten Einfall in Attika nicht viel weniger Zeit verstrichen ist, als ein Jahr. Da dieser Einfall aber, wie bekannt, etwa achtzig Tage nach dem Ueberfalle von Plataiai fällt, so folgt, dass jener Beschluss nicht weit von der Jahreswende Ol. 86, 4/87, 1 abgerückt werden darf, also dem gewöhnlich für das Treffen bei Poteidaia angenommenen Datum um ein paar Monate vorausliegt, während er in Wahrheit vielmehr eine Anzahl von Monaten nach jener Schlacht gefasst sein muss. Erst bei Beachtung jenes Fingerzeigs werden aber auch die sonstigen Andeutungen des Thukydides über die Abfolge der Ereignisse nach der Seeschlacht bei Sybota verständlich, so wenig dieselben auch überall zu genauer Bestimmung der einzelnen Thatfachen ausreichen. Die erwähnte Seeschlacht selber dürfen wir mit annähernder Sicherheit auf die zweite Hälfte des Metageitnion Ol. 86, 4 ansetzen auf Grund der bekannten Rechnungsurkunde C. I. A. I n. 179; denn dass die Zahlung für die zweite Flotte, die nach Thukydides Bericht gerade am Tage der Schlacht vor Korkyra anlangte, in dieselbe erste Prytanie, wie die Zahlung für die zuerst abgeordneten zehn Schiffe gehört, d. h. die Lücken in Z. 22 f. der Urkunde mit [ἐπὶ τῆς] *Αἰαντίδος πρυτανείας* [πρώτης πρυτανευούσης] und in Z. 10 f. mit [ἐπὶ τῆς Αἰαν] *τίδος πρυτανείας* *πρώτης* *πρυ[τανευούσης]* auszufüllen sind, muss auch ich mit Böckh für ungleich wahrscheinlicher erklären, als dass Z. 10 die Leontis genannt und die Prytanie der Aiantis eine spätere war. Keinesfalls aber könnte dies eine andere als die dritte gewesen sein <sup>1)</sup>, in welchem Falle die Seeschlacht

1) Die Vermuthung von E. Müller De tempore quo bellum Peloponnesiacum initium ceperit p. 40, Z. 23 sei *ἐνάτης* oder besser noch *δγδῆς*

frühestens in das Ende des Pyanopsion zu setzen wäre, eine Annahme, die für die weitere Berechnung allerdings den Vortheil gewähren würde, eine grössere Zusammendrängung der Ereignisse zu ermöglichen. Sofort nach der Schlacht bei Sybota begannen, wie Thukydides zweimal (I, 56, 1. 57, 1) betont, die Verwickelungen mit Poteidaia. Zur chronologischen Fixirung derselben verhilft uns namentlich die Notiz, Aristeus sei mit der peloponnesischen Hülfsendung in Poteidaia am vierzigsten Tage nach dem Abfall der Stadt eingetroffen (60, 3). Den letzteren aber darf man nicht zu weit hinabrücken trotz der Angabe von langen vergeblichen Verhandlungen der Poteidaiaten mit Athen (*ἐκ πολλοῦ πρᾶσσοντες* 58, 1); denn die von Arcestratos und seinen Collegen geführte Flotte, mit deren Absendung nach Makedonien die Athener gerade beschäftigt sind, als sie die Aufforderung an die Poteidaiaten richten, die Mauer gegen Pallene niederzureissen und Geisseln zu stellen (57, 6), findet bei ihrer Ankunft an der thrakischen Küste den Abfall von Poteidaia bereits als vollendete Thatsache vor (59, 1). Fast gleichzeitig mit Aristeus aber treffen Kallias und vier andere Strategen ein, welche die Athener auf die Kunde von jenes Abgang mit einer stärkeren Streitmacht an Schiffen und Hoplitern nachgeschickt hatten (61, 1<sup>2</sup>) vergl. mit 3). Was endlich zwischen deren Ankunft und der Schlacht bei Poteidaia noch in der Mitte liegt, die Berennung von Pydna, die Abkunft mit Perdikkas, der Abmarsch nach Gigonos, das alles kann nicht viele Tage in Anspruch genommen haben, und man wird darum nicht irre

einzusetzen, postulirt einen längern Zwischenraum zwischen beiden Schiffsendungen, als die Darstellung des Thukydides (I, 50, 5) und Plutarch (Per. 29) gestattet, und lässt die oben verwerthete Angabe des erstern (125, 2) unberücksichtigt.

2) Dass hier *ὡς ᾗσθοντο καὶ τοὺς μετὶ Ἀριστίους ἐπιπαρόντας* mit Ullrich in *ἐπιπαρόντας* gebessert werden muss, ist auch heute zu erinnern nicht überflüssig. Was Müller-Strübing an dem unten anzuführenden Ort S. 600 gegen diese Aenderung einwendet, um vielmehr die Streichung des ganzen Sätzchens zu empfehlen, beruht auf irriger Voraussetzung.

gehn, wenn man die ganze Zwischenzeit zwischen den Schlachten bei Sybota und Poteidaia auf ungefähr drei Monate veranschlagt<sup>3)</sup>, die letztere also noch vor die Mitte des attischen Jahres ansetzt. Was sich dann weiter bis zum endlichen Kriegsbeschluss auf dem Bundestag in Sparta ereignete, kann ganz wohl die zweite Hälfte von Ol. 86, 4 ausgefüllt haben. Zunächst erforderte die völlige Einschliessung von Poteidaia geraume Zeit, da die Sieger sich für sie zu schwach fühlten und erst auf die Nachricht davon einige Zeit später ein neues Heer unter Phormion nach der Pallene abgeschickt wurde, das in langsamen Märschen die Halbinsel durchzog und nach der Ankunft vor Poteidaia durch Errichtung einer Mauer im Süden der Stadt ihre Absperrung vollendete (64). Unmittelbar nach Beginn der damit ermöglichten Belagerung beriefen allerdings die Korinther die Bundesgenossen nach Sparta (67, 1), um den entscheidenden Beschluss des leitenden Staates zu erwirken, dass die Verträge gebrochen seien, wie Thukydides (87, 6) hinzufügt, im vierzehnten Jahre ihres Bestehens, also wohl ziemlich genau ein Jahr vor dem Ueberfall von Plataiai. Der eigentliche Kriegsbeschluss aber wurde erst auf einem neuen vom Vorort einberufenen Bundestage gefasst, dem die Beschiekung des delphischen Orakels durch Sparta (118, 3) und die Bearbeitung der einzelnen Bundesglieder durch korinthische Gesandte (119) vorausging.

Treffen diese Darlegungen, wie ich denke, das Richtige, so ist auch die Heilung des aufgezeigten Fehlers nahe gelegt. Zwischen *ἔκτω* und dem folgenden *καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένων* wird *καὶ δεκάτῳ* ausgefallen sein, sodass die Schlacht in den Maiakterion Ol. 86, 4, etwa November 433 zu setzen ist. Den ganzen Zusatz *μετὰ τὴν ἐν Ποτειδαίῃ μάχην μὴν ἔκτω* als Interpolation auszuschneiden, kann ich darum nicht rathsam finden, weil zu einer solchen kein Anlass abzusehn wäre.

In keinerlei Widerspruch mit dem gewonnenen Ergebniss steht ein urkundliches Zeugnis, das bisher nicht richtig ver-

3) Aehnlich schon E. Müller p. 39.



werthet werden konnte. In dem Bruchstück einer Urkunde der Schatzmeister der Athena C. I. A. IV n. 179 a, welches Kirchhoff mit sicherem Blick auf Ol. 87, 1 bezogen hat, wird eine in der zweiten Prytanie erfolgte Zahlung an die nach Makedonien bestimmten Feldherrn, Eukrates und Collegen, aufgeführt. Kirchhoff und v. Wilamowitz-Möllendorff (*Curae Thucydideae* p. 14) sehen in Eukrates einen Collegen des Kallias, Müller-Strübing (*N. Jahrb. f. Phil.* CXXVII S. 598) einen Collegen des Arcestratos. Aber beider Strategie gehört nach dem Obigen vielmehr in das vorausgehende Jahr, dessen Strategenliste durch ihre und Phormions Zuzählung nun vollständig wird<sup>4)</sup>. Eukrates trat also vielmehr an ihre Stelle als erster Strateg vor Poteidaia, während Phormion sein Commando auch Ol. 87, 1 behielt; als Feldherr ἐς *Μακεδονίαν* durfte er mit gleichem Rechte wie Kallias bezeichnet werden, da der Krieg nicht nur gegen Poteidaia, sondern auch gegen den mit den abgefallenen Bundesgenossen verbündeten Perdikkas fortzuführen war.

Die eben angezogene Schuldurkunde haben nun aber Müller-Strübing S. 609 ff. und v. Wilamowitz p. 11 ff. gegen die Eingangs anerkannte Richtigkeit des *τέσσαρας* in der Angabe über die Amtszeit des Pythodoros verwenden zu dürfen geglaubt. Die Aufstellungen Müller-Strüblings bedürfen keiner Widerlegung; auf dem richtigen Wege aber war er insofern, als er das später aufgefundene Bruchstück b jener Urkunde, welches Kirchhoff dem Jahre des Euthydemos (Ol. 87, 2) zuweisen wollte, gleichfalls für die Schatzmeister des vorausgehenden Jahres in Anspruch nahm, was dann durch v. Wilamowitz weitere Bestätigung gefunden hat. Weil aber in der zweiten Hälfte dieses Stücks drei Zahlungen an die Strategen verzeichnet sind, die wir aus Thukydides (II, 23, 2) als Führer

4) Beiläufig bemerkt, entfällt damit jede Möglichkeit, 57, 6 Ἀρχεστράτου τοῦ Λυκομήδους μετ' ἄλλων δέκα στρατηγούντος das verdorbene δέκα mit Krüger in τεσσάρων statt mit Hermann in δύο zu ändern, da die Strategie des Arcestratos sich nun nicht mehr einem andern Jahre, als die des Kallias (und Phormion) zuweisen lässt.

der im Sommer des ersten Kriegsjahres gegen die Peloponnes entsandten Flotte von 100 Schiffen kennen, so folgerte v. Wilamowitz, dass die Abfahrt der Flotte zwar nicht schon in der achten Prytanie, wohl aber, da auf ihre Ausrüstung etwa 30 Tage zu rechnen seien, nicht später als zu Beginn der neunten Prytanie Ausgang Mai erfolgt sein müsse. Da aber damals die Peloponnesier bei Acharnai standen, so sei der Ueberfall von Plataiai kurz vor dem Neumond des 9. März oder Ende Gamelion anzusetzen; Krüger habe also das julianische Datum richtig bestimmt und nur im attischen Monat geirrt, weil er das Jahr des Pythodoros für ein Gemeinjahr ansah. Ich kann den Schluss, der diesen Berechnungen zu Grunde liegt, keineswegs für zwingend halten. Zwar dass ein Theil jener Zahlungen mit Müller-Strübing in den letzten Monat der Amtszeit des Eurektes und seiner Collegen, also in die erste Prytanie von Ol. 87, 2 gesetzt werden dürfe, findet in den leider sehr fragmentarischen Resten der Urkunde keinerlei Anhaltspunct. Aber ebenso wenig sicher ist, dass die drei Zahlungen in drei verschiedenen Prytanien geleistet sind; in der ähnlichen Urkunde C. I. A. I n. 182 z. B. werden aus Ol. 91, 1 vier Zahlungen an die nach Sicilien bestimmten Feldherrn gebucht, die alle in die drei letzten Prytanien des Jahres fallen müssen, vielleicht zum grössten Theil in dieselbe Prytanie fallen <sup>5)</sup>). Aber auch daran muss ich festhalten, dass die für den Ueberfall von Plataiai gegebene Bestimmung ἅμα ἤρσι ἀρχομένῳ weit besser auf das von Böckh berechnete Datum (4. April = letzter Anthesterion) passt, weil sich mit Grund nicht bestreiten lässt, dass dem Geschichtschreiber als Frühlingsepoche (ἀπὸ τὸ ἔαρ III, 116, 1) die Tag- und Nachtgleiche (= 26. März) gegolten hat <sup>6)</sup>, und ebenso daran, dass

5) Wenigstens lässt sich unter dieser Voraussetzung am einfachsten erklären, dass in den drei Zeilen 8, 10, 12 übereinstimmend je 48 Buchstaben vor den Worten στρατηγῶς ἐς Σικελίαν Ἀλκιβιάδῃ Λαμάχῳ [Νικίᾳ] fehlen. Dass jener Raum für die vollständige Datirung der Zahlungen nicht ausreicht, bemerkte schon Rangabé.

6) IV, 117, 1 Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι ἅμα ἤρσι εὐθὺς ἐκ χειρὶ ἀποίσατο ἐνιασίον ist durchaus nicht nothwendig auf den Tag (14. Ela-

der *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* (II, 19, 1) erfolgte Einfall in Attika richtiger auf Mitte Juni <sup>7)</sup>, als auf Ende Mai angesetzt wird. Mag ein *ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι* unternommener Einfall so zeitig fallen, dass die Peloponnesier schon vor der Olympienfeier wieder zu Hause sind (III, 1, 1 vergl. mit 2, 1. 8) <sup>8)</sup>, die damit keineswegs gleichbedeutende Bestimmung *τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* wird durch Voranschieben des andern Subjects *τοῦ θέρους* noch weiter dahin modificirt, dass ihr Sinn von dem der Formel *θέρους μεσοῦντος* (VI, 30, 1, Ausgang Juni oder Anfang Juli) nicht sehr abliegen kann. Diese Factoren würden also die Ansetzung des Ueberfalls auf das Ende des Anthesterion auch dann rechtfertigen, wenn wir die Worte *ἔτι δύο μῆνας* nicht mit Krüger zu corrigiren, sondern mit v. Wilamowitz als fremden Zusatz zu streichen hätten. Doch haben mich die Bedenken, welche dieser Gelehrte mit A. Mommsen Chronologie S. 369 theilt, von der sprachlichen Unzulässigkeit des Ausdrucks noch nicht überzeugt; was letzterer verlangt *ἔνατον μῆνα ἄρχοντος*, würde den Ausgang des Anthesterion minder treffend und klar bezeichnen. Ebenso wenig vermag ich zuzugeben, dass der Zusatz mit V, 20, 2 unvereinbar ist. Wenn Thukydides die Berechnung der Kriegsdauer nach bürgerlichen Jahren darum ablehnt, weil je nach dem Einfallen eines Ereignisses in Anfang, Mitte oder Ende

---

phobolion = 19. oder 20. April) zu beschränken, an dem die vorher namentlich in Sparta geführten Unterhandlungen durch das Psephisma des athenischen Demos ihren Abschluss fanden. Ueber V, 20, 1 urtheilt v. Wilamowitz selbst p. 15 richtiger als p. 19.

7) Dass II, 4, 3 *τελευτῶντος τοῦ μηνός* nicht gerade auf den letzten Montagstag weist, ist auch meine Ansicht.

8) Wenn nach III, 15, 2 die Peloponnesier noch nach den Olympien mit Einbringung des Getreides beschäftigt sind, so erklärt sich das aus der Verschiedenheit der klimatischen Verhältnisse, der Vömel De quo anni tempore in Attica *ἀκμάζοντος τοῦ σίτου* dicatur p. 7 nicht Rechnung trägt. Müller-Strübings (S. 591) Ansatz der Durchschnittszeit der Ernte in Attika auf die Mitte des Mai ist nach dem von ihm selbst Angeführten zu früh und hat ihn verleitet, *τοῦ σίτου* als mit *τοῦ θέρους* unvereinbar zu streichen.

des Amtsjahres sich die Rechnung wesentlich verschiebt, so darf daraus schwerlich gefolgert werden, dass er nicht im einzelnen Falle die Angabe des Amtsjahres durch Bezeichnung der zu seiner Erfüllung noch fehlenden Monate näher bestimmen konnte, um den Zeitpunkt des Kriegsbeginns mit möglicher Genauigkeit zu fixiren, während das angefügte *ἀμα ἤρι ἀρχομένου* die für seine Darstellung gewählte Datirungsweise einleitet.

Wichtiger als diese letzten Bemerkungen, welche nur eine längst gefundene Zeitbestimmung zu schützen bezwecken, scheint mir das vorhin betreffs der Schlacht bei Poteidaia gewonnene Ergebniss auch darum, weil es nicht bloß ein geschichtliches Interesse beanspruchen darf. Weil nach ihrer gewöhnlichen Ansetzung seit dem Seetreffen bei Sybota ein Jahr verstrichen war, zu dem jenes zweimalige *ἐνθῦς* des Thukydides (S. 163) übel passt, glaubte v. Wilamowitz hier eine klaffende Lücke in der Geschichtserzählung constatiren zu dürfen, welche Thukydides bei Vollendung seines Werks mit dem unerlässlichen Bericht über die Händel mit Megara ausgefüllt haben würde; weil dieser in seinem Nachlass sich nicht vorfand, habe der Herausgeber des unvollendeten Buchs die nicht zusammengehörigen Stücke über die *Κορυθαίκα* und die *Ποτειδαιατικά* in enge Verbindung gebracht; auf seine Rechnung wäre also mindestens das *ἐνθῦς μετὰ τὴν ἐν Κορυθαί νηυμαχίαν* zu setzen. Dass das megarische Psephisma bald nach dem Kampf bei Sybota erlassen worden, ist von Ullrich in der That wahrscheinlich gemacht worden. Ob aber Thukydides die Entstehungsgeschichte desselben, bei der allerdings auch der Ermordung des Herolds Anthemokritos zu gedenken gewesen wäre<sup>9)</sup>, darzustellen beabsichtigt hat, das muss doch bei der Art, wie er dasselbe nur beiläufig unter den Anlässen des peloponnesischen Kriegs erwähnt (I, 67, 4) oder andeutet (I, 118, 1), mindestens sehr zweifelhaft erscheinen. Oder sollen wir etwa auch an diesen Stellen die überklei-

9) Vgl. Holzapfel Untersuchungen S. 176 ff.

sternde Hand des Herausgebers erkennen? Aber der ganzen Hypothese von seiner Thätigkeit glaube ich durch meine obigen Erörterungen den Boden entzogen zu haben. Denn den sonstigen Spuren, die v. Wilamowitz aufgefunden zu haben meint, kann ich noch weniger Gewicht beimessen. Der Widerspruch, in welchem V, 20, 1 *αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεργουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἢ ἐσβολή ἢ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἢ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο* das erste Subject des Nebensatzes nicht nur zum zweiten, sondern zu der ganzen Rechnung steht, ist ja durch keine Deutelei wegzuschaffen oder erträglich zu machen. Aber er berechtigt noch nicht dazu, das ganze Capitel dem Thukydides abzusprechen, da es vollkommen genügt, die Worte *ἢ ἐσβολή ἢ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ* mit E. Müller als leicht erklärliche Interpolation auszuschneiden. Der sachliche Einwand, den v. Wilamowitz gegen diesen von mir schon vor Jahren (Philol. Anzeiger VI S. 237) empfohlenen und jetzt auch von Stahl, H. Schmitt *Quaestiones Thucydideae* p. 21 ff. und Mommsen S. 385 gebilligten Vorschlag erhebt, beruht auf der schon erledigten Voraussetzung, dass der Ueberfall von Plataiai Ende Gamelion erfolgt sei. Bei dem sprachlichen Bedenken aber, dass der schwerfällige Satzbau durch die Nothwendigkeit, die beiden Substantiva *ἐσβολή* und *ἀρχή* mit einem Prädicat zu verbinden, bedingt sei, während ohnedem *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου* geschrieben werden konnte, ist ausser Acht gelassen, dass eine solche Wendung durch *παρενεργουσῶν* ausgeschlossen und dessen comparative Bedeutung eben für den Anschluss durch *ἢ ὡς* massgebend war<sup>10)</sup>. Ernstere Schwierigkeiten bietet die letzte Stelle V, 24, 2, wo der Eintritt des elften Sommers mit der üblichen Formel notirt wird bei dem Abschluss des Bundesvertrags, der dem *ἅμα ἤρρι* zu Stande gekommenen Frieden kaum vor Monatsfrist, also etwa erst

10) Vgl. dazu L. Herbst *Philol.* XLII S. 629 f. Derselbe Gelehrte beanstandet S. 669 die Verbindung *τὸ πρῶτον ἢ ἀρχὴ τ. π. τ. ἐγένετο*, muss aber darum auch an der ganz analogen Stelle III, 68, 2 die einzig natürliche Verknüpfung des *τὸ πρῶτον* mit *ἀρχομένου τοῦ πολέμου* leugnen.

Mitte Munichion (Anfang Mai) nachgefolgt sein kann. Aber sollte es nicht gerade an der Stelle, an welcher die Fugen des ursprünglichen Werks und seiner Fortsetzung zu Tage liegen, rathsamer sein, für diese Incongruenz den nicht überarbeiteten Entwurf des Schriftstellers selbst verantwortlich zu machen <sup>11)</sup>, als die Hand eines Herausgebers, der solche Abweichung von der consequent durchgeführten Zeitrechnung des Thukydides sich schwerlich gestattet haben würde?

Die nicht vollendete Gestalt des Geschichtswerks, die wir nicht zu sehr beklagen dürfen, weil sie uns interessante Einblicke in die Werkstatt des grossen Historikers ermöglicht, wird eine sorgsame Forschung noch an manchen Spuren verfolgen können, welche sich bisher der Beobachtung entzogen haben. Aber dass sein Concept nicht allein durch die unvermeidlichen Fehler der Abschreiber, sondern auch durch täppische Eingriffe eines Redacteurs entstellt worden ist, das müsste erst durch vollgültigere Beweise erhärtet werden, ehe es als Thatsache gelten darf, mit der die Thukydideskritik zu rechnen hat.

---

11) Vgl. die Bemerkungen von Schmitt p. 37 ff., welche durch Herbst S. 655 nicht widerlegt sind.

J. H. Lipsius.

QUAESTIONES

DE

AELIO DIONYSIO ET PAUSANIA ATTICISTIS

ETYMOLOGICI MAGNI FONTIBUS

SCRIPSIT

HENRICUS HEYDEN.





Quanto magis in dies intellexerimus, quae grammatici et lexicographi Graeci undique congegesserint, quam uariam et multiplicem doctrinam, quas ineptias conscripserint, quanto magis perspexerimus, quibus fontibus usi sint recentiores et quemadmodum scrinia ueterum doctorum compilarint — tanto magis celeriusque, quam quinquaginta fere abhinc annos Ritschl<sup>1)</sup> exspectauit, historiam artis grammaticae conficere poterimus. Attamen cum satis multae difficultates hac in prouincia obstant, id quod, si quis mediocriter huic disciplinae uacauerit, mox intelletget, parua iuuare debent, praesertim si non sine aliqua opera indagata sunt.

Pusillum lucis afferre posse mihi uideor lexicis rhetoricis Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum, si hac dissertatione ostendero, quae ex eorum operibus auctor Etymologici Magni in suum horreum comportauerit. Ac profecto illorum reliquiae in Etymologico M. facili negotio agnosci poterunt, cum in propatulo sint neque ex glossarum colluue eliciantur atque extricentur necesse sit. Glossas enim omnes, quas Etymologus ipse ex lexicis quibusdam rhetoricis haustas esse formulis: ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὔρον σημαίνει<sup>2)</sup>, ex atticistarum illorum lexicis fluxisse mihi persuasum est. Cui quidem sententiae obloquentes habeo Naberum et Boysenum, quorum ille in prolegg. ad Photium p. 169 sqq. quaestione parum diligenter absoluta glossas Etymologici M. rhetoricas — ut ita breuiter dicam — Photii esse dicit, hic in

1) In ed. Thom. M. praef. p. IX et in commentatione de Oro et Orione opp. tom. I. p. 582.

2) Cf. Ed. Meieri opp. tom. II. p. 115.

commentatione de Harpocratonis lexicī fontibus cap. V. § 4 p. 67 de illis glossis rhetoricis agens Naberī argumenta uno de suo addito adoptat. Argumentorum autem primum respiciendum est illud Boyseni censentis:

„et Photii λέξεις et glossas rhetoricas in medio Etymologico M. desiderari“, quo ex consensu, quem demonstrasse sibi uidetur, Boysen efficit rationem quandam inter Photium et glossas rhetoricas intercedere, deinde quod Naber et Boysen consentiunt:

„omnes glossas rhetoricas in Photio adhuc superesse neque quicquam ex Photio in glossis rhetoricis deesse“, denique quod iidem statuunt:

„glossas rhetoricas cum Photio convenire etiam in corruptelis“.

Inprimis igitur Naberī et Boyseni sententia huius dissertationis capite primo mihi refutanda est, ita quidem ut

§ 1. contra Boysenum ostendam:

„Photii λέξεις per totum Etymologicum M. aequabiliter dispersas neque ullis formulis: *εἶρον ἐν τῷ ῥητορικῷ* cett. „esse notatas“,

§ 2. contra Naberum et Boysenum demonstrarem:

„duas glossas Etymologici M. rhetoricas in Photio deesse „aliasque multo uberiorēs in Etymologico M. quam in Photii „lexico exstare“,

§ 3. contra eosdem confirmem:

„Etymologum M. in multis glossis rhetoricis lectionem rectam, „Photium falsam exhibere, ergo corruptelas quasdam communes ad fontem communem esse referendas.“

Tum capite altero demonstraturus sum, glossas rhetoricas ad unam omnes reuocandas esse ad lexica rhetorica <sup>1)</sup> Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum. Disputabo autem § 4:

1) Non premo — quia inter omnes constat — primum Aelii Dionysii et Pausaniae opera permultis locis ab Eustathio appellari *λεξικά ῥητορικά*: cf. uerbi causa frg. Rindfl. no. 24. 52. 203. 257. 291. 347 ubi *λεξικά ῥητ.* cum atticistarum nominibus coniuncta sunt et frg. no. 51. 143. 161. 178. 255. 276. 279. 293 coll. Eust. 1280, 50. 408, 4. 1413, 30. 1944, 7. 1957, 62. 1496, 56. 310, 30. 455, 39, ubi inter *λεξ. ῥητ.* uerba et nomina atticistarum

„de Aelio Dionysio ab Etymologo M. laudato et de glossis  
 „rhetoricis, quibuscum plane conuenit alteruter atticista apud  
 „Eustathium“;

deinde § 5.:

„de glossis rhetoricis, quibuscum conueniunt atticistae apud  
 „Eustathium, Photius uel discrepat uel congruit“;

dein § 6.:

„de glossis rhetoricis, quibuscum consentiunt atticistae apud  
 „Eustathium, quae quidem omnes apud Photium deside-  
 „rantur“;

tum § 7.:

„de glossis rhetoricis, quibuscum concinunt lexicographus  
 „Bachmanni, cuius lexicon Photium in usum uocasse cum  
 „Boyseno [l. c. p. 34] consentio, et Photius et Suidas alii  
 „[Hesych. et lexicogr. V. Bekk.] — desunt atticistae“ —.

Quibus addam § 8.:

„glossas rhetoricas, in quibus conueniunt Suidas alii [Hesych.,  
 „lexicogr. V. Bekk. et Bachm.] praeter Harpocracionem —  
 „Eustathius et Photius desunt“, et eiusdem paragraphi in  
 „parte altera glossas rhetoricas, quibus persimiles sunt Har-  
 „pocracionis articuli, quos quidem hunc grammaticum ex  
 „fonte ipsius et atticistarum communi descripsisse Freyer<sup>1)</sup>  
 „palam fecit — conueniunt Suidas alii praeter Eustathium  
 „[et Photium]“.

Postremo § 9. enumerabo:

„XIII glossas rhetoricas, quibuscum congruit aut unus Pho-  
 „tius aut Hesychius uel scholiasta Aristophanis uel lexico-  
 „graphus Bachm. et Photius — Suida excepto —, VIII,

---

spatium interest uel initium enuntiati noui, ita tamen ut manifestum sit  
*λεξ. ῥητ.* esse atticistae (cf. Nab. proll. § 6, p. 48), qui paulo ante uel post  
 laudatur, deinde formulas omnes et simplicissimas ueluti *ῥητορικὴ* et ple-  
 niores ueluti *οὕτως εἶρον ἐν τῷ λεξικῷ ῥητορικῷ* unum eundemque fontem  
 uel, ut hic statuendum est, ad fontes duos (cf. hui. diss. § 9, II, 2 *γνώμων*  
 et § 9, III. 1 *βάτεια: ἐν τοῖς ῥητορικοῖς*) eiusdem generis spectare.

1) In quaestionibus de scholior. Aeschineor. fontibus. *Leipziger Studien* V. p. 259.

„quibuscum consentiunt Hesychius uel scholiasta Arist. uel „lexicogr. V. Bekk. et Bachm. — Photio et Suida exceptis — „VII, quibus simile quid apud ullum grammaticum non „exstat“<sup>1)</sup>.

## CAPUT I.

*Naber et Boysen censentes glossas Etymologici M. rhetoricas fluxisse ex Photii lexico refelluntur.*

§ 1. Photii λέξεις pertotum Etymologicum M. aequaliter dispersas neque ullis formulis: εὑρον ἐν τῷ ῥητορικῷ cett. notatas esse ostenditur.

Boysen, postquam recte confirmauit in Etymologico M. medio glossas rhetoricas deesse<sup>2)</sup> — id quod Naberum fugerat — inde proficiscens Photii quoque λέξεις in illa Etymologici M. parte desiderari nobis persuadere conatur his argumentis.

Primum quamquam in Etymologico M. sub litt. α glossis triginta quinque, quae cum Photianis contendere possint, inuenit, tamen, cum id curet, ut Photii λέξεων in illa parte nec uola nec uestigium appareat, illas glossas ex Photii lexico fluxisse negat, ‘plerasque [XXV] potius e uetustioribus etymologicis uelut ex Gudiano<sup>3)</sup> uel Orionis deriuatas esse opinatur et, quia glossis decem, quae restant, Photianis similibus uix quisquam magnam fiduciam habiturus sit’, quam certissime affirmat ‘hac

1) Operae pretium est, atticistarum doctrinae frustra colligere, quae Etymologus M. in lexicon transfudit auxilio aliorum grammaticorum ueluti Photii uel lexicogr. V. Bekk. et Bachm. uel Hesychii: cf. Meieri comment. opp. acad. II. p. 123 sqq.

2) A glossa s. u. θέσθαι p. 448, 15 usque ad glossam sub lemmaτε σκηνην δὲ ἣν ἔχουσι p. 716, 53. Conferas Gaisfordii indicem auctorum s. u. λεξικόν in ed. Et. M. et Haasium in ed. opp. academ. Ed. Meieri tom. II. p. 117.

3) Unde hoc sciat Boysen, uellem indicasset. Nam quantum scio, adhuc nemo de ratione inter Etymologicum M. et Gudianum intercedente disseruit. Quare cauendum est, ne consensu utriusque Etymologici nimis confidamus.

in littera  $\alpha$  conscribenda Photii librum ab Etymologo M. inspectum non esse'. Deinde sub litt.  $\iota$  Photianis esse similes glossas Etymologici M. undetriginta; hoc ex numero undecim deberi Etymologico Gudiano [*ἴβεις, ἰγνώαι, ἰδνωθεῖς, ἴδρις, ἰλαδόν, ἰμαῖος, ἰμείρω, ἰππουρις, ἰτέον, ἰφι, ἰφθιμος*], sex lexico quinto Segueriano [*ἰδιώτης, ἰερώσυνα, ἰερομνήμονες, ἰεροποιοί, ἰερά ὁδός, ἰταμόν*], sex Hesychio [*ἰάλεμος, ἰερόν γάμον, ἰερομήνια, ἰθαγενής, ἰπνος, ἰσοφαρίζειν*], restare igitur solas glossas *ἰδιαιτερον, ἴδρουσις, Ἰερώνυμος, ἰεράτω, ἰερά συκῆ, ἰθυράλλος*, quas conicit non ex Photii, sed ex alio quodam lexico manasse. Tum eandem glossarum rationem sub litteris  $\lambda \mu \nu \xi \omicron \pi \rho$  esse, ut eisdem in partibus glossae Photianae ac notae illae glossis subiunctae *εὔρον εἰς τὸ λεξικὸν τὸ ῥητορικόν* cett. prorsus desint. Denique quamuis Photius patriarcha in medio Etymologico M. sexies nominatim laudetur, nullam illarum glossam ex lexico Photii petitam esse, sed potius ex fontibus etymologicis, ubi Photius quoque appellatus sit'. Atque haec quidem Boysen.

Ut autem eius opinio, quae argumentis admodum exilibus nititur, convelleretur, denuo de Photio Etymologi M. fonte disputandum esse mihi uidebatur. Comparavi igitur primum inter se Photii et Etymologi M. glossas. Excussi deinde, si glossae quaedam Photii et Etymologi conspirabant ad uerbum — etenim glossas eas, quae inter se paululum discrepabant, quamquam in usum meum convertere poteram, tamen, ut rem propositam quam certissime diiudicarem, prorsus praetermisi — omne grammaticorum genus qui sunt Moeris, Herodianus, Pollux, Phrynichus, Harpocration, Hesychius, Ammonius, Orion, lexicographi Bekkeri et Bachmanni, scholiastae Hom., Aeschyli, Soph., Eur., Dem., Aesch., Plat., Luc., Etymologus Gudianus<sup>1)</sup> cett. Tum demum, cum hic nullum uestigium illius glossae Etymologi M., quam cum Photii aliqua *λέξει* conuenire uideram, uel nil simile exstitit, meo iure illam

1) Cf. hui. diss. p. 176 adn. 3. Adieci hoc loco Etymologicum Gud., ne quicquam respondeat Boysen.

Etymologi expositionem non ex alio fonte nisi ex Photii *λέξεων συναγωγῆς* depromptam esse censui.

Conlatis hoc modo Etymologici M. partibus a p. 370 [s. u. *ἐργῆ*] usque ad p. 403, 23 [s. u. *ἐρήγησις*] et a p. 462, 29 [s. u. *ἰῶτα*] usque ad p. 552, 19 [s. u. *κλητῆρες* in fine litterae *κ*] et a p. 597, 13 — litterae *ν ξ ο π* init. — usque ad p. 652 extr. et a p. 743, 44 [s. u. *ταῖ*] usque ad p. 753, 40 [s. u. *τεταγών*], perspexi Photii *λέξεις* per totum Etymologicum M. aequabiliter dispersas ac ne unam quidem formulis illis rhetoricis notatam esse eaque de causa Boyseni sententiam esse falsissimam. Neque igitur solum in medio Etymologico M. a littera *ι* usque ad litteram *ρ* — in qua parte glossae rhetoricae non leguntur — sed etiam ubi glossae rhetoricae occurrunt, et in initio et in fine operis, Photii glossae ita comparent, ut formulae illae iis subscriptae non sint. Ac primum quidem plane incredibile est, Etymologum M. animum induxisse sub iis litteris, quibus glossae rhetoricae deprehenduntur, partem observationum Photii formulis quibusdam adiectis, partem formulis illis praetermissis describere. Deinde si hoc sibi proposuisset, causam afferre non possemus, cur Etymologus M., quoniam eum Photii lexico usum esse constat in medio quoque opere, repente a littera *ι* usque ad litteram *ρ* illis formulis abstinuisset et rursus a littera *σ* usque ad finem notas ad partem quandam Photianarum glossarum adiecisset. Denique si conicere mallet Boysen Etymologum omnes *λέξεις* Photianas, quas in opus suum transtulisset, reuera formulis significasse, librariorum autem incuria eas periisse, hoc eum uix cuiquam persuadere posse opinor propterea, quod ita in sescentis glossis illas notas omissas esse censendum sit atque eas in medio opere ad unam omnes, cum in initio et fine paucae desint. Nam circiter uiginti glossas sub litteris *α—θ* et *σ* usque ad finem inueni in codice uetusto Florentino saeculi decimi a Millero conlato <sup>1)</sup>, quibus in ceteris codicibus illae notae non sunt additae.

1) Mélanges de littérature grecque cett.

Iam exempla proferenda sunt, quae secundum ordinem litterarum ε, ι, ν ξ ο π, τ enumerare mihi liceat. Attamen cum longum sit glossas omnes huiusmodi in lucem protrahere, ea sola depromam, quae maxime contra Boysenum pugnent.

Phot. s. u. ἐρεσχηλεῖν· πολὺν παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρὰ Ἴωσιν· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν καὶ ἀπὸ τῆς λέσχης.	Et. M. p. 371, 3: ἐρεσχηλεῖν· . . . ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν καὶ τῆς λέσχης. πολὺν παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρὰ Ἴωσιν.
---	---

Desunt Herodianus, Phrynichus, Pollux, Harpocration, Ammonius, Orion, lexicographi Bekk.; alia praebent Moeris, Hesychius, lexicographus Bachm., Etymologus Gud., qui omnes inter se et cum Etymologi M. p. 371 in init. conspirant.

Phot. s. u. ἐσκοροδισμένος· παρωξυμμένος· ἀπὸ τῶν σκορόδων· μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρούνων [ἦ]¹) τῶν διὰ τὴν νόσον χρισμένων σκόροδα.	Et. M. p. 384, 51: ἐσκορ[ο]δισμένος· παρωξυμμένος· ἀπὸ τῶν σκορόδων. ἢ μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρούνων [ἦ]¹) τῶν διὰ τὴν νόσον χρισμένων σκόροδα.
--	---

Desunt omnes, quos dixi, praeter Hesychium: ἐσκοροδισμένος· σκόροδα βεβρωκώς· Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι παίζει ἅμα μὲν ὅτι σκοροδοφαγοῦσιν οἱ Θράκες, ἅμα δὲ ὅτι παροξύνονται οἱ ἀλέκτορες πρὸς τὰς μάχας, ὅταν ἐμφάγωσι τῶν σκορόδων, qua ex glossa Photii doctrinae prior quidem pars emanare potuit, neutiquam autem Etymologi glossa. Multo etiam magis quam Hesychius ab Etymologo M. discrepat scholiasta Aristophanis Ach. u. 165 et eq. u. 492.

Phot. s. u.: ἐσπάθα· σπάθη ὕφαιεν ἢ διέφθειρε τὰ οἰκεία. ἐσπαθημένος· πεπυκνωμένος· ἀπὸ τῶν κατακρουουσῶν σπαθῶν [corr. Naber in σπάθη]	Et. M. 384, 48: . . . καὶ ἐσπάθα· σπάθη ὕφαιεν· ἢ διέφθειρε τὰ οἰκεία. ἐσπαθημένος· πεπυκνωμένος· ἀπὸ τῶν κατακρουουσῶν σπαθῶν τὴν κρόκην.
---	--

Etiam huic Etymologi M. expositioni, cui praeterea est communis corruptela in verbo σπαθῶν, nullum alium fontem

1) Dobraei Advers. crit. ed. Wagner, Berol. 1874. tom. III. p. 32.

inuestigare potui nisi Photium, cum Etymologus ex fonte communi, quem uel cuius uestigium exhibere Hesychium uel scholiastam Aristophanis ad nub. u. 53 statim uidebis, eadem ac Photium huius lexico non inspecto depromere non potuerit. Praetermisso scholio Aristophaneo hoc loco Hesychii glossam exscribam: ἐσπάθα' ... τὸ μὲν γὰρ ἐστὶ σπάθη καθυφαίνειν· τὸ δὲ διαφορεῖν τὰ οἰκεία. ἔστιν οὖν διέφθειρεν. ἢ ὕφαινεν ἀπὸ τῆς σπάθης. et ἐσπαθημένος· πεπυκνωμένος. Glossa autem, quae in Harpocratonis epitoma legitur s. u. ἐσπαθαῖτο p. 137 ed. Dindorf., quacum fere ad uerbum consentit lexicographus V. Bekk. [AGr. p. 256, 26], huc non pertinet, rettulerunt tamen eam quoque et Photius et Etymologus M. in opera sua sub eodem lemmate [Et. M. p. 384, 44], uterque autem, ut opinor, ex epitoma ipsa, cum Etymologus alioqui certe Photii adnotationes eodem ordine ἐσπάθα, ἐσπαθημένος, ἐσπαθαῖτο neque hoc ordine ἐσπαθαῖτο, ἐσπάθα, ἐσπαθημένος in farraginem suam recepisset. Notandum denique est Etymologum articulos s. u. σπάθη p. 722, 32 et s. u. σπάθαι linea 34 ex Orionis lexico p. 146 extr. et p. 145, 20 ed. Sturz petiisse.

Photii doctrina deinde transiit in Etymologi M. glossam p. 385, 51: ἐτερόγναθος ἵππος· ὁ σκληρόστομος· οἶον ὁ ταῖς γνάθοις ὡς μὴ ἰδίαις χρώμενος· ἢ ὁ ἄπληστος καὶ ἀμφοτέραις ταῖς γνάθοις ἐσθίων. Conlatis Photio s. u. et Orione p. 59, 26 dubium non est, quin Etymologus M. in priore parte usque ad χρώμενος participium Orionem, in posteriore inde a particula ἢ Photium sit secutus.

Denique si scire cupies, cuiusnam obseruationes exhibeat Etymologus in glossis: 1) εὐερκίας p. 390, 18: εὐπρεποῦς ἀσφαλείας καὶ περιφράξεως<sup>1)</sup>; 2) εὐήνος p. 390, 56: ὁ προῖος καὶ μέτριος, καὶ μὴ ταραχώδης· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἵππων<sup>2)</sup>;

1) Hesychius: εὐερκίας· ἀσφαλείας, quae uerba inter Herodiani fragmenta recepit Lentz tom. II. p. 513.

2) Hesychius: εὐήνιον· καλῶς ἡνιοχούμενον, ἐπὶ μηδενὶ ἀνιώμενον, προῖον; lexicogr. V. Bekk. p. 257, 21: εὐηνώτατα· τὰ εὐ ἔχοντα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἵππων, αἱ θεόνσαι ἡνία ἄγουσιν.



3) *εὐθρημοσύνη* p. 391, 28: *τάξις*<sup>1)</sup>; 4) *Εὐμολπίδαι* p. 393, 28: *γένος Ἀθήνησιν, ἀπὸ Εὐμόλπου τοῦ Θουράδος, ὃς καὶ τὴν μῆσιν εὔρεν. ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου· ὃς ἦν ἀπὸ β' πέμπτος*<sup>2)</sup>; 5) *εὐναῖος* p. 393, 43: *ἐγκεκρυμμένος. Σοφοκλῆς Δόλοψιν· Εὐναῖος εἶη δραπέτιν στέγην ἔχων*<sup>3)</sup>; 6) *εὐράχαντες* p. 395, 21: *ἦγοντες· ῥαχίας γὰρ ἐκάλουν τοὺς τραχεῖς καὶ παρήκοντας τόπους*; 7) *ἔφρσις* p. 401, 51: *... ἢ εἰς ἄλλο δικαστήριον ἐφιεμένη δίκη ὑπὲρ τοῦ κριθῆναι πάλιν. ἐγένετο δὲ Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἀποψηφισθέντων. ἐφρῖσθαι γὰρ αὖθις ἔξῃν αὐτοῖς εἰς δικαστήριον περὶ τῆς πολιτείας. καὶ εἰ μὲν ἐάλωσαν, ἐπωλοῦντο ὡς ξένοι· εἰ δὲ μὴ, ἐπανίεσαν*<sup>4)</sup> *εἰς τοὺς ἐξ ὧν ἀπεψηφίσθησαν δήμους*<sup>5)</sup>. — euolvas mihi omnes illos grammaticos et lexicographos et deprehendas sane aut nullum plane uestigium illarum glossarum uel certe nihil simile aut fontem, qui uix agnoscat, ex quo Photius solus sua suffuratus est, cuius auxilio centum fere annis post Etymologus M. illam doctrinam uetustam retractauit. An mihi demonstrare conaberis Etymologum u. c. *Εὐμολπίδαι* glossam Photii lexico non usurpato composuisse eadem forma iisdemque uerbis atque Photium ex scholio Soph. uel ex ipsorum Istri, Androtionis cett. operibus?

Venio iam ad litteram *ι*. Quarum Etymologici M. *λέξεων* nonnullae etiam hoc loco mihi tractandae sunt, quas, etsi a Photio et Etymologo M. solis eas tradi Boysen concedit nec fontem alium unde fluxerint indicare potest, tamen ab Etymologo ex Photii lexico descriptas esse negat.

Praemittam eum locum, quo vel solo, si cetera corruant,

1) Quae secuntur, recepit Etymologus ex Orionis lexico, ubi p. 59, 16 similia exstant.

2) Conferas illud doctissimum scholion Soph. ad Oed. Col. u. 1051 ed. Elmsley p. 79, ubi cognoscere poteris, unde Photius sua in lexicon translulerit. Valde a Photio distat Hesychius.

3) Hesychius: *εὐναῖος· λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. κατεπηγῶς.*

4) Codd. V et D *ἐπανήεσαν.*

5) Lexicogr. V. Bekk. p. 244, 8: *ἔφρσις· εἴσοδος ἢ εἰς ἄλλο δικαστήριον ἐφιεμένη ὑπὲρ τοῦ κριθῆναι αὖθις τὸ αὐτὸ πρᾶγμα*; lexicogr. IV. Bekk. p. 186, 7, Et. Gud. p. 224, 21, Harpocr. p. 142 ed. Dind. ualde dissident.

patebit Etymologici M. auctorem in littera *ι* quoque Photii λέξεων συναγωγήν manibus trivisse: dico expositionem, quae est p. 462, 52 de uoce *ιάλεμος*: σημαίνει τὸν θρηῖνον. ἔστι γὰρ εἶδος θρηῖνον. ὅτε μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀπόλλωνος λέγεται, δασύνεται, ἀπὸ τῆς ἰήσεως (ὅ ἐστιν ἀφέσεως) τῶν βελῶν· ἐπὶ δὲ τοῦ θρηῖνον, ψιλῶται. γερόνασι δὲ ἀμρότερα οὕτως. ἔστιν ἡμὶ τὸ πέμπτω. ἐκ τούτου γίνεται ἦρος· εἶτα ἰήεμος διὰ τοῦ *ε* κατὰ τὴν παραλήγουσαν· τροπιῇ τοῦ *η* εἰς *α* καὶ πλεονασμῶ τοῦ *λ*, *ιάλεμος*, ἐπὶ τοῦ θρηῖνον. ἢ ἐκ τοῦ ἦρος κατὰ τροπιῇ τοῦ *η* εἰς *ε*, γίνεται ἰέμος· καὶ πλεονασμῶ τῆς *αλ* συλλαβῆς, *ιάλεμος*· καὶ *ιαλεμῆσαι* τὸ θρηῖνῆσαι, ὡς παρὰ Καλλιμάχου εἰδυῖα φάλιον ταῦρον ἠλεμίσαι. Οὕτως Φιλόξενος περὶ Μονοσυλλάβων, ὡς φησιν Ὁρίων. Ἐν ἄλλοις δὲ εὔρον ἐγὼ τὸ *ιάλεμος* ἐπὶ τοῦ θρηῖνον ἐτυμολογούμενον παρὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ὀλωλόσιν ἰωῖν φέρειν.

Hoc de uocabulo praeter Etymologum M. Moeris atticista [ed. Piers. p. 190], Hesychius, Photius, Etymologus Gudianus [p. 268, 45 et p. 269, 3] egerunt. Ex quibus Hesychium Etymologo M. hac in glossa conscribenda fontem fuisse, Boysen censet, quamquam una θρηῖνοι uox et in Etymologico M. et in Hesychii lexico reperitur neque ulla littera in ceteris conuenit: [Hesych.] *ιάλεμοι*· θρηῖνοι. ὄρφανοί, στερόμενοι. θρηῖνιτικοί. ἀνανδροί. δυστυχεῖς. Sed haec est Boyseni leuis argumentandi ratio, de qua uerba facere opus non est. — Immo Etymologi M. obseruatio conglutinata est ex Photii et Etymologi Gud. glossis, nisi dicere malis ex glossis Moeridis et Photii et Etymologi Gud. eiusue fontis et Herodiani et alius etymologi i. e. aut Etymologi Gud. aut eius fontis. Simul ex hoc exemplo plane apparet, quemadmodum recentiores lexicographi ueterum libros excerpserint. Etenim quae Etymologus M. initio glossae profert: σημαίνει τὸν θρηῖνον, leguntur et apud Moeridem et apud Etymologum Gud.; uerba, quae secuntur: [ἔστι] γὰρ εἶδος θρηῖνον, apud solum Photium; ea quae restant: ὅτε μὲν cett. magna ex parte apud Etymologum Gud. Ita enim lexicographi opera componebant, ut ordine uerborum confecto in uniuscuiusque uocis locum et nonnulla

de suo, quae sane omnia erant exilia, et quae in fontibus inuestigauerant, sine mente ac ratione referrent et congererent<sup>1)</sup>. Quam rem ita se habere manifestum fit et exemplis sescentis non solum ex Etymologico M. uerum etiam ex aliis lexicis sumptis Graecorum Romanorumque<sup>2)</sup>, et expositione Etymologi M. de uoce *ιάλεμος*, in qua dixerim furem teneri tam manifestum quam nullo alio loco. Primum enim quicumque initium glossae: *σημαίνει τὸν Θρηῖνον. ἔστι γὰρ εἶδος Θρηῖνον* perpenderit, utramque explicationem, quibus idem significetur, ex eodem libro esse descriptam negabit. Dein priorem interpretationem *σημαίνει τὸν Θρηῖνον* ex eodem opere petitam non esse ac uerba sequentia: *ὅτε μὲν* cett. [scil. ex Etymologico Gud.], patet. Neque enim credibile est Etymologum M. in priore explicatione [Et. Gud.] non acquiescisse, sed Photii lexico inspecto alteram hinc addidisse ac tum ad Etymologi Gud. explicationem exscribendam rediisse. Ergo statuimus, Etymologum M. priorem interpretationem ex Moeridis uerbis: *ιάλεμος, Ἀττικῶς. σημαίνει δὲ τὸν Θρηῖνον . . .*, alteram ex Photii glossa: *ιαλεμῶ· Θρηῖνῶ. ἱάλεμος γὰρ Θρηῖνον εἶδος* cett. petiisse atque, quae a uerbis *ὅτε μὲν* cett. secuntur, ex Etymologico Gud. eiusue fonte aliisque adiunxisse. Sed utut est, negari nequit, quae laudauī *ἔστι γὰρ εἶδος Θρηῖνον* uerba non esse Etymologi M. ipsius, sed, cum non forte factum sit, ut Photius eadem praebeat, solius patriarchae.

*Ἰδιαιτέρον· ἰδικιώτερον*<sup>3)</sup> glossam Etymologi M. deberi Photio, apud quem legimus: *ἰδιαιτέρον· ἰδικιώτερον*, mihi concedes, praesertim cum perlustratis omnibus qui ante Etymologum M. scripserunt, lexicographis superstitionibus illorum uerborum ne uestigium quidem reperiatur.

De Atheniensium die festo, quem *ἑρὸν γάμον* uocant, exstant pauca in Hesychii, Photii, Etymologi M. lexicis, quae

1) Cf. Boysenum l. c. p. 68.

2) Cf. Festum.

3) Cf. Thom. Mag. ed. Bernard p. 466 agn. 3, ubi Oudendorpius Suidae formam *ἰδικιώτερον* in *ἰδιώτερον* mutandam esse iniuria censet, quia haec uerba in Photii codice, ex cuius lexico in Suidam migrauerunt, ita scripta sunt.

inter se comparata declarabunt Etymologum quidem sua debere Photio, Photium fortasse Hesychio eiusue fonti, haudquamquam, quod Boysen, ut Photii uestigium debeat in Etymologico M. patens, commendat: Etymologum Hesychio. Ipse autem diiudices illorum uerbis examinatis:

Hesychii:	Photii:	Et. M. p. 468, 56:
<i>ἱερὸς γάμος ἑορτῆ Διὸς καὶ Ἡρας.</i>	<i>ἱερὸν γάμον Ἀθηναῖοι ἑορτὴν Διὸς ἄγουσι καὶ Ἡρας ἱερὸν γάμον καλοῦντες.</i>	<i>ἱερὸν γάμον Ἀθηναῖοι ἑορτὴν Διὸς ἄγουσι καὶ Ἡρας ἱερὸν γάμον καλοῦντες.</i>

Et. M. p. 468, 36: *ἱερᾶσθαι ἱερουργεῖν καὶ Θουκυδίδης: κατὰ δὴ τίνα παλαιὰν αἰτίαν οὐ καθαρὸς ὄντας ἱερῶσθαι*. σημαίνει τὸ ἱερὸς νομισθῆναι, καὶ οἶον καθιερωθῆναι. Quam expositionem conflata esse ex duabus glossis de iocibus *ἱερᾶσθαι* et *ἱερῶσθαι* omisso altero lemmate post *ἱερουργεῖν* uerbum nemo non uidet<sup>1)</sup>. Pars prior cuius auctoris esse possit: *ἱερᾶσθαι ἱερουργεῖν*, ostendunt et Hesychius: *ἱερᾶσθαι ἱερουργεῖν. καὶ τὸ ἱερῶσθαι ἔχειν* et lexicographus Bachm. [AGr. I. 260, 17]: *ἱερᾶσθαι ἱερουργεῖν*, quocum Photius consentit sub eodem lemmate. Sed antequam cuius doctrinam Etymologus M. reddat, discernamus, exploremus, quae de uerbo *ἱερῶσθαι* sint tradita. Hesychius habet haec: *ἱερῶσθαι θύειν καθαρὸς ὄντας* et Photius: *ἱερῶσθαι φησὶ Θουκυδίδης νομίσαντες κατὰ δὴ τίνα παλαιὰν αἰτίαν οὐ καθαρὸς ὄντας ἱερῶσθαι*. σημαίνει γὰρ τὸ ἱερὸς νομισθῆναι καὶ οἶον καθιερωθῆναι. Quibus omnibus cum Etymologi M. glossa conlatis nullus de origine dubitationi locus est. Etenim quamquam glossae initio Hesychius et lexicographus Bachm. eadem praebent atque Photius, ut Etymologus sua eodem iure ex illis hausisse dici possit, tamen quam maxime repugnat altera pars, ubi non solum illo Thucydidis loco, uerum etiam extremis uerbis uestigium Photii deprehenditur.

1) Conferas Sylburgium in Gaisf. Et. M. ed., qui adnotauit: καὶ Θ.] fortasse melius, ὁ δὲ Θουκ.: ut uidelicet *ἱερᾶσθαι* et *ἱερῶσθαι* aduersatiua coniunctione dirimantur.

Persimilis est ratio glossae Et. M. p. 479, 5: ἰσχρομυθουῦντες· ἀκριβολογοῦντες, quaecum congruunt glossae lexicographi Bachm. et Photii. Hesychius autem ἰσχρομυθουῦντες esse dicit: λεπτολογοῦντες. ἀκριβολογοῦντες. Quae cum ita sint, num putas tres illos lexicographos miro quodam casu consentientes eandem explicationem uerbi ἰσχρομυθεῖν retinuisse, eandem omisisse? Ordo igitur excerptorum hic est: lexicographus Bachm. ab Hesychio atque aut Photius et Etymologus M. a lexicographo aut ab hoc, quod ueri est similis, Photius 1), a Photio Etymologus glossam habet.

Neque minus ad sententiam meam stabiliendam ualent articuli, qui sunt in Etymologico M. de uocibus ἰδρυσίς p. 466, 43, Ἰερώνυμος p. 468, 49, ἰθίφαλλοι p. 470, 3 (cod. M.), quibus Boysen, qui fontem aliquem sese inuestigare potuisse negat, originem quamuis incertam sine negotio indicare poterat, lexicis et Harpocratonis [ed. Dind. p. 159, 17] et Bachm. [AGr. tom. I. p. 260, 10] inspectis, ubi eadem exstant atque in Photii lexico 2) et in Etymologico M. Sed cum exemplis allatis satis superque demonstratum sit Etymologum adisse Photium in littera ι quoque, etiam in his glossis opinamur patriarchae doctrinam inueniri.

Omittam exempla proferre, ex quibus efficiam Etymologum in littera ζ Photii lexico usum esse, sed id, quod demonstraturus sum, documentis ex litteris ν ξ ο π (init.) petitis confirmabo.

Iam uideas quaeso glossam, quae est p. 599, 51 de uoce

1) Suo iure, ut mihi uidetur, Boysen refellit Naberum cum demonstrat, lexicon Bachm. a Photio in λέξεων συναγωγήν esse receptum Cf. Nab. proll. p. 127 sq., Boysen. l. c. p. 34 sqq., Leop. Cohn. Jahrb. Suppl. XIII, p. 813 sq.

2) Glossas Ἰερώνυμος et ἰθίφαλλοι Naber ut omnes, quas ex Harpocratonis lexicis epitoma arreptas in Photio deprehendit, eiecit: sed iniuria opinor, cum illa Harpocratonica reuera in Photii libro olim lecta esse nemo neget. Cur igitur quae Photii sunt, ei denegemus? Profecto si Harpocratonis lexicon eiusque epitoma aetatem non tulissent, Naber nullum temporis punctum dubitasset, illa quoque Photio dare ac concedere. Cf. Nab. proll. p. 106.

νεαλής· κυρίως ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς ἰχθύς, ἢ ἀλισθαίς, ὁ πρόσφατος. [Praetermissis lexicographis iis, quorum ex operibus Etymologus hanc observationem non hausit: Antiatticista (Bekk. AGr. I. p. 109, 13], Phrynicho (ἐκ τῶν Φρυνίχου Bekk. AGr. I. p. 52, 20], Ammonio [ed. Valek. p. 97 (p. 95)], Etymologo Gud. eiusue fonte [p. 403, 38], restant Harpocratio [ed. Dind. p. 212, 3]: νεαλής· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, εἰ γνήσιος. ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς οὕτως ἐλέγετο κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων; Hesychius: νεαλής· νεωστὶ ἀλούσης. νεαλεῖς· πρόσφατοι. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀσὶ παττομένων; auctor lexicī V. Bekk. [p. 282, 27]: νεαλής· ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς ἰχθύς. ἢ ὁ νεωστὶ ὀτιοῦν πεποικηκῶς ἢ πεπονθῶς; Photius: νεαλής· κυρίως ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς ἰχθύς· λέγεται δὲ καὶ ὁ νεωστὶ ἀλισθαίς.

Quorum ἔglossographorum, quos Etymologus exscribere potuit, lexicogr. V. Bekk. statim abiciemus, 'cum eius doctrinam Etymologus iam p. 599, 9 suam reddiderit et, quamquam ille admodum inepte lexicon condebat, tamen certe non ita sana mente caruerit, ut quae paulo ante ex aliquo libro sumpserat, eodem fere dixerim momento ex eodem auctore repeteret. Quibus perspectis alteram Etymologi glossam certe fluxisse ex altero fonte etiam tum statuendum esset, si Photii λέξεων συναγωγῇ periisset. Neque enim ex Hesychii lexico neque ex Harpocratiois opere, quorum expositionibus dissimilis est Etymologi iste alter articulus, sed solo ex Photio fluxit, qui fortasse sua habet ex illorum operibus. Unum uerbum extremum πρόσφατος Etymologum M. aliunde u. c. ex Hesychii glossa νεαλεῖς· πρόσφατοι adiunxisse satis est uerisimile.

Photio igitur in hac quoque littera agnito haec documenta addam, e quibus idem apparebit.

Compara glossam Etymologi M. p. 612, 30 et Photii de sudore, quem uocant, sicco: ξηρὸς ἰδρώς· ὁ μὴ ἐπὶ λουτρῶν, ἀλλ' ἐπὶ γυμνασίων καὶ πόνων γενόμενος; utrumque ad uerbum consentire uidebis, ceteris lexicographis nihil exhibentibus.

Neque minoris pretii est Photii expositio de uoce ὀτρυγγηφάγον· τὸν κριθοφάγον· Ἀρχίλοχος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο·

τρύγη γὰρ ὁ Δημητριακὸς καρπός, quae paulo mutata redeunt apud Et. M. p. 637, 24 s. u. ὀτρυγηγράφος· τρύγη, ὁ Δημητριακὸς καρπός· ἐξ οὗ τρυγηγράφος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ὀτρυγηγράφος omissis uerbis Photii τὸν κριθογράφον· Ἀρχιλόχος.

At dixerit quispiam Etymologum sua ex Photio uix sumpsisse, cum etiam ab Hesychio uel Herodiano petere ea poterit. Sed tu ipse glossas aspicias. Primum Hesychius haec praebet s. u. ἄτρυγηγράφον· πολυγράφον· τρύγη γὰρ ὁ Δημητριακὸς καρπός, quorum sola in Etymologico M. conspicis uerba nouissima, quae tamen neutiquam, cum ea sub littera α reperiantur, ab Etymologo secundum morem excerpenti in componenda littera ο descripta, sed fortasse in alterum articulum, qui est p. 167, 21 s. u. ἀτρύγετος, translata sunt. At uero ne haec quidem sententia stare potest, cum ibi auctorem appellet Etymologus Herodianum: ἀτρύγετος· 'παρὰ θιν' ἄλως ἀτρυγέτιοι'. παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης τῆς ἀκαταπονήτου καὶ πολλῆς· ἢ τῆς ἀκάριου. εἰ μὲν παρὰ τὴν τρύγην, ὡς ἔνιοι, οὐ πλεονάζει· [τρύγη δέ ἐστιν ὁ Δημητριακὸς καρπός, ὡς περ' ὄνου κήλωνος ὀτρυγηγράφου' ἀντὶ τοῦ κριθογράφου, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ὡς ἐπὶ τοῦ κρούεις ὀκρούεις. ἄς παρὰ Ἀρχιλόχῳ, τρύγαν οὐκ ἔχουσαν· ἢ μὴ τρυγωμένην· οἱ δέ, ἄδενδρον.] εἰ δὲ παρὰ τὸ τρέειν, πλεονάζει. ἄτρυτος γὰρ ἀτρύετος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, ἀτρίετος. οὕτως Ἡρωδιανός. Huc referuntur uerba uncis inclusa, quae, id quod nomen Herodiani in fine appositum declarat, ex huius opere [scil. περὶ παθῶν], una tamen cum uerbis εἰ μὲν παρὰ τὴν τρύγην, ὡς ἔνιοι, οὐ πλεονάζει et εἰ δὲ παρὰ τὸ τρέειν, πλεονάζει fluxerunt, quare Lentz fere totam glossam inde a uerbis εἰ μὲν π. τ. in Herodiani fragmenta recipere debuit, non sola uerba tom. II. p. 174 uncis inclusa (iure omissis illis ἢ μὴ τρυγωμένην· οἱ δέ, ἄδενδρον), et tom. II. p. 284 uerba, quae uncis secuntur: παρὰ τὸ τρέειν πλεον. Nam quominus illa uerba εἰ μὲν π. τ. τρ. cett. Herodiana esse putemus, uix impediatur illud 'ἔνιοι', quod iam apud Herodianum legi potuit. Itaque ex Herodiano Etymologus deriuauit, quae sub littera α, ex Photio, quae sub littera ο exstant, ita quidem, ut his glossis

(id quod ex illo manifestissimo exemplo sub uoce *νεαλής* elucebat) ab Etymologo, si duas glossas in lexico praebet, duos libros esse usurpatos, optime confirmetur. — Quae autem Hesychius sub littera *ο* exhibet: *ὀτρυγηφάγου· περιττὸν τὸ ο. τρύγη γὰρ ὁ σίτος καὶ ὁ χόρτος*, ea sententiam nostram non perturbant.

Pluribus uerbis demonstrare in medio Etymologico M. uestigia Photiana inesse cum non iam opus sit, tamen de duabus glossis uerba faciam, quibus, ut hoc iterum iterumque premam, adnectere poteram multas alias Etymologi obseruationes, quae, etsi concordant et cum Photii et cum aliorum u. c. lexicographi Bekk. uel Bachm. glossis, tamen summa cum uerisimilitudine Photio tribuendae sunt.

Priore loco afferam illam narrationem de Atheniensium die festo in honorem Iouis instituto, quem uocant *τὰ Πάνδεια* uel *Πάνδεια*. Legitur in Etymologico M. p. 651, 21: *ἐορτὴ Ἀθήνησιν· ἀπὸ Πανδείας τῆς σελήνης· ἢ ἀπὸ Πανδίωνος, οὗ καὶ ἡ φυλὴ ἐπώνυμος· ἢ ὅτι τῷ Διὶ ἄγονται τὰ Πάνδεια· ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ πάντα δινεύειν (!) τῷ Διὶ*. Auctorum, qui aliquantulum de hoc die festo tradentes ab Etymologi M. uerbis multo distant, scholiastam Demosthenis [ed. Dind. opp. uol. IX. p. 539], Harpocratonem, Hesychium prorsus omittere licet. Restant lexicographus V. Bekk. et Photius, quorum ille haec exhibet [p. 292, 10]: *Πάνδεια· ἐορτὴ Ἀθήνησιν, ἣτοι ἀπὸ Πανδίας τῆς Σελήνης, ἢ ἀπὸ Πανδίωνος, οὗ καὶ ἡ φυλὴ ἐπώνυμος* nec plura, hic: *Πάνδεια· ἐορτὴ τις ἀπὸ Πανδίας τῆς Σελήνης· ἢ ἀπὸ Πανδίωνος, οὗ ἐστὶ καὶ φυλὴ ἐπώνυμος· ἄγεται δὲ αὕτη τῷ Διὶ· ἐπονομασθεῖσα ἴσως οὕτως ἀπὸ τοῦ πάντα δεῖν θύειν τῷ Διὶ*. Perspicuum est Etymologum debere aut priorem partem glossae lexicographo V. Bekk. et posteriorem Photio aut totam glossam patriarchae. Pro *δινεύειν* ab Etymologo M. tradito scribendum esse *δεῖν θύειν* Photii uerba demonstrant.

Denique mihi in animo est glossam Etymologi M. tractare de triremi sacra *Πάραλος* p. 699, 14: *ἰερὰ τρίρης ὡσπερ καὶ Σαλαμινία καὶ Ἀντιγονίς καὶ Δημητριάς· ἀπὸ Παράλου*



τινὸς ἥρωος· πρὸς ἑπιτηδεσίαν τῶν ἀναγκαίων ἐπιτήδειος. αὐται δὲ ἐπὶ στρατηγὸς ἐπέμποντο, καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας. Quam expositionem non ex uno fonte manasse facile cognoscitur. Diuidenda enim est in partes quattuor: ab initio usque ad nomen *Δημητριάς*, dein usque ad uocabulum ἥρωος, tum usque ad adiectiuum ἐπιτήδειος, denique usque ad finem. Unde deprompta sint uerba media, pars secunda et tertia, inuestigare non potui. Cum extrema autem glossa concinunt ad uerbum extrema uerba glossae lexicī V. Bekk. p. 267, 21 s. u. *ἱεραὶ τριήρεις· παράλος, Σαλαμινία, Ἀντιγονίς, Δημητριάς. αὐται ἐπὶ στρατηγὸς ἐπέμποντο καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας*, ubi etiam priora uerba Etymologi M. fere omnia occurrere uides. Num autem haec glossa lexicographi V., quae sub littera *ι* exstat, huic Etymologi articulo sub littera *π* fons fuerit, ualde dubito, praesertim cum illic media Etymologi uerba desint neque probabile esse uideatur, Etymologum eandem glossam, quam antea sub lemmate *ἱεραὶ τριήρεις* p. 469, 19: *αἰτνῆς εἰσι Πάραλος, Σαλαμινία, Ἀντιγονίς, Δημητριάς. αὐται ἐπέμποντο ἐπὶ στρατηγὸς καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας* in farraginem receperat, posthac denuo in usum conuertisse idque ita, ut priorem partem illius glossae Seguerianae [*Πάραλος* usque ad '*Δημητριάς*'] transcriberet, his ex alio quodam fonte nonnulla [*ἀπὸ Παράλου ἥρωος* usque ad '*ἐπιτήδειος*'] adderet, postremo in fine ad illam doctrinam Seguerianam [*αὐται δὲ ἐπὶ στρ.* usque ad '*χρείας*'] rediret. Veri esse similius censeo hoc loco Etymologum lexicographum V. Bekk. non adisse sed, quae uerba cum illo conueniunt maximeque extrema, ex communi aliquo fonte deduxisse. Initium autem transit procul dubio ex Photii articulo *Πάραλος· ἱερά τριήρης, ὡσπερ καὶ ἡ Σαλαμινία· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τριήρεις β'· Ἀντιγονίς καὶ Δημητριάς· . . .*, omissis uerbis quae superuacanea esse uidebantur, inde ab '*ἦσαν*' usque ad '*τριήρεις β'*'.

Restat, ut, quod mihi extremum proposueram, quam possum breuissime de glossis Photianis disseram, quae in Etymologico M. sub littera *τ* leguntur.

Paginarum quadraginta, quae continent hanc litteram, de-

cem priores accuratissime cum illis grammaticis, quorum opera fortunae beneficio ad nos peruenerunt, contuli atque sedecim articulos collegi, quos ad nullum alium nisi ad Photium redire necesse est. Ex illo autem numero colligendum esse uidebatur, Boysenum in numero glossarum CLXV, quas ab Etymologo M. ex Photii lexico sub littera  $\tau$  arreptas deprehendit, errauisse. Nam tantum aberat, ut equidem Boyseni rationem confirmari illas reliquas triginta paginas litterae  $\tau$  percurrens uiderem, ut tantum sexaginta circiter tota littera  $\tau$  glossas Photianas efficere possem.

Illas autem sedecim adnotationes ex Etymologico M. huc ad litteram transferri non opus esse censeo, cum certis argumentis me iam unicuique persuasisse confidam. Attamen, ut cuilibet occasio sit illos locos comparandi, enumerabo eos atque adiciam nomina et locos lexicographorum, qui uel similia uel alia praebent,

1) Et. M. p. 743, 56:  $\tau\acute{\alpha}\gamma\upsilon\rho\iota$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\gamma\acute{\upsilon}\rho\iota\alpha$  similia. 2) Et. M. p. 745, 33:  $\tau\alpha\nu\acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\alpha\varsigma$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\nu\acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\alpha\varsigma$   $\text{Ἐρινῆς}$  similia. 3) Et. M. p. 745, 48:  $\tau\alpha\nu\acute{\upsilon}\pi\tau\epsilon\rho\varsigma$ . Lexicogr. Bachm. [AGr. I. p. 381, 29] eadem, sed sub lemmate  $\tau\alpha\nu\pi\acute{\tau}\epsilon\rho\gamma\omicron\varsigma$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\nu\acute{\upsilon}\pi\tau\epsilon\rho\varsigma$  similia. 4) Et. M. p. 746, 5 s. u.  $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\tau\epsilon\varsigma$  [pars prior]. Hesychius s. u.  $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\sigma\iota$  similia. Et. Gud. p. 521, 57 s. u.  $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\varsigma$ <sup>1)</sup> et p. 521, 60 s. u.  $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\tau\epsilon\varsigma$  alia. 5) Et. M. p. 746, 15 s. u.  $\tau\alpha\rho\alpha\nu\tau\epsilon\iota\nu\omicron\nu$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\rho\alpha\nu\tau\acute{\iota}\nu\omicron\nu$  similia. 6) Et. M. p. 746, 16 s. u.  $\tau\alpha\rho\alpha\nu\tau\acute{\iota}\nu\alpha\iota$   $\beta\alpha\rho\alpha\iota$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\rho\alpha\nu\tau\acute{\iota}\nu\alpha\iota$   $\alpha\acute{\iota}\mu\alpha\tau\iota$   $\beta\alpha\rho\alpha\iota$  cett. alia. 7) Et. M. p. 747, 14 s. u.  $\tau\acute{\alpha}\rho\tau\alpha\rho\omicron\varsigma$  [inde a uerbis  $\omicron\acute{\iota}$   $\delta\acute{\epsilon}$  usque ad  $\acute{\lambda}\acute{\epsilon}\gamma\omicron\upsilon\sigma\iota$ ]. Desunt omnes. 8) Et. M. p. 747, 48 s. u.  $\tau\alpha\nu\rho\omicron\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\nu$ . Hesychius s. u.  $\tau\alpha\nu\rho\omicron\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\varsigma$  similia. 9) Et. M. p. 751, 4 s. u.  $\tau\epsilon\lambda\iota\sigma\acute{\kappa}\omicron\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$ . Lexicogr. Bachm. [l. c. p. 383, 21] eadem, sed sub lemmate  $\tau\epsilon\lambda\iota\sigma\acute{\kappa}\omicron\mu\omicron\varsigma$ . 10) Et. M.

1) Praebet Et. Gud. hoc loco ueriloquium uocis  $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\varsigma$ , quod legitur in parte altera glossae Etymologici M. auctore Orione appellato, cuius quidem loco, cum expositio in illius lexico desit, certe cum cod. V Ori nomen scribendum est.

p. 751, 5 s. u. *τελενικίσαι*. Hesychius s. u. *τελενικίσαι* similia. 11) Et. M. p. 751, 8 s. u. *τελεσθηῖναι*. Antiatticista [Bekk. AGr. I. p. 114, 28] fere eadem. 12) Et. M. p. 751, 11 s. u. *τελετη* [pars prior]. Hesychius s. u. *τελεται* plura, ex quibus Photius sua depromere potuit neque uero Photii articulo non aspecto Etymologus, qui ad litteram cum Photio conspirat. Etymologus Gud. p. 524, 50 similia. 13) Et. M. p. 751, 26 s. u. *Τελμισσεῖς*. Hesychius s. u. *Τελμισεῖς* alia. 14) Et. M. p. 752, 6 s. u. *τένθης*. Et. Gud. p. 525, 52 s. u. *τένθης* est multo uberior, unde uel e cuius fonte Etymologum M. hausisse non est ueri simile conl. Et. M. et Phot. 15) Et. M. p. 752, 7 s. u. *τένοντας*. Lexicogr. Bachm. [l. c. p. 384, 15] et Hesychius s. u. *τένοντες* similia, item Ed. Gud. p. 526, 17 s. u. *τένοντα*. 16) Et. M. p. 753, 10 s. u. *τερμινθος καὶ τέρμινθος*. Hesychius s. u. *τέρμινθος* habet solam priorem glossae Etymologi M. partem, quae conuenit. — Cum omnibus autem locis congruit Photius.

Antequam hanc paragraphum absoluam, breuiter illos Etymologi M. articulos attigerim, in quibus Photius ab illo laudatur. Omissis his tribus glossis p. 418, 49 Et. M. s. u. *ἡγγιτορία*, ubi Etymologus eadem praebet ac Photius, Et. M. p. 505, 19 s. u. *κερασβόλον*, quae Photii lexico aliqua quidem ex parte debetur<sup>1)</sup>, Et. M. p. 529, 50 s. u. *κορροθηῖναι*, quae in Photio periit<sup>2)</sup>, mihi est agendum de articulis Et. M. p. 540, 4 s. u. *Κρόνος*, Et. M. p. 613, 4 s. u. *ὀβολός*, Et. M. p. 654, 39 s. u. *παρέμενος* [cod. V. et Flor.]. — Quorum articulus 'Κρόνος' in Etymologico Gud. p. 586, 21 ad litteram una cum Photii nomine, eo omisso in schol. ad Hes. Theog. u. 459 reperitur. Glossas autem, *ὀβολός* et *παρέμενος*, quae solae supersunt, neque in Photii lexico neque usquam in lexicographorum uel grammaticorum uel scholiastarum collectionibus, quas perscrutabar, reperire potui. Propterea autem

1) Quamquam patriarchae nomen, cum solo in cod. Flor. legatur, librarii errore huc ex articulo 'Κρόνος' translatum esse Miller l. c. p. 201 adn. 4 mauult.

2) Cf. Phot. ed. Pors. I. p. 176, ed. Nab. proll. p. 5 et p. 350.;

mihī consequens esse non uidetur, ut Photius in nullo omnino opere has uoces interpretatus sit, cum aliter explicari non possit, cur Etymologus M. illis expositionibus Photii nomen subiunxerit. Neque uero cum Nabero efficiendum est Photium ipsum λέξεων συναγωγήν non confecisse, sed eius librarium aliquem, qui, cum posthac turbatum uerborum ordinem emendaret, has glossas, quae in Photii lexico aut non leguntur aut minus uberes exstant quam in Suidae aliorumque lexicis, omis- sisse — quam coniecturam, cum Freyer<sup>1)</sup> satis iam refutarit, hoc loco breuiter perstringo.

§ 2. Duas glossas Etymologici M. rhetoricas in Photio deesse aliasque multo uberiores in Etymo- logico M. quam in Photii lexico exstare demonstratur.

Naber cum coniecturam illam admodum artificiosam pro- posuerit, qua doceat, Photii lexicon, quale nunc habeamus, de- curtatum esse, glossas, quas hac paragrapho examinaturus sum, maximi momenti atque ponderis esse negauit et nonnullas prorsus neglexit. Causa enim, cur duae glossae rhetoricae in Photii lexico desint aliaeque multo uberiores in Etymologico M. exstant quam in Photio, Nabero est Photius decurtatus. Cum fieri non possit, ut huic suspicioni accedam, quoniam Freyerum, ut modo dixi, sequor, illae glossae mihi singularem eximiamque auctoritatem nanciscuntur: conclamant et affirmant Etymologum haudquaquam in componendis glossis rhetoricis Photii lexico usum esse. Quod ne Boysenum quidem fugisse uidetur, qui quidem tantum abest, ut illis articulis summum pretium addici concedat, ut in medio relinquat, qui, cum Pho- tium nos decurtatum habere ipse neget, illud fieri possit, et acquiescat his in uerbis [p. 69]: 'exceptis glossis σφαδάζειν et ζύγαστρον', quorum supplementa unde fluxerint, nondum scio, Etymologus glossarum ceterarum supplementa uel totas glossas ex Etymologico Gud. recepit.' Quae cum ita sint, Boy-

1) L. c. p. 288sq. adv. Nab. proll. p. 164sqq.

senum adduci necesse esse puto, ut formulas rhetoricas non Photium sed Etymologum Gud. uel alios, qui illa additamenta praebent, indicare suspicetur. At cum illa, quae glossis rhetoricis mediis quoque inserta u. c. gl. ζύγαστρον inueniuntur, omnino introducit, ipse declarare mihi uidetur sese Etymologi M. rationem excerptendi ignorasse. Ac profecto facile ille intellegere potuit Etymologum semper articulum, quem in farraginem recepturus est, fideliter describere uel excerptere eique adnectere adnotationem nouam alius cuiusdam lexicographi uel suam ipsius doctrinam, nunquam autem illa noua articulo prius descripto medio inserere. Ea autem, quae Boysen de supplementis excogitauit, quibus glossae rhetoricae uberiores sint quam Photianae adnotationes, falsissima esse, in singulis glossis, quas infra enumerabo, accurate ostendam.

Glossae rhetoricae Etymologici M. in Photii lexico desunt hae:

Et. M. p. 761, 46 s. u. *τολύνιον· τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον ἀπὸ τοῦ Μεγαρέως Τολύνου· ἔστι δὲ προγενέστερος Κρατίνου. ῥητορικὴ.* et Et. M. p. 785, 44 . . . ὄθεν καὶ ὕφαλος ἄνθρωπος λέγεται (ὡς ἐγὼμαι)<sup>1)</sup> ὁ κεκρυμμένος καὶ πανοῦργος. ῥητορικὴ. — Quarum priorem in Photio desiderari iam Boysen uidit et p. 69 addit: 'nisi forte illud ῥητορικὴ librarii errore non sub finem uocis *τολύπευμα* [quae glossa in Etymologico M. sequitur] sed sub finem glossae illius antecedentis [quae est glossa *τολύνιον*] posita sit'. At omisit Boysen et in cod. Flor. Milleri p. 283 eadem legi et in codicibus V ῥήτορος et DM ῥ glossae *τολύνιον* subiuncta esse, contra sub fine glossae *τολύπευμα* neque in cod. Flor. neque in libris a Gaisfordio conlatis ullum uestigium illius formulae inueniri. — Plane autem fugit Boysenum illa altera glossa rhetorica, quam Etymologus M. adiunxit Photianae expositioni de uoce ὕφαλοι p. 785, 43: ὑποθαλάσσιοι κεκρυμμένοι πέτραι. ὄθεν καὶ ὕ. ἄ.

1) Cf., quae Naber de hac formula recte adnotat proll. p. 168, et hui. diss. § 7, 8: . . . μοι δοκεῖ.

Glossarum, quae multo uberiores exstant in Etymologico M. quam in Photii lexico, principatum quae teneant, dignae sunt duae: de uocibus ἔνδεκα et ἐσχάρα, quas et Naber et Boysen neglexerunt.

De illo Atheniensium magistratu, qui uocantur οἱ ἔνδεκα, tradit

Etymologus p. 338, 31 haec: *Κληρωτοὶ ἄρχοντες ἦσαν οὔτοι, προσετιχότες τοῦ δεσμοτηρίου· καὶ τοὺς ἀπαγομένους κακούργους ἐπὶ θάνατον παραλαμβάνοντες ἐξήμιον· τοὺς δὲ ἀμφισβητοῦντας εἰσῆγον εἰς τὸ δικαστήριον· καὶ τὸ γνωσθὲν περὶ αὐτῶν ἔπραττον. Εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία, οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πολιταῖς. Εἰσῆγον δὲ ἐνίας ἐνδείξεις· ῥητορικῆ.*

Compara Photii obseruationem, quae cum in fine litterae ε conlocata sit, non una cum priore parte huius litterae periit: *Περὶ τῶν ἔνδεκα. Ἐνδεκα ἄνδρες ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότες, κλήρω τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐλάμβανον· ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν ἐν δεσμοτηρίῳ· κλέπτας δὲ καὶ λωποδύτας καὶ ἀνδραποδιστάς, εἰ μὲν ἐπ' αὐτοσώρῳ λάβοιεν, ἐκόλαζον θανάτῳ· εἰ δὲ ἀντιλέγοιεν, εἰς κρίσιν καθίστων.*

Res manifesta est: Etymologus M. non modo uerbis inde a 'καὶ τὸ γνωσθὲν' usque ad 'ἐνδείξεις' plenior est quam Photius, uerum etiam parte priore ita cum patriarcha discrepat, ut, quamuis sua uterque ex communi fonte deriuarit, nunquam Etymologus hanc glossam rhetoricam ex Photio describere potuerit.

Altera glossa legitur Et. M. p. 384, 10: *ἐσχάρα· Ἰλιάδος κ' πρὸς ἐσχάρα· ἀντὶ τοῦ πυραί, πυραϊαί. — δηλοῖ δὲ ἢ λέξις καὶ τὴν ἐστίαν καὶ τὸν ῥύπον καὶ τὸ καυθὲν ἔλκος καὶ τὸν βωμόν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ. καὶ τὴν κυρίως λεγομένην ἐσχάραν φασὶ καλεῖσθαι*

Photius praebet hac de uoce quinque expositiones:

1) *ἐσχάρα· ἢ ἐπὶ γῆς ἐστία στρογγυλοειδής· ἀφ' ἧς ἐσχάρας λέγομεν καὶ τὰ κοῖλα καὶ περιφερῆ ἔλκη· ὁ δὲ βωμός, τὸ ἐν ὑψεῖ ἐστὶ πρὸς θεσίαν οἰκοδόμημα.*

2) *ἐσχάρα· ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι Λυκοῦργος καὶ Ἀμμώνιος τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς*

ἔστιαν, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἰδρυμένην ἢ κοίλην· παρὰ καὶ τοὺς  
 ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἰδρυμένην ἢ ἰατροὺς τὰ ἐν σώματι κοίλα ἔλκη  
 κοίλην· παρὰ τὸ καὶ τοὺς ἔσχάρας καλεῖν.  
 ἰατροὺς τὰ ἐν τῇ σώματι 3) ἔσχάραι πυρός· ἐπὶ ἐδά-  
 φοις ἀνθρακιάι.  
 κοίλα ἔλκη ἔσχάρας καλεῖν. 4) ἔσχάρας· τὰ τῶν γυναικῶν  
 αἰδοῖα.  
 ῥητορικῇ. 5) ἔσχάριον· θυμιατήριον κοίλον.

Naberi et Boyseni sententia hoc exemplo optime confirmaretur et praecipue Boyseni supplementa defenderentur, si glossae partem priorem usque ad nomen Ἡρακλεῖ ex alio opere, ex alio reliqua fluxisse demonstraretur. Enimuero Etymologum M. et Photium in parte posteriore, quae finitur formula ῥητορικῇ, ita concordantes uidemus, ut formula ad Photium solum — id quod illi affirmant — spectet. Sed uiris illis doctis spem bonam certamque fere praecidit Eustathius. Etenim forte iste commentator seruauit in commentariis ad Iliadem p. 815, 10 eandem obseruationem de uoce ἔσχάρα atque Etymologus M., quam ex alterutrius atticistae lexico rhetorico depromptam esse infra ostendam<sup>1)</sup>. Eustathius autem l. c. haec tradit: τὸ δὲ ἔσχάρα κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὡς ὁμώνυμον σημαίνει πολλά. λέγεται γὰρ οὕτω καὶ ὁ βωμός, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ· δηλοῖ δὲ φασιν ἢ λέξις καὶ ῥύπον καὶ κενθὲν ἔλκος καὶ τὴν κυρίως δὲ λεγομένην ἔσχάραν τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ἀλλ' ἐπὶ γῆς οὖσαν ἢ κοίλην, ὅθεν καὶ τὰ ἐν σώματι κοίλα ἔλκη ἔσχάραι ἰατρικῶς καλοῦνται. — Utut autem est, id constat non solum et Eustathium et Etymologum hanc obseruationem eadem forma in suo fonte inuenisse, uerum etiam et Photium et auctorem illius expositionis Eustathianae communi fonte scil. Ammonio in posteriore glossae parte conscribenda usos esse.

Conuerto me ad illas duas adnotationes ἑξήγαστρον et σφαδάξειν<sup>2)</sup>, quarum supplementa, quibus Etymologus uberior est quam Photius, unde fluxerint, Boysen ignorat.

1) § 5, 1.

Et. M. p. 412, 29: ζύγαστρον· τὸ κιβώ-  
τιον, ὡς φησι Σοφοκλῆς 'κοίλῳ ζυγάστρω'.  
κυρίως ἢ ξυλίνη σορός· παρὰ τὸ ἐνε-  
ζεύχθαι καὶ ἐνδεδέσθαι ἀλλήλαις τὰς σα-  
νίδας [cod. Flor. p. 141 addit: ἢ παρὰ τὸ  
ἐζυγῶσθαι τὰς σανίδας]. παρὰ Δελφοῖς  
δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυ-  
λάκιον. ῥητορικὴ ἢ λέξις.

conl. Phot. s. u. ζύγα-  
στρον· κιβωτός· κυ-  
ρίως δὲ ἢ ξυλίνη σορός·  
παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι  
οὕτως Εὐριπίδης·  
παρὰ Δελφοῖς δὲ ζύ-  
γαστρον καλεῖται τὸ  
γραμματοφυλάκιον.

Etymologi ergo et Photii uerba inter se ita opposita sunt:

1) τὸ κιβώτιον — κιβωτός; 2) ὡς φησι Σοφοκλῆς 'κοίλῳ ζυ-  
γάστρω' — οὕτως Εὐριπίδης; 3) κυρίως ἢ ξυλίνη σορός —  
κυρίως δὲ ἢ ξυλίνη σορός; 4) παρὰ τὸ ἐνεζεύχθαι καὶ ἐνδεδέσθαι  
ἀλλήλαις τὰς σανίδας — παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι; 5) παρὰ Δελφοῖς  
δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυλάκιον — conuenit ad  
litteram Photius. Quae cum ita sint, primo obtutu unumquem-  
que intellegere necesse est et Photium et Etymologum M. ex  
eodem opere, ubi eadem uel paulo uberior quam in Etymo-  
logico M. forma glossae exstabat, doctrinae suae scaturigines  
deriuasse neque uero fieri posse, ut Etymologus Photii glos-  
sam descripserit. Boyseno autem, si scire cupiat, 'unde fluxerint  
illa supplementa: 'κοίλῳ ζυγάστρω' 'παρὰ τὸ ἐνεζεύχθαι καὶ  
ἐνδεδέσθαι ἀλλήλαις τὰς σανίδας', hoc enuntiare possum.  
Euoluat enim mihi iste Eust. comment. ad Il. p. 956, 4 et ui-  
deat eandem fere expositionem ibi legi eamque ex Pausania  
atticista haustam, ex cuius lexico etiam Etymologum M. non  
solum supplementa, sed totum articulum sumpsisse infra con-  
firmabo<sup>1)</sup>.

De uerbo σφαδάζειν exhibet Et. M. p. 737,  
15 haec: ... ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὗρον  
τῷ σφαδάζειν σημαίνειν τὸ δυσθανατεῖν,  
ματαίως σπαῖσθαι, χαλεπαίνειν, μετ' ὀρ-  
γῆς στενάζειν, ὡς Εὐριπίδης· 'εἰ μὲν τόδ'  
ἕμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ· εἶκος σφα-  
δάζειν [ῆν] ἄν' [cod. Flor. Mill. p. 275 καὶ  
Πλάτων· 'διὰ παντὸς βίου σφαδᾶ']

Photius s. u. σφα-  
δάζειν· θράσσειν,  
δυσθανατεῖν, μα-  
ταίως σπαῖσθαι, χα-  
λεπαίνειν, μετ' ὀρ-  
γῆς στενάζειν.

1) § 4, s.



Quamquam hoc loco iisdem certis argumentis atque in superiore glossa indicare non possum Etymologum M. totam glossam ex uno fonte hausisse, tamen non uereor illud opinari, praesertim cum uix quemquam contrariam sententiam demonstrare posse putem atque Boysen ipse concedat sese ignorasse, unde Etymologus testimonia adiunxerit.

Audiamus porro Photium et Etymologum de uoce *ἔσμός* agentes, quorum ille haec praebet: *ἔσμός· πληθὺς· ὄχλος· κυρίως τῶν μελισσῶν· παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἴεσθαι*, Etymologus p. 383, 9: *ἔσμός· κυρίως τὸ πλῆθος τῶν μελισσῶν παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἴεσθαι. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ τίθημι, θετός· καὶ βίβημι, βασμός καὶ βαθμός· καὶ ἴστημι, στήσω, στασμός καὶ σταθμός· οὕτως καὶ ἵημι ἦσω ἔσμός. ἢ παρὰ τὸ ἐπεσθαι τῷ βασιλεῖ τὰς μελίσσας· ὡς γὰρ παρὰ κόμπω, κόμπος· λείπω, λιμός· οὕτως ἔπω, ἔσμός. Καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πλήθους καὶ ὄχλου λαμβάνεται. λέγεται δὲ ἔσμός ἐπὶ Ταναγραίων καὶ ἡ γεννώσα. ῥητορικῆ.*

Cum et Naberum censentem Photium esse decurtatum, et Boysenum, aliunde fluxisse Etymologi M. supplementa, in errore uersari praedicarim, hanc Etymologi et Photii glossarum dissimilitudinem hunc in modum definire poterimus: glossa Etymologi ex tribus partibus constat: uocis *ἔσμός* uis propria, originatio, uis translata<sup>1)</sup>, cui formula *ῥητορικῆ* subiuncta est. Atqui translata et propria artissime cohaerent et originatio, quae media inter has notiones legitur, secundum ea, quae p. 192 sq. exposui de Etymologi ratione excerpenti, ex eodem fonte manauit, ex quo significatio propria et translata. Ergo consequens est, ut formula ad totam adnotationem pertineat neque Etymologus Photium consuluerit. In hac quoque glossa Boysenum certe fugit non solum Photium et Etymologum, uerum etiam Orionem<sup>2)</sup>

1) Quam explicandi rationem reperire potes in glossa Et. M. *ζύγαστρον* et in gl. Et. Gud. p. 212, 24, cf. p. 198. adn. 1.

2) Cuius uerba haec sunt [p. 60, 8]: *ἔσμός· ἐπὶ τοῦ πλήθους τῶν μελισσῶν. παρὰ τὴν εἶν ὁμοῦ ποιεῖν καὶ μὴ διεστάναι ἀπ' ἀλλήλων. ὅθεν Ὅμηρος [reliqua desunt].*

et Etymologum Gud. 1) omnes ex eodem communi fonte hausisse, alios autem alia excerpssisse. Nam hoc Boysenum cuiquam persuasisse uix contenderim, supplementa, quae uocat, Etymologum M. glossae rhetoricae ex Etymologico Gud. et Orione deprompta inseruisse, quibus ipsis Etymologus M. insuper multo uberior est.

Glossa optimae frugis est Photii de uoce ἤλυσις· πορεία, quacum conferas Suidae adnotationem ἤλυσις· ἔλευσις. ἀφιξις. ἔφοδος. πορεία et Hesychii ἤλυσις· ἔλευσις. πορεία. σύνοδος et Etymologi M. p. 341, 5 καὶ ἤλυσιν, τὴν ἔλευσιν. Quas glossas et Hesychius et Photius et Etymologus et Suidas in opera transtulerunt ex ipso fonte antiquo, qui fere integer restituitur glossa Suidae coniuncta cum Hesychii 'σύνοδος' et Etymologi M. glossa extrema: *Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις· 'Καπανεύς μου καταλείπεται λοιποῖς ἀκέραντος ἀρούρων ἐπηλυσίων ἀπέλιπεν'. οἱ δέ, τὰ κατασηκρθέντα. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν.* Itaque iterum atque iterum fieri non potest, ut Etymologus formula εἰς τὸ ῥητορικόν Photii lexicon intellegi uelit.

Et. M. p. 790, 5 φαινόλης· χιτών· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐφροστρίδα. ὡς τό· 'καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι'. τουτέστι τὸ ἱμάτιον. παρὰ τὸ φαίνεσθαι ὅλον. ῥητορικῆ. — Naber et Boysen statuentes notam ῥητορικῆ significare συναγωγὴν Photii, in angustias magnas adducuntur. Neque enim uerba Etymologi M., quibus formula subscripta est, sunt Photii, qui cum solis uerbis prioribus Etymologi M. [χιτών· οἱ δὲ παλ. ἐφροστρ.] conspirat, sed Etymologi Gud. Leguntur enim in illius lexicī p. 547, 50 haec: φαινόλην· ὡς· 'καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι'· τουτέστι τὸ ἱμάτιον· παρὰ τὸ φαίνεσθαι ὅλον cett.,

1) Exstant in Et. Gud. duo articuli, p. 212, 24: ἐσμός· κριῶς ἐπὶ τοῦ σμίγους τῶν μελισσῶν. καὶ τὸ τὴν ἔσιν ὁμοῦ ποιεῖν καὶ μὴ διεστάναι ἀπ' ἀλλήλων· διὸ καὶ Ὅμηρος 'μελισσῶν ἀδινάων' [II. B. 87], παρὰ τὸ ἀδδην καὶ τὸ ἀθρόως πετᾶσθαι ἀγεληστὶ διὸ καὶ βοτρυνδὸν δὲ πέτονται. καταχρηστικῶς δὲ τὸ πληθυσ. ἐσμός δὲ ἐπὶ Ταναγραίων καὶ ἡ γεννώσα καλεῖται et ibidem linea 31: ἐσμός· τὸ πληθος τῶν μυιῶν, παρὰ τὸ ἐπεσθαι ἀλλήλαις ἢ παρὰ τὴν ἔσιν, ὡς τίθημι, θίσω, θεσμός, δίδημι, δίσω, δησμός· οὕτως ἔημι, ἦσω, ἐσμός.

quae huc non spectant. Rectam autem uiam huius difficultatis tollendae ingredi uidebimur, conicientes, cum Etymologus M. procul dubio hoc loco Photii lexicon formula notare noluerit neque uero omnino Etymologum Gud. his notis indicarit: et Photium et Etymologum Gud. et Magnum alterutro non inspecto ex eodem communi fonte sua deprompsisse.

Consimilis est glossa de ulceribus serpentibus, quem morbum *έρπηνα* uel *έρπήνην* appellant. Etymologus M. haec p. 377, 4 tradit sub uocis forma *έρπήν· ὄνομα πάθους· παρὰ τὸ ἔρπω, έρπήν· ἔστι δὲ πάθος χαλεπὸν· ἀπὸ τοῦ ἔρπειν καθ' ὅλου τοῦ σώματος· ἐπιπλατύνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μῆκος· λέγεται δὲ καὶ έρπίνη ὡς εὔρον εἰς τὸ λεξικόν.* — Cum ut p. 310, 46 ita hoc loco summa probabilitate ad uocem *λεξικόν* supplendum sit *ῥητορικόν* propterea, quod Etymologus praeter lexicon quoddam Pianos [p. 416, 21; 553, 7; 744, 40], de quo hic cogitare nulla re cogimur, aliis lexicis usus non est nisi rhetoricis, illud Naberianum iubet nos expositionem Etymologi M. de ulceribus serpentibus ex Photio petitam esse arbitrari. Neque uero omnia. Etenim uerba ineuntia [*έρπήν*]· *ὄνομα πάθους· παρὰ τὸ ἔρπω, έρπήν* ex alio opere descripta esse atque sequentia, quia haec fere eadem aliis quidem uerbis docent, Naberum ipsum opinari existimo. Quibus uerbis addit Etymologus expositionem maioris pretii: *ἔστι δὲ πάθος χαλεπὸν· ἀπὸ τοῦ ἔρπειν καθ' ὅλου τοῦ σώματος· ἐπιπλατύνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μῆκος.* — Luculenter apparet haec omnia arte esse coniuncta, haudquaquam priora *ἔστι δὲ π. χ. ἀπὸ τ. έρπ. καθ' ὅλ. τ. σώματος* ex alio lexico, ex alio reliqua in Etymologicum M. recepta esse. Denique ex lexico rhetorico i. e. auctoribus Nabero et Boyseno ex Photii libro Etymologus didicit *έρπήν* nominis loco etiam formam *έρπήνην* adhiberi, id quod adicit his uerbis: *λέγεται δὲ καὶ έρπήνη ὡς εὔρον εἰς τὸ λεξικόν.* Sed ne hoc quidem exemplo illa Naber et Boyseni sententia probatur. Etenim quamquam Photius illud lemma ita exhibet, ut Etymologus sine dubio uerbis *λέγεται δὲ καὶ* cett. Photium indicare possit, et quamquam Etymologus et

Photius consentiunt in uerbis ἔστι δὲ πάθος usque ad 'σώματος', tamen observationem Etymologi, quippe quae plenior sit uerbis 'ἐπιπλατύνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μῆκος, non ex Photii<sup>1)</sup>, sed alius cuiusdam lexicographi opere fluxisse oportet. Huc accedit, quod in codice V Etymologici M. reuera glossa Photii de hac uoce 'ἐρπήνη' legitur — omissa formula ῥητορικῆ. Quomodo haec Naber et Boysen explicabunt?

Iam finem huius paragraphi faciant glossae Et. M. p. 386, 49 ἐτίσιοι et Et. M. p. 784, 40 ἐπωμοσία, quas, quamquam a Photio paucis tantum uerbis discrepant, tamen hoc loco ceteris exemplis addere liceat.

§ 3. Etymologum M. in multis glossis rhetoricis lectionem rectam, Photium falsam exhibere, ergo corruptelas quasdam communes ad fontem communem referendas esse confirmatur.

Quoniam paragraphis prima et altera documentis satis luculentis ostendi, glossas Etymologi M. rhetoricas ex Photii explicationibus ortas non esse, hac extrema capitis primi quaestione tertium Naber et Boyseni argumentum, quod ex corruptelis ducunt Etymologo M. et Photio communibus, paucis tantum infringam, praesertim cum Freyer l. c. p. 288 sqq. istam leuem argumentationem Naber, qua proll. p. 165 demonstrare studet, a Suida quoque Photium esse compilatum, grauissime castigarit. Itaque statim accingamus nos ad glossas rhetoricas enumerandas, quarum aliae demonstrabunt Etymologum M. doctrinam ueterem praebere integram, Photium autem corruptam, aliae cum Suidae glossis comparatae palamfacient corruptelas iam in fonte omnibus — Photio, Etymologo, Suidae — communi infuisse<sup>2)</sup>.

1) Cf. lexicogr. V. Bekk. [AGr. I. p. 256, 18] ubi eadem exstant. Verba ἐπινέμεσθαι καὶ τρέφειν Naber in 'ἐπινόμεσθαι καὶ ἔρπειν' recte correxisse uidetur.

2) Nam si probatur corruptelas Photio et Suidae communes in fonte

Etymologus habet s. u. ζύγαστρον<sup>1)</sup> lectionem rectam Σοφοκλῆς, cuius Trach. u. 692 haec leguntur: κοίλω ζυγάστρω δῶρον ὥσπερ εἶδετε. Apud Photium autem in nominis Εὐριπίδης locum nomen Σοφοκλῆς restituendum esse manifestum fit ex Eustathii loco p. 956, 6, ubi uerba κοίλω ζυγάστρω una cum cetera Photii et Etymologi expositione commemorantur.

Etymologus docet p. 410, 20 de uoce ζειραί<sup>2)</sup> haec: χιτῶνες ἀνακεκολλημένοι ἢ ἀνάκωλοι. Quam lectionem ueram apud Photium deprauatam uidemus in ἀνακεκολλημένοι uerbum, quod, cum in graecitate omnino nōn exstet, Naber in ἀνακεκολλημένοι mutare maluit, cui quidem languidae emendationi lectionem Etymologi praeferendam esse extra omnem dubitationem est. Conferas praeterea lexicogr. V. Bekk. l. e. p. 260, 31: ζειρά· ζώνης εἶδος. ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενεδύνοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας ὥσπερ ἐφροστρίδα· ὅπερ καὶ μᾶλλον.

Et. M. p. 341, 5 s. u. ἐνηλύσια recte traditur uerbum κατασκηφθέντα, quod in Photii lexico s. u. ἡλύσιον in [Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ] τὸ κατασκαφὴν [χωρίον καλεῖν] corruptum est. Quod uitium cum in Hesychii quoque lexico sub eodem lemmate redeat, perantiquum est. Conferas Suidam<sup>3)</sup>, qui eadem ex eodem fonte atque Hesychius et Photius descripsit.

Lectiones discrepantes conspicies conlatis Et. M. p. 747 init.: ταρῆσοὶ καὶ ταρσοὶ· τάλαροι<sup>4)</sup>... et Photio ταρῆσοὶ· τάλαροι καὶ ταρσοὶ.... Photii igitur uerba in ordinem redigenda esse, quem Etymologus praebet, luce clarius est, quon-

antiquo iam inuentas esse, hoc etiam de Etymologi M. glossis rhetoricis statuere poterimus, quas ex Photio non fluxisse demonstrauiimus.

1) Cf. hui. diss. p. 196. et § 4, 8.

2) Cf. § 5, 11.

3) Quod Suidae scripturae mendum Küster Etymologico M. non inspecto ingeniose correxit atque addidit aut librariorum locum hunc apud Hesychium et Suidam corrupisse aut Hesychium et Suidam, cum ista excerperent, corruptis codicibus usos esse.

4) Cf. § 5, 6. Praeterea ordines adnotationum singularium apud Photium et Etymologum inter se discrepant.

iam Eustathius ex eodem opere atque Etymologus sua suffuratus idem lemma exhibet p. 1625, 17<sup>1)</sup>) . . . ὅτι ταῖροι καὶ ταρσοὶ τάλαροι.

Doctrina singularis inest in Etymologi M. glossa *υβρις*<sup>2)</sup> [p. 774, 13]· ἡ μετὰ προπηλατισμοῦ καὶ ἐπηρείας αἰζία· αἰζία δέ, πληγαὶ μόνον. Λυσίας ἐν τῇ περὶ αἰζίας πρὸς Ἴσοκράτην· καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ἑμῶν, ὅτι τὴν μὲν αἰζίαν χρημάτων ἐστὶ μόνον τιμῆσαι; τοὺς δὲ ἵβριζειν δόξαντας ἔξιστιν ἑμὶν θανάτῳ ζῆμιον· ῥητορικῇ. Αἰζίαί igitur sunt verbera sola, quae, ut ex Lysiae fragmento apparet, pecunia multabantur, ἵβρις autem est verberatio cum contumeliis coniuncta, quae, quia illo delicto multo grauior putabatur, morte puniri poterat. Quae expositio in Photii lexico foede inquinata compareret: ὕβρις· ἡ μετὰ προπηλατισμοῦ καὶ ἐπηρείας καὶ αἰζίας· αἰζία δὲ cett.

Quid ergo? possumusne his in glossis easdem corruptelas statuere? Tantum abest, ut Etymologus M. ex codice Galeano, id quod Boysen<sup>3)</sup> commendat, Photii doctrinam deprompserit, ut patriarchae serinia omnino eum non compilasse pateat.

Glossarum, quibus eadem apud Photium, Etymologum,

1) Cf. Rindfleischium, frg. Aelii D. et Paus. no. 333.

2) Cf. Meier-Schömann, att. Proc. iterum ed. Lipsius p. 398.

3) Ut hanc sententiam Boysen confirmet [p. 69], glossis ineptissimis Et. M. p. 381, 2 ἐσάλευε et p. 790, 8 φελόνης utitur. Nam ut id missum faciam, illum uirum doctum quinque adnotationibus, quas ascripsi, redargui, glossae φελόνης soli codices D et V notam addunt atque eam, ut facillime fieri potuit, ex glossa antecedente φαίλονης. Priori autem articulo unus codex Flor. [l. c. p. 128] subiungit: σημαίνει δὲ ἡ λέξις . . . ῥητορικῇ, quibus ex uerbis haudquaquam cum Boyseno conicere uelim uerbum ἡ λέξις cum nota ῥητορικῇ coniungendum esse. Cum enim Suidas sub eadem uoce declarat enunciatum huius glossae extremum ex his uerbis constare: σημαίνει δὲ ἡ λέξις τοὺς τὰς ἐπιτάδας ἐπὶ τούτοις εἶχεν . . ., eodem iure et maiore uerisimilitudine 'ἡ λέξις' ad uerbum 'σημαίνει' reuocatur, id quod Boysen nullis argumentis negare poterit. Huc accedit, quod apud Etymologum nota ἡ λέξις ῥητορικῇ pro summa uarietate formularum usitata non est [cf. Meier opp. acad. II, p. 115 sq.]. Quibus perpensis haec Etymologi glossa ex Photio, qui modo uerba σημαίνει δὲ praebet omissis uerbis ἡ λέξις, manasse non potest.

Suidam corruptelae antiquae sunt, quia res manifesta est, pau-  
cas attulisse sufficiat.

Et. M. p. 789, 19 s. u. *φαινώματα*<sup>1)</sup>· *σανιδώματα, στέγη*  
*διάγλυφα*: cum hac glossa concinunt expositiones Photii et  
Suidae etiam lectione falsa *στέγη*, cuius loco legas *στέγης* ge-  
netivum coll. Eust. p. 547, 2: *στέγης διάγλυφα*, cum *φαινώ-*  
*ματα* non sint tecta laqueata sed lacunaria tecti.

Et. M. p. 771, 50 s. u. *τυντλάζειν*· *εἰς πηλὸν ἐμβαίνειν*  
*ἢ ἐπιρῥαίνειν πηλῶ. τύντλος γὰρ ὁ πηλώδης τόπος ἢ πηλὸς*  
*καὶ τάραχος. καὶ τυντλώδους ἀντὶ τοῦ ὑλώδους. ῥητορικὴ. ἢ*  
*τυντλάζειν αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν*. Ubi nota *ῥητορικὴ*, quam-  
quam *ὑλώδους* vitium in Photio reperitur, tamen nobis non  
persuadebit, hanc glossam esse Photii. Etenim in Photio glos-  
sae partes ita continuatae sunt, ut agmen ducat adnotatio *τυν-*  
*τλάζειν*· *εἰς πηλὸν ἐμβαίνειν*· *Ἀριστοφάνης* et sequatur *τυν-*  
*τλάζειν*· *ἐπιρῥαίνειν πηλῶ. τύντλος γὰρ ὁ πηλώδης τόπος*, tum  
— quod maxime animaduertas, quia haec pars in Etymologico  
M. post notam *ῥητορικὴ* locum tenet — *τυντλάζειν*· *αὐτὸ*  
*καὶ αὐτὸ λέγειν*<sup>2)</sup>, deinde *τύντλος*· *πηλὸς καὶ τάραχος*· *Μέ-*  
*νανδρος*, postremo *τυντλώδους*· *ὑλώδους*. Peruelim scire, quo-  
modo Naber et Boysen explicaturi sint, cur Etymologus arti-  
culos non secundum ordinem Photii descripserit neque ex-  
positioni extremae, quam ex Photio fluxisse negari nequit,  
formulam *ῥητορικὴ* subiunxerit. At ne dicant illi uiri docti  
hoc exemplum suo genere singulare esse, glossam consimilem  
adde Et. M. p. 798, 28: *φορά*· *ἢ κατὰ ὅλου τόπου ἐναλλαγὴ*·  
*καὶ μάλιστα ἢ μὴ δυναμένη ἐφ' ἑαυτῆς στήναι ὅταν ἐθέλῃ.*  
*ῥητορικὴ. καὶ φοράδην τὸ ὀρμητικῶς φερόμενος*, quarum utra-  
que adnotatio apud Photium legitur<sup>3)</sup>. Qua occasione oblata  
praeter glossam supra laudatam de uoce *ἐρπήν*, quam ex Photio

1) Cf. § 5, 10.

2) Hanc glossam mendosam esse non opinor coll. gl. Phryn. [AGr.  
Bekk. p. 65, 15]: *τυντλώδης καὶ ληρώδης λόγος, ὅλον ὁ πεπατημένος καὶ*  
*κοινός*. Cf. Hesych. s. u. et ea, quae M. Schmidt ibidem [tom. IV. p. 186.  
no. 1646] adnotauit.

3) Cf. exemplum eiusdem generis *ἐφεκτοὺς τόκους*. § 9, I, 5. — Cf. § 5, 15.

depromptam non esse p. 199 demonstraui, hoc loco denuo premo codicem V Etymologici M. etiam expositionem Photii de uoce *ἐμπήρη ἀντολεξεί* descriptam praebere neque uero formula *ῥητορικὴ* notatam. Quae cum ita sint, Etymologus M. glossas Photianas manifestissime a glossis rhetoricis disiungit, quamobrem nos quoque eas disiungere cogimur. Attamen corruptellam *ἐλώδους* non ex Photii lexico in Etymologicum M. irrepsisse sed ex antiquiore fonte cum ex iis, quae modo exposui, patet tum ex Hesychii et Suidae lexicis intellegitur, ubi sub eodem lemmate idem mendum *ἐλώδους* exstat. Quod uiri docti in '*ἰλωδους*' uel minore probabilitate in '*πηλώδους*' mutauerunt.

Vitiis refertus est articulus Et. M. p. 787, 17, Photii, Suidae s. u. *φάλος*. [*ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὗρον σημαίνειν τὴν λέξιν τὸ φάλος*]· *βῶλον ἢ λόφον ἢ ὑπερέχουσαν πέτραν ἐν θαλάσῃ*. Patet solam notionem *λόφος* lemmate *φάλος* explicari ob eamque causam notiones *βῶλον* et *ὑπερέχουσαν πέτραν ἐν θαλάσῃ* ex hac glossa esse eiciendas.

Correxit autem Bernhardy<sup>1)</sup> hanc glossam ita, ut una diuisa sit in tres: *φάλος*· *λόφος*; *πάλος*· *βόλος* uel *φάρος*· *βόλος*; *ὑφαλος*· [*ἦ*] *ὑπερέχουσα πέτρα ἐν θαλάσῃ*. Cui emendationi praeferam medicinam leniorem a Mauricio Schmidt ad Hesych. s. u. *φαλλός* adhibitam, qui censet glossarum rationem hanc fuisse: *φάλος*· *λόφος*; *ὑφαλος*· *βόλος*. *ὑπερέχουσα πέτρα ἐν θαλάσῃ*, et similitudine *πέτρας ὑφαλου* probabiliter conicit *βόλον ὑφαλον*. Utramque autem rationem Bernhardyi improbandam esse inde apparet, quod neque intellegitur, quomodo glossa *πάλος*· *βόλος* aduersus alphabeti ordinem huc irrepserit, et *φάρος* i. e. pallium neque uerbo *βῶλος* neque *βόλος* definitur.

Cf. alias glossas u. c. *τεροθρεία* Et. M. p. 752, 47 coll. Phot. et Suid. cett.

1) In adn. ed. Suid. s. u. *φάλος*.



## CAPUT II.

*Etymologum M. glossas rhetoricas ex Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum lexicis rhetoricis deprompsisse demonstratur.*

§ 4. De Aelio Dionysio ab Etymologo M. laudato et de glossis rhetoricis, quibuscum plane conuenit alteruter atticista apud Eustathium.

Et. M. p. 227, 35: γεραῖραι· παρὰ Ἀθηναίοις γυναικῆς τινες ἱεραί, ἃς ὁ βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βομοῖς τοῦ Διονύσου διὰ τὸ γεραῖρειν τὸν θεόν. Οὕτω Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεύς. Verbis extremis Etymologum declarare sese lexicon atticistae inspexisse unusquisque concedet — Boyseno excepto. Qui uir doctus: 'Dionysium, inquit [p. 72], Etymologo M. auctorem fuisse, ut indicari uidetur loco illo s. u. γεραῖραι, ita tamen propterea est negandum, quod, si comparabis Dionysii fragmenta cum glossis Etymologici M.<sup>1)</sup> nullam inuenies a Dionysio profectam, quae ab hoc ipso neque uel a Photio uel a lexicogr. V. Bekk. uel ab Etymologo Gud. uel ab Herodiano uel a Diogeniano Etymologo M. sit tradita'. — At miserime hoc argumentum corruere uidemus uel propter solam hanc optimae frugis et quantius pretii glossam de uoce γεραῖραι. Nam etsi praeter Aelium Dionysium apud Etymologum [M. Pollux, Harpocration, Hesychius, lexicographus V. Bekk. de illo instituto agunt, tamen eorum nemo Etymologo M. fons fuit.

1) Scil. omnibus, non cum solis glossis rhetoricis, quas Photii esse istum falso putare cap. I. demonstraui. Earum autem glossarum, quae uidentur ex Aelio Dionysio manasse, sed reuera ex illis lexicographis transcriptae sunt — Boysen enumerat uiginti quattuor —, plerasque ei concedo atque eas, quae in medio Etymologico M. comparent, ubi glossae rhetoricae desiderantur, quas ad unam omnes ex Aelio D. fluxisse equidem persuasum habeo. Sane admodum mirum esset, si Etymologus M., qui multa opera Aelianae doctrinae plena excerpserit, ne hac quidem in parte illius atticistae uestigia se offerrent. Cf. quae dixi p. 176 adn. 1.

Potius de ratione inter hos lexicographos intercedente cum Freyero [p. 259 extr. sq.] statuendum est Aelium Dionysium, Pollucem [p. 347 ed. Bekk. *αὐται ἄρρητα ἱερὰ Διονύσω ἔθνον μετ' ἄλλης θεωρίας. καθίστη δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς οὐσας τέσσαρας καὶ δέξα*], Harpocrationem [p. 79, 4 ed. Dind. *γεραραὶ αἱ τῷ Διονύσω ἱερωμέναι γυναικες*] eundem fontem esse secutos, Hesychium autem [*ἴθρεια κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσω τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ ἰδ'*] et lexicographum V. [p. 231, 32 fere eadem atque Hesych.] et Etymologum M. Dionysiana aliis uerbis reddere.

Quod ad Pausaniae atticistae nomen attinet, fateor me toto Etymologico M. ne uestigium quidem eius inuenisse. Attamen si demonstratum est, Aelium Dionysium inter fontes Etymologi M. fuisse, cum per se uerisimillimum est, tum luculenter ex multis glossis rhetoricis apparebit etiam Pausaniae scrinia ab Etymologo compilata esse. Cf. Naberii proll. p. 39, Rindfleisch. l. c. p. 22, Freyer. l. c. p. 250 sq.

Glossarum rhetoricarum, quibuscum conueniunt atticistae apud Eustathium, primum enumerabo eas, quae cum fragmentis Aelii Dionysii, deinde quae cum fragmentis Pausaniae plane concordant.

1. Et. M. p. 192, 2 *βατήρ· ἡ ἀρχὴ τῶν τοῦ πεντάθλου σκαμμάτων. αὐτὸν κέρουκας τὸν βατήρα τοῦ λόγου* φησί τις οἶον τὸ ἐπικαιρότατον καὶ τὸ πρῶτον. *ῥητορικὴ δὲ ἐστὶν ἡ λέξις* [cod.: *ῥηματικὴ*, quod sine dubio in *ῥητορικὴ* emendandum est]. Prorsus conspirat cum Etymologo Suidas, ex parte lexicographus V. p. 224, 12, deest Photius. Hac in glossa rhetorica Etymologum Aelianum lexicon inspexisse Eustathius p. 1404, 55 affirmat [Rdfl. no. 96]: *ἔτι ἀπὸ τοῦ βάλλειν καὶ βαλβίδες. οὐ μόνον αἱ ἐπὶ ἀφέσεως δρομέων γραμμαὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ἐν φρέασι καὶ ἄλλοις τοιοῦτοις ἐγκοπαὶ φησι καὶ ἐξοχαὶ δι' ὧν κατίασιν εἰς αὐτά. αἷς βαλβίσιν, ὁμοίον τι κατὰ ἔννοιαν καὶ ὁ βατήρ, ὃς ἦν ἀρχὴ φησι* [scil. *Αἴλ. Διον.*] *τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος. ὁθεν καὶ παροιμία· αὐτὸν κέρουκας τὸν βατήρα τοῦ λόγου*, ὡς οἶον εἰπεῖν· τὸ πρῶτον καὶ ἐπικαιρότερον.

2. Et. M. p. 196, 7: βῆ· τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαὶ λέγεται Ἀττικῶς. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρω· ὁ δ' ἠλίθεος, ὡσπερ πρόβατον, βῆ βῆ λέγων [cod. Flor. p. 64: λέγων βῆ βῆ] βαδίζει. ῥητορικὴ δέ ἐστιν ἡ λέξις. Quam adnotationem esse Aelii Dionysii intellegitur ex Eust. p. 1721, 27 [Rdf. no. 98]: ἰστέον δὲ ὅτι μάλιστα τὸ βῆ φωνῆς προβάτων ἐστὶ σημαντικόν. καὶ φέρεται παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη· ὁ δ' ἠλίθεος — βαδίζει' coll. Eust. p. 768, 14. Neque aliena praebet Suidas s. u. βῆ. Antiatticista autem [Bekk. AGr. p. 86, 3] alia exhibet, Photius deest.

3. Et. M. p. 222, 52: γεώλοφος· ἔστι δὲ ὄρος, ὕψωμα γῆς· καλοῦσι δ' οὕτως καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναισθητὸν ἄνθρωπον. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Evidentissime sane ex his elucet formulam ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ spectare nonnisi ad atticistas coll. schol. Theocr. I, 12: λέγει δὲ Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεὺς ὅτι γεώλοφος ἐστὶν ὁ ὑψηλὸς τόπος et Eust. p. 962, 22 [Rdf. no. 115] . . . χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι τὸν παχὺν καὶ ἀναισθητὸν ἄνθρωπον. Scholiasta igitur compilavit illius explicationis partem priorem de propria uocis ui, Eustathius alteram de notione translata, Etymologus autem praebet expositionem integram atque eam ex lexico rhetorico, quod quidem Aelii Dionysii fuisse concedas oportet. Conferas etiam Suidam, qui eadem atque Etymologus in lexicon transfudit. Photius deest.

4. Et. M. p. 312, 18: ἐγρηγόρσιον· τὸ ποιῶν ἐγρηγορέναι εἴτε βρωμα εἴτε ἄλλο τι τοιοῦτον. Φερεκράτης ἐγρηγόρσιον τουτέστι πανσινύσταλον. ῥητορικὴ. Etymologo autem Aelii Dionysii doctrinam ignotam non fuisse docet Eustathius, qui ex illius lexico rhetorico haec descripsit [p. 1493, 53 = Rdf. no. 303]: μάλιστα δὲ ὁμοιότερον πρὸς τὸν ῥηθέντα Ὀμηρικὸν κρατῆρα] τὸ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ πανσινύσταλον εἴτε βρωμά φησιν εἶτ' ἄλλο τοιοῦτον. τὸ δὲ πανσινύσταλον ὁμοίον φησι τῷ ἐγρηγόρσιον, ὃ δηλοῖ ποιῶν ἐγρηγορέναι καὶ ὡς εἰπεῖν νηγάλιον. Photius deest, etiam sub litt. π, item sub utraque uoce lexicographus V. Bekk. et Bachm. atque Suidas.

5. Et. M. p. 315, 37: ἑδέατρος· τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν· ἢ δὲ χρῆσις Περσική. ἦν δὲ προγεύστης τὸ πρῶτον καὶ προήσθη τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν· ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἑδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. οὕτως εἰς τὸ πρῶτον λεξικόν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ εὔρον οὕτως· ἑδέατρος ὁ ἐπὶ τῶν ἑδωδίμων [corr. Sylburg; codd. διδύμων] καὶ τῆς τοιαύτης παρασκευῆς. ἑτητοική. Cuius sit illud πρῶτον λεξικόν [scil. ἑτητοικόν, ut nota ἑτητοική in fine articuli addita declarat], non iam dubium erit coll. Eust. p. 1403, 40 [Rdf. no. 156] 1): ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ ῥήματος [scil. ἑδω] καὶ ὁ παρὰ Αἰλίου Διονυσίου ἑδέατρος. περὶ οὗ λέγει ἐκεῖνος, ὅτι τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν, ἢ δὲ χρῆσις Περσική. ἦν δὲ φησι προγεύστης προσεθίων τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν· ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἑδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Negari sane nequit, Eustathii uerba, quae ex Aelii Dionysii lexico arrepta esse ipse proficitur, eadem esse atque quae Etymologus ex priore lexico rhetorico desumpta tradit. Utrum autem δεύτερον λεξικόν de altera recensione Aeliani lexicī intellegendum sit — quod mihi quidem uerisimilius uidetur — an lexicon Pausaniae, quod Etymologus post Aelii librum inspexit, in dubio relinquendum est.

Glossae similes, in quibus uerba ἐν ἑτέρῳ et ζῆτει εἰς τὸ πρῶτον leguntur, sunt p. 315, 53 s. u. ἐδεύετο· ἀντὶ τοῦ ἐνδεῆς ἦν ἢ ἐγένετο ἐνδεῆς· οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης [A 468]. παρὰ τὸ δεύω. τοῦτο παρὰ τὸ δέω. ἐν ἑτέρῳ σημαίνει τὸ ἐκορέννυτο, εὐωχεῖτο. ἑτητοική et p. 54, 14 s. u. ἀκτῆ· ἢ Ἀττική· οἱ μὲν ἀπὸ τινος βασιλευόντος Ἀκταίωνος· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ πλείονα μέρη εἰς θάλασσαν ἐκνευκέναι σημαίνει δὲ τρία. λέγεται δὲ καὶ ὁ καρπὸς παρὰ τὸ κατάγνησθαι ἐν τῷ ἀλήθεσθαι Δημήτερος ἀκτῆν. ζῆτει εἰς τὸ πρῶτον. ἀκτῆ

1) Fragmento Aelii Dionysii, quod Rindfleisch l. c. transcribit, uerba antecedentia praemittenda sunt: ἐκ τοῦ ἑδεῖν δὲ καὶ ἡ τερηδῶν θηριδίον φασὶ ξυλοφάγον, οὗ ἢ χρῆσις καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν ἰππεῦσιν. τείρει γὰρ καὶ ἑδεῖ τὸ παραπεσον, sequitur fr. no. 156. Cf. Phot. s. u. τερηδῶν; praeterea puto fragmenta no. 156. 158. 226 in unam glossam cum lemmate ἑδω esse coniungenda.

καὶ ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης, ὁ παρὰ θάλασσαν καὶ πετρώ-  
 δης τόπος. παρὰ τὸ ἄγω τὸ κλάνω. παρὰ τὸ κατάγνυσθαι  
 καὶ κλᾶσθαι εἰς αὐτὴν τὰ κύματα. Ubi quamquam substan-  
 tium λεξικόν intellegendum esse constat, tamen cum ex simili-  
 bus expositionibus, quae in Etymologico Gud. p. 30, 18 et 21  
 [ἀκτῆ] et in lexico Bachm. p. 206, 10 [ἐδεύετο, conspirant Suid.  
 Zon. Phauor.] seruatae sunt, certi quidquam colligi non possit,  
 eas hoc loco attulisse satis habeamus.

6. Et. M. p. 771, 16: τρυσίππειον· ἔγκανμα ἵππου γε-  
 γηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, τρόχω ὅμοιον. οὕτως Εὐπολις.  
 ἔητορικὴ. Ex Aelii Dionysii lexico haec desumpta esse, Eu-  
 stathius declarat p. 1517, 4 [Rdff. no. 338]: τείρω, τρώω ἄφ' οὗ  
 καὶ τρυτάνη ἐπὶ ζυγοῦ, ἢ τειρομένη τῷ βάρει τῶν ὄγκων. ἀπ'  
 αὐτοῦ δὲ καὶ τρύμη παρὰ τῷ κωμικῷ, ὁ πανοῦργος καὶ ἰτητικός  
 καὶ κατ' ἐκείνον εἰπεῖν, ἵτος, ὁ ἐστὶν ἰταμός. ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ  
 τρυσίππον, ὁ τοῖς τετραμμένοις καὶ ἀρχήστοις ἵπποις ἐπι-  
 βάλλεται. ἢ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τρυσίππειον τε-  
 τρασυλλάβως ἔγκανμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου  
 ὅμοιον τρόχω. φέρει δὲ αὐτὸς καὶ χρῆσιν Εὐπόλιδος ταύτην·  
 ἄλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοι ἐπιβαλεῖς τρυσίππειον'. Omnia autem,  
 quae ex Eustathio transcripsi, ad Aelium referenda esse contra  
 Rindfleischium, qui sola ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ κτλ. Aeliana esse  
 censet, statuendum est secundum Photium s. u. τρυτάνη· ὁ  
 ζυγός et s. u. τρύμη· πανοῦργος· Ἀριστοφάνης.

7. Et. M. p. 322, 31: ἐκ κλίμακος· ἐν τοῖς γυμνικοῖς  
 ἀγῶσιν, ὅποτε χρονοτριβοῖεν οἱ πύκται, κλίμαξ εἰσεφέρετο,  
 ὥστε διαστάντας καὶ χώραν λαβόντας μένειν ἐν ταύτῃ, ἕνεκεν  
 τοῦ μὴ ὑφίστασθαι τὰς φερομένας πληγὰς περιτρέχοντας ἀλλὰ  
 μένοντας ἐπὶ τούτου [corr. in τοῦ αὐτοῦ] τῇ ποιᾷ τῶν χειρῶν  
 ἐπάσει φυλάττεσθαι. ἐκ τοῦ ἔητορικοῦ. Atticista apud Eusta-  
 thium p. 1324, 54 haec docet [Rdff. no. 171]: . . . ὁποῖον καὶ  
 Πausanίας ἱστορεῖ λέγων ὅτι ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ὅτε  
 χρονοτριβοῖεν οἱ πύκται, κλίμαξ εἰσεφέρετο, ὥστε διαστάντας  
 καὶ χάραν λαβόντας ἐκείνους μένειν ἐν ταύτῃ ἕνεκεν τοῦ μὴ  
 περιίστασθαι τουτέστιν ὑφίστασθαι τὰς φερομένας πληγὰς  
 περιτρέχοντας ἀλλὰ μένοντας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τῇ ποιᾷ τῶν

χειρῶν ἐκτάσει φυλάττεσθαι. καὶ ἐλέγετο τοῦτο· ἐκ κλίμακος παροικιαζόμενον ἴσως ἐπὶ τῶν ἐκ προμηθείας τινὸς λαμβανόντων ἐν πόνοις ἄνεσιν.

S. Et. M. p. 412, 29: ζύγαστρον· τὸ κιβώτιον, ὡς φησι Σοφοκλῆς 'κοίλῳ ζυγᾶστρω'. κυρίως ἢ ξυλίνη σορός· παρὰ τὸ ἐνεζεύχθαι καὶ ἐνδεδέσθαι ἀλλήλαις τὰς σανίδας [cod. Flor. p. 141 addit: ἢ παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι τὰς σανίδας]. παρὰ Δελφοῖς δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυλάκιον. ἠητορικὴ ἢ λέξις. Hanc glossam Etymologus e Pausaniae lexico deprompsit, quem uide apud Eustathium p. 956, 4 [Rdfl. no. 207 et 208]: . . . ἔστι καὶ σανδαλίου ζυγὸς κατὰ Πανσανίαν τὸ συνέχον τοὺς δακτύλους· καὶ κιβωτοῦ δέ, ὡς δηλοῖ τὸ ζύγαστρον ἢ ξυλίνη σορός παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι οἶον· κοίλῳ ζυγᾶστρω . . . Πανσανίας δὲ οὕτω φησί· ζυγῶσω ἀντὶ τοῦ καθέξω, δαμάσω. Cuncta igitur neque sola, quae Rindfleisch l. c. transcripsit, Pausaniae debentur coll. Eust. p. 1604, 14: οἱ δὲ παλαιοί<sup>1)</sup> φησι καὶ ὅτι ζύγαστρον ἢ κιβωτός. καὶ ζυγῶσαι τὸ συναρμόσαι. καὶ κεῖται ἢ ζυγᾶστρου λέξις καὶ παρὰ Ἀνκόφρονι. ἕτεροι δὲ φασιν, ὅτι ξυλίνη σορός τὸ ζύγαστρον παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι et coll. Phot. s. u. ζυγός· τοῦ σανδαλίου τὸ συνέχον τοὺς δακτύλους et s. u. ζύγαστρον· κιβωτός· κυρίως δὲ ἢ ξυλίνη σορός· παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι· οὕτως Εὐριπίδης [corrigas in Σοφοκλῆς]· παρὰ Δελφοῖς δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυλάκιον. Procul autem dubio Pausaniae ea quoque danda sunt, quae apud Eustathium antecedunt p. 956, 1 de notione uocis ζυγός· ἰστέον δὲ ὡς πολλαχῶς ὁ ζυγός. διὸ καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ διάφορα· ζυγός γὰρ ἵππων, ὅθεν καὶ ἵππος ζύγιος, ζυγός βοῶν καὶ τοιούτων τινῶν, ἀφ' οὗ τροπικῶς οἱ ὁμόζυγοι καὶ τὸ διαζύγιον καὶ τὸ ζυγομαχεῖν, ὅ ἐστιν ἀντερίζειν· ζυγός ἐπὶ σταθμοῦ, καθ' ὃν ζυγοστατοῦντες λέγονται ἀδικεῖν τινες ἐν ζυγοῖς· ζυγός ἐπὶ νηός, ἐξ οὗ ζύγιοι ἑρέται. Conferas Photium s. u. ζυγομαχεῖ et ζύγιοι ἑρέται, qui Eustathio uberior est. — Quod autem ad explicationem uocis ζύγαστρον attinet, id constat et Photium et Etymologum et

1) Cf. p. 211 adn.

Eustathium e Pausania sua hausisse. Conferas praeterea, quae supra p. 196 et 201 exposui.

§ 5. De glossis rhetoricis, quibuscum conueniunt atticistae apud Eustathium, Photius uel discrepat uel congruit.

1. Et. M. p. 384, 10: ἐσχάρα· Ἰλιάδος κ' ἑπὶ πρὸς ἐσχάροι ἀντὶ τοῦ πυραί, πυρακαΐαι. — δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὴν ἐστίαν καὶ τὸν ῥύπον καὶ τὸ κανθὲν ἔλκος καὶ τὸν βωμόν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ. καὶ τὴν κυρίως λεγομένην ἐσχάραν φασὶ καλεῖσθαι ἐστίαν τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἰδρυμένην ἢ κοίλην. παρὰ τὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν τῷ σώματι κοῖλα ἔλκη ἐσχάρας καλεῖν. ῥητορικὴ. Quaecum glossa rhetorica contendas Eustathii locum p. 815, 10, qui fere ad litteram omnia exhibet, quae illo Etymologici M. loco leguntur: . . . τὸ δὲ ἐσχάρα κατὰ τοὺς παλαιούς ὡς ὁμώνυμον σημαίνει πολλά. λέγεται γὰρ οὕτω καὶ ὁ βωμός, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ· δηλοῖ δὲ φασιν ἡ λέξις καὶ ῥύπον καὶ κανθὲν ἔλκος καὶ τὴν κυρίως δὲ λεγομένην ἐσχάραν τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ἀλλ' ἐπὶ γῆς οὖσαν ἢ κοίλην, ὅθεν καὶ τὰ ἐν σώματι κοῖλα ἔλκη ἐσχάροι ἰατρικῶς καλοῦνται. ἡ δὲ κωμωδία καὶ τὸ γυναικεῖον μόριον οὕτω καλεῖ. Quibus examinatis minime dubitabis, quin Etymologi et Eustathii glossae ad communem fontem reuocandae sint. Atque hunc fontem fuisse atticistae alterutrius lexicon rhetoricum formula κατὰ τοὺς παλαιούς cognoscitur, quod argumentum paucis significasse satis habeo, cum Freyer in dissertationis epimetro de Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum formulis οἱ παλαιοί, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, κατὰ τοὺς παλαιούς copiose locutus sit et ostenderit utrumque atticistam illis usum esse <sup>1)</sup>, quamobrem, ut equi-

1) Cf. Freyerum p. 373 dicentem: ' . . . nihil dico nisi hoc, hanc formulam apud atticistas adeo usitatam esse, ut hac formula tanquam duce ad redintegrandam atticistarum doctrinam uti possimus . . .' et p. 344 adn.: ' . . . Unde licet conicere iam Didymum illam formulam apud atticistas usitatissimam adhibuisse . . .' Contra hanc Freyeri sententiam nuper Leopoldus Cohn [Philol. Anz. XV. p. 51] pugnavit argumenta Freyeri singula

dem opinor, si non omnes, at certe plurimae et Eustathii et aliorum grammaticorum obseruationes, quibus illae formulae insertae sunt, ad atticistas redeunt <sup>1)</sup>. — Aliorum autem grammaticorum nullus haec omnia, quae apud Etymologum M. et Eustathium arte coniuncta reperimus, eadem ubertate repetiit: Moeris, Herodianus, Phrynichus, Pollux, Hesychius, Orion, lexicogr. Bachm., Etymologus Gud. aut desunt aut alia exhibent; ex eodem fonte atque atticista i. e. ex Ammonio quodam Lampriensi <sup>2)</sup> hauserunt Harpocratio, Ammonius [*περὶ ὁμοίων* *κ. διαφ. λεξ.*], Eustathius [p. 1564, 28]; ex atticista sua habent scholiasta Eur. Phoen. u. 284 et Hom. Ven. A II. *Κ* u. 418 [ed. Dind. I. p. 363], ex atticista uel ex Harpocratio eiusue epitoma Photius [cf. p. 37], Suidas, Zonaras. — Illum autem fontem communem praebet fere integrum Harpocratio s. u. *ἔσχάρα· Λυκοῦργος ἐν τῇ περὶ τῆς ἱερείας. Ἀμμώνιος ἐν τοῖς περὶ βιωῶν ἔσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ἐστὶν, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἰδρυμένην κοίλην, παρ' ὃ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν τοῖς σώμασι κοῖλα ἔλκη ἔσχάρας καλεῖν.* Unde intellegitur Ammonium Lampriensem [cf. Amm. ed. Valck. p. 32/34: *καθὰ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπριεύς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν*] in libro, quem de aris conscripsit, etiam de uocis *ἔσχάρα* notionibus egisse et testimonium Lycurgi ex eius oratione de sacerdote femina attulisse.

2. De ueterum Atheniensium magistratu *οἱ ἑνδεκα* Etymologus M. p. 338, 31 haec explicat: *κληρωτοὶ ἄρχοντες ᾗσαν οὔτοι, προεστηκότες τοῦ δεσμοτηρίου· καὶ τοὺς ἀπαγομένους κακούργους ἐπὶ θάνατον παραλαμβάνοντες ἔζημιουν· τοὺς δὲ ἀμφισβητοῦντας εἰσῆγον εἰς τὸ δικαστήριον· καὶ τὸ*

ne uerbo quidem attingens aut refutans — quod opus fuisset, si coniecturam illam redarguere uoluisset — sed in uniuersum disserens. Summa igitur Freyeri, quam modo exscripsi, nequaquam a Leopoldo Cohn refutata est.

1) Hoc argumentum insuper sustentari puto uerbis *ὡς ὁμώνυμον σημαίνει πολλά*, cum comparatis atticistarum fragmentis Rdf. no. 283. 188. 31. 20 [cf. Eust. p. 823, 26]. 32. 252. 47 [cf. Eust. p. 1636, 47]. 276 [cf. Eust. p. 1496, 53]. 113 [cf. schol. Luc. ed. Iacob. p. 219] satis luculenter appareat atticistas explicationes de uerborum homonymiis admodum in deliciis habuisse. 2) Cf. Paulyi encycl. tom. I, 1. p. 868.



γνωσθὲν περὶ αὐτῶν ἔπραττον. εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία, οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πολίταις. εἰσῆγον δὲ ἑνίας ἐνδείξεις. ῥητορικῆ. Similia adnotauit lexicogr. V. Bekk. l. c. p. 250, 4: ἑνδεκα τίνες εἰσὶ κληρωτοὶ ἄρχοντες ἦσαν, ἑνδεκα τὸν ἄριθμον, προϊστάμενοι τοῦ δεσμοτηρίου. καὶ τοὺς ἀγομένους ἐπὶ κακουργήμασι παρελάμβανον κλέπτας καὶ ἀνδραποδιστὰς καὶ φρονεῖς. καὶ τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ἐξήμιον, τοὺς δὲ ἀμφισβητοῦντας εἰσῆγον εἰς δικαστήριον, quibuscum fere ad uerbum congruit schol. Arist. ad uesp. u. 1108. Adde lexicogr. V. Bekk. p. 310, 15 sub lemmate τίνες ποίων δικαστηρίων εἶχον τὴν ἡγεμονίαν· . . . οἱ ἑνδεκα τοὺς κλέπτας καὶ τοὺς λωποδύτας καὶ ἀνδραποδιστὰς ὁμολογοῦντας μὲν ἀποκτιννύουσιν, ἀντιλέγοντας δὲ εἰσάγουσιν εἰς τὸ δικαστήριον κ. τ. λ. Neque aliena habet Photius s. l. περὶ τῶν ἑνδεκα [ed. Pors. I, 49]: ἑνδεκα ἄνδρες ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότες, κλήρω τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐλάμβανον· ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν ἐν δεσμοτηρίῳ κλέπτας δὲ καὶ λωποδύτας καὶ ἀνδραποδιστὰς, εἰ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ λάβοιεν, ἐκόλαζον θανάτῳ· εἰ δὲ ἀντιλέγοιεν, εἰς κρίσιν καθίστων. Quae omnia ex communi fonte uidentur descripta esse, quem perlucet agnosces in glossa Eust. p. 1595, 38: . . . Θεσμοθέται] κυριεύοντές φασὶ τοῦ δικάζειν καὶ χειροτονεῖν· ἐκεῖ δὲ καὶ ἄρχοντες ἕτεροι ἑνδεκα ἐπιμελούμενοι τοῖς ἐν δεσμοτηρίῳ καὶ ἐνήγοντό φασιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην κλέπται τε καὶ ἀνδραποδισταί. τῶν δὲ ῥηθέντων Ἀθήνησιν ἑννέα ἀρχόντων κατὰ Πausανίαν τρεῖς μὲν ἦσαν ἄρχων, πολέμαρχος καὶ βασιλεύς. οἱ δὲ ἕξ Θεσμοθέται. Totam igitur obseruationem esse Pausaniae conicio contra Rindfleischium, qui tantum extrema uerba inde a τῶν δὲ ῥηθέντ. Ἀθ. in collectionem recepit. Neque enim solum uerisimillimum uidentur esse in uerbo φασὶ audiri τοὺς παλαιούς, praesertim cum postea Pausanias laudetur, uerum etiam ex multis Pausaniae fragmentis scimus hunc expositiones ad leges et instituta publica Atheniensium pertinentes in deliciis habuisse [cf. Rdf. l. c. p. 23 et fr. no. 160. 189]. — Qui factum sit, ut fere omnes, qui Pausaniam excerpserent, hoc de magistratu eadem quidem,

sed aliis uerbis seruarint, enucleare non possumus. Forsan hoc loco propterea, quod Etymologus solus hac de uoce multo copiosior est quam ceteri, de editione altera lexicī Pausaniae cogitandum sit, quae quin ab Eustathio p. 408, 11 commemoretur, dubium non est uerbis quidem his: . . . ὡς φησι Πανσανίας . . . ἐν ἑτέρῳ δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ γράφει [scil. Πανσανίας] . . . [Rdf. no. 143]. Neque uero illud γράφει cum Giesingio in quaestt. de schol. Plat. p. 20 adn. 2 in 'γράφεται' mutandum esse censeo nisi omnibus, quae huc spectant, exploratis, cum inuestigari fortasse possint, quae huic rei satis obscurae aliquid lucis afferant.

3. Et. M. p. 789, 33: φαῦλον· σημαίνει δέκα· τὸ ἀπλοῦν Εὐριπίδης Λικυμνίῳ· φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγιστ' ἀγαθόν· ἀπλοῦν καὶ ἀπονήρευτον λέγεται· ἔστι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ τυχόντος. Πλάτων περὶ ψυχῆς· φαῦλον πρᾶγμα, ἔφη, ζητεῖτε. καὶ φαῦλον πρᾶγμα ἔσται· τὸ τυχόν πρᾶγμα. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπλῶς πρὸς τῷ οὐ τὸ τυχόν. [Πλάτων]· πρᾶγμα δ' ἔσται, ὡς ἔοικεν, οὐ φαῦλον, οὐδὲ μικρᾶς δεόμενον ἀρετῆς. τάτιτοιο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μοχθηροῦ, ὅταν ἀντιδιαστέλληται πρὸς τὸ σπουδαῖον. τεθεῖη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν· εἰ μικρὸν ὦν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω. καὶ ἐπὶ τοῦ ῥαδίου Πλάτων Πολιτειῶν πρώτῳ· καὶ φαῦλόν γε, ἔφη, ἴσως αὐτοῖς προστάζομεν· καὶ τούτου δ' ἔτι ἐγὼ φαυλότερον. τάτιεται καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταφρονήτου ὡς Δημοσθένης. καὶ ἐπὶ τοῦ ταπεινοῦ καὶ πένητος καὶ ἀδόξου καὶ ἀνοήτου. ῥητορικῆ<sup>1)</sup>, et p. 789, 25: φαυλία· ἢ κότινος καὶ ἀπλῶς εἶδος ἐλαίας. ῥητορικῆ<sup>1)</sup>. Quibuscum

1) Ne hic quidem commemorare omittam glossas ex Photio nullo pacto manasse collatis glossis Et. M. p. 789, 26 φαῦλια μῆλα et ibid. l. 27 φαυλίξει, quae quidem ex Photii lexico depromptae illam formulam non exhibent, et comparato ordine glossarum Etymologi et Photii:

Et. M. 1. φαυλία . . . ῥητορικῆ	Phot. 1. φαῦλια μῆλα
2. φαῦλια μῆλα . . .	2. φαυλία
3. φαυλίξει . . .	3. φαῦλον
4. φαῦλος . . . conuenit Et. Gud. 550, 26	4. φαῦλον conu. attic.
5. φαῦλον . . . ῥητορικῆ.	5.) φαῦλος conueniunt Harp.
	6.) et Hesych.
	7. φαυλίξει.

compara atticistam apud Eustathium p. 1356, 57 1): σημειώσαι δὲ ὅτι πολλαὶ λέξεις, πάλαι ποτὲ μέσως λεγόμεναι, ὕστερον ἐπὶ οὐκ ἀγαθῶ ἔδεδόθησαν, ὥσπερ καὶ μιὰρὸς παρὰ τοῖς μεθ' Ὀμηρον ὁ λυμάτων ἄξιος, ὃ ἐστὶ ἄνπαρὸς, λυμεάν, ἀκαθαρός, οὕτω καὶ ἄγιος παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐ μόνον ὁ καθαρός, ἀλλὰ καὶ ὁ μιὰρὸς διὰ τὸ τοῦ ἄγους διπλόσημον· ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐναγῆς καὶ ὁ εὐαγῆς. καὶ αὖ πάλιν ὁ ἐξᾶριστος καὶ τὰ τούτω ἐναντία, ἡ ἀγιστεία καὶ τὸ καθαγιαζέειν. οὕτω καὶ φαῦλον οὐ μόνον τὸ κακόηθες ὡς παρὰ Δημοσθένει δηλοῖ τό· οὐ γὰρ εἰ φαύλοισ ἡμεῖς συμμάχοις χρῆσθε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθόν, ὡς Ἐὐριπίδης· φαῦλον, κόμπιον, τάχιστον [lectionem integr. cf. in Etymologi articulo], οὐδὲ μόνον ἐπὶ μεγέθους, ὡς τὸ φαῦλον στόμα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ σμικρότητος, ὅθεν καὶ φαύλη ἐλαία ἢ μικρόκαρπος, ἢ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος καὶ μεταφτυτευθέντος. λέγεται δὲ φασὶ φαῦλον καὶ τὸ ἀπλοῦν καὶ μέτριον, καὶ φαύλως τὸ ἀπλῶς καὶ ἡσυχῆ. Ἀριστοφάνης· φαύλως φέρει νῦν τὸ κακόν. Cf. scholiastam Plat. p. 337 B. Etymologus igitur, qui longe optimam huius glossae formam praebet, ipsam atticistae, ut propter permulta testimonia opinor, Aelii Dionysii doctrinam αὐτολεξεί descripsit, Eustathius autem et scholiasta Plat. pro usu illam excerpserunt uel circumcidere.

4. Et. M. p. 784, 40 s. u. ὑπωμοσία· τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην καὶ ἀναβάλλεσθαι προφάσει χρώμενον ἀποδημία ἢ νόσῳ ἢ τινὶ τῶν παραπλησίων μεθ' ὄρκου οὕτως ἐλέγετο· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνησθαι. ῥητορικῆ. Quamquam cum hac observatione certum fragmentum alterutrius atticistae contendere non possum, tamen non dubito hanc glossam rhetoricam glossis ἐσχάρα, ἔνδεκα, φαῦλον adnectere, cum quadam uerisimilitudine probari possit atticistas hac de re egisse et cum Photii glossa etiam hic deterior sit. Qui glossa 1 haec exhibet: ὑπωμοσία· τὸ ἀναβάλλεσθαι δίκην τινὰ ἢ τι ἄλλο, προφάσει τινὶ χρώμενον μεθ' ὄρκου. Uberior est Harpocration, cuius uerba repetierunt Photius gl. 3 et Suidas: ὑπωμοσία· τὸ ὑπερτίθε-

1) Freyer p. 380. Giesing p. 44.

σθαι δίκην, προφάσει χρώμενον ἀποδημία ἢ νόσῳ ἢ τινι τῶν παραπλησιῶν μεθ' ὄρκου οὕτως ἐλέγετο· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ἐπόμνησθαι. Qui articulus, quamquam proxime accedit ad Etymologi explicationem — deest solum uerbum ἀναβάλλεσθαι —, tamen in Etymologicum M. non transiit. Potius statuendum est secundum doctam Freyeri quaestionem l. c. p. 257sq. de ratione inter atticistas et Harpocratonem intercedente, Harpocratonem et atticistam eundem fontem secutos esse, dein Photium in glossa 1 et Etymologum atticistam, Photium gl. 3 et Suidam Harpocratonem excerpisse. Alterutrum autem atticistam, quem Aelium Dionysium fuisse censet Freyer p. 333, de uocibus ἀντωμοσία ὑπωμοσία ἐξωμοσία pluribus uerbis disseruisse elucet ex illo eximio loco Eustathii p. 1660, 45: . . . ὁμῶ ὁμόσω . . . περὶ οὗ φασιν οἱ παλαιοὶ ὅτι συνωμότης . . . ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀντωμοσίαν καὶ τὴν ὑπωμοσίαν καὶ τὴν ἐξωμοσίαν, ὧν κατὰ τοὺς αὐτοὺς [scil. παλαιοὺς] ἀντωμοσία μὲν ἦν δίκη ἀντωμοσμένη . . . ὑπωμοσία δὲ φασίν [scil. οἱ παλαιοὶ] ἔστιν ἀπόδοσις αἰτίας, δι' ἣν οὐκ ἀπῆντησέ τις πρὸς τὴν δίκην.

5. Et. M. p. 756, 34: Τηθῆ· . . ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ εὔρον σημαίνει τὴν λέξιν μάμμην ἢ πατρός ἢ μητρός μήτηρ, quibus addit cod. Flor. l. c. p. 280: ἢ δὲ πατρός ἀδελφῆ τηθῆς, ἢ νῦν θεῖα et Et. M. p. 366, 11: ἐπιτηθῆ· ἢ τῆς τηθῆς μήτηρ. ὥστε εἶναι τὴν μὲν τηθῆν μητρός ἢ πατρός μητέρα· τὴν δὲ ἐπιτηθῆν τῆς τοῦ πατρός μητέρος καὶ τῆς μητρός μητέρα. ἤγουν ὡς ἐπίπαππος. Θεόπομπτος Παμφίλη·

ἄντῃ δ' ἐκείνη πρότερον ἐξηπίστατο  
παρὰ τῆς ἐπιτηθῆς'. ῥητορική.

Quibus de glossis atticistae cum Freyer l. c. p. 246 sq. et in addend. satis copiose disputauit, superuacaneum uidetur eadem recoquere. Attamen ut summam eius disputationis paucis exponam, haec repetere mihi liceat. Ex Eust. p. 316, 10: ὡς δηλοῖ καὶ ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων ὠδέ πως διαστείλας· τῆθῆ ἔστιν ἢ τοῦ πατρός μήτηρ, ὡς ἢ Ἀερόπη τῷ Ὁρέστη καὶ ἢ τῆς μητρός δὲ μήτηρ ὡς τῷ αὐτῷ ἢ Ἀῖδα

... τηθῖς δὲ ἀνάλογόν τι τῷ θείῳ, πατὴρ γὰρ ἀδελφῆ ἡ μητρὸς comparato cum p. 648, 53: ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ Συγγενικοῖς εἴρηται ... apparet Aristophanem Byz. librum περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων composuisse<sup>1)</sup>. Quem fere integrum Aelium Dionysium in lexicon rhetoricum recepisse discimus ex Eust. p. 971, 29 ... ὡς δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος ... λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα Συγγενικά ἐκγραψάμενος coll. p. 565, 18—34. Constat igitur adnotationes omnes, quae sunt de uocibus τήθη et τηθῖς apud Hesychium, lexicographum V. Bekk., Photium, scholiastam Arist. [Lys. u. 549], Etymologum ad Aelium Dionysium reuocandas esse, qui sua Aristophani Byz. debuerit. Verba autem Aristophanis erant haec secundum Eust. p. 971, 25: ... ὡς φησὶ τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά, ὃς λέγει [scil. Αἴλ. Διον. cf. supra] καὶ ὅτι τήθη μὲν ἢ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πατρὸς μήτηρ, ἐπιτήθη δὲ ἢ ἐπὲρ αὐτὴν καθ' ὁμοιότητα τοῦ πάππου κτλ., quibuscum compone illos lexicographos, quos modo commemorauī.

6. Et. M. p. 747 initio: ταῖξοι καὶ ταρσοί· τάλαροι καὶ τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν [codd. praeter Flor. καρπῶν]. αὐτὸ τὸ πτέρωμα καὶ Θουκιδίδης οὕτως. ῥητορικῆ. Ibidem linea 3: τάῖξωμα· τὴν κωπηλασίαν. οὕτως Ἀριστοφάνης. ῥητορικῆ. Ibid. lin. 5: ταρσοί· τὰ ἀγγεῖα τῶν τυρῶν καὶ τὰ ἔξω τῶν κωπῶν καὶ ταρσοῖς· πτεροῖς ἄκροις. ταρσός· ἐκ μέρους ἢ τὸ πλάτος τοῦ ποδός, ἢ τὸ ἄκρον τῆς χειρός. ῥητορικῆ.

Adeamus Eustathium, qui p. 1625, 14 Pausaniae et Aelii Dionysii scriinia compilauit: οἱ δὲ παλαιοὶ τὸν τοιοῦτον ταρσὸν καὶ ταῖξὸν λέγουσιν, οἱ μὲθ' Ὀμηρον δηλαδή, ἐν οἷς καὶ ὁ κωμικός, οἱ καὶ φασιν ὅτι ταῖξός τὸ τυροκομεῖον· καὶ ὅτι ἄῖξοι μὲν κόφινι σταφυλοφόροι, ταῖξός δὲ ἀγγεῖον πλεκτὸν ὡς ψίαθος ἐκ καλάμων, ἐν ᾧ τυρέουσιν. καὶ κρεμαστήρ δὲ φασιν ἐλέγετο ταῖξός, ἐφ' οὗ τυροὺς ἔτερον.

1) Cf. Dittrich, 'Aristoph. u. Byz., Bücher über die Verwandtschaftsnamen und Benennungen des Lebensalters' in Philol. I. p. 226 ff.

ὄθεν καὶ τρασιά, οὗ σῦκα ψύγεται. ἐλέγετο δὲ φασὶ ταρσὸς καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποδὸς ἢ καὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς. Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησιν ὅτι ταρῆροι καὶ ταρσοί· τάλαροι καὶ τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν. ἕτεροι δὲ ὅτι ταρῆροι κρεμίστρα καλαμίνη καὶ τὰ τῶν τιρῶν ἀγγελία καὶ τὰ τῶν λαχάνων. καὶ τάρωμα ἢ κωπηλασία. ταρῆρος γὰρ φασιν ὁ στοῖχος τῶν κωπῶν, ἐπεὶ πτεροῖς ἑοίκασιν. καὶ σημείωσαι ὅτι κατὰ τοιαύτην τινὰ ὁμοιότητα καὶ ἐπὶ ὄρνεων πτέρυγος ὁ ταρσὸς λέγεται. Quae omnia atticistarum esse doctrinam, docent οἱ παλαιοὶ [cf. Freyerum de hoc Eust. loco agentem l. c. p. 354] et ἕτεροι. Censeo autem partem priorem ab initio usque ad 'καὶ τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν' Aelio Dionysio, alteram inde a uoce ἕτεροι Pausaniae restituendam esse. Uterque igitur fere eadem tractauit ita tamen, ut Etymologi articulum ταρῆροι καὶ ταρσοί· τάλαροι usque ad uerba *Θουκυδίδης οὕτως* fragmentum Aelii esse, uerba sequentia usque ad uoces ταρσοῖς· πτεροῖς ἄκροις Pausaniae, uerba autem reliqua ταρσός· ἐκ μέρους κτλ. Aeliana agnoscenda sint.

7. Et. M. p. 753, 26: ὑποσακίζειν<sup>1)</sup>· ὑπεξαίρειν ἀναλογοῦν καὶ ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ φασίν, ἦτοι τὸ προκόπτειν καὶ ἀναλογοῦν, quocum articulo conuenit Photius etiam in corruptelis, quas quidem ad fontem communem reuocandas esse ex Eustathii loco uitiis inquinato elucet: p. 940, 16 [= Rdf. 325] . . . καθά φησιν Αἴλιος Διονύσιος. Ὅθεν καὶ σακεύειν φησὶ τὸ ὑλίξειν ὡς Ἡρόδοτος χρέματ' ὑποσακίζόμενοι· καὶ ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ τὸ προκόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι. Quae rectissime Meierum emendasse sic 'σακεύειν· τὸ ὑλίξειν ὡς Ἡρόδοτος. καὶ χρέμαθ' ὑποσακίζεσθαι· ἀναλοῦν καὶ ὑφαιρεῖσθαι. καὶ ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ· προκόπτειν, breui mihi notandum est. Itaque etiam Photii et Etymologi glossae mutandae sunt, ut loco uerborum ὑπεξαίρειν ἀναλογοῦν scribamus 'ὑφαιρεῖσθαι ἀναλοῦν'<sup>2)</sup> et ἀναλογοῦν extremum omittamus.

1) Non omittam in Etymologici M. codd. exstare lemmata: ὑποσικάζειν, ὑποσικάζειν, ὑποσκάζειν, in Photio autem recte legi: ὑποσακίζειν.

2) Neque igitur Naberi coniectura ἀνὰ λόγον pro ἀναλοῦν in textum recipienda est.

Lexicographorum autem superstitum tacent omnes praeter Phrynichum, qui aut ex Aelio Dionysio aut ex fonte utriusque communi haec seruauit [Bekk. AGr. I. p. 68, 30]: ὑποσακίζε-  
ται τὰ χρήματα ἀντὶ τοῦ ὑπαναλίσκεται ὑποκενοῦται [cf. quae  
in Eustathii, Photii, Etymologi articulos recepi]. ἀπὸ τῶν τὰ  
σακία κενοῦντων, ἢ ἀπὸ τῶν τοῖς σακίοις διηθουμένων οἶον  
οἴνου ἢ τινος τοιούτου. ὑποσακίζεται οὖν τὰ χρήματα οἶον  
ὑποῤῥεῖ.

8. Et. M. p. 780, 29: ὑπήγη· . . . ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ  
λεξικῷ εὗρον σημαίνει τὴν λέξιν μύστακα, γένειον, πώγωνα·  
ἢ τοῦ ἄνω χείλους τρίχους. Atticistas de barbae nominibus  
scripsisse luculenter ex compluribus Eustathii adnotationibus  
elucet, quarum maxime notabiles hae sunt: p. 1496, 53: ἐν  
δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὗρηται καὶ μάστακες αἱ ἀκρίδες καὶ  
λέγεται κεῖσθαι τοῦτο παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φινεῖ. ἐκεῖ δὲ [scil.  
ἐν ῥητ. λεξ.] ἐμφέρεται καὶ ὅτι μάσταξ αἱ ἐπὶ τοῦ ἄνω χεί-  
λους τρίχες· πάππος δ' αἱ ἐπὶ τοῦ κάτω . . . Αἴλιος δὲ  
Διονύσιος, καὶ μασταρῦζειν φησὶ τὸ κακῶς μασᾶσθαι καὶ  
βλακικῶς, et p. 1353, 56: . . . ὑπήγη δὲ ἢ κοινῶς τὸ γένειον  
κατὰ τινὰς ἢ καὶ ἄλλως μύσταξ μὲν φασιν αἱ τοῦ ἄνω  
χείλους τρίχες, αἱ δὲ κάτω πάππος· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ὑπήγη.  
καὶ ὁ κωμικὸς οὕτω νοεῖ, ἐν οἷς λέγει μολύνειν τινὰ τὴν  
ὑπήγη. Quae omnia ex atticistarum lexicis deprompta esse  
ostendit Photius, qui hasce glossas exhibet: μάστακας· τὰς  
ἀκρίδας· Σοφοκλῆς; μασταρῦζειν· τὸ κακῶς μασᾶσθαι·  
Κυρηναῖοι; πάππος· αἱ ἐπὶ τοῦ κάτω χείλους τρίχες, μύ-  
σταξ δὲ αἱ ἐπὶ τοῦ ἄνω. Inde igitur licet perspicere Aelium  
Dionysium de barba haec composuisse: μάσταξ· αἱ ἐπὶ τοῦ  
ἄνω χείλους τρίχες. πάππος· αἱ ἐπὶ τοῦ κάτω. ὑπήγη· τὸ  
ἐξ ἀμφοῖν, quibus non dissimilia sunt Pollucis uerba II, 80:  
αἱ δὲ ὑπὸ ῥινὶ τρίχες μύσταξ καὶ ὑποῤῥίνιον καὶ προπωγώ-  
νιον ἢ πρώτη βλάστη· αἱ δὲ πρὸς τῷ κάτω χεῖλει πάππος,  
τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ὑπήγη. — Sin autem hanc Aelianam expli-  
cationem cum Etymologi articulo contendemus, tantam dissi-  
militudinem inueniemus, ut Etymologus nequaquam sua ex  
lexico Dionysiano descripserit, potius censeamus necesse sit

fontem fuisse Pausaniam. Ac profecto hic atticista in Eustathii loco altero p. 1353 latet. Neque enim hic solam Dionysii expositionem repetitam esse, uerum etiam istis uerbis alia opposita uidemus, quae sunt: *ἐπήρη δὲ ἢ κοινῶς τὸ γένειον κατὰ τινάς*, quae Pausaniam prodere suspicor. Verba autem commemorata obscura sunt, cum neminem futurum esse existimem, qui mihi dicat, quid sit: *ἐπήρη* est *κοινῶς* barba labri inferioris [= *γένειον*], quoniam ex Hesychio [*ἐπήρη ὅς ἐστιν ἐπὶ τὴν ῥίνα τόπος*] scimus *ἐπήρη* in labro superiore fuisse. Exspectamus potius nos lecturos esse aut *ἐπήρη δὲ ἢ κοινῶς κατὰ τινάς* aut, ut apud Photium, Etymologum, Suidam: *ἐπήρη δὲ ἢ κοινῶς μύσταξ, γένειον, πώγων κατὰ τινάς*, id quod optime confirmatur Hesychii glossa *ἐπήρη· γένειον ἦτοι πώγων, ἄλλοι μύσταξ ἄλλοι ἐπήρη, ὅς ἐστι ἐπὶ τὴν ῥίνα τόπος*.

9. Et. M. p. 771, 11: *τρύζει· ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ· παρ' ὃ καὶ ἡ τρυγών, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. ῥητορικῆ*. Hae in expositione agnosco Aelii Dionysii doctrinam collato Eustathio p. 229, 21: *καίτοι φασὶν οἱ παλαιοὶ ὅτι ἀπλῶς μὲν τιτίζουσιν οἱ νεοσσοί, καθεστιάμενοι δὲ τρίζουσιν. ἔστι δὲ τρίζειν τὸ λεπτὸν ἡγεῖν κατὰ τὰς νυκτερίδας, αἱ καὶ αὐταὶ τρίζειν λέγονται, ὡς ὁ ποιητὴς ἐν τῷ τέλει τῆς Ὀδυσσεΐας φησί. τὸ μέντοι τρύζειν, ἀφ' οὗ ἡ τρυγών, τραχυγωνιώτερόν ἐστιν. σημείωσαι δὲ ὅτι ἐκ τοῦ τιτίζειν τίτις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον βραχὺ ὀρνίθιον ἢ καὶ πᾶν φησι μικρὸν ὀρνίθιον ἐπὶ τῶν παλαιῶν οὕτω καλεῖται. ἕτερος δὲ τις κτλ.* Patet igitur obseruationem de uerbis onomatopoieticis *τιτίζειν τρίζειν τρύζειν*, quae est usque ad pronomen *ἕτερος*, ex Dionysiano lexico depromptam esse, cui explicatio persimilis adiuncta est *ἕτερον* cuiusdam i. e., cum Aelius Dionysius antecedit, Pausaniae. Cum Etymologi glossa concinunt praeter Photium etiam lexicographus Bachm. et Suidas.

10. Et. M. p. 791, 8: *φέψαλος· σπινθήρ ὁ ἀναφερόμενος ἐκ τῶν καιομένων ξύλων. ῥητορικῆ*. Neque aliena habet Eustathius p. 1802, 63: *φέψαλοι γὰρ φασὶ [scil. οἱ παλαιοί] καὶ φεψάλυες, ὧν χρῆσις καὶ παρὰ Ἀνρόφρονι· σπινθήρες*



ἀναφερόμενοι ἐκ τῶν καιομένων ξύλων, his praemissis: δηλοῖ ὁ γράψας [scil. Ἀριστοφ. in Acharn. u. 279 ed. Mein.]· ἡ ἀσπίς ἐν τῷ φρεψάλῳ κρεμήσεται, ἀμεληθεῖσα δηλονότι διὰ τὸ εἰρήνην εἶναι. παράφρασις δὲ πάντως τοῦ καπνοῦ προκείσθαι τι τὸ ἐν φρεψάλῳ κρέμασθαι. Conueniunt cum Etymologi glossa Photius et lexicogr. Bachm., Suidas inter alia etiam illa habet.

11. Et. M. p. 789, 19: φατνώματα· σανιδώματα, στέγη διάγλυφα. Conuenit Eustathius p. 547, 2: τῆς δὲ φάτνης πρωτόθετον τὸ φαγεῖν ἢ τὸ πάσασθαι κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ ἔστι γείσασθαι. ὅθεν καὶ φατνωτὸν φασι [scil. οἱ παλ.] τὸ σανιδωτὸν καὶ φατνώματα σανιδώματα, στέγης διάγλυφα· πλ., qui, ut supra p. 203 monui, rectam lectionem praebet: στέγης διαγλ. Congruunt cum Etymologo Suidas et Photius. Hesychius habet φατνώματα· σανιδώματα nec plura.

12. Et. M. p. 410, 20: ζειραί· χιτῶνες ἀνακεκολλημένοι ἢ ἀνάκωλοι. Ξενοφῶν· καὶ ζειρὰς μέχρι τῶν ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδας. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. Cf. supra p. 201, ubi mihi premendum erat, Etymologum solum lectionem integram ἀνακεκολλημένοι seruasse, quam Photius, Suidas, Timaeus in ἀνακεκολλημένοι corruerunt. Glossam autem ex alterutrius atticistae lexico rhetorico manasse docet Eustathius p. 837, 40: οὕτω δὲ φασι καὶ ζείρα ἐξ ὁμοίας τροπῆς ἐγένετο, συγχειμένη καὶ αὐτὴ παρὰ τὸ δεῖν ἦτοι δεσμῆν καὶ τὸ εἶρειν. σημαίνει δὲ φασι [scil. οἱ παλ.] ζώνην καὶ χιτῶνα καὶ χλαμύδα, ἣν μέχρι καὶ ἐσάρτι παραφθείροντες οἱ Ἀνκιανοὶ ἡμίζαρον λέγουσιν. Similia apud lexicographum V. Bekk. l. c. p. 260, 31: ζειρά· ζώνης εἶδος. ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπεεδύνοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας ὥσπερ ἐφροστρίδα· ὅπερ καὶ μάλλον. Neque aliena sunt, quae Hesychius de hac uoce tradit.

13. Et. M. p. 755, 38: τευτάζειν· πραγματεύεσθαι ἢ σκευωρεῖσθαι ἢ στρατεύεσθαι [corr. στραγγεύεσθαι] καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Ἀνκόφρων. Οὕτω καὶ Λίδυμος, προσθεὶς ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ καταμειψάμενος Ἀνκόφρονός [Phot.: -ονα] φησιν εἶναι τὸ ἐπιστρεφῶς τι πράττειν ἢ ἐνεργεῖν. [Phot. addit: καὶ Ἀρτεμίδωρος τὸ φροντίζειν. Φρόνιχος Μύστιας· μάλιστα δ' ἐν

χεροῖν ἔχων τευτάζεται'.] Πλάτων Ξάνθαις· ἦν δὲ θόρυβος τευτάζοντων'. ἀντὶ τοῦ πραγματευομένων ἢ διατριβομένων. καὶ ἐν Τιμαίῳ· [Phot. addit: τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλοκεικίας] τευτεταζότι' ἀντὶ τοῦ [Phot. οἶον] διατετριφότη. γράφεται καὶ τευτεταζότι. Τηλεκλείδης· πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκοροι'. ἀντὶ τοῦ πραγματεύονται, σκευωροῦνται. [Phot. addit: Φερεκράτης· ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι'.] σημαίνει καὶ τὸ σπουδάζειν [Phot. addit: πολιτείας ζ'] καὶ τὸ ἡσχάζειν· καὶ τευτάζων τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγων, γλωσσῶν. ῥητορικῆ. Inspecto Eustathio p. 968, 3 [Rdfl. no. 335]: εἴ γε τευτάζειν λέγεται κατὰ Ἀἴλιον Διονύσιον τὸ ἐπὶ πολὺ προσεδρεύειν τῷ αὐτῷ πράγματι et Photio s. u. ταυτάζειν· στραγγεύσθαι, ἐπὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ· ὅτε δὲ φροντίζειν intellegemus omnia, quae ex Etymologico M., Eustathio, Photio gl. 1 et 2 ascripsi, eidem auctori i. e. Aelio Dionysio tribuenda esse. Ac profecto illa Photii in codice bibl. 152 narratio de Aeliani lexicī recensione altera ad hunc Etymologi M. et Photii longiorem articulum, quem refertissimum uidemus testimoniis, et ad Photii et Eustathii expositionem tenuem quam optime quadrat. — De Boetho autem, qui teste Nabero huius glossae auctor fuit, Giesing l. c. p. 31 sqq. satis copiose disseruit et Naberum redarguit, ut nihil reliquerit, quod addam.

14. Et. M. p. 429, 43: ἡμεροκαλλές· ἄνθος σπειρόμενον ὃ Δίδυμός φησιν. οὐκ ἔστι δὲ ἄνθος ἀλλὰ φοινικοῦν ἔριον διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱεροουργίας Ἀθηνησιν ὡς Θεόδωρος ὁ Πανάγης προσαγορευόμενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κηρύκιων γένους· λέγει δέ, ὅτι καλεῖται ἡμεροκαλλές διὰ τὸ πεπλῦσθαι καὶ βεβάφθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. κάλλη δὲ προσγορεῖται τὰ ἄνθη. ῥητορικῆ. Quam doctissimam obseruationem atticistae alterutri restituendam esse apparere mihi uidetur non solum ex Eustathio p. 1049, 37: Ἰστέον δὲ ὅτι φλόξ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ τι ἄνθος εἶδος . . . ἡμεροκαλλές λεγόμενον φασι οὕτω, ἐπειδὴ νυκτὸς φρὲν ἅμα ἡλίῳ ἀνιόντι θάλλει, uerum etiam ex Didymo et Theodoro laudatis, quorum illius libros atticistas excerpisse notissimum est. De

fonte autem, quem atticistae in expositionibus de floribus secuti sint, infra disseram.

15. 16. In fine huius paragraphi adiungam glossas Etymologici M. rhetoricas p. 764, 41: *τράχηλος* . . . *οὕτως Ὄρος*.] *ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ τράχηλοι εὖρον σημαίνειν τῶν θαλασσιῶν πορφύρων. οὕτω Ποσίδιππος, et p. 798, 28: φορά· ἢ κατὰ ὄλου τόπου ἐναλλαγῆ· καὶ μάλιστα ἢ μὴ δυναμένη ἐφ' ἑαυτῆς στήναι ὅταν ἐθέλῃ. ῥητορική.* Atticistas autem his de uocibus egisse dicit Eust. p. 1531 initio, ubi ex eorum lexicis longam expositionem de spina eiusque partibus transcripsit, et p. 1452, 15, ubi Pausaniae uerba nonnulla de radice uerbi *φέρ-ειν* et de iis uocibus leguntur, quae inde deriuantur. Quamquam quidem istis locis Etymologi M. uerba non reperiuntur, tamen facile intellegitur atticistas etiam has uoces attigisse.

§ 6. De glossis Etymologici M. rhetoricis, quibuscum consentiunt atticistae apud Eustathium, quae quidem omnes apud Photium desiderantur.

1. Et. M. p. 362, 51: *ἐπίπαστα· τὰ ἐπιπασσόμενα τῷ ἔννει* [uulg. *έντει*] *ἄλφιστα. Ἀριστοφάνης ἱππεῦσιν· ἐπίπαστα λείχων δημόπρατα ὁ βάσκανος*. *ῥητορική.* Aelius Dionysius apud Eustathium p. 1278, 54 [Rdf. no. 300]: *πάσσειν*] *ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀλίπαστον καὶ τὸ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ παστά, ἔννος δηλαδὴ ἀλφίτοις μειμιγμένον· καὶ ἐπίπαστά φησιν αὐτὰ τὰ ἄλφιστα.* Uberiora aliunde, ut uidetur, exhibent scholiasta Arist. ad equ. u. 103 et Suidas, quibuscum contendas Pollucem VI, 10.

2. Et. M. p. 187, 38: *βάνανσος· κυρίως πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· βαῦνος γὰρ ἢ κάμινος. ῥητορική.* Similia exhibet Photius s. u. *κρίβανον*. Eadem atque Etymologus recepit Suidas: *βάνανσος* et paulo uberiora lexicographus V. Bekk. l. c. p. 222, 20 s. u. *βάνανσοι*. Sua autem et lexicographum V. et Photium et Etymologum et Suidam ex Aelii Dionysii lexico rhetorico in opera sua deriuasse perspicuum est ex Eust. p. 1511, 13: *κρί . . . ὅπερ ἀποκοπὴν ἐκ*

τοῦ κρίνον, ἄλλα τέ τινα παράγει καὶ τὸν κρίβανον, ὅς ἐστι κρίθων βαῦνος τουτέστι κάμινος κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὅς καὶ κλίβανος λέγεται καθ' ὁμοιότητα τοῦ κεφαλαγία κεφαλαγία. ὡς δὲ βαῦνος καὶ ἐστία λέγεται ὅ ἐστι κάμινος ἀφ' ἧς καὶ ὁ βάνανσος, ἡ Δωρικὴ ἐν Πελοποννήσῳ γλῶσσα μέχρι καὶ νῦν δηλοῖ. Conferas praeterea scholiastam Plat. p. 176 C, qui similia habet, apud Giesingium l. c. p. 62.

3. Et. M. p. 35, 10: αἵμασιὰ· τὸ ἐκ χαλίκων ὠκοδομημένον τειχίον, ἧγουν φραγμός. ἀπὸ τοῦ αἱμάττεσθαι τοὺς ὑπερβαίνοντας ὑπὸ τῶν ἐπιχειμένων ἀκανθῶν τοῖς σωροῖς τῶν λίθων [ὡς παρὰ Νικάνδρῳ· τρόχμαλά θ' αἱμασιὰ τε καὶ ἰλύος ἐρέοντες]. ἐστὶ δὲ καὶ ῥητορικὴ ἢ λέξις. οὕτως Ὁρίων. Audiamus atticistas apud Eustathium p. 1851, 25: αἱμασιὰ δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς τειχίον ἐκ χαλίκων ὁμοιον φραγμῶ. καὶ ἄλλως δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐκ χαλίκων οἰκοδομή, τειχίον, θρίγος. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν καὶ αὐτός, ὅτι αἱμασιὰ τὸ ἀπὸ χαλίκων τειχίον ἐπάγει· ἦν τινες καὶ ἄρπεξαν, ὡς καὶ Ἴωνες. δηλοῖ δὲ φησι τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος, quibus cum conferas, quae Eustathius ex atticistis descripsit p. 883, 50 et 1959, 42. Cum priore autem loco Eustathiano concinunt lexicogr. Bachm. (Bekk. AGr. p. 356, 6) et Suidas s. u. αἱμασιὰ. Omnia autem ex Aelio Dionysio translata sunt, quibus apud Eustathium p. 1851, 23 alia quaedam antecedunt procul dubio Aelianis opposita. Quod efficitur ex uerbis Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν καὶ αὐτός . . . φησι i. e. postquam Aelius Dionysius ipse quoque de uoce αἱμασιὰ uerba fecit eaque fere, quae antecedunt una cum formula κατὰ τοὺς παλαιούς, commemorat cett. Hinc igitur manifestum est formulam loco nominis Pausaniae exstare ob eamque causam Etymologum uerba τὸ ἐκ χαλίκων usque ad uocem φραγμός e Pausaniae lexico excerpssisse. Quae in Etymologico secuntur, sunt ex Orionis lexico p. 8, 19.

4. Et. M. p. 233, 44: γλαφυρόν· . . . ἐστὶ δὲ καὶ ῥητορικὴ· γλαφυρὰ φόρμιγξ, ἢ γεγλαμμένη καὶ κεκοιλαμμένη. καταχρηστικῶς λέγεται γλαφυρὸς ἄνθρωπος. παρὰ τὸ γλάπτω ἢ παρὰ τὸ γλάφω γλύφω, γλάφος ὡς θρύπτω, τρύφος. καὶ ὡς

δάσος δασύς, πάχος παχύς, οὕτω γλάφος γλαφύς. καὶ γλαφὸν τὸ κοιλον σπήλαιον ἄντρον. 'γλαφὸν πετροῦεν' Ἡσίοδος.

5. Et. M. p. 322, 52: ἐκλώζετε· κλωσμιὸν ἔλεγον τὸν γινόμενον ἐν τῷ στόματι ψόφρον· ᾧ πρὸς τὰς ἐκβολὰς ἐχρῶντο τῶν ἀχροαμάτων, ὧν οὐχ ἡδέως ἤκουον. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.

Quam glossam huc traho atque antecedenti adnecto propterea, quod etiam atticista has uoces quamquam uariis locis, tamen una eademque ratione tractauit, quod sequitur ex illo Eustathii insigni loco p. 1504, 19, quem totum hic afferre operae pretium est: γλάφειν δὲ ὅτι τὸ κοιλαίνειν δηλοῖ καὶ ὡς λειότερόν ἐστι τοῦ γράφειν κατὰ τὴν ἐκρώνησιν, ἐδηλώθη καὶ ἀλλαχοῦ. καὶ ὅτι ἐπὶ λογικῆς τινος γραφῆς ἔστιν ὅτε τίθεται, ὡς δηλοῖ παρὰ Πανσανίαν τό· τὸν ἄνδρ' ἀπωσάμην τε κάπεγλαψάμην, οἷονεὶ ἀπέξεσα καὶ ἀπήλειψα ὡς ἀπὸ βιβλίου. δηλον δὲ καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιοῦτου ῥήματος γίνεται τὸ γλαφροῦν σπήλαιον καὶ τό· γλαφὸν πετροῦεν. ἤδη δὲ καὶ αὐτὸ τὸ γλύφειν. μᾶλλον μὲν οὖν, ὡσπερ προνοπέεται τὸ γρῶ τοῦ παραγῶγον γράφω, οὕτω καὶ τὸ γλῶ τοῦ γλάφω τε καὶ τοῦ γλύφω. ἔστι δὲ ὁμοιότητα τῆς τοῦ γράφω καὶ γλάφω, τοῦ μὲν τραχυφρονίας τοῦ δὲ λειότητος, εὐρεῖν καὶ ἐν τῷ κρώζειν καὶ κλώζειν. τραχύτερον γὰρ ὁ κρωγμὸς τοῦ κλωγμοῦ, ὧν κρωγμὸς μὲν ἔστιν ὁ τῆς κορώνης ἦχος. κλωγμὸς δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἐν θεάτρῳ διὰ στόματος πρὸς τὸν οὐρανίσκον ἀποτελούμενος φρασι ψόφος, ᾧ πρὸς τὰς ἐκβολὰς ἐχρῶντο τῶν ποιητῶν. καὶ κλώζειν τὸ οὕτω ἐκβάλλειν ἐκ τῶν θεάτρων καὶ ἔστιν ἕτερον συριγμοῦ ὁ κλωγμὸς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ περικλώζεσθαι καὶ περισρίττεσθαι. De uoce γράφειν Eustathius antea, ut ipse addit uerbis ἐδηλώθη ἀλλαχοῦ, disputauit: p. 633, 43 et p. 171, quae omnia ex Pausania fluxerunt, cum, ut hoc solum afferam, Pausaniae fragmentum de uoce γραῦς p. 633, 43 [γραῦς· κοινῶς μὲν ἢ παλαιὰ γυνή καὶ πολιὰ τῷ χρόνῳ — . . . καὶ ἢ χρόνῳ διεφθαρμένη γραῦς] redeat. Quibus ex duabus adnotationibus sequitur atticistas originationem quoque uocum accuratissime obseruasse. [Hinc igitur patet inter fragmenta eorum non solum uerba ὠνοματοποιεῖται [Eust. p. 564 extr. παππύζειν], ἔχει τι ὀνοματοποιίας [Eust. p. 584, 21: κύμβαχος . . . Παν-

σανίας], τίθεται ῥῆμα κατὰ ὀνοματοποιίαν [Eust. p. 178, 33: γλάφειν], κατὰ μίμησιν ἦτοι ὀνοματοποιίαν [Eust. p. 229, 28: τιτίζειν — Πανσ.], μίμησις ἐστὶ τῆς φωνῆς [Eust. ibid.], uerum etiam aduerbia τραχύτερον et λειότερον [Eust. p. 1504, 19: γλάφειν γράφειν], τραχυφωνότερον [Eust. p. 229, 26: τραχύτερον ibid. lin. 29], μιμητικῶς [Eust. p. 768, 13: βλόψ. . . ὁ τῆς κλεψύδρας ἦχος, . . . καὶ βῆ. . . μίμησιν προβάτων φωνῆς] multa alia persaepe legi <sup>1)</sup>.

Expositionem de uocibus κρώζειν — κλώζειν Pausaniae praeter Eustathium et Etymologum M. alii in opera recepere, quorum sunt Hesychius et Photius s. u. κλώζειν, lexicogr. V. Bekk. p. 258 s. u. ἐκκλώζεται, Suidas s. u. u. ἐκλώζετε et κλώζεται. Ex eodem denique fonte ac Pausanias sua deprompserunt Pollux IV, 122 et Harpocration s. u. ἐκλώζετε.

6. Et. M. p. 356, 52: ἐπηλυγάζονται ἐπισιιάζονται, ἐπικρύπτονται. λέγην γὰρ καλοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ τὴν σκιάν, ἢ τὴν σοτίαν. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν λέγων· διὰ γὰρ τούτων σχολίους πλέκουσι. ῥητορικῆ. Quae secuntur, ex parte quidem etiam atticistis danda esse, quamquam formula omissa, ex Eustathio perspicuum erit, dico uerba: ἐπηλυγασάμενος ἀντὶ τοῦ προβαλούμενος, ἐπίπροσθεν ποιησάμενος, ὥστε σοτισθῆναι. ἡ λέγην γὰρ ἡ σοτία καὶ ἡ σκιά. ἐστὶ τὸ ὄνομα παρὰ τῷ φιλοσόφῳ — siue haec Etymologus ex ipso lexico rhetorico deprompsit siue in fonte aliquo inter atticistas et se ipsum interponendo repperit. Sed utut est, id negari nequit Etymologo articulum Aelii Dionysii his de uocibus notum fuisse, coll. Eustathio p. 809, 42: διὸ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ [cf. Rdf. no. 272 et Fr. p. 359] κείται τὸ λυκοφιλίως ἀντὶ τοῦ ὑπόπτως, ὑπούλως, ὃς φέρει καὶ Μενάνδρου χρῆσιν ταύτην· λυκοφίλιοι μὲν εἰσιν αἱ διαλλαγαί. δῆλον δὲ ὡς ἡ ῥηθῆσα ἀμφιλύκη καὶ ἐκ τοῦ λέγην γίνεται, ὃ σημαίνει κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν σκιάν. προσλαβὼν δὲ τὸ ῥ ποιεῖ τὴν ἰλέγην, ὃ δηλοῖ σκέπην, σκιάν, ἐξ οὗ ἐπηλυγασάμενος παρὰ Πλάτωνι ὁ προβαλούμενος καὶ ἐπισιιασάμενος. ὅτι δὲ καὶ

1) Cf. App. § 6, 5.

νυκτερινοὶ κύνες λέγονται οἱ λύκοι, ἔστιν εἶρεῖν ἐν τοῖς παλαιοῖς. Quorum nonnulla habent etiam Photius s. u. λυκοφιλίως; ἡλύγη; νυκτερινοὶ κύνες, scholiasta Plat. p. 320 B s. u. ἐπηλυγασάμενος [cf. Gies. l. c. p. 13], Suidas sub eadem uoce.

7. Et. M. p. 247, 36: δανά· τὰ ξηρὰ ξύλα. οὕτω καὶ εἰς τὸ δηγορικόν· οἷον 'διά τε ξύλα δανὰ κέασαι' [Callim. u. ο 321] . . . ἢ παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω, τὰ εἰς καῦσιν ἐπιτήδεια, εὐκαυστα θέρμα. Optime concinit Pausanias apud Eustathium p. 1241, 48 [Rdf. no. 124]: Πανσανίας δὲ δανὰ τὰ τοιαῦτα ξύλα καλεῖσθαι δηλοῖ. φησὶ γάρ· δανά, εὐκέαστα [corrigendum est cum Meiero ex Hesychii glossa: δανά, ξηρὰ, καύσιμα ξύλα et ex Etymologi lectione recta in εὐκαυστα], ξηρὰ παρὰ τὸ δαίεσθαι. Suidas: δανά· τὰ ξηρὰ ξύλα.

8. Et. M. p. 349, 43: ἐξωμῖς· χιτῶν ἅμα τε καὶ ἱμάτιον· ἦν γὰρ ἑτερομάσχαλος καὶ ἀναβολὴν εἶχεν ἣν ἀνεδοῦντο κοσύμβην· διόπερ καὶ οἱ κωμικοὶ ἐπ' αὐτῆς, ποτὲ μὲν ἔνδυνθι, ποτὲ δὲ ἀναβάλλον φασίν. ἦν δὲ τῶν δούλων ὁ τοιοῦτος χιτῶν· ὁ δ' ἀμφιμάσχαλος τῶν ἑλευθέρων καὶ ἀστῶν οὐκ ἐπισκεπάζειν τοὺς βραχίονας· οἱ δὲ νεώτεροι καὶ θοιμάτιον ἐξωμίδα τὸ μικρὸν καὶ εὐτελές. δηγορική. Qua in glossa rhetorica inesse atticistarum doctrinam censebis coll. Eustathio p. 1166, 51: σημειῶσαι δὲ ὅτι περὶ χιτῶνων καὶ τοιαῦτά φασιν οἱ παλαιοί· χιτῶν ὁ ζωστός καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος χιτωνίσκος, ὁ τινες ἐπενδύτην, τὸ δὲ βραχὺ χιτωνισκάριον· χιτωνιον δὲ καὶ χιτωνάριον λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές. Μένανδρος· 'λελουμένη γὰρ ἡ ταῖρα, καὶ διαφανὲς χιτωνάριον ἔχουσα'. Ἀριστοφάνης· 'ἔνδυν τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτωνιον'. ταῦτα Ἄλλιος Διονύσιος, παρ' ᾧ καὶ ὅτι χορταῖος ὁ δασὺς καὶ μαλλωτὸς χιτῶν. καὶ πάλιν, χορταῖος, χιτῶν ποδήρης, ἔχων χειρίδας. ἀλλαχοῦ δὲ ὅτι χιτῶνος εἶδος καὶ ἡ ἐξωμῖς. ἐξωμῖς γάρ φησι χιτῶν ἅμα καὶ ἱμάτιον τὸ αὐτό. Aelium autem Dionysium uberius in lexico suo hac de ueste egisse declarat Etymologus coll. scholiasta Luciani [ed. Iacob. 87 uel Bachm. AGr. II. p. 331/2] et Photio s. u. ἑτερομάσχαλος et schol. Arist. ad uesp. u. 444 s. u. ἐξωμίδιον. Scholiasta autem Luc. haec ex Aelio Dionysio descripsit: ἐξωμῖς] τὸ δὲ ἦν

χιτῶν παχὺς καὶ τραχὺς, ἅτε ἄγναπτος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ῥαφὴν οὐκ ἔχων, δι' ὃ καὶ ἕτερον μάσχαλος ἦν. ἀχειρίδωτος δὲ ὢν τοὺς ὤμους παρεῖχε γυμνοὺς ὀρᾶσθαι, παρ' ὃ καὶ ἐξωμῖς ἐκαλεῖτο, οὐ μόνον δὲ χιτῶν ἢ ἐξωμῖς ἀλλὰ καὶ περιβλήμα [cf. Freyerum l. c. p. 264 adn. 3]. Omnium ergo expositionis Aelianae formarum est Etymologi M. descriptio in glossa rhetorica asseruata longe integerrima et copiosissima.

9. Et. M. p. 348, 48: ἐξούλης· ὄνομα δίκης. οἱ δίκην νικήσαντες [uulg. κινήσαντες] ὥστε ἀπολαβεῖν χώραν ἢ οἰκίαν, ἔπειτα ἐμβατεύειν κωλύομενοι, ἢ ἐμβατεύσαντες [cod. μὴ ἐμβ.] ἐξελαυνόμενοι δίκην εἰσάγουσι πρὸς τοὺς ἐξελαύνοντας, ἢ οὐκ ἐῶντας ἐμβατεύειν· καὶ αὕτη ἢ δίκη καλεῖται ἐξούλης ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν ὃ ἐστι κωλύειν. οἱ γὰρ παλαιοὶ τὸ κωλύειν καὶ ἀπελαύνειν ἐξίλλειν ἔλεγον. ῥητορικὴ. Hanc Etymologi glossam fortasse Pausaniae esse restituendam, ex Eustathio discimus [cf. praeterea p. 945, 4 et p. 1353, 63] p. 1769, 34 [Rdf. no. 246]: . . . Πανσανίας φησὶν, ὡς . . ., καθὰ καὶ ἐξούλης φησὶ [scil. Πανσανίας paulo ante laudatus] δίκη ἢ τῆς ἐξείρξεως. Multo copiosior est Harpocraton, qui eundem uel alium fontem atque Pausanias secutus est. Cum Harpocrate autem consentit Suidas gl. 2, cum Etymologo idem gl. 3. Aliena praebet eius glossa prior, itemque lexicographus V. Bekk. p. 252, 15 et auctor lexicī IV. Bekk. p. 188, 7.

10. Et. M. p. 199, 23: βλαισός· παραλυτικός. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. Eandem glossam reperimus apud lexicographum Bachm. [Bachm. AGr. I. p. 180, 3] et apud Suidam, qui adiunctam habet obseruationem de differentia adiectiuorum βλαισός et ραιβός hisce uerbis: βλαισός· παραλυτικός. διαφέρει βλαισός καὶ ραιβός· ὃ μὲν ἀπὸ τῶν γονάτων διεστραμμένος τοὺς πόδας· ὃ δὲ αὐτὰς τὰς κνήμας. Omnes glossographos, quos commemoravi, colligam Aelii Dionysii lexicon adisse, ex quo Eustathius hausit, quae exstant p. 914, 46: . . . ἀντίλιον. τὸ δὲ ἦν δέρμα περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων, ὡς φησὶν Αἴλλιος Διονύσιος, ὅπερ οἱ θεωρικοὶ πάρωπον λέγουσιν. ἰστέον δὲ ὅτι, ὥσπερ γελοῖον καταγαγεῖν εἰς πόδας τὸ ὑπώπιον οὕτω καὶ τὸ ἀναγαγεῖν εἰς ὀφθαλμοὺς τὸ ραιβόν. ραιβοὶ



μὲν γὰρ οἱ ἐξῆραισμένοι τὴν βάσιν καὶ ξαιβοὶ πόδες οἱ ἀπεναντίας τοῖς βλαισοῖς, ξαιβότης δὲ ἐπὶ ὀφθαλμοῦ ἄνω ποιεῖ ὁ φρασι τὸ κάτω.

11. Et. M. p. 257, 24: δέρτρον· . . . ἐν δὲ τῷ δημοτικῷ λεξικῷ εὗρον σημαίνει τὸν ἐπίπλου, τὴν ὑπὸ τὴν σάρκα πιμέλην· ἢ τὸν ὑποκείμενον τῷ ἥπατι ὑμένα· ἢ τὴν δοράν. ἄλλοι δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν λεγόμενον ἦτρον<sup>1)</sup>, Ἀρίσταρχος δὲ τὸ δέρμα καὶ πάντα τὸν χρωῖτα τὸν πρὸ τοῦ ἥπατος. Atticista apud Eustathium p. 1700, 3: καὶ ἄλλως δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς γοργότερον εἰπεῖν, δέρτρον ἢ ὑπὸ τὴν σάρκα πιμέλη, ἢ ὁ ὑποκείμενος ὑμῆν τῷ ἥπατι, ἢ ὁ ἐπίπλους ἢ ἡ δορά, ἢ τὸ ἦτρον, ἄλλοι δὲ τὸ ἐφήβιον δέρτρον εἶπον. Ἴπποκράτης δὲ ἐν τῷ περὶ τραυμάτων φησὶν· οὐ σαροκορυήσει ἐντέρου τὸ λεπτὸν δέρτρον.

12. Et. M. p. 57, 25: ἀλάστωρ· . . . κατὰ μὲν Χρῦσιππον τὸν φιλόσοφον ἐπὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ φρονέως ἀπὸ τῆς ἐλάσεως, ὁ ἄξιός τοῦ ἐλαύνεσθαι διὰ φρόνον· ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλαῖσθαι τὸ πλανᾶσθαι. ἢ ὁ ἄλαστα δρωῖν· κατὰ δὲ Ἀπολλόδωρον ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, ὅ ἐστιν ἀλιτανεύτως ἀδικεῖν. Μήποτε δὲ ἐστὶν ὁ διὰ μέγεθος τῶν πεπραγμένων αὐτῷ λιτῆς μὴ καταξιούμενος· ἢ ὁ τοιαῦτα τολμήσας πράττειν, ὧν μὴ ἐστὶν ἐπιλαβέσθαι. ἐπὶ δὲ τοῦ Διὸς οἶον ἀλάστωρ. Ζεὺς ἀπὸ τοῦ τοῖς τὰ ἄλαστα πάσχουσιν ἐπαμύνειν. ἢ ὁ τὰ ἄλαστα [τουτέστι τὰ χαλεπὰ] τηρῶν. Μένανδρος· ὁ δ' ἀλάστωρ ἐγώ | καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος' καὶ 'δαιμόνων ἀλαστόρων'. οὕτως εὗρον εἰς τὸ λεξικὸν τὸ δημοτικόν. Atticista apud Eustathium p. 474, 22: παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον καὶ Ζεὺς ἀλάστωρ, ὃν ἐλάνθανεν οὐδέν, ἢ ὁ τοῖς ἄλαστα πάσχουσιν ἐπαμύνων κατὰ τοὺς παλαιούς. κοινῶς μέντοι ἀλάστωρ φασὶν ὁ ἁμαρτωλὸς ἢ κατὰ Χρῦσιππον ὁ φρονεὺς διὰ τὸ ἄξιός εἶναι ἀλαῖσθαι ἢ ἀπελαύνεσθαι. βαρύτερον δὲ ἢ λέξις καὶ ἐπὶ τινῶν δαιμόνων κεῖται· 'δαιμονες γὰρ ἀλάστορες' οἱ κακύνοντες et apud eundem p. 763, 26: Ἐξήνῃς . . . ζητητέον ἐν τοῖς παλαιοῖς, παρ' οἷς . . . καὶ αἰεὶ ὀρῶσαι πάντα τὰ ἐν βροτοῖς πάθη, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄλαστοι.

1) Cod. ἦτρον. Confusio litterarum procul dubio ex appellatione litterae η, quam itacismum uocant, orta est.

όθεν καὶ Ζεὺς ἀλάστωρ καὶ φθόνος καὶ δαίμων ἀλάστωρ ἐπενοήθη λέγεσθαι. Cum Etymologi articulo conspirat fere ad uerbum lexicographus Bachm. [Bekk. AGr. p. 374, 22].

13. Et. M. p. 160, 50: ἀσφάραγος· λέγεται δὲ καὶ τὸ ἀκανθῶν ἐποφνόμενον βλάστημα. ἔστι δέ τι καὶ βοτάνης εἶδος ἀσφάραγος, πρὸς τὰς καθάρσεις ἐπιτήδειον. οὕτως μὲν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ φ· οἱ δὲ λοιποὶ, μὴ ἀκριβοῦντες, διὰ τοῦ π λέγουσιν. καὶ ἀπλῶς τὰ τῶν λαχάνων ὄρμενα ἀσπαράγους καλοῦσιν. οὕτως εἶρον ἐν τῇ λεξικῇ τῇ ῥητορικῇ. Eadem ex illo lexico rhetorico Suidas in farraginem recepit, quae atticistis tribuenda esse uidebis coll. Eustathio p. 1220, 59: . . . φησὶ γοῦν τις τῶν παλαιῶν ὅτι ἀσφάραγος ἐν τῇ φ τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν ἀναφνόμενον, τὸ δὲ ἐκ τῆς κράμβης ὄρμενον. ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι ἀσφοδέλου τὴν ῥίζαν Θεόφραστος καλεῖσθαι φησιν ἐπιμενίδιον. et p. 899, 13: ἐλέγετο δὲ φασιν ὄρμενος καὶ ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος παρὰ Ἀττικοῖς διὰ τὸ ἐξορεῦν καὶ βλαστάνειν . . . λέγεται δὲ Κρατῖνος καὶ Θεόπομπτος καὶ τοὺς τοιοῦτους ἀσφαράγους γράφειν διὰ τοῦ φ. Auctor autem, ex cuius opere hae expositiones de plantis in lexica rhetorica atticistarum manauerunt, fortasse Theophrastus ἐν τοῖς περὶ φητῶν statuendus est. Conferas enim Eust. p. 948, 23: σημειῶσαι δὲ καὶ ὅτι Ὅμηρον εἰπόντος κύαμοι μελανόχροες, γράφουσι οἱ παλαιοί, ὅτι τοὺς κνάμους ὡς μέλανας οὐκ ἐσθίουσιν οἱ ἱερεῖς cett., ubi Θεόφραστος et οἱ παλαιοὶ laudantur. Cui adicias uelim locum, quem modo ex Eustathio p. 1220, 59 tractaui et quem supra p. 222 de uoce ἡμεροκαλλές ex eodem Eustathio apposui [p. 1049, 37], denique scholiastam Aeschin. II, 21 [cf. Freyerum p. 298]: s. u. δλόσχοίνῳ· οἱ μὲν λέγουσιν ἀπλῶς σχοίνῳ, φασὶ δὲ ὡς οἱ Ἀττικοὶ δλόσχοινον αὐτὸ καλοῦσιν. οἱ δὲ φασιν ὅτι εἶδος ἔστι φητοῦ ἱμαντώδους, ὡς περὶ τῶν λύγων λέγει ὁ ποιητής . . . et Photium s. u. δλόσχοινος· ἡ σχοίνος καὶ Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι et lexicogr. V. Bekk. p. 287, 3: δλόσχοινος, ἣν λέγομεν ἡμεῖς [cf. Cobet. Mnem. X, 75] σχοίνον, ἐκ γῆς ἀναφνόμενῃ ὥσπερ καλάμην — cum Harpocrate = Suida: δλόσχοίνῳ· Αἰσχίνης ἐν τῇ περὶ τῆς παρα-

προσβείας, Θεόφραστος δὲ τρία εἶδη σχοίνου φησίν· ὧν ὁ τρίτος μεγέθει καὶ εὐσαρκία διαφέρων δλόσχοινος καλεῖται. Cognoscimus igitur hanc quoque atticistarum doctrinam a scholiasta Aesch., Photio, lexicographo V. asseruatam summa probabilitate ad Theophrastum reuocari.

14. Et. M. p. 200, 13: βληχρόν· τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὀμήρω καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις· Πίνδαρος δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ., quae in breuius contracta Etymologus iam protulit p. 3, 27 s. u. ἄβληχρον· βληχρόν, τὸ ἀσθενὲς . . . [sunt Orionis, id quod indicat: οὕτως Ὠρίων] ἔστι δὲ ῥητορικὴ ἢ λέξις. Cum priore Etymologi loco quam accuratissime concinit Suidas s. u. βληχρόν. Quibus collatis cum Eustathii uerbis [p. 705, 62]: βληχρόν γὰρ τὸ ἀσθενὲς, ὡς Ἀλκαῖος· βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι προαί' κτλ. quamquam neque atticista alteruter neque οἱ παλαιοὶ laudantur, tamen Aelio Dionysio uel Pausaniae uindicarim hanc quoque glossam rhetoricam, ita tamen ut atticista sua una cum Herodoro et Apione ex Heraclidis Milesii libro aut Heraclidis doctrinam ex Herodori et Apionis lexico in lexicon rhetoricum transtulerit. Verbis enim, quae supra ex Eustathio exscripsi, haec praemissa sunt: ἐν δὲ τοῖς Ἡροδώρου καὶ Ἀπίωνος φέρεται ὅτι Ἡρακλείδης μὲν ὁ Μιλήσιος βαρύνει τὴν λέξιν, λέγων ὡς βληχρόν ἔστι τὸ ἰσχυρόν, καὶ ἐν συνθέσει ἄβληχρον ὡς ἄκακον. ἢ δὲ παράδοσις ὀξύνει. βληχρόν γὰρ τὸ κτλ.

15. Et. M. p. 2, 29: ἀβάκησαν· τῷ δ' ἕκελος κατέδου Τρώων πόλιν· οἱ δ' ἀβάκησαν, ἠγνόησαν καὶ ἠσυνέτησαν. ἔστιν δὲ ῥητορικὴ ἢ λέξις. Eodem fonte usi sunt Suidas ἀβάκησαν· ἠγνόησαν, ἠσυνέτησαν et lexicogr. Bachm.: ἀβακίμων· ἀσύνετος, ἄλαλος. Atticista apud Eustathium haec tradit [p. 1494, 61]: τὰ μέντοι ἐναντία τοῦ ἀβακεῖν βάβαξ ἦτοι λάλος, μαινόμενος, ἄσωτος, γάλλος κατὰ τοὺς παλαιούς, οὗ χρήσις καὶ παρὰ Ἀντόφρονι. ὁ δ' αὐτὸς καὶ βαβάκτης ἐκ τοῦ βάξειν. ὅθεν καὶ βάκχος φασὶν ὁ μανιώδης καὶ ἀκρατής. ὁ μέντοι ἄβαξ ἀνάπαλιν, ὡς ἐν ῥητορικῷ κεῖται λεξικῷ, τὸν ἄλαλον δηλοῖ καὶ ἀσύνετον καὶ ἄπειρον, παρὰ τὸ μὴ βάξειν. δηλοῖ δὲ φασὶ καὶ σανίδιον ὁ ἄβαξ, ὅθεν ἀβάκιον ἐφ'

οὐ ψηφίζουσι. δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἂν χριζοί τῆς λέξεως τοῦ ἀβακεῖν, ὃ καταλογάδην γράφων.

16. Et. M. p. 187, 27: βαμβαίνω· διστάζει, τρέμει τοῖς ποσὶ, καὶ ὑπὸ τρόμου ἤχει τοὺς ὀδόντας καὶ τῇ γλώσση ἀσήμως φθέγγεται. ἔστι δὲ καὶ ῥητορικὴ ἡ λέξις. Suidas eadem habet omissis uerbis καὶ ὑπὸ τοῦ τρόμου ἤχει τοὺς ὀδόντας. Eustathius ex atticistis excerpsit haec p. 812, 43: τὸ δὲ βαμβαίνειν ὃ ἔστι· συγκρούειν τοὺς ὀδόντας, ἀπὸ τοῦ κατὰ στόμα ψόγου κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐσχημάτιται. καὶ ἔστι φασὶ δυσερμήνευτον. συμβαίνει δὲ τοῖς ῥιγοῦσι καὶ τοῖς ὑποπτήσσοσι καὶ θέλουσι μὲν λαλῆσαι τι, ἀπορομένοις δὲ καὶ ἔποτρέμουσι καὶ οὕτω τοὺς ὀδόντας συρῆσουσιν . . . ἰστέον δὲ ὅτι ἐν ῥητορικῷ τινὶ λεξικῷ φέρεται βαμβαλίζειν τὸ τρέμειν ὑπὸ ψύχους κτλ.

17. Et. M. p. 324, 28: γλίσχρος· . . . εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν εὗρον σημαίνειν τὴν λέξιν ἐμπαθές, κολλῶδες. καὶ γλίσχρος ἀτυχής, φειδωλός, σκιυρός, πάνυ ἔνπαρός. Conueniunt Suidas s. u. γλίσχρον et lexicogr. V. Bekk. p. 233, 6. Notioni autem γλίσχρος, qui est auarus homo, procul dubio in lingua Graeca suppeditabant tot uerba quot in lingua nostra, quae omnia atticistas congessisse cum per se uerisimillimum est [conferas enim eorum expositiones de hominibus stultis et fatuis apud Freyerum l. c. p. 306 sqq.], tum apparere mihi uidentur ex Eustathio p. 1828, 9: ἐνταῦθα δὲ χρήσιμα ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ τὸ κίμβιξ ὃ ἔνπαρός κτλ.

18. Et. M. p. 198 extr.: βλάξ· . . . εἰς δὲ τὸ λεξικὸν τὸ ῥητορικὸν εὗρον ἐγὼ εἰρησθαι τὴν λέξιν ἀπὸ ἰχθύος τινός, ὁμοίου σιλοῦρω, ἀχρήστου ὄντος, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρήσασθαι. Πολιτείας δ'· βλακικὸν τε ἡμῶν τὸ πάθος' ὡς εἰ λέγοι πνευμονίαν [sic Suid., Et. M. cod. πνευμονιᾶν]. ἀπὸ τοῦ θαλαττίου ζώου, ὄντος ἀναισθήτου. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κύμῃ χωρίου τῆς Βλακείας, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοτέλης. καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τι βλακενόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιεῖναι πρὸς αὐτούς. Cuncta autem, quae ex Etymologico M. apposui, ex eodem libro manasse optime Suidas confirmat, qui inter alia etiam eadem

atque Etymologus tradit: βλάνα . . . εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος usque ad uerba διὰ τὸ τοῖς μωροῦς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς . . . Conueniunt praeterea lexicographus Bachm. et scholiasta Luciani [mortt. XXVIII]. Omnes autem secutos esse Aelium Dionysium uel Pausaniam coniciam ex Eustathio p. 1405, 32: . . . ἐν οἷς τηρητέον καὶ ὅτι ἐκ τοῦ βάλλω καὶ ἐν συγκοπῇ βλω καὶ παραγωγῇ βλάζω γίνεται βλάξ βλακός, ὁ καταβεβλημένοις οἶον καὶ μὴ δυνάμενος ὀρθοῦσθαι διὰ τρυφήν ἢ καὶ εὐήθειαν]. ὅθεν φασὶ καὶ βλάξ ἰχθύς τέλειον ἀχρεῖος ὡς μηδὲν τι ζῶον ἐσθίειν αὐτοῦ. καὶ βλακεύεσθαι δὲ τὸ μωραίνειν, ita ut, quia utraque obseruatio et Etymologi et Eustathii inter se consentit atque ob eam causam eidem auctori restituenda est, expositio Etymologi ex altera Aelii uel Pausaniae lexicici recensione fluxerit, Eustathii autem uerba priorem editionem prodant.

19. Et. M. p. 27, 43: αἰγίλιψ· ἢ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης ὄνομα φερόν χέει ἕδωρ'. δύσβατος καὶ ὑψηλὸς τόπος γέγονε δὲ παρὰ τὸν λείψειν μέλλοντα, λείψ· καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε λίψ, καὶ ἐν συνθέσει μετὰ τῆς αἰξ γίνεται αἰγίλιψ εἰς ἣν καὶ αἰξ οὐ δύναται ἀναβῆναι. οὕτως Ὀρίων. ἔστι δὲ καὶ ῥητορικὴ ἢ λέξις. — Cum Orion, cuius [secundum uerba οὕτως Ὀρ.] haec glossa est, in lexico nihil praebeat, cum praeterea lexicographi Bekk. et Bachm. desint, sufficiat dicere atticistas hac de uoce egisse, id quod elucet ex Suida s. u. αἰγίλιψ et ex Etymologico Gud. p. 14, 5 coll. Eust. p. 733, 35: αἰγίλιψ δὲ πέτρα, ἣτις διὰ τὸ τοῦ ὑψους δυσανάβατον καὶ ὑπὸ αἰγός λείπεται et p. 307, 28: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ φέρεται οὕτως· αἰγίλιψ ἀπόσβατος κτλ. Quae tamen omnia satis praesidii non praebent ad atticistae uerba accurate determinanda.

20. Et. M. p. 7, 47: ἀγέρωχος· ῥητορικὴ ἢ λέξις· σημαίνει δὲ τὸν ἀνθάδη, παρὰ τὸ ἄγαν ἀνχεῖν. ἢ ὁ ἐντιμος καὶ ἀνδρεῖος παρὰ τὸ ἄγαν γερονχεῖν. Ὀρίων [quae secuntur sunt Etymolog. Gud. p. 4, 14, Orionis lexicī p. 5, 16, Etym. Gud. p. 4, 12]. Propter Orionem post glossae rhetoricae expositionem laudatum incertum est, utrum atticistae doctrina confusa sit cum Orionis aliqua adnotatione, quae exstat in excerptis Orionis [cf. lex. etym. ed. Sturz. p. 611, 25: ἀγέρωχος· ὁ ἄγαν

αυχῶν ἢ ὁ ἄγαν περοεχων, quod corrigendum est in γερουχῶν], an cuncta, quae formulam ῥητορικὴ ἢ λέξις secuntur, Orionis sint. Equidem pro certo habeo atticistae uerba adhuc in illa explicatione inesse et ex Orione originationem adiunctam esse, coll. Suida s. u. ἀγερωχία. . . . καὶ ἀγέρωχος· ἔντιμος ἀνδρείος et lexicographo Bachm. [l. c. p. 326, 9]: ἀγέρωχος· ἔντ. ἀνδρ. et lexicographo V. Bekk. [p. 209, 25]: ἀγέρωχοι· οἱ ἔντιμοι, ἐπὶ γέρωσ ὀχοῦμενοι κτλ. Atticistae autem alterutrius sapientiam redolet quam maxime Eustathii locus p. 314, 43: ἀγέρωχος]. δηλοῖ δέ φασιν οὕτως ἢ λέξις τοὺς σεμνοὺς, ὡς Ἀλκιμὰν βούλεται. Ἀλκιᾶος δέ φασι καὶ Ἀρχιλόγος ἀγέρωχον τὸν ἄσοσμον καὶ ἀλαζῶνα οἶδε. Quacum notione extrema contendas iterum illam Suidae adnotationem, cuius in fine etiam ἢ ἀγέρωχος· ὁ ἀλαζῶν leguntur.

§ 7. Glossae Etymologici M. rhetoricae, quibuscum concinunt lexicographus Bachmanni et Photius et Suidas alii [Hesych. et lexicogr. V. Bekk.] — desunt atticistae.

1. Et. M. p. 390, 33: εὐεικτον<sup>1)</sup>· εὐπειθές, ἢ καλῶς εἶκον. ῥητορικὴ. Photius, lexicogr. Bachm., Suidas conueniunt<sup>2)</sup>: εὐεικτον· εὐπειθῆ, καλῶς εἶκον [εἶκοντα Suid.].

2. Et. M. p. 390, 22: εὐεστῶ· . . . ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ εἶρον σημαίνουσαν τὴν λέξιν εὐσθένειαν παρὰ τὸ εὖ ἐστάναι. εὐετῆ δὲ εὐθηνία, εὐνομία, εἰρήνη, τὸ καλῶς διοικεῖσθαι. Adiungas Photium s. u. εὐετηρία et post decem fere glossas s. u. εὐεστῶ et Suidam s. u. εὐεστοῖ et s. u. εὐετηρία et lexicogr. V. Bekk. p. 244, 29 et Bachm. 239, 18 s. u. εὐετηρία. Quibus ex glossis apparet Etymologi uerba εὐετῆ et διοικεῖσθαι esse falsa et scribendum εὐετηρία et διακεισθαι, quod uerbum Photii in glossa εὐνομουμένη· εἰρηνεύουσα, εὐθυνομένη· καλῶς διακειμένη redit.

1) Singula exempla huius paragraphi et seqq. enumerabo secundum litterarum ordinem.

2) Conferas quaeso ea, quae supra § 3 p. 200 sqq. exposui.

3. Et. M. p. 391, 2: εὐηνέμους· εὐ διεινούς, καλούς, ἀχειμάστους. ῥητορική. Congruunt ad uerbum Photius, lexicogr. Bachm. I. p. 239, 28, Suidas.

4. Et. M. p. 391, 44: εὐθυδικία· ὅταν εισάγηται τις κριθόμενος περὶ ὧν μηδέπω γνῶσις ἐγένετο δικαστηρίου τοῦτο εὐθυδικία καλεῖται. 'περὶ ὧν γὰρ κεκρίσθαι τίς φησι, περὶ τούτων παραγράφεσθαι ἐφεῖται'. Eadem habent Photius et Suidas, qui quidem nonnulla addit. Euoluas praeterea collectionem δικῶν ὀνομάτων in Bekk. AGr. I. p. 187, 8 s. u. εὐθυδικία et lexicon V. Bekk. l. c. p. 259, 4 s. u. εὐθυδικία.

5. Et. M. p. 392, 29: εὐκράς· ἀντὶ τοῦ 'εὐκρατος'. ῥητορική. Photius s. u. εὐκράς· εὐκρατος. Εὐριπ[ίδης]· 'βροτοῖσιν [cod. εὐρυβροτοῖσιν] εὐκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως' ἐν Ἀντιόπη. Suidas plane conspirat cum Etymologo. Cf. Cramer AO. IV. p. 335.

6. Et. M. p. 407, 45: Ζάμολξις· Πυθαγόρα δουλεύσας· ὡς Ἡρόδοτος τετάρτη [cap. 95]. Σκύθης, ὃς ἐπανελθὼν ἐδίδασκε περὶ τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν. Μνασέας δέ· παρὰ Γέταις τὸν χρόνον τιμᾶσθαι καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξον. 'Ελλάνικος δ' ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς Νόμοις [corrigan ex Photio in Νομίμοις] φησὶν ὅτι 'Ελληνικός τε γεγὼνός, τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θράκη καὶ ἔλεγον [ὅτι] οὐτ' ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι οὐθ' οἱ μετὰ τούτου, ἀλλ' ἔξουσι πάντα ἀγαθά. ἅμα δὲ ταῦτα λέγων ὠχοδόμει οἴκημα κατάγειον· ἔπειτα ἀφανισθεὶς αἰφνίδιον ἐκ Θράκων, ἐν τούτῳ διητᾶτο. οἱ δὲ Γέται ἐπόθουν αὐτόν. τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται· καὶ οἱ Θράκας αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν. Λέγουσι δὲ τινες ὡς ὁ Ζάμολξις ἐδούλευσε Πυθαγόρα<sup>1)</sup> καὶ ἐλευθερωθεὶς ταῦτα ἐσοφίζετο. ἀλλὰ πολὺ πρότερόν μοι δοκεῖ ὁ Ζάμολξις Πυθαγόρου γενέσθαι. ἀθανατίζουσι δὲ καὶ Τέριξοι καὶ Κρόβυζοι· καὶ τοὺς ἀποθανόντας ὡς Ζάμολξίν φασιν οἴχεσθαι, ἥξειν δὲ αὐθις. καὶ ταῦτα ἀεὶ νομίζουσιν ἀληθεύειν. θύουσι δὲ καὶ εὐωχοῦνται, ὡς αὐθις ἥξοντος τοῦ ἀποθανόντος. ῥητορική. Coll. Photio

1) Photius et Suidas addunt: Μνησάρχον Σαμίον.

et Suida, qui optime conspirant, dubitari omnino non licet, quin haec narratio doctissima testimoniis satis antiquis ornata ad atticistam alterutrum reuocanda sit. Huc accedit, quod apud Eustathium quoque uestigia illius atticistarum expositionis perlucet eaque p. 1615, 6: ὅτι δὲ ἐπανάκλησιν ψυχῶν ἐδόξαζόν τινες οὐ μόνον αἱ νεκρομαντικαὶ δηλοῦσι ψυχαγωγίαι, ἀλλὰ καὶ λοιπαὶ ἱστορίαι. φασὶ γοῦν καὶ ὅτι Ζαμόλξιδος διδάξοντας, ὃς δοκεῖ πρότερον Πυθαγόρας [corr. -γόρου] γενέσθαι, ἔθνον οἱ Γέται καὶ εὐωχοῦντο ἐπὶ τοῖς τεθνεώσιν ὡς αἰθῆς ἤξιοντος τοῦ ἀποθανόντος. καὶ οὕτω μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν νεκρικὴν ἀνάκλησιν et p. 1702, 62: . . . καθὰ καὶ Ζάμολξις κατάγαιόν φασι οἴκημα cett. [quae hoc loco secuntur, est Hellanici fragmentum, quod uide apud Muellerum Fr. Hist. Graec. I. p. 69a fr. 173].

7. Et. M. p. 425, 25: ἤλεκτρον· ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθία. οὕτως ῥητορικὴ. Persimilia Photius et Suidas et lexicographus Bachm. I. 250, 4 et Etymologus Gud. p. 240, 9 habent. Inspicias Eustathium quoque, qui p. 1483, 30 [Rdf. no. 214] Aelii expositionem seruauit: καὶ ἤλεκτρα δὲ τὰ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐν κλίταις ποικιλλόμενα ἐκ τοῦ ἤλεκτρον φαίνεται λέγεσθαι, quaecum facit Photius sub eodem lemmate. Hinc tamen Etymologi glossam Aelianam doctrinam praebere colligendum esse negarim, cum eodem iure eam ex Pausaniae lexico fluxisse contra dici possit.

8. Et. M. p. 432, 53: ἤνυστρον· τὸ μέρος τῆς κοιλίας, ὅθεν διανύεται ἡ τρυφή, ἤγουν διέροχεται· ἢ ἐνθα διανύεται καὶ πέττεται. ὅτι εἰς γ' τέμνεται ἡ γαστήρ· ἤνυστρον ἐχίνον κεκρύφαλον. ῥητορικὴ. Qui articulus corrigendus est coll. Phot. s. ead. u. τὸ παχυμερὲς τῆς κοιλίας ἐντέρον· ῥ[γ] εἰς τρία τέμνεται ἡ γαστήρ· ἤνυστρον, ἐχίνον, κεκρύφαλον et Suida: ἤνυστρον· τὸ παχὺ μέρος τῆς κοιλίας ἐν ἐντέρω. εἰς τρία γὰρ τέμνεται ἡ γαστήρ· ἤνυστρον, ἐχίνον, κεκρύφαλον. ἔγω δ' ἤνυστρον βοὸς καὶ κοιλίαν ὑείαν | καταβροχθίσας, quocum Aristophanis uersu equ. 355 omissio lexicogr. Bachm. consentit. Inde igitur apparet in Etymologi glossa uerba παχύ et ἐν ἐντέρω excidisse.



9. Et. M. p. 738, 9: σφαιρωτήρ· σανδαλιον ζινίχιον, οἶον τὸ λωρίον τοῦ ὑποδήματος. ἐν τῷ ῥητορικῷ οὕτως. Neque aliena habent lexicogr. Bachm. I. 337, 10, Phot., Suid.

10. Et. M. p. 761, 38: τὸ κατακύλ[λ]ωμα· τὸ πέρας καὶ ἀνωτάτω τῶν κακῶν. ῥητορικῆ. Sic igitur scribendum est loco codicis lectionis καλῶν ῥημάτων collatis Photio et Suida, qui eadem ex atticista desumpserunt. Neque uero medicina opus esse censeo in lemmate, quod Ernestius mutare maluit in τὸ κύκλωμα et Naber in τὸ κατακύρωμα uel τὸ κατακυμάτωμα. Substantium autem κατακύλλωμα etiam in Eustathio p. 1599, 15 comparat.

11. Et. M. p. 769, 4: τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἔγχρος καὶ ὁμοίωμα φαντασίας. ῥητορικῆ. Eadem apud lexicographum Bachm. I. 319, 21, Photium, Suidam.

12. Et. M. p. 771, 18: Τρυφάλεια· περικεφαλαία, τροπῆ τοῦ ἰ εἰς ὕ, τριφάλειά τις οἶσα, ἢ τρεῖς φαλοὺς ἔχουσα. Ὄρος. ἔστι καὶ ῥητορικῆ. Verba extrema ita esse intellegenda patet, ut hanc expositionem Etymologus et in Ori lexico et in atticistae alterutrius libro reppererit. Conferas Eustathium p. 536 extr.: ὅτι δὲ τρυφάλεια . . . , ἢ ἔχουσα τρεῖς φάλους . . . καὶ τροπῆ τοῦ ἰ εἰς ὕ τρύφαλος, et p. 601, 8, unde scimus atticistas de formis galearum prolixius disseruisse. Conueniunt autem in prioribus uerbis lexicogr. Bachm., Photius, Suidas.

13. Et. M. p. 775, 2: Ὕης· ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλειδήμος· ἐπειδὴ ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ καθ' ὃν ὁ θεὸς ἕει χρόνον'. ὁ δὲ Φερεκύδης τὴν Σεμέλην Ὕην λέγει, καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφούς Ὑάδας. Ἀριστοφάνης δὲ συγκαταλέγει ξενικοῖς θεοῖς τὸν Ὕην. ῥητορικῆ. Ad uerbum fere eadem in lexica sua receperunt Photius et Suidas, similia lexicographus V. Bekk. p. 207, 25 s. u. Ἰτης ὕης. Atticistas autem his de cognominibus scripsisse luculentissime apparet ex Eustathio p. 1155 extr. et 1156 init., ubi inter alia haec leguntur: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὔρηται καὶ ὅτι Ὑάδες Βάχχαι τιθῆναι τοῦ Διονύσου καὶ τὸν Διόνυσον Ὕην φασὶν ἀπὸ τούτων τινές· Ὕης γὰρ ἐπίκλησις τοῦ Σαβαζίου κτλ.

14. Et. M. p. 783, 36: ὑποσμούχουσα· ἐνδιερεθίζουσα, ὑποκαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα. ῥητορική. Congruunt etiam in corruptela ἐνδιερεθίζουσα: lexicographus Bachm. I. 399, 10, Photius, Suidas, pro quo uerbo iam ante Naberum [cf. eius adnotationem ad hanc glossam] Bernhardy in editione Suidae ἔνδον ἐρεθίζουσα' auxilio Hesychii in textum recepit.

15. Et. M. p. 784, 15: ὑπουλος· δόλιος, φαινόμενος δῆθεν εἰρηνικός, ὡς ἐπὶ τῶν ἐλκῶν τῶν ἐχόντων οὐλὰς ὑγιεῖς ἐπιπολαίως [ἐπιπόλεως cod.], ἔνδοθεν δὲ σηπεδόνας πνώδεις, ἐξ οὗ καὶ ἐπὶ τῶν προσποιουμένων μὲν εἶναι χρηστῶν ἀνθρώπων, ὄντων δὲ μοχθηρῶν, ἐλέχθη οὗτος ὁ λόγος. ῥητορική.

16. Et. M. p. 784, 21: ὑπουλα γόνατα καὶ ὑπουλον πόδα καὶ ὑπουλον χεῖρα καὶ σῶμα τὸ φλεγμαῖνον διὰ τινος πληγῆς, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἀφίστασθαι ὄν. ῥητορική. Utramque expositionem de adiectiuo ὑπουλος esse atticistarum demonstrant Photius et Suidas conspirantes, quibus addas in priore glossa lexicographum Bachm. I. p. 400, 4 s. u. ὑπουλος φαινόμενος δῆθεν εἰρηνικός cett. usque ad πνώδεις. Quae autem Etymologus ceterique his in glossis tradunt, omnia Pausaniae ad dixerim secundum Eustathium p. 1769, 33 [Rdf. no. 246], qui Pausania laudato pergit sic: . . . ἢ καὶ ἄλλως κατουλὰς νύξ ἢ ζοφώδης ἀπὸ τῆς κατὰ σῶμά φασιν οὐλῆς. ἀφ' ἧς καὶ ὑπουλος ὁ κακότροπος coll. p. 1496, 35: . . . ἀστείως δὲ καὶ Σοφοκλῆς ὃς λέγεται ὑπουλον εἰπεῖν τὸν δούρειον ἵππον, παρενεγκῶν αὐτὸ ἐκ τοῦ σκωπτικῶς λεγομένου ὑπούλου ἤθους τοῦ κατ' ἀνθρώπον μὴ ὑγιῶς ἔχοντα τοῦ τρόπου ὡς ἀπὸ ἐλκῶν, ἀδοκοῦντα ὑγιαῖσθαι οὐκ εἰς παντελὲς φασι καθαρεύει. ἀλλὰ δηλαδὴ ὑπὸ τὴν προφαινομένην οὐλήν, καλόν τι κρύπτει ὁ δὲ τοιοῦτος ὑπουλος καὶ σκοτομήδης ὑπὸ τῶν παλαιῶν σκώπεται.

17. Et. M. p. 787, 34: φάνιον· τόπος εἰς ὃν τὰ καθάρματα ἐξέβαλλον. ῥητορική. Eadem legis apud Photium et Suidam.

18. Et. M. p. 787, 54: φαρμάξας· ἀποστήσας, γοητεύσας, ἰατροεύσας. ῥητορική. Lexicographus Bachm. I. p. 403, 21 et Photius eadem exhibent, item Suidas ἀποστήσας uerbo ex-

cepto, cuius mendi loco lectionem sanam 'ποτίσας' iste mihi quidem uidetur seruasse, cum ἀπατήσας participium, quod Naber ex Hesychio commendat, hic haud dubie omni sensu careat.

19. Et. M. p. 788, 38: φαρυγίνδην· ὡς ἀριστίνδην, σκώπτοντες τὴν γαστριμαργίαν τῶν χορευτῶν Ἀπτικοὶ λέγουσιν. ῥητορικὴ. Eadem reperiuntur apud Photium et Suidam. Hesychius: φαρυγγίδα ἀντὶ τοῦ γαστριμαργίαν.

20. Et. M. p. 790, 14: φελλεύς· σκληρὸς πόσως καὶ πετρώδης τόπος. ῥητορικὴ. Conueniunt lexicographus Bachm. I. 404, 20, Photius, Suidas, scholiasta Plat. Bekk. p. 444 med.

21. Et. M. p. 790, 39: φερέσβιος· ζωοποιός. ῥητορικὴ. Lexicogr. Bachm. I. 404, 26, Photius, Suidas: φερέσβιον, ζωοποιόν. Cod. Flor. l. c. 300 addit ὁ τὴν ζωὴν φέρων.

22. Et. M. p. 790 extr.: φέρτερον· κρεῖττον ἢ ταχύτερον. ῥητορικὴ. Photius et Suidas conspirant. Lexicogr. Bachm. I. 404, 30 omitta particula ἢ eadem, Eustathius auctore non appellato p. 73, 15: φέρτερον· κρεῖττον.

§ 8. Glossae Etymologici M. rhetoricae, in quibus conueniunt Suidas alii praeter Harpocrationem — Eustathius et Photius desunt.

1. Et. M. p. 185, 18: βᾶκηλος· εἰς μὲν τὸ λεξικὸν τὸ ῥητορικὸν εὔρον σημαῖνον οὕτω· μέγας μὲν, ἀνόητος δὲ καὶ γυναικώδης. Conueniunt Suidas et lexicogr. Bachm. I. 178, 10.

2. Et. M. p. 185, 52: βαλανάγρα· ἡ κλεῖς. παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὸν βάλανον. βάλανος δὲ ἐστὶ τὸ εἰς τὸν μόχλον σιδήριον, ὃ καλοῦσι μάγγανον. αὕτη ἐκ τῶν ῥητορικῶν. Eadem Suidas, similia lexicogr. V. Bekk. p. 220, 29.

3. Et. M. p. 187, 53: βάραθρον· τόπος βαθύς, ὅπου οἱ κακοῦργοι ἐμβάλλονται. ἢ τόπος κοῖλος, τὰ μὲν ἄνω ἔχων ἰσχυρά, ὑπόχαννα δὲ τὰ κάτω, ὥστε καταδῦναι τὸν ἐπιβάντα. ἐν δὲ τοῖς Φιλιππικοῖς ὁ Δημοσθένης τὴν λέξιν οὐ κρυῖως εἶπον, ἀλλ' ἐκ μεταφορᾶς· οἷον ἐν τῷ ὀλέθρῳ. ἔστι γὰρ ῥητορικὴ. Quam glossam atticistis adiudicare non dubito, cum

luculenter appareat Suidam aliosque ex eodem fonte hausisse, quos quidem constat atticistas excerpisse. Suidas enim conueniens cum schol. Arist. ad plut. u. 431 hac de uoce longe uberrima narrat s. u. *βάραθρον*. Similia exponit lexicographus V. Bekk. p. 219, 8 s. u. *βάραθρον*, item lexicographus Bachm. I. p. 178 extr. s. u. *βάραθρον*. Ex illo autem antiquo fonte, unde atticistae sua sumpserunt, etiam hausit Harporation [ed. Dind. p. 70].

4. Et. M. p. 212, 12: *βρέγμα καὶ βρεχμόν· τὸ ὑπερμετώπιον μέρος. εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν*. Suidas et lexicographus Bachm. [l. c. p. 182, 2]: eadem. Atticistas de corporis partibus egisse satis notum est [conf. gl. *βλαισὸς καὶ ῥαιβός, ἐπήνη*, dein Rdf. no. 228 *ἐνίλλειν* cett.].

5. Et. M. p. 219, 38: *γαζοφυλάκιον· θησαυροφυλάκιον· γάζα γὰρ θησαυρός. εἰς τὸ ῥητορικόν*. Eadem habet Suidas et omissis uerbis *γάζα γὰρ θησαυρός*: lexicogr. V. Bekk. p. 229, 10 et lexicogr. Bachm. I. 183, 9.

6. Et. M. p. 262, 23: *δεινός· . . . εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν εὔρον· πανοῦργος, ἱκανός, ἀκολάκευτος, σοφός, ἔμπειρος*. Etiam hac de uoce alii alia compilauere: Suidas s. u. *δεινός· πανοῦργος* usque ad 'ἔμπειρος' adiectiuum eadem atque Etymologus, addit autem haec, quae haud dubie atticistarum sunt: 'λέγειν σὺ δεινός· *μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς | σοῦ. δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὔρηκ' ἐμοί*' [Soph. Oed. rex u. 545], lexicographus V. Bekk. p. 234, 25: *δεινός· ἱκανός, ἢ . . . πανοῦργος, ἀκολάκευτος, σοφός, ἔμπειρος*, lexicogr. Bachm. I. 190, 5: *δεινοί· φοβεροί, ἔμπειροι, σοφοὶ καὶ δεινὸς ῥήτωρ ὁ σοφός καὶ πάντα ἐρευνοῶν*.

7. Et. M. p. 273, 43: *διεδοιδύκισε* [cod. Flor. -*δύκησαν*]. *διέγραψε τῇ χειρὶ, στρογγύλην αὐτὴν ποιήσας ὡς δοιδυκα. ἢ διέτριψεν. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ*. Hesychius: *διεδοιδ[δύ]κισε· διέτριψε, τὴν χεῖρα στρογγύλην . . .*, Suidas: *διεδοιδύκησε*: eadem atque Etymologus usque ad uerbum *δοιδυκα*; glossae lemma *διεδοιδύκισε* Bernhardy restituit.

8. Et. M. p. 309, 18: *ἔγγιον· ἐγγύτερον· παρὰ τὸ ἐγγύς. 'ἔγγιον τῆς πρώτης οὐσίας ἐστίν'*. οἱ δὲ ῥήτορες, ὅταν τὸ ἐν

τῇ γῇ θέλωσι δηλῶσαι, ἔγγειον λέγουσιν. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Suidas praebet expositionem multo pleniorē, inter quae uerba etiam haec leguntur: τινὲς ἐπὶ τοῦ ἔγγυτέρω. οὐχ οὕτως δὲ οἱ ῥήτορες [i. e. Δημοσθένης Λυσίας alii, qui hic laudantur] ἔτασσαν, ἀλλ' ὅταν τὸ ἐν γῇ θέλωσι δηλῶσαι κτλ. Cf. lexicogr. Bachm. I. p. 204, 23.

9. Et. M. p. 310, 42: ἐγκεκοισυρωμένος· ὑπερήφανος, κεκαλλωπισμένος. Ἀριστοφάνης· ἑμινῆν, τρυφῶσαν, ἐγκεκοισυρωμένην. εἴρηται παρὰ τὴν Κοισύραν, ἣτις ἦν μήτηρ Μεγακλέους καὶ Ἀλκμαίωνος γυνή, ὑπερήφανος καὶ καλλωπίσασαι πολλοῖς χαίρουσα. εἰς δὲ τὸ λεξικὸν κεῖται ἀντὶ τοῦ τρυφῶσαν. Omnia atticistae alterutri adiudico non solum propter explicationem, quae summam antiquitatem redolet, sed etiam propter Suidae et scholiastae Arist. [ad nub. u. 48] glossas perdoctas, quibus persimilia traduntur, ita tamen ut alii alia in farragines receperint. Neque aliena praebet Hesychius.

10. Et. M. p. 310, 48: ἐγκεκορδυλημένος· Ἀριστοφάνης κέρχεται ἐπὶ τοῦ ἐνειλημένος ἢ συνεστραμμένος· παρὰ τὴν κορδύλην, ἣτις ἐστὶν οἰδημα τῆς κεφαλῆς ὑπὸ πληγῆς γεγόμενον· ἣτις παρὰ τὸ κάρα εἴρηται. καὶ γὰρ κορδύλην Κύπριοι λέγουσι τὸ ἐνειλημα τῆς κεφαλῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μὲν κρώβυλον καλοῦσι, Πέρσαι δὲ κίδαριν. ἔστι καὶ ῥητορική. Persimilia et magna ex parte eadem praebent Suidas et scholiasta Arist. [ad nub. 10]. Quod apud utrumque Creontem grammaticum, qui floruit sub Caesaribus ultimis, laudatum inuenimus, nemo putabit sententiam nostram de formulis ῥητορική infringi, cum procul dubio iste Creon, qui περὶ τῶν Κυπριακῶν libros composuit, doctrinam ex atticistis petierit.

11. Et. M. p. 310, 54: ἐγκιλικίζειν· τὸ πονηρεῦσθαι· ἀπὸ τῆς τῶν Κιλικίων πονηρίας. Κιλικες γὰρ ἔθνος ἐπὶ πονηρίᾳ διαβαλλόμενον. Φερεζράτης· ἀεὶ ποθ' ἡμῶν ἐγκιλικίζουσ' οἱ θεοί'. ῥητορική. Ex eodem fonte emanauit Suidae glossa s. u. ἐγκιλικίζεται; quacum Hesychius conuenit.

12. Et. M. p. 313, 30: ἔγχουσα· βοτάνης εἶδος· ἢ καὶ διὰ τοῦ ᾧ λέγεται· ἄγχουσα, Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ἑ. καὶ ἐγχουσίζεται ἐπὶ τῶν γυναικῶν· τὸ τῇ ἐγχούσῃ χρίεσθαι τὸ πρόσ-

ωπον. ἄγχοῦση προσέοικεν ἀκανθῆν πετάλειον [Nic. Ther. 638]. καὶ Ἀμειψίας Ἀποκοτταβίζουσι· ἄδυοῖν ὀβολοῖν ἔγχουσα καὶ ψιμύθιον. [εἴρηται παρὰ τὸ ἐγγεῖν τὸ ἐν τῷ ῥίξῃ ἐρουθρόν· οἷον ἐγγέουσά τις οὔσα.] ἔστι καὶ ῥητορικὴ. Speciem atticistarum explicationis sine dubio etiam haec glossa prae se fert, quamquam Suidas non omnia exhibet. Eius autem uerba sunt haec: ἄγχουσα· βοτάνης εἶδος· ἧς ἡ ῥίξ α ἐρουθρά κτλ. Praeterea conferas scholiastam Arist. ad Lysistr. u. 46 s. u. χῆγχουσα et ad eccl. u. 924 s. u. ἡ ῥγχουσα. Fere eadem Hesychius.

13. Et. M. p. 313, 39: ἐγχυτριζεῖν· τὸ ἀποκτείνειν· ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς χύτραις ἐπιθεμένων βρεσῶν. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Hesychius s. uu. ἐγχυτριζεῖν et ἐγχυτριεῖς. Similia repetit scholiasta Arist. ad uesp. u. 288: ἐγχυτριεῖς. Quibuscum compara, quae Suidas exhibet s. u. ἐγχυτριστριαί. Cf. App. ad § 8<sup>a</sup> gl. 10.

14. Et. M. p. 316, 5: ἐδημώθη [ἐν τῷ δήμῳ διεδόθη, δηλὸς πᾶσιν ἐγένετο κτλ.] . . . καὶ ἐδημοσίωσαν· δημόσιον ἐποίησαν. ῥητορικὴ. Conspirant lexicogr. Bachm. I. p. 206, 13 et Suidas, qui copiosior est.

[15. Et. M. p. 317, 12: ἐδωλιάσαι· ἔστι τὸ οἷονεὶ συνθεῖναι ἐκ τινῶν ξύλων ἀπλῶς πρὸς τόπον τινὰ συντεθέντων· τὸ δ' ἰκριῶσαι· τὰς ἐκ μακρῶν ξύλων συντιθεμένας στέγας ὑπὸ στέγαις ἐτέραις. ἐκατέραις [scil. λέξεσι] δὲ αὐτῶν ἐχρήσαντο οἱ ῥήτορες. Concinit lexicographus V. Bekk. p. 259, 32, fere eadem tradit Suidas s. l. ἐδωλιάσαι καὶ ἰκριῶσαι.]<sup>1)</sup>

16. Et. M. p. 297, 52: εἰκός· πρέπον ἢ ἀκόλουθον, εὐλογον. λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ τάχα. εἰς τὸ ῥητορικόν. Consentunt lexicogr. Bachm. I. p. 208, 30 et Suidas s. u. εἰκός. Secuntur in Suida alia, alia in Etymologico M. Lexicogr. Bekk. p. 244, 24: εἰκός· ἐνίοτε ἢ πρέπον ἢ ἀκόλουθον ἢ εὐλογον. Quibus omnibus Hesychius est persimilis s. u. εἰκός.

1) Quia incertum est, num uerba οἱ ῥήτορες i. e. grammatici hoc loco eandem uim habeant atque formulae sollemnes ῥητορικὴ cett., et atticistae illi sint intellegendi, uncus adieci.

17. Et. M. p. 330, 53: ἐλινύω . . . εἰς δὲ τὸ δητορικὸν εὖρον σημαίνειν τὴν λέξιν τὸ στραγγεῦν, διατρίβοντας ἢ ἐγχρονίζοντας. Suidas praebet tres glossas, quarum prima huc non cadit, secunda haec est: ἐλινύειν· στραγγεῦν, tertia: ἐλινύοντας· διατρίβοντας ἢ ἐγχρονίζοντας, unde intellegitur in Etymologico M. lemma ἐλινύοντας excidisse. Quibuscum contendas Hesychium: ἐλινύειν· . . . στραγγεῦσθαι ἢ διατρίβειν.

18. Et. M. p. 345, 8: ἐνώμοτος· ἔνοχος τοῖς ὅρκοις, βέβαιος. δητορική. Conuenit Suidas. Hesychius: ἐνώμοτον· ὠρισμένον, ἢ τοῖς ὅρκοις ἔνοχον.

19. Et. M. p. 345, 10: ἐνωμοτία· τάξις τις στρατιωτικὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ὀμνῆναι αὐτοὺς μὴ λείπειν τὴν τάξιν. ἐνωμοτάρχης· τάξεώς τινος στρατιωτικῆς ἄρχων παρὰ Λακεδαιμονίοις. δητορική. Paulo uberius haec de uoce disputat Suidas: ἐνωμοτία· τάξις τις στρατιωτικὴ ἀνδρῶν εἰ καὶ ἴ παρὰ Λακεδαιμονίοις. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ὀμνῆναι αὐτοὺς μὴ λείπειν τὴν τάξιν. οἱ δὲ ἐνωμοτίαν τὸ ἥμισυ τοῦ λόχου· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ δεκανίαν [sub qua corruptela lectionem rectam εἰ καὶ ἴ latere Bernhardy conicit, sed, ut opinor, iniuria, cum δεκανία sit δεκάς]. οἱ δὲ τὸ τέταρτον τοῦ λόχου ἐνωμοτίαν φασί. καὶ ἐνωμοτάρχης· ὁ αὐτῆς ἄρχων. Cf. Hesychium s. u. ἐνωμοτία.

20. Et. M. p. 352, 53: ἐπακρία χώρα· Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατώμισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν οἰκονομίαν [sic cod. Flor. l. c. 118, uulg.: ἐπωνυμίαν] ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσεν· δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας· τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακρίας ὠνόμασε· καὶ ἡ προσεχῆς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὀμωνύμως αὐταῖς ἐπακρία ἐκαλεῖτο. δητορική. Quae omnia Suidas <sup>1)</sup> repetit una cum lectione foeda ἐπωνυμία, cuius loco optime cum codice Flor. οἰκονομία legitur, ut omnes coniecturae uirorum doctorum, quas uideas in adnotationibus ed. Suid. et Etym. M.,

1) Suidae lemma ἐπακρία ex Etymologico M. et ex Strabone [IX. 1, 20 C. p. 397] corrigendum esse patet.

superuacaneae uideantur. Lexicogr. V. Bekk. p. 259, 9: ἐπακρία· ὄνομα χώρας, πλησίον τετραπόλεως κειμένης.

21. Et. M. p. 365 initio: ἐπιστροφάδην· . . . μετ' ἐπιστροφῆς, ἐφ' ἑκάτερα μέρη στρεφόμενος. ῥητορική. Suidas eadem exhibet, lexicogr. Bachm. I. 232, 14 persimilia. Simile quid etiam apud Hesychium.

22. Et. M. p. 366, 33: ἐπίτιμος καὶ ἐπίτιμον· πλούσιον ἢ τὸν μὴ ἀτιμον κατὰ νόμους ἀλλ' ἔχοντα ἐξουσίαν καὶ δημηγορεῖν καὶ δικάσασθαι. [Λουκιανός· . . .] ῥητορική. Suidas s. u. ἐπίτιμον.

Venio iam ad glossas illas, in quibus praeter Suidam etiam Harpocration eadem praebet atque Etymologus, quas quidem expositiones, cum secundum Freyerum iste atticistarum serinia non compilarit, ex communi omnium fonte descripsit.

23. Et. M. p. 95, 21: ἀμωσγέπως· ὀπωσδήποτε, καθ' ὄντιναοῦν τρόπον· ἔνιοι τὸ μετρίως. Πλάτων τὸ ἐκ παντὸς τρόπου, ἐνὶ γε τινί. ἔστι δὲ ῥητορική, de qua atticistarum glossa conferas Giesingium l. c. p. 61. Praeter eos, quos ille laudat [schol. Plat. Phaedr. 228C, Charm. 175C, soph. 259D, Prot. 331D, Suidam, lexicogr. Bachm., Eust., schol. Luc. p. 154], Timaeus, Thom. Mag. atque Harpocration [ἀντὶ τοῦ ἐνὶ γέ τω τρόπῳ] hac de particula egerunt.

24. Et. M. p. 188, 57: βασανίζειν· οὗ τὸ αἰκλῆσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἀλλὰ τὸ ἀνακρίνειν καὶ δοκιμάζειν καὶ ἐλέγχειν τὰληθῆς διὰ λόγων· βάσανος γάρ ἐστι λίθος ἢ Λυδία λεγομένη, ἣ τὸ χρυσίον παρατριβόμενον δοκιμάζουσα. Οὕτω πάντες κέχρηται οἱ ἀξιόλογοι. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Quibuscum optime concordat Suidas s. u. βασανίζειν et s. u. βασανίσας et s. u. βάσανος· λίθος ἐστὶν ἣ τὸ χρυσίον παρατριβόμενον δοκιμάζουσα [Hesychius: βασανίτης λίθος]. Cum tertia Suidae glossa concinit Harpocrationis epitome, quibus similis est Harpocrationis lexicī adnotatio. Neque dissimilia adnotat schol. Plat. rep. 503A cum Etymologo et Suida conspirans. Cf. Giesingium l. c. p. 63 his de locis agentem.



25. Et. M. p. 191, 14: *βάτταλος* [cod. Flor. l. c. p. 62 *βάταλλος*]. *ἐπώνυμον* [corr. Meier ex lexicogr. V. Bekk. 221, 26 in *ἐπωνύμιον*] ἦν *Δημοσθένης*. *ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν μαλακὸν καὶ βδελυρὸν καὶ αἰσχρὸν οὕτως, ἀπὸ Βαττάλου τινὸς ἀλλητοῦ, ὃς μαλακὸς ὦν, καὶ ἀλλήματα τοιαῦτα ἐφεῦρον. οἱ δὲ Βάτταλον ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν μαλακίζομένων τὸν προκτόν· ἀπὸ τοῦ τύπτεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ* [transponas: ἀπὸ τοῦ τὸν πρ. τύπτεσθαι ἐν τ. ἔργῳ] *καὶ βατταλίζεσθαι. οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν.* Cf. Freyerum l. c. p. 381, cuius expositioni Harpocratonis et lexicographi Bachm. articulos adiungas. De illo Battalo auleta inspicias Meinekii hist. crit. com. Gr. p. 333.

26. Et. M. p. 259, 51 s. u. *δειγμα*· *κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἄφ' ἐκάστου τῶν πωλουμένων. ἔστι δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, καλούμενος οὕτως. Ἀττικὸν δὲ ἔστιν ἕθος τὸ καλεῖν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ καὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους. οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν.* Eundem fontem secutus est Harpocraton s. u. *δειγμα*· *κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον . . . Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ τριηραρχήματος καὶ Ἀυσίας.* Quibus adde Pollucem IX, 34: *τὰ δὲ περὶ τοὺς λιμένας μέρη δειγμα, χῶμα, ἐμπόριον, καὶ ὡς Ὑπερίδης φησὶν, ἐξαιρέσεις, ὅπου τὰ φόρτια ἐξαιρεῖται, ὥσπερ καὶ τὸ δειγμα τοῦνομα ἀπὸ τοῦ δειγμα τῶν ἀγωγίμων τοῖς ὠνητιῶσι διδόσθαι.* Ex eodem libro atque Etym. sua habent Hesychius et Suidas, quorum hic ad litteram cum Etymologo congruit. Cf. praeterea Schol. Ar. equ. 975 et lexicogr. V. Bekk. p. 237, 20 similia exhibentes.

27. Et. M. p. 265, 29: *δημόσιος*· *ὁ τῆς πόλεως δοῦλος, ὃς ὑπηρετεῖ τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς κοινοῖς ἔργοις. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.* Similia inuenies apud Harpocratonem s. u. *δημόσιος*, quibus succedit testimonium Aischinis. Etymologi glossae sunt persimiles expositiones multo copiosiores lexicographi V. Bekk. p. 234, 15 s. u. *δημόσιος* et Suidae s. u. *δημοσίων πραγμάτων διοικήτης.*

28. Et. M. p. 292, 51: *δυσωπεῖσθαι*· *ἐφορᾶσθαι, φοβεῖσθαι μεθ' ὑπονοίας, σκυθρωπάζειν. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπι*

τοῦ κρίνειν καὶ ἐλέγχειν λαμβάνουσι· δυσωπεῖν γὰρ εἴρηται παρ' ὅσον οἱ κατακεκριμένοι κακῶς ἔχουσι τοὺς ὄπας. οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν τὴν λέξιν· καὶ εἰς τὸ ἀνεκρώνητον [cod. Flor. l. c. p. 95 τὰ ἀνεκρ.] Ἡρωδιανού. Hinc igitur efficiendum est hanc totam glossam rhetoricam et apud atticistas et apud Herodianum inuentam esse, aut glossam in duas partes diuidendam, quarum priorem atticistis, alteram Herodiano uel uice uersa addicamus necesse sit. Attamen cum pars prior inde ab initio usque ad uerbum *συνθροωπάζειν* apud Hesychium, lexicographum V. Bekk. p. 234, 23, scholiastam Platonis p. 458, Suidam redeat ob eamque causam ueri sit simillimum glossam ineuntem esse fragmentum atticistarum, et cum initio partis alterius 'οἱ παλαιοί' legatur, quam uoculam praecipue apud atticistas usitatissimam fuisse constet, pro certo habeo cuncta esse atticistis restituenda, quibus tamen similia Herodianus quoque exhibuit, id quod procul dubio Etymologus uerbis καὶ εἰς τὸ ἀνεκρ. Ἡρωδ. intellegi uult.

29. Et. M. p. 308, 40: ἐβδομευόμενα· τοῖς ἀποτεχθεῖσι παισὶ τὰς ἐβδομάδας καὶ τὰς δεκάδας ἤγον, καὶ τὰ γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς· οἱ μὲν τῇ ἐβδόμῃ· οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Eadem occurrunt apud Suidam et Epitomatorem Harpocratonis, unde haudquaquam, contra opinionem Dindorfii, elucet Etymologum hanc glossam ex epitome descripsisse. Fontem autem, ex quo illa adnotatio in atticistarum et in Harpocratonis lexica fluxerit, cognoscas coll. Harpocratonem, qui haec exhibet: ἐβδομευόμενον· *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἐπεικλέα περὶ χρημάτων, εἰ γνήσιος. τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἐβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας ἤγον, καὶ τὰ γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς· οἱ μὲν τῇ ἐβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ λέγει· οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ. Ἀριστοτέλης δ' ἐν θ' περὶ ζῳῶν ἱστορίας γράφει ταυτί· τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἐβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ* [Aristotelis locus exstat libri VII. cap. 12 non libri IX.], quibuscum consentit schol. Arist. au. u. 494.

30. Et. M. p. 331, 41: ἐλληγοταμίαι· οἱ τῶν Ἑλληνικῶν χρημάτων ταμίαι· καὶ γὰρ ἦσαν κοινὰ χρήματα τῆς Ἑλ-

λάδος συγκείμενα ἐν τῷ δημοσίῳ [quod uerbum haud dubie ex Bekk. lex. V. lectione recta mutandum est in *Δήλω*]. *δητορικῆ*. cf. Harpocrationis glossam sub eadem uoce. Idem quod Etymologus etiam lexicogr. V. Bekk. p. 248, 30 recepit. Similia tradit Suidas.

31. Et. M. p. 343, 42: Ἐννεάκρουνος· κρήνη Ἀθήνησι παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ἢ πρότερον Καλλιρόη ἔσκεν· ἀφ' ἧς τὰ λουτρὰ ταῖς γαμουμέναις μετίασι. Πολύζηλος Δημοτυνδάρεω δέ· Ἔξει πρὸς [uulg. ἀπ] ἐννεάκρουνον ἔνυδρον τόπον· *δητορικῆ*. Harpocration: Ἐννεάκρουνος· *Λυσίας ἐν τῷ . . . καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. κρήνη τις ἐν Ἀθήναις. πρότερον δ' ἔκαλεῖτο Καλλιρόη*. Praeterea inter se cohaerent glossae similes Hesychii et Suidae optime cum Etymologi glossa rhetorica conspirantes.

32. Et. M. p. 348, 19: ἐξηγηταί· οἱ τοὺς νόμους τοῖς ἀγνοοῦσι διδάσκοντες καὶ ὑποδεικνύοντες περὶ τοῦ ἀδικήματος, οὗ ἕκαστος γράφεται· καὶ ἐξηγούμενοι τὰ πάτρια. *δητορικῆ*. Eandem fere expositionem legimus apud Harpocrationem s. u. ἐξηγητής. Una cum Etymologo atticistarum adnotationem exhibent lexicographus V. Bekk. p. 252, 4, Suidas gl. 1, scholiasta Plat. p. 457 [Bekk.] et p. 327. Cf. Giesingium l. c. p. 67.

33. Et. M. p. 354, 31: ἐπενεγεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι· εἰς τοὺς βιαίως ἀποθανόντας ταῦτα ἐπράττετο. καὶ Ἴστρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων φησὶν, ὅτι τινὲς ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ φασὶ καταπεπηγέναι τὸν Ἐρεχθέα, τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχασθαι τοὺς φονέας. *δητορικῆ*. Fontem antiquum tenes et in Harpocratione, qui paulo uberior Etymologo est, et in Polluce VIII, 65: δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ ἐπὶ τῶν βιαίως ἀποθανόντων ἐπεφέρετο κτλ. Istrum autem atthidographum praeter Etymologum et Harpocrationem laudat in glossa persimili etiam Suidas. Fere easdem explicationes habent lexicogr. IV. et V. Bekk. p. 188, 14 et p. 237, 30.

34. Et. M. p. 359, 54: ἐπιθέτους ἐορτάς· Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ. τὰς μὴ πατρίους ἐορτάς, ἄλλως δὲ ἐπιψηφι-

σθείσας ἐπιθέτους ἐκάλουν. ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλα ἐπιθετά τινα, ὅσα μὴ πάτρια ὄντα ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή ἐδίκαζε. Ἀσίας δὲ ἐπιθέτους ἐπιστολὰς λέγει, τὰς δοθείσας τισὶν ὥστε διακομίσας καὶ ἐπιθεῖναι ἐπιστολὰς ἀντὶ τοῦ παραδοῦναι. καὶ ἐπέθηνεν ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν. ῥητορικῆ. Harpocratio eadem, sed testimoniis uberiora exhibet. Cum Etymologo conspirat ad uerbum Suidas et, quatenus omnino hac de uoce refert, lexicographus V. Bekk. p. 253, 1.

35. Et. M. p. 404, 54: ἐχῖνος . . . εἶρον δὲ σημαίνειν τὴν λέξιν εἰς τὸ ῥητορικὸν καὶ ἄλλο, ἧγουν καθίσκους, ἀγγεῖά τινα· τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ· τὰ δὲ ἐκ κεράμιου· εἰς ἃ αἴτε μαρτυρίαι καὶ αἱ προκλήσεις ἔγγραφοι ἐνεβάλλοντο ὑπὸ τῶν διαζομένων, καὶ κατεσημαίνοντο, ἵνα μηδεὶς κακουργήσῃ τὰ ἐμβαλλόμενα. Quam glossam ex Aelii Dionysii uel Pausaniae lexico rhetorico desumptam esse manifestissime affirmant et lexicographus V. Bekk. p. 258, 3 et Photius gl. 2: ἐχῖνος. Quibus adnectas Suidam gl. 5, schol. Arist. uesp. u. 1427, Photium gl. 3, qui inter se congruentes illam de uoce ἐχῖνος expositionem paulo mutata repetunt. Ex fonte autem atticistis antiquiore Harpocratio riuulum suum deriuauit: ἐχῖνος· ἔστι μὲν ἄγγος τι, εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα τὰ πρὸς τὰς δίκας ἐτίθεντο· Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. μνημονεῦει τοῦ ἄγγους τούτου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Δαναῖσιν κτλ.

36. Et. M. p. 430, 42: ἡμιμέδιμνον· ἡμιμέδιμνόν ἐστι μέτρον χωροῦν ἡμισυ μεδίμνου, τουτέστι χοίνικας εἴκοσι τέσσαρας. ἡμίεκτον δὲ τὸ ἕκτον μέρος τοῦ μεδίμνου. ῥητορικῆ. Conueniunt omnes: lexicogr. V. Bekk. p. 262, 32, Hesychius, Photius, Suidas. Harpocratio fere iisdem uerbis utitur. Atticistam autem utrumque disertis uerbis de mensuris scripsisse satis apertum est ex Eustathii praestantissimo loco p. 1853 extr. usque ad p. 1854, 37.

37. Et. M. p. 448, 15: θέσθαι· τὸ θησανρίσασθαι . . .] εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν λεξικόν· ἀντὶ μὲν τοῦ ὑποθήκην λαβεῖν, Ὑπερίδης· ἀντὶ δὲ τοῦ προέσθαι καὶ κερῶσαι νόμον, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀτελειῶν· ἐν μέντοι τῷ κατὰ Στε-

φάνου φησίν· ἑαυτῶ νόμους ἰδίους θέμενον'. ἀντὶ τοῦ θέντα. Fere eadem forma hic articulus apud Harpocratonem legitur. Ad litteram autem conspirant Photius, Etymologus, Suidas. Ammonius p. 70 [ed. Valck.]: *θέσθαι καὶ ὑποθέσθαι διαφέρει· θέσθαι μὲν γὰρ ἐστὶ τὸ λαβεῖν ὑποθήκην. ὑποθέσθαι δὲ τὸ δοῦναι ὑποθήκην.*

38. Et. M. p. 716, 53: *σκηνην δὲ ἣν ἔχουσι· Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν. ἔοικε δὲ σκεῦός τι εἶναι, ὅπερ οἱ μὲν κόσμον τινὰ γυναικεῖον εἶναι φασιν, οἱ δὲ σκιάδειον. ῥητορικῆ.* Harpocratonem haec transcripsit: *σκηνην δὲ ἣν ἔχουσιν οὐδὲ γὰρ ταύτην λαβόντες ἀναφέρουσιν· Δημοσθένης ἐν τ. πρ. Σπ. usque ad σκιάδιον. καὶ σκηνην ἐπέξαστο, τουτέστι, τένδα, κατὰ γλωσσαν.* Hesychius habet hanc glossam: *σκιάδ[ε]ιον· σκηνή· [καμελαύκιον].* Suidas denique et Photius ex atticistis uel ex Harpocratonem Etymologi glossae similia in farragine receperunt s. u. *σκηνήτης.*

39. Et. M. p. 758, 51: *τίμημα· ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρον, καὶ οἶον ἀποτίμημα ὡς Ἀυσίας. τίθεται δὲ ἀντὶ τοῦ οἶον κεφάλαιον, ὡς ἐν τῷ περὶ τῶν συμμορίων [Suid. male συμμάχων] Δημοσθένης. λέγεται δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰσφερόμενον παρ' ἐκάστου τίμημα· ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίον, ἐπὶ τῆς τιμωρίας εἴρηται. ῥητορικῆ.* Conueniunt Harpocratonem, Photius, Suidas.

§ 9. Glossae Etymologici M. rhetoricae XIII, quibuscum congruit aut unus Photius aut Hesychius uel scholiasta Aristophanis uel lexicographus Bachm. et Photius — Suida excepto —, VIII, quibuscum consentiunt Hesychius uel scholiasta Aristophanis uel lexicographus V. Bekk. et Bachm. — Photio et Suida exceptis —, VII, quibus simile quid apud ullum grammaticum non exstat.

I. 1. Et. M. p. 311, 44: *ἐγκυσίχλωλος· παρὰ τὸν κύσον, ὃ ἀπὸ τοῦ κύσου χλωλὸς καὶ ἀπὸ κοτύλης. κύσον γὰρ εἰώθασιν οἱ κωμικοὶ καὶ τὸν προωκτὸν καλεῖν. περὶ ὃν ἡ κοτύλη.*

ἔστι καὶ ῥητορικῆ. Photius s. u. *κυσινόχωλος καὶ ἐγκυσινόχωλος* et Hesychius s. u. *ἐγκυσίχωλος*.

2. Et. M. p. 384, 56: *ἔσφυρτισμένον· σμύρνη ἐπεστυμένον· μύρον γὰρ παρὰ τὸ τῆ μύρα συνέψεσθαι. ῥητορικῆ*. Photius tradit eadem praeter uerbum *μύρα*, cuius loco *μοίρα* legitur: quarum utraque et Etymologi et Photii lectio certe in formam *μύρρα* mutanda est. Hesychius s. u. *ἔσφυρτισμένον*.

3. Et. M. p. 387, 5: *ἐτνήρυσις· λέγεται καὶ ζωμήρυσις. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνέυσιν· ὦ μῆτερ ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν· ῥητορικῆ*. Conuenit Photius. Alia et multo uberiora tradunt Hesychius s. u. et scholiasta Arist. ad Ach. u. 244.

4. Et. M. p. 392, 11: *εὐκῆλον· εὐχιστον, εὐκανστον. ἔξανθρακώσας πνυθμέν' εὐκῆλον δρυός· οὕτως εἴρηται εἰς τὸ ῥητορικόν*. Eadem testimonii auctore adiuncto habet Photius s. u. *εὐκῆλον*. Quibus addas Hesychii glossam sub eadem uoce.

5. Et. M. p. 402, 46: *ἐφεκτοὺς τόκους· οἱ ἐγγραφοὶ τόκοι, οἷον ἐπεχόμενοι καὶ ὠρισμένοι, μὴ μέντοι προΐοντες μήτε συλλεγόντες. ῥητορικῆ*. Conuenit solus Photius ad uerbum et nonnullis omissis lexicographus V. Bekk. p. 257 extr. *ἐφεκτός*. — Verbis ἢ ὁ ἐπὶ τὸ ἔκτον τοῦ κεφαλαίου, quae in Etymologico M. post formulam *ῥητορικῆ* leguntur, haec nota, quamquam conspirant cum Etymologo: *Ἥραροκρατίον*, Photius, Suidas, non adiecta est. Cf. supra p. 203.

6. Et. M. p. 430, 46: *ἡμιδιπλοίδιον· γυναικεῖον βραχὺ περιβλήμα, ὃ ἔνδον φοροῦσιν ὑπὸ τὸν μηρόν. ῥητορικῆ*. Eadem exhibet Photius, similia autem Suidas et scholiasta Arist. ad eccl. u. 318 his uerbis: *τὸ γυναικεῖον ἱμάτιον ἢ ἀναβόλαιον γυναικῶν*. Quibus coniungas Hesychii adnotationem: *ἡμιδιπλοίδιον*.

7. Et. M. p. 759, 2: *τιμητικὸν πινάκιον· τὸ τοῖς διακάζουσι διδόμενον, ἐν ᾧ γράφουσι τι χρήσιμον. Ἀριστοφάνης. ῥητορικῆ*. Hinc igitur Photius emendandus est uel supplendus, qui loco adiectiui *χρήσιμον* Etymologi litteras *χρη* exhibet una cum 'quattuor fere litterarum spatio' teste Nabero, in ceteris autem cum Etymologo concinit.

8. Et. M. p. 761, 43: *τοξόται* [codd. *τολόται*]. *οἱ δημόσιοι ὑπηρεταί. τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Σκύθας ἔλεγον καὶ Σπενσίνους* [V, ceteri codd.: *σπενσίμους*] *ἀπὸ τοῦ συντάξαντος αὐτούς. ῥητορικὴ.* Photius ex eodem fonte atque Etymologus haec cum corruptelis: *τολόται* et *σπενσίμους* in lexicon recepit, ex alio autem integro glossam s. u. *τοξόται καὶ Σκύθαι καὶ Σπενσίνιοι· οἱ δοῦλοι οἱ δημόσιοι Ἀθήνησιν, ἀπὸ Σπενσίνου τοῦ πρώτου καταστήσαντος αὐτοὺς εἰς τὴν ὑπηρεσίαν*, quam Etymologus quoque praebet eamque formula ommissa ex Photio depromptam. Corruptelam autem perantiquam esse et in codice atticistarum iam exstitisse ex eo colligo, quod et Etymologus M. et Photius expositionem de illis seruis publicis bis rettulerunt.

9. Et. M. p. 766, 40: *τριπαῖα· ἡ ἐναντία πνοή. οὕτω Σοφοκλῆς. ῥητορικὴ.* Photius: *τρίπαια κτλ.* et lexicographus Bachm. p. 390, 8: *τριπαῖα κτλ.*, quae in Etymologico M. leguntur.

10. Et. M. p. 763, 46: *τραπεξοποιός· ὁ τῶν περὶ τὸ συμπόσιον πάντων ἐπιμελούμενος τραπεζῶν σκευῶν ἀκουσμάτων. οὕτως Μένανδρος. ῥητορικὴ.* Photius exponit idem, inserit autem inter genetiivos *σκευῶν* et *ἀκουσμάτων* uerbum *σπονδῶν*. Quibus contendas Hesychii glossam: *τραπεξοποιός.*

11. Et. M. p. 766, 22: *τρικαλίνδητος· τρικυλίνδητος. ῥητορικὴ.* Conuenit Photius.

12. Et. M. p. 769, 7: *τροπίδια· τὰ εἰς τρόπιν νεῶς ἐνθεοῦντα ξύλα· μεταφορικῶς δὲ καὶ ἐπὶ μεταβολῆς τινος καὶ ἀρχῆς πράγματος· καὶ ὁ τόπος ἐφ' οὗ τίθεται ἡ τροπίς. οὕτω Πλάτων. ῥητορικὴ.* Photius habet eadem *μεταβολῆς* genetiivo excepto, cuius loco scribit *καταβολῆς*. Hesychius s. u. *τρόπις· τὸ κατώτατον τῆς νεῶς.*

13. Et. M. p. 787, 47: *φάρμακον· . . . καὶ φαρμακοτριβαί· οἱ βαφεῖς, οἱ τὰ φάρμακα τρίβοντες ἢ πολοῦντες. ῥητορικὴ.* [Verba, quae antecedunt, sunt Orionis, quem uide in ed. Sturzii parte priore p. 616, 58: excerpta Orionis lexicī ex cod. Darmstad. ibidemque parte altera p. 158, 33.] De uoce

φαρμακοτρίβαι Photius et lexicographus Bachm. p. 403, 17 et lexicogr. V. Bekk. p. 314, 16 [lemma: *φαρμακοτρίπται*, quod est corr.] eadem proferunt atque Etymologus.

II. 1. Et. M. p. 219, 41: *γάκινος*· ὁ σεισμός κατὰ Ἀθηναίους, ὁ τὴν γῆν κινῶν. ἔστι δὲ καὶ ῥητορικὴ ἢ λέξις. Hesychius adnotat: *γακίνας*· σεισμός γῆς. Loco nominis corrupti Ἀθηναίους uiri docti commendauere *Λωριέας* [Stephanus], *Θηραίους* uel *Αἰγινάιους* [Valeken.], *Θηβαίους* [Gaissfordius], quarum emendationum mihi quidem Gaissfordiana optima uidentur esse, praesertim cum Et. M. p. 368, 46 teste Gaissfordio eadem nominum confusio inueniatur.

2. Et. M. p. 236, 49: *γνώμων*<sup>1)</sup>· . . . ἐγὼ δὲ εὖρον ἐν τοῖς ῥητορικοῖς [cod. Flor. p. 78: ἐν τῷ ῥητ.] τὴν λέξιν σημαίνουσαν οὕτως· γνώμων, ὁ συνετός. λέγεται δὲ γνώμων καὶ κανόνιον τι μηχανικόν. καὶ δὴ καὶ τι σχῆμα γεωμετρικόν· καὶ διοπτρικοῦ ὄργανου μέρος καὶ δὴ καὶ ἀστρονομικοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τοῖς γνωμικοῖς ὄργανοις μάλιστα λαμβανόμενον. καὶ γνώμονες ἄρχοντές τινες Ἀθήνησι λέγονται· καὶ οἱ ἀκριβεῖς, ἀπὸ τοῦ γνῶναι. Hac in glossa diiudicare non ausim, utrum omnia, quae post formulam leguntur, an sola uerba *γνώμων*· ὁ συνετός atticistis tribuam. Hesychius quidem, qui de uoce *γνώμων* duas adnotationes praebet, in priore haec habet: *γνώμων*· συνετός. Σοφοκλῆς, in altera: *γνώμων*· ὁ ἀκριβής, ἀπὸ τοῦ γνῶναι. λέγεται καὶ τὸ ἐν τοῖς ἡλιοτροπικοῖς κέντρον. καὶ τὸ παρὰ τοῖς τακτικοῖς, ex quibus constat uerba inde a 'λέγεται δὲ' usque ad glossae exitum satis magna uerisimilitudine atticistis restitui non posse, uerba autem *γνώμων*· ὁ συνετός certo ex lexicis rhetoricis esse deprompta.

3. Et. M. p. 246, 25: *δακτύλιος*· . . . λέγονται δὲ δακτύλιοι καὶ οἱ τετραήμενοι λίθοι, ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια σχοῖνια ἀνάπτουσιν. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. [Ea, quae huic glossae rhetoricae antecedunt, Etymologus ex Orionis lexico descripsit p. 45, 12 ed. Sturz.] Conuenit Hesychius.

1) Conferas Schoemannum Philol. XLIII. 1884 p. 531, de Etymologi expositione, quae formulae antecedit, disputantem.



4. Et. M. p. 272, 3: *δίγονος μάσθλης· διπλοῦς ἱμάς ἢ ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφήν ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέχρωστο. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδα· ἴδου δὲ φοινὸν μάσθλητα δίγονον· ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Hesychius: δίγονος μάσθλης· ὁ διπλοῦς et s. u. μάσθλης· . . . καὶ γὰρ ἡ μάσθλη Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδα καὶ Συνδείπνοις. Ea, quae Suidas et scholiasta Arist. ad nub. u. 448 hac de uoce exhibent, huc non cadunt.*

5. Et. M. p. 310, 39: *ἐγκεκαυμένη· ἐξωγραφημένη· ἐπεὶ ἐγκανταὶ λέγονται οἱ ζωγράφοι, οἱ διαγράφοντες τοὺς τοίχους. ἴσως παρὰ τὸ κᾶ, τὸ κοιλαίνω. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Similia exstant in lexico V. Bekk. p. 250, 24 s. u. ἐγκεκαυμένη.*

6. Et. M. p. 304, 22: *εἶρω· τὸ λέγω. παρὰ τὸ ὦ, ὃ σημαίνει τὸ λέγω· οὗ παράγωγον ἡμί· ἀφ' οὗ τὸ ἦ, καὶ κνανήσιν· ὡς οὖν ἄγω ἀγείρω, ἔθω ἐθείρω· οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ ὦ εἶρω. ὅθεν καὶ εἶρειν τὸ κατὰ γλῶσσαν λέγειν· συνείρειν δὲ λέγουσι τοὺς ἐν τῷ ἀναγινώσκειν συνάπτοντας καὶ λόγον ποιοῦντας. εἰς τὸ ῥητορικόν. Hesychius alia habet; lexicographus Bachm. 209, 30: εἶρω· συνάπτω, ὅθεν καὶ εἰρμός tradit. Conferas praeterea Eustathium p. 780, 19: ἐρητύειν δὲ κυρίως τὸ διὰ λόγου κωλύειν ὡς ἀπὸ τοῦ ἔρω, ἐρίσω τὸ ἐρωτῶ, ἤδη δὲ καὶ λέγω. τῶν γὰρ ὁμωνύμων καὶ τὸ εἶρειν ἐστί, δι' οὗ σὺν ἄλλοις καὶ τὸ λέγειν δηλοῦται καὶ τὸ ἐρωτᾶν [p. 212 adn. 1].*

7. Et. M. p. 340, 3: *ἐνεργμός· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἔνεργις· κροῦμα κιθαριστικόν. εὐφρόνιος δὲ τὸν ἐν μέσῳ τῆς κιθάρας πασσαλίσκον, δι' οὗ ἡ χορδὴ διήρηται. Φρόνιχος Κόννη· τί δαὶ τὸν ἐνεργμόν· κροῦμα, διάσχεσιν. ῥητορική. Similia Hesychius seruat s. u. ἐνεργμός.*

8. Et. M. p. 361, 22: *ἐπιλάρισμα· λάρχου βύσμα. λάρχος δὲ ἄγγειον ἀνθράκων πλεκτόν. ῥητορική. Cum hac annotatione coniungo scholion Arist. ad Ach. u. 332 s. u. ὁ λάρχος δημότης.*

III. 1. Et. M. p. 191, 45: *Βάτεια· . . . [fragmentum Ori] ἐγὼ δὲ εἶρον ἐν τοῖς ῥητορικοῖς σημαίνουσαν τὴν λέξιν οἰκίαν τινά, ἀπὸ Βάτωνος ἐπωνομασμένην δεσπότου· ἢ σκεῦος ἢ*

κόσμον ἢ χωρίον τι. λέγεται δὲ καὶ τῆς σικαμίνου ὁ καρπὸς ὑπὸ Σαμαινίων [?] καὶ μόρα.

2. Et. M. p. 204, 39: βόλιμος· . . . καὶ τὸ σημαίνονμενον εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν· ἔστι μόλιβος· καὶ κατὰ ἑναλλαγήν· βόλιμος παρὰ Συρακουσίοις.

3. Et. M. p. 216, 25: βρύττοντες· . . . εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν εὔρον σημαίνειν τὴν λέξιν ἀντὶ τοῦ ὀρύττοντες.

4. Et. M. p. 236, 40: γνύπετοι· στυγροί, καὶ οἶον νενυγμένοι. καὶ τὸ κατεγνυπτῶσθαι τοιοῦτον δηλοῖ. ῥητορικὴ.

5. Et. M. p. 270, 5: διαῤῥίκνουσθαι· τὸ τὴν ὀσφῦν φορτικῶς περιάγειν. Κρατίνος Τροφώνιῳ· ἔξιφιξε καὶ σπόδιξε καὶ διαῤῥίκνου· ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.

6. Et. M. p. 311, 1: ἐγκινοίμενος· Βαβυλωνίοις Ἀριστοφάνης· ἀνήρ τις ἡμῖν ἔστι ἐγκινούμενος· ῥητορικὴ.

7. Et. M. p. 365, 25: ἐπιτάξ· . . . εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν εὔρον τὴν λέξιν σημαίνειν συντόμως, κωμικῶς· ὅστις τῆς ὁδοῦ | ἠγγήσεται σοι τὴν ἐπιτάξ· οὐχ ὡς οἱ τραγικοί, μακρῶς.

## APPENDIX.

Hoc loco eas glossas rhetoricas enumerabo, quarum formulae solo in codice Florentino seruatae sunt. Neque uero istas adhuc tractaui propterea, quod formulas, cum in uno codice inueniantur, eandem uim non habere censui atque notas, quas supra examinaui. Utut autem est, siue in archetypo Etymologici M. formulae codicis Flor. olim exstiterunt et casu accidit, ut in omnibus praeter Florentinum codicibus ne uestigium quidem illarum compareat, siue a librario codicis Flor. perperam subiunctae sunt — eas hac in appendice addam ita tamen, ut secundum dissertationis paragraphos disponam, quibus singulae inserendae sunt.

Ad § 6: 1. Et. M. p. 183, 49 [cod. Flor. l. c. p. 60]: βάβαξ· λάλος, φλύαρος. παρὰ τὸ βάζω, βάζω, βάξ· καὶ κατὰ ἀνα-

διπλασιασμόν, βάβαξ. Ἀρχίλοχος· κατ' οἶκον ἐστρωφᾶτο μισήτος βάβαξ'. ἔστι δὲ καὶ ῥητορικὴ.

2. Et. M. p. 183, 45 [cod. Flor. l. c. p. 60]: βαβάκτης· ὀρχηστής, λάλος, μανιώδης, βακχεύτης. λέγεται δὲ καὶ ὁ Πάν. Κρατῖνος· χαῖρε χρυσοκέρω βαβάκτα κήλων | Πάν'· παρὰ τὸ βάζω τὸ λαλῶ, βάζω, βέβαγμαί, βέβακται· οἶον ἔπος δ' εἶπερ τι βέβακται'. βαβάκτης· ὁ πολλὰ λαλῶν, φλύαρος. ἔστι καὶ ῥητορικὴ. De huius et antecedentis uocis stirpe conferas quae p. 231 ad uerbum ἀβάκησαν exposui. Compone praeterea Hesygium s. u. βάβαξ et lexicographum V. Bekk. p. 223, 30 sub eodem lemmate.

3. Et. M. p. 186, 14 [cod. Flor. l. c. p. 60]: βαλβίς· ἡ ἀφειρηρία καὶ ὁ καμπτός, ἤγουν ἡ ἀφεισις τῶν δρομέων. ἦσαν δὲ ξύλα δύο, ἀφ' ὧν σχοινία διετείνετο. ἀφ' ἧς βαλβίδος ἐξέτρεχον οἱ ἀγωνιζόμενοι. Ἀνκόφρων· ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβίδα μηρίνθου σχάσας ἀνειμι' [ea, quae secuntur, sunt Etymologi Gud. et Orionis]. Conuenit Aelius Dionysius apud Eustathium p. 1404, 55 [Rdf. no. 96]. Fere eadem atque Etymologus praebent Suidas, lexicogr. V. Bekk. p. 220, 31. — Eodem pertinet, quod Etymologus eadem de re aliis uerbis tradit s. u. βαλβίσιν p. 186, 22: ἀντὶ (τοῦ) ταῖς ἀρχαῖς. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν δρομέων. ἡ γὰρ ὑπὸ ὑσπληγγος γινομένη γραμμὴ, διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς βεβηκέναι τοὺς δρομέας, βαλβίς καλεῖται καὶ ὁ τῆς ἀφειρηρίας τόπος. ἐνιοὶ καμπτήρα. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ λεξικοῦ. Similia apud Suidam et Harpocratonem [ed. Dind. p. 70, 9]. Forsitan haec altera glossa ex Pausania fluxit.

4. Et. M. p. 189, 7 [cod. Flor. l. c. p. 61]: βασιλῖς· ἡ τοῦ βασιλέως γυνή, ὡς καὶ βαλανίς ἡ τοῦ βαλανέως. ῥητορικὴ. Aelium Dionysium de formis femininis uocabuli βασιλεύς egisse apparet ex Eust. p. 1425, 40 [Rdf. no. 97]. Suidas congruit cum Etymologo.

5. Et. M. p. 204, 54 [cod. Flor. l. c. p. 67]: βομβύλιος· εἶδος ζῴου παραπλήσιον μελίσση. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ βομβεῖν. ἔστι δὲ καὶ ποτηρίου εἶδος ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ζῴου. καὶ γὰρ αὐτὸ ποσῶς πως [cod. Flor.: ποιητικῶς] κατεσκευάζετο,

ὥστε πινόντων βομβεῖν. καὶ τὸ ἐλαιρὸν δὲ ἀγγεῖον, καθ' ὁμοιότητα τοῦ στενοπόρον ἐκπώματος, βομβυλῖος λέγεται. οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικόν. Etymologi expositio redit fere integra in Eustathii commentariis p. 945, 23 [. . . δέ τις ῥήτωρ φησί] coll. p. 1591, 34, quibus locis bis uerbum ὀνοματοποιείται [cf. p. 225] exstat et coll. p. 1718, 9, ubi expositioni de uocabulo βομβύλιος testimonium ex comoedia depromptum additum est. Ad uerbum fere conspirant Suid., lexicogr. V. Bekk. p. 220, 7, Hesych., ex parte Harpocration.

6. Et. M. p. 248, 13 (cod. Flor. l. c. p. 81): *δαπίδες· τάπητες· παρὰ τὸ ἐν δαπέδῳ στρώννυσθαι· ῥητορικῆ·* Conueni ad uerbum Aelius Dionysius apud Eustathium p. 1347, 44 [Rdf. no. 125]. Hesychius et Suidas similia exhibent.

7. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 100: *εἰθύφαλλοι· . . . εὔρον τὴν λέξιν ἐν τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ· καὶ γράφεται διὰ τῆς εἰ διφθόγγου· ἐν μὲν εἶδος ᾧδῆς ὀρχουμένης, δεύτερον αἰδοῖα δερμάτινα, τρίτον τελετή τις περὶ τὸν Διόνυσον.* Optime concinit Aelius Dionysius apud Eust. p. 1413, 38 [Rdf. no. 161]. Inspice praeterea lexicon V. Bekk. p. 246, 19, ubi eadem inuenies.

8. Et. M. p. 303, 18 [cod. Flor. l. c. p. 103]: *εἰρεσιώνη· εὐμεγέθης κλάδος, ἐξ ἐρίων ἔχουσα στέμματα, κλώνας καὶ ἰσχάδας καὶ τῶν καθαρῶν ἀρσενῶν ὄρμαθούς· ἢ θάλλος ἐστὶν ἐλαίας πάντας τοὺς καρποὺς ἔχον ἀπηρημένους καὶ στέμματα λευκὸν καὶ φοινικοῦν· προετίθετο δὲ ἱεσία τῷ Ἀπόλλωνι ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ ἣ οἱ περὶ Θησεία σωθῆναι δοκοῦσι· καταχύσματα δὲ καὶ κύλικα οἴνου κεκραμένην καταχέοντες αὐτῆς, ἐπιλέγουσιν·*

ἢ εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους

ἢ καὶ μέλιτος κοτύλην, καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι

ἢ καὶ κύλικ' εὐζώροιο ἵνα καὶ μεθύουσα καθεύδῃ.

ὠνόμασαν δὲ οὕτως, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐρίοις καταστέφασθαι ἢ παρὰ τὸ εἶρεσθαι, ὃ ἐστὶ συμπλέεσθαι τοὺς καρπούς· οἱ δὲ, ὅτι εἶροντο τὸν θεόν, τί ποιήσουσι μετὰ τὴν θυσίαν τὸν κλάδον· [καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ κορυθαλείαν] ἢ ἀπὸ τοῦ τοῖς κλάδοις ἐνεῖργθαι τὰ ἐξ αὐτῆς κρεμάμενα· ἢ ἀπὸ τῶν στεμ-

μάτων· στέμματα γὰρ τὰ ἔρια λέγουσιν οἱ Ἀττικοί. Λυκοῦργος δέ φησιν, ἀφορίας γενομένης Ἀθηναίους, τοῦτο ἐπιτελεσθῆναι κατὰ χρησμὸν οἶον ἰκετηρίας. ἑητορικῆ. Fere eadem disputat Pausanias apud Eust. p. 1283, 6, cui adnectas Suidam et lexicogr. V. Bekk. p. 246, 27.

9. Et. M. p. 358, 24 [cod. Flor. l. c. p. 120]: ἐπιγονατίς· . . . ἢ χιτῶν ἀνάκολος γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐπενδύονται, ὡς εὔρον εἰς τὸ ἑητορικόν. Eadem Eustathius p. 976, 15 seruauit, qui Pausaniam auctorem laudat.

Ad § 7: 1. Et. M. p. 369, 38 [cod. Flor. l. c. p. 125]: ἔρα-  
νιστής· κυρίως ὁ τοῦ ἔρανου μετέχων καὶ τὴν φορὰν, ἣν ἐκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν εἰσφέρων. Ἀριστοφάνης Ὀλκάσιν· 'πρῶτον ἔρανιστὰς ἐσθίων ἠψησ' ἔτνος.' ἑητορικῆ. Conueniunt ex parte Harpocration et Photius et Suidas.

2. Et. M. p. 430, 35 [cod. Flor. l. c. p. 149]: ἴμιολίας· τὸ ἥμισυ τοῦ κεφαλαίου. ἴμιολία δὲ πάλαι ἐλέγετο ληστρικὸν πλοῖον, οὗ τὸ ἴμιόλιον μέρος ψιλὸν ἑρετῶν ἐστι πρὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ μάχεσθαι. Eadem fere adnotat Suidas et pauca Hesychius s. u. ἴμιολίας et ἴμιόλιον.

Ad § 8 a. 1. Et. M. p. 185, 31 [cod. Flor. l. c. p. 60]: βα-  
θεῖαν αὐλακα· ὅπερ ἐστὶ στιχίς γῆς ὑπὸ ἀρότρον· ἢ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας. ἐκ τῶν ἑητορικῶν. Suidas habet eadem; Hesychius: βαθεῖαν· κεκρυμμένην.

2. Et. M. p. 208, 42 [cod. Flor. l. c. p. 69]: βουλευφόρος· πρόβουλος, ἀρχίβουλος, ἡγεμών, ἄρχων, βουλευτικός. ἑητορικῆ. Ex parte consentiunt Suidas et Hesychius.

3. Et. M. p. 246, 35 [cod. Flor. l. c. p. 81]: δαλός· ὁ πεπυρακιωμένος ἀνθραξ ἢ λαμπάς, ἢ ξύλου ἀπόκαυμα· ἢ δαδῖον ἡμίφλεκτον. ἐκ τοῦ ἑητορικοῦ. Conuenit Suidas inde a uerbo λαμπάς et in fine addit: παροιμία· 'δαλὸς εἰς πῦρ.' Simile quid exstat in Hesychio.

4. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 82: δεδοκημένος· . . . εἰς δὲ τὸ ἑητορικὸν λεξικὸν εὔρον τὸ ἐκδεχόμενος, ἐπιτηρῶν· 'ἐνθ' ἄρ' ὄγ' ἐστήζει δεδοκημένος [Π. ο 730]'. ἔστι δὲ παρακείμενος παθητικὸς ἀπὸ τοῦ δοκῶ. Neque aliena exhibet

Suidas. Hesychius: δεδοκημένος· επιτηρῶν. [Vide Eust. p. 1040, 13.]

5. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 83: δειμαλέος· εὐλαβής· οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν. Eandem glossulam habet Suidas, quacum componas Hesychii verba: δειμαλέον· φοβερόν.

6. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 84: δειπνολόγη· κλεπτοτρόφον· οὕτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικόν. Conuenit Suidas.

7. Et. M. p. 267, 27 [cod. Flor. l. c. p. 87]: διακωδωνισθέντες· διαψηφισθέντες· ἐπὶ πλείστον ἐπὶ τῶν διαπειζομένων λαμβάνεται· τέτακται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διαπειραθέντες. οὕτω Λυσίας. ἀπὸ τῶν ἵππων μετενήγεται· εἴωθασι γὰρ οὕτω δοκιμάζειν τοὺς γενναίους ἵππους, εἰ μὴ καταπλήσσονται τὸν ἐν τῷ πολέμῳ θόρυβον, τοὺς κώδωνας ψοφοῦντες. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Quibus persimilis est Suidae gl. s. u. διακωδωνίσω. Hesychius concinit cum Etymologo in uerbis prioribus.

8. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 87: διαμυλλαίνειν· διαμωκᾶσθαι τοῖς χεῖλεσιν. Ἀριστοφάνης [uesp. 1315]· οὗτος δὲ διεμύλλαιεν ὡς δὴ δέξις. εἴρηται ἀπὸ τῶν μυλλῶν [cod. Flor. μελῶν]. μύλλαι γὰρ τὰ χεῖλη· καὶ μύσταξ. ἢ τὸ ἐσθίειν καὶ διακόπτειν καὶ διαστρέφειν τὰ χεῖλη. οὕτως εἰς τὸ λεξικόν. Conspirant et Suidas, qui idem Aristophanis testimonium affert, et Hesychius.

9. Et. M. p. 274, 55 [cod. Flor. l. c. p. 89]: διιππασία καὶ πανιππασία [codd.: ἀνιππασία]· τῶν ἵππων ἄμιλλα· ὡσπερ δὴ διωμοσία καὶ ἀνωμοσία τὸν αὐτὸν ἄμφω δηλοῖ. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Congruit Suidas.

10. Et. M. p. 313, 41 [cod. Flor. l. c. p. 98]: ἐγχυτρίστριαι· αἱ τὰς χάσας τοῖς τετελευκόσιν ἐπιφέρουσαι. ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι καταχυτρίσαι ὡς Ἀριστοφάνης· ἐγχυτριστριάς δὲ λέγει καὶ ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαιρουσιν, αἷμα ἐπιχέουσαι ἱερείου· καὶ τὰς θρηνητριάς· ἔτι γε μὴν καὶ τὰς μαίας τὰς ἐπιθεισας ἐν χύτραις τὰ βρέφη. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Fere ad uerbum cuncta in Suidae lexico reperiuntur. Cf. p. 242.

11. Et. M. p. 348, 43 [cod. Flor. l. c. p. 117]: ἐξιτηρίους· εὐχὰς ἐφοδίους τοῖς πρὸς ἕξοδον ἔχουσιν ἢ πρὸς θάνατον.

παρὰ τὸ ἴημι. ῥητορικῆ. Verba ab initio usque ad 'Θάνατον' omnia apud Suidam redeunt.

12. Et. M. p. 358 initio [cod. Flor. l. c. p. 120]: ἐπιβλής· Ἀρισταρχος τὸ ἐπιβλής ὡς ἀλήτης, ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὀξύνει ὡς ἀδιής, ὑγιῶς πάνν· οὐ γὰρ ἔστι βλής μονοσύλλαβον καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας, ἵνα ἐν τῇ συνθέσει βαρύνηται, ὡσπερ τὸ Κρής, ἐτεόκρης· αὕτη γὰρ ἡ ἀναλογία τῶν εἰς ἧς μονοσυλλάβων, εἰ δὲ συνεσηματίσται, ὀφείλει ὀξύνειν· τὰ γὰρ εἰς ἧς λήγοντα ἀρσενικὰ σύνθετα ὑπάρχοντα, ἔχοντα ἐν τῷ τέλει μίαν συλλαβὴν τοῦ ῥήματος, καὶ διὰ τοῦ τῶς κλιόμενα, ἅπαντα ὀξύνονται· οἷον προβλής, ἡμιθνής, ἀδιής, ἀσπιδαποβλής καὶ τὸ ἐκ τριῶν λέξεων ὑπάρχον ὀξύνεται, ἢ παρὰ Ἀριστοφάνει [uesp. 592]· 'χω μέγας [οὔτος] κολακῶννος ἀσπιδαποβλής'. οἱ μὲν φασιν ὅτι δοκός ἐστιν, οἱ δὲ ποιότης. οὔτως εὔρον εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικόν. Quamquam Suidas sola uerba extrema οἱ μὲν — δοκός ἐστιν exhibet, Hesychius autem ceterique alia tradunt, tamen non dubito cuncta, quae ex codice Flor. transcripsi, Aelio Dionysio uel Pausaniae adiudicare media expositione Ascalonitae excepta.

Ad § 8b. 13. Et. M. p. 209, 52 [cod. Flor. l. c. p. 69]: Βουτάδαι· δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηίδος Βουτία, ἀπ' ἧς οἱ δημόται. ἢ οἱ ἀπὸ Βούτου. οὔτος δὲ ὁ Βούτης τὴν ἱερωσύνην ἔσχε· καὶ ἀπ' αὐτοῦ Βουτάδαι ἐκαλοῦντο. τὸ γὰρ ἔτεον ἀληθὲς δηλοῖ. οὔτως ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Verba ab initio usque ad οἱ δημόται substantium etiam Harpocration et Suidas plane descripsere. Hesychius: Βουτάδαι· γένος Ἀθήνησιν, ἀπὸ τῆς Βούτου γενεᾶς.

14. Et. M. p. 272, 22 [cod. Flor. l. c. p. 88]: διδάσκαλον· [οὐ καθηγητὴν λεκτέον] ἰδίως δὲ διδασκάλους λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμωδιῶν ἢ τῶν τραγωδιῶν ἢ τοὺς μουσικούς. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Eadem habet Suidas initio 'οὐ καθηγητὴν λεκτέον' et fine 'ἢ τοὺς μουσικούς' omisso, addit autem testimonium Sophoclis Phil. 387. Quibus persimilia exhibet Harpocration adnexis testimoniis Antiphontis et Aristotelis (ἐν ταῖς Διδασκαλίαις). Neque aliena sunt, quae apud Hesychium et in lexico V. Bekk. p. 235, 9 reperiuntur.

Ad § 9. I. 1. Et. M. p. 730, 21 [cod. Flor. I. c. p. 273]: *στρηγόν· οί μὲν τὸ ὄξυ καὶ ἀνατεταμένον. Νικόστρατος δὲ τὸ τραχὺ καὶ πρόσαντες τῇ ἀκοῇ φθέγμα. Conuenit Photius. Simillima leguntur in Hesychii lexico s. u. στρηγές· σαφές, ἰσχυρόν, τραχύ, στρηγόν, ὄξύ, ἀνατετα(γ)μένον [cf. Etymologi glossam], στρηγόν.*

2. Et. M. p. 761, 38 [cod. Flor. I. c. p. 283]: *τὸ κηρύκειον, ἢ τὴν μάχειραν· λεγόμενόν τι . . . ῥητορικῆ. Idem habet Photius.*

3. Et. M. p. 766, 33 [cod. Flor. I. c. p. 285]: *τριόττις [cod. τριόττης]· περιτραχήλιος κόσμος, ἔχων τρεῖς οἰονεὶ ὀφθαλμούς, καὶ μὴ ποτε παρὰ τοὺς ὄσσοις, ὡς ἀμβλυώττειν. ῥητορικῆ. Conuenit Photius. Similia praebet Eustathius p. 976, 35, quae ex atticistis fluxisse propter τοὺς Ἀττικοὺς laudatos uerisimile est.*

Ad § 9. II. desunt glossae rhetoricae.

Ad § 9. III. 1. Et. M. p. 190, 28 [cod. Flor. I. c. p. 61]: *βασκαίνει· . . . εἴρηται δὲ παρὰ τὸ βάσκανος, βασκαίνω ἢ παρὰ τὸ γασκαίνω ὅτι τοῖς γάσει καίνει, ὃ ἔστι φθείρει διὰ τοῦ βλέμματος. ῥητορικῆ. Cf. codicem V Etymologici M., ubi eadem occurrunt.*

2. Et. M. deest: cod. Flor. I. c. p. 62: *βαστραχαλίσαι· τραχηλιάσαι· οὗς ἐγόρον οἱ [αἰ] Θράκιαι βάχχαι [cod. Θράκια] καλούμεναι οὕτως ἀπὸ τοῦ Βασσαρέως Διονύσου· ἦσαν δὲ ποιητοὶ καὶ ποδηῖροι· Αἰσχύλος ἐν Ἡδωνοῖς· ὅστις χιτῶνας βασσάρας τε Ἀυδίας ἔχει | ποδηῖροις· ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.*

3. Et. M. p. 192, 33 [cod. Flor. I. c. p. 62]: *βδελυρός [cod. = λλ]· ὁ ἀηδής, καὶ τοῦ μυσάττεσθαι καὶ ἀποστρέφεσθαι ἄξιος· καὶ βδελύττομαι εἴρηται παρὰ τὴν βδέλλαν. ἢ παρὰ τὸ βδάλλω, βδαλυρός, ὡς λήγω, λαγαρός, λέπω, λεπυρός· τουτέστιν ὁ ἀναιδής καὶ πανταχόθεν ἔλκειν καὶ ἀρπάζειν βουλόμενος. ἀπὸ τούτου καὶ ἡ βδελυγμία ἀπὸ [corr. ἀντί] τοῦ μίσους καὶ ἡ βδελυγία. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν.*

4. Et. M. p. 214, 44 [cod. Flor. I. c. p. 71]: *βρόταχος· τὸν βάτραχον Ἴωνες, καὶ Ἀριστοφάνης καὶ παρὰ Ξενοφάνει [cod. Flor. Ξενοφῶντι]. βάτραχος καὶ καθ' ὑπερβι-*



βασμόν, βράταχος καὶ βρόταχος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν καὶ ῥητορική.

5. Et. M. p. 311, 52 [cod. Flor. l. c. p. 97]: ἐγγλαπῆναι· ἐπὶ τῶν νεοσσῶν κυρίως, παρὰ τὸ λέπος. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.

6. Et. M. p. 313, 7 [cod. Flor. l. c. p. 97]: ἐγγεσίμαργος· τοῖς ἐγγεσι μαινόμενος. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Cf. Hesych.

7. Et. M. deest [cf. p. 336, 8]: cod. Flor. l. c. p. 110: ἐμπερονήσασθαι· ἐμπετορπῶσθαι. Μένανδρος· οἶμαί σε τὸν ἐπ' ἀριστερὰ ἐμπερονήμενον' ἀπὸ τῆς περόνης. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.

## INDEX

glossarum Etymologici M., quae hac in dissertatione tractantur <sup>1)</sup>.

- |   |  |  |
|---|--|--|
| <p> <i>ἀβάκησαν</i> 231.<br/> <i>ἄβληχρον</i> 231.<br/> <i>ἀγέρωχος</i> 233.<br/> <i>ἀγίλιω</i> 233.<br/> <i>αἵμασιά</i> 224.<br/> <i>ἀκτὴ</i> 208.<br/> <i>ἀλάστωρ</i> 229.<br/> <i>ἀμωσγέπως</i> 244.<br/> <i>ἀσφάραγος</i> 230.<br/> <i>* ἀτρούγετος</i> 187.<br/> <i>βάβαξ</i> 254.<br/> <i>βαβάκτης</i> 255.<br/> <i>βαθεῖαν ἀνλακα</i> 257.<br/> <i>βάκηλος</i> 239.<br/> <i>βαλανάγρα</i> 239.<br/> <i>βαλβίς</i> — <i>βαλβίαιν</i> 255.<br/> <i>βαμβαίνω</i> 232.<br/> <i>βάνανσος</i> 223.<br/> <i>βάραθρον</i> 239.<br/> <i>βασανίζειν</i> 244.<br/> <i>βασιλῆς</i> 255.<br/> <i>βασκαίνει</i> 260.<br/> <i>βαστραχάλισαι</i> 260.<br/> <i>Βάτεια</i> 253.<br/> <i>βατῆρ</i> 206.<br/> <i>βάταλος</i> 245.<br/> <i>βδελυρός</i> 260.         </p> | <p> <i>βῆ</i> 207.<br/> <i>βλαισός</i> 228.<br/> <i>βλάξ</i> 232.<br/> <i>βληχρόν</i> 231.<br/> <i>βόλιμος</i> 254.<br/> <i>βομβύλιος</i> 255.<br/> <i>βουληφόρος</i> 257.<br/> <i>Βουτάδαι</i> 259.<br/> <i>βρέγμα καὶ βρεχμόν</i><br/>             240.<br/> <i>βρόταχος</i> 260.<br/> <i>βρόττοντες</i> 254.<br/> <i>γαζοφνλάκιον</i> 240.<br/> <i>γάκινος</i> 252.<br/> <i>γεραῖραι</i> 205.<br/> <i>γεώλοφος</i> 207.<br/> <i>γλαφυρόν</i> 224.<br/> <i>γλίσχος</i> 232.<br/> <i>γνύπεται</i> 254.<br/> <i>γνώμων</i> 252.<br/> <i>δακτύλιος</i> 252.<br/> <i>δαλός</i> 257.<br/> <i>δανά</i> 227.<br/> <i>δαπίδες</i> 256.<br/> <i>δεδοκήμενος</i> 257.<br/> <i>δεῖγμα</i> 245.<br/> <i>δειμαλός</i> 258.         </p> | <p> <i>δεινός</i> 240.<br/> <i>δειπνολόγη</i> 258.<br/> <i>δέρτρον</i> 229.<br/> <i>δημόσιος</i> 245.<br/> <i>διακωδωνισθέντες</i> 258.<br/> <i>διαῤῥικνοῦσθαι</i> 254.<br/> <i>διαμυλλάειν</i> 258.<br/> <i>διγonos μάσθλης</i> 253.<br/> <i>διδάσκαλον</i> 259.<br/> <i>διδοιδύκισε</i> 240.<br/> <i>διππασία καὶ πανιππασία</i> 258.<br/> <i>δυσωπεισθαι</i> 245.<br/> <i>ἐβδομεόμενα</i> 246.<br/> <i>ἐγγιον</i> 240.<br/> <i>ἐγγλαπῆναι</i> 261.<br/> <i>ἐγκεκαυμένη</i> 253.<br/> <i>ἐγκεκοισρωμένος</i> 241.<br/> <i>ἐγκεκορδυλημένος</i> 241.<br/> <i>ἐγκιλικίζειν</i> 241.<br/> <i>ἐγκινούμενος</i> 254.<br/> <i>ἐγκνσίχωλος</i> 249.<br/> <i>ἐγορηγόσιον</i> 207.<br/> <i>ἐγχεσίμαργος</i> 261.<br/> <i>ἐγχουσα</i> 241.<br/> <i>ἐγχτρῖζειν</i> 242.<br/> <i>ἐγχτρῖστραι</i> 258.         </p> |
|---|--|--|

1) Glossae, quae asterisco notatae sunt, Photio debentur.

ἐδέατρος 208.  
 ἐδεύετο 208.  
 ἐδημώθη 242.  
 ἐδωλιάσαι 242.  
 εἰθύφαλλοι 256.  
 εἰκός 242.  
 εἰρεσιώνη 256.  
 εἴρω 253.  
 ἐκ κλιμακος 209.  
 ἐκλώζετε 225.  
 ἐλινώ 243.  
 ἐλληνοταμίαι 246.  
 ἐμπερονήσασθαι 261.  
 ἔνδεκα 194. 212.  
 ἔνεργμος 253.  
 ἐνηλύσια 201.  
 Ἐννεάκρονος 247.  
 ἐνωμοτία 243.  
 ἐνώμοτος 243.  
 ἐξηγηταί 247.  
 ἐξιτηρίους 258.  
 ἐξούλης 228.  
 ἐξωμίς 227.  
 ἐπακρία χώρα 243.  
 ἐπενεγκεῖν δόρυ cett.  
 247.  
 ἐπηλνγάζονται 226.  
 ἐπιβλής 259.  
 ἐπιγονατίς 257.  
 ἐπιθέτους ἑορτάς 247.  
 ἐπιλάρκισμα 253.  
 ἐπίπαστα 223.  
 ἐπιστροφάδην 244.  
 ἐπιτάξ 254.  
 ἐπιτηθή 216.  
 ἐπίτιμος 244.  
 ἐρανιστής 257.  
 \*ἐρεσχελεῖν 179.  
 ἐρπήν 199. 204.  
 ἐσάλευε 202.  
 \*ἐσκοροδισμένος 179.  
 ἐσμός 197.  
 ἐσμωνισμένον 250.

\*ἐσπάθα 179.  
 ἐσχάρα 194. 211.  
 \*ἐτερόγναθος ἵππος  
 180.  
 ἐτήσιοι 200.  
 ἐτηήρουσις 250.  
 εὐεικτον 234.  
 \*εὐερκίας 180.  
 εὐεστώ 234.  
 εὐνήμενος 235.  
 \*εὐήνος 180.  
 \*εὐθημοσύνη 181.  
 εὐθνδικία 235.  
 εὐῆκλον 250.  
 εὐκράς 235.  
 \*Εὐμολπίδαι 181.  
 \*εὐναῖος 181.  
 \*εὐράχαντες 181.  
 ἐφακτοὺς τόκους 250.  
 \*ἔφεις 181.  
 ἐχίνος 248.  
 Ζάμολις 235.  
 ζειραί 201. 221.  
 ζύγαστρον 196. 201. 210.  
 \*ἡγητορία 191.  
 ἡλεκτρον 236.  
 ἡλυσιν 198.  
 ἡμεροκαλλές 222.  
 ἡμιδιπλοῖδιον 250.  
 ἡμιμέδιμνον 248.  
 ἡμιολίας 257.  
 ἡνυστρον 236.  
 θέσθαι 248.  
 \*ἰάλεμος 182.  
 \*ἰδιαίτερον 183.  
 \*ἰδρυσίς 185.  
 \*ἰεραῖσθαι 184.  
 \*ἰερόν γάμον 183.  
 \*Ἰερώνυμος 185.  
 \*ἰερωῖσθαι 184.  
 \*ἰθύφαλλοι 185.  
 \*ἰσχρομυθοῦντες 185.  
 \*κερασβόλον 191.

\*κορεσθῆναι 191.  
 \*Κρόνος 191.  
 \*νεαλής 186.  
 \*ξηρός ἰδρώς 186.  
 \*ὀβολός 191.  
 \*ὄτοργηφάγον 186.  
 \*Πάνδια 188.  
 \*Πάραλος 188.  
 \*παρέμενος 191.  
 σκιρῆν δὲ ἦν ἔχονσι 249  
 στρηρόν 260.  
 σφαδάζειν 196.  
 σφαιρωτήρ 237.  
 \*τάγυρι 190.  
 \*τανύποδας 190.  
 \*τανύπτερος 190.  
 \*τάπητες 190.  
 \*ταραντεῖνον 190.  
 \*Ταραντιναὶ βαφαί 190.  
 ταρῆοι καὶ ταρσοί 201.  
 217.  
 \*τάρταρος 190.  
 \*τανροφάγον 190.  
 \*τελενικίσα 191.  
 \*τελεσθῆναι 191.  
 \*τελετή 191.  
 \*τελισκόμενος 190.  
 \*Τελμισσεῖς 191.  
 \*τένθης 191.  
 \*τένοντας 191.  
 τεροθρία 204.  
 \*τερμυθός 191.  
 τευτάζειν 221.  
 τηθή 216.  
 τίμημα 249.  
 τιμητικὸν πινακίον 250.  
 τὸ κατακύλλωμα 237.  
 τὸ κηρύκειον 260.  
 τολύνιον 193.  
 τοξόται 251.  
 τραπεζοποίος 251.  
 τράχηλος 223.  
 τριακλίνδης 251.

τριότης 260.	ὑποσακίζειν 218.	φαρμάξας 238.
τριπαῖα 251.	ὑποσμήχονσα 238.	φαργγίνδην 239.
τροπῆς ἀποσκίασμα 237.	ὑπουλαγόνατα cett. 238.	φατνώματα 203. 221.
τροπίδια 251.	ὑπουλος 238.	φανλία 214.
τρούζει 220.	ὑπωμοσία 200. 215.	φανλον 214.
τροσίππειον 209.	*ὑφαλοι 193.	φελλυνός 239.
τρονφάλεια 237.	ὑφαλος ἄνθρωπος 193.	φελόνης 202.
τυντλάζειν 203.	φαινόλης 198.	φερρέσβιος 239.
ὑβρις 202.	φάλος 204.	φέρτερον 239.
Ἰγῆς 237.	φάνιον 238.	φέψαλος 220.
ὑπήνη 219.	φάρμακον 251.	φορά 203. 223.

## CORRIGENDA :

- p. 193 adn. § 7, 8 in § 7, 6.  
p. 201 adn. 2 § 5, 11 in § 5, 12.  
p. 203 adn. 1 § 5, 10 in § 5, 11.  
p. 203 adn. 3 § 5, 15 in § 5, 16.

213

DE

GLOSSIS LEXICI HESYCHIANI ITALICIS

Res ardua, uetustis nouitatem  
dare, nouis auctoritatem, obso-  
letis nitorem, obscuris lucem,  
fastiditis gratiam, dubiis fidem.

Plinius.

SCRIPSIT

OTTO IMMISCH.



## PRAEFATIO.

---

Vocabula Latina, quibus omnino haud fere ullum ex servatis Graecorum lexicis prorsus caret, non pauca etiam in Hesychio latere primus<sup>1)</sup> docuit Salmasius: 'multas Latinas glossulas habet ille doctissimus grammaticus, quas cum Graecis confundit, non admonito, cui dialecto uel idiomati debeantur, quod saepe imposuit uiris doctis' (ad script. hist. Aug. [Paris. 1520] p. 400 f.). Quod quam recte dixerit, docere potest glossa ἡδίκτων· συνδοκτικόν, quam aperte Latinam pro Tarentina uendidit uel M. Schmidt, ztschr. f. d. alt. 1856 p. 128.

Animaduerterunt idem inde alii, qua de re uide testimonia uirorum doctorum editioni Albertianae praefixa. Neque tamen horum omnium de singulis iudicia ubique examinare necesse erit. Nam licet multa ingeniose exposuerint: in comparandis utriusque linguae uocibus suum magis arbitrium, quam certas leges secuntur<sup>2)</sup>.

Collegit primus glossas Latinas Pearson, adu. Hesych. II p. 824, hic tamen non plures quam septendecim.

Nostra autem aetate primus Koeler 'einrichtung eines thesaurus d. lat. sprache' (Wolfii litt. anall. IV p. 313 sq.) significauit saltem, quantum bonae frugis ex his apud Graecos tamquam

---

1) Musurus quidem deleuit Latina, unde fit, ut desint Aldinae.

2) σεβερός· εὐσεβής, δίκαιος Latinum *seuerus* putauit Tittmann, Zonar. p. 1632. — τὸν δ' ἀρ'· πρὸς τοῦτον δέ, Italicum *ar* (= *ad*) subodorabatur Zeysz KZ XVI p. 377. — Similiter erraret, qui Etym. Gud. p. 323, 57: κίς (κίς cod.)· εἰς τὸ τίς Lat. *quis* compararet. Subest enim speciosissima glossa Thessalica, quam data occasione significasse non inutile erit.

exsulibus uocabulis ad cognoscendam linguam Latinam percipi posset. Quod Koeleri iudicium nunc, cum Woelfflinii auctoritate thesauri illius opus denuo inauguratum sit, repetitum et quo ualeat accuratius expositum uidemus in eius 'archiv f. lat. lexicographie' a uiris doctis Groebero (I p. 37. 67) et Helmreichio (ibid. p. 326). Sed iam antea horum studiorum quid sit pretii, peculiari libro docuit Wannowski, qui 'antiquitates Romanas e Graecis fontibus' explicauit (Regimont. 1846), cui quamquam in singulis adsentiri saepe nequeo, tamen me plurimum debere libenter profiteor. Idem cadit in Weberi dissertationes 'de Latine scriptis, quae Graeci ueteres in linguam suam translulerunt' (4 partes, Cassellis 1835—1852). Pauca tantum de Hesychio huius uerba sunt II p. 21. 'De linguae Latinae apud Plutarchum uestigiis' disseruit Sickinger, Heidelberg. 1883. De nominum propriorum scribendorum ratione utilissimas quaestiones instituit Dittenberger Hermes VI p. 129 sq. 281 sq., adhibitis etiam titulorum testimoniis. Angustio rem agrum coluit Koerting 'de uocibus Latinis, quae apud Io. Malalam inueniuntur' (Monast. 1879). Orthoepiae denique Latinae documenta quaesierunt apud Graecos Corssen, Schuchardt, Schmitz ('beiträge zur lat. sprach- und litteraturkunde'), iniuria neglexit, cuius de Latinae linguae pronuntiatione nuper prodiit liber, Seelmann.

Spectare autem Hesychiana illa non solum ad recentiora tempora labentis et Latinitatis et Graecitatis, tamquam 'carbones ex Graeco uulgari in pretiosissimo Hellenismi thesauro' (Tanaquil Faber), uerum nitere in eis interdum speciosissima lumina, non Latinae tantum, sed omnino Italicarum linguarum uetustate insignia documenta, nuperrime Buecheler rursus significauit potius quam exposuit (Rh. M. XXXV p. 626. XXXIX p. 420, Umbrica p. 58). Omnia autem cum arte inter se cohaerere uiderem, in Latinis acquiescere nolui, sed Italica Hesychiana explicanda mihi proposui.

Via autem et ratio dissertationis meae, a qua difficillimas illas de corporis Diogeniani origine et fati quaestiones non prorsus disiungi posse uidebam, haec erit, ut priore parte de



fontibus et auctoribus glossarum <sup>1)</sup> uerba faciam, altera deinde singulas recenseam. In fontium numero habeo partim linguas ipsas earumque quod ueterum traditione mihi innotuit mutuum quasi commercium, partim litterarum quaedam genera, unde manauerunt glossae in singulorum auctorum collectiones. Cum autem Italiam quomodo cultu atque humanitate occuparent Graeci cumque his simul lingua quoque Graeca, multi iam pridem demonstrauerint, in priore libelli parte meum contrarium est consilium, ut quaeram, quae ab Italicis fontibus in Graeciam manauerint. Nimis enim neglecta haec inter philologorum curas iacent. Venia autem mihi petenda est, si quando in hoc inculato agro aut fruge deceptus uidebor aut ab Hesychiano prato longius aberrabo.

## I.

*Fontes et auctores.*

## Cap. I. Vetustissima Italica. (Fontes.)

§ 1. Fuisse in magna Graecia cognatarum linguarum quasi communia quaedam confinia satis omnes scimus. Causas quaerunt ex commercio illo artissimo, quo inde a saeculo a. Chr. tertio Graeci cum Latinis, multo autem iam antea cum ceteris Italicis coniuncti erant (Saalfeld Italograeca p. 13). Inde ῥὶ ὀνύχια in usu erat Siculis (Photius s. u., cf. Pollux IV § 174sq.), quorum omnino nummi ratio a Graeca consuetudine aliena est: coniungit enim argentum Graecum cum aere Italico (Boeckh metrol. untersuchungen p. 292. Mommsen röm. münzwesen p. 77. Hultsch metrologie p. 290). Eidem Siculi primi, ut uidetur, reliquorum Graecorum peregrino more cognomina nominibus suis addere postea coeperunt (Franz ad CIG III no. 5595. Ritschl op. I p. 783). Linguas uero, quibus utebantur Italici et Italio-

1) Liceat mihi hinc inde, ubi nil refert, quantumuis ἀχρηστικῶς glossae uocabulo aequae de omnibus uti, de quibus dicendum est, siue illa posita sunt in lemmate, siue in explicatione.

tae, non integras ubique certisue finibus inclusas mansisse uel per se patet et fert ita omnino linguarum indoles et natura. Itaque nonnulla uocabula mutua facta sunt, quae nulla certa sede tamquam ἐν τῷ μεταίχμῳ uersarentur. Quibus addendum est aliud genus ex earum nationum dialectis adsumptum, quae ante Graecorum aduentum, ipsae haud satis saepe cognita nobis origine, regiones illas incoluerunt. Cecidit enim una cum earum patria libertate patrius quoque sermo nec restant iam nisi dubia quaedam eius residua. Cum his autem et Italio-  
tarum uariae dialecti et Italicorum inter se non minus diuersae ita coaluerunt, ut euaderet τύπος ille Ἰταλικός<sup>1)</sup>, quem in ethnicis bene animaduertent ueteres grammatici (e. g. Steph. Byz. u. Ἀμπελος)<sup>2)</sup>.

Siculos accepimus, antiquissimis temporibus continentis Italiae incolas, posthac in Siciliam transgressos ibique a Graecis aduenis superatos nonnulla ex ipsorum uernacula lingua, quam Ligusticae stirpis esse putauisse nidetur Philistus (Dion. Hal. I c. 22), Graecis uictoribus suppeditauisse (cf. Thucyd. VI c. 2).

Collegerunt eiusmodi uocabula Nissen ital. landeskunde I p. 549 et Weise Rh. M. XXXVIII p. 558. Cf. Varronem de ling. Lat. V § 101: 'lepus, quod Siculi quidam Graeci dicunt λέπριν: a Roma quod orti Siculi, ut annales ueteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen'. Gelae urbis nomen colonos Graecos deuictis Siculis debere Steph. Byz. s. u. tradit. Sunt plura deinde Sicularum urbium nomina, quae Italicam magis quam Graecam originem uidentur indicare, si quidem in rebus his incertissimis 'ad opinionem aucupari sententiam' mihi licet. De Rhegio Eustathius ad Dion. Per. u. 316: ῥῆγες καὶ ῥέγες οἱ βασιλεῖς, τῶν Σαννιτῶν οὕτω

1) Vel ipsis interdum inuitis. Crotoniatae quidem 'morituros se adfirmabant citius, quam immixti Bruttis in alienos ritus, mores legesque ac mox linguam etiam uerterentur'. Liu. XXIV c. 3. Cramer de studiis, quae ueteres ad aliarum gentium contulerunt linguas p. 19 sq.

2) Spectat huc satis exile Ioannis Iuuenis dictionarium Tarentinum, quod exstat in 'delectu script. rer. Neapolit.' Neap. 1735 p. 374 sq.

καλεσάντων (Ρήγιον) δι' ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, adstipulante quidem Corsseno I<sup>2</sup> p. 450<sup>1</sup>). In mentem ueniunt praeterea Ἐρβηρσός (*herba?* cf. Ἐρεβίδαί· μέρος Λωτοφάγων, Steph. Byz.), Κύπη (*cura?*), Λόγγουρος (Lycophr. 868) et Λογγώνη (*longus?* cf. Ἄλβα Λόγγα Volscumque oppidum Λογγόλα), Μοτύη Μοτύλαι (Μοτίνη, *Mutina?*), Ὑβλα (*uula?*).

Omnino in his utriusque linguae, uti iam dixi, confiniis fuerunt, qui nec Itali nec Graeci uiderentur et uocarentur Semi-graeci, quemadmodum uocat Rudinum Ennium Suetonius. In Hesychii autem lexico satis multae exstant Graecorum in Italia habitantium aut Italorum Semigraecorum glossae. Πολλαχρόν· καλόν qui leget, non agnoscet *polcrum*, *pulchrum?* Ἐριέντης· Ἀφροδίτης ἐπόνυμον: nonne *heriom* Umbrorum et Oscorum uerbum, non dea Oscorum et Paelignorum *Herentas* in mentem uenit? Νάρα· συνήμι: occurrunt extemplo *narus*, *gnaruris*, *gnaritur?*. Docta haec uerba Buecheleri sunt (*Umbria* p. 58).

Sed non solum singulorum uocabulorum quadam uicissim facta mutuatione mixtae et temperatae erant illae dialecti, uerum insigniuit τύπος ille Ἰταλικός ex parte saltem structuram quoque uerborum complicauitque ita totius linguae textile, ut Graeco tamquam stamini subire uideretur subtemen Italicum. Non semel inuenitur illud in ethnicis usitatum -ίνος (Lat. -inus) tamquam Italicum a grammaticis adnotatum, uelut a Stephano Byz., qui u. Ἀβακαῖνον id dicit οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν. Idem u. Ἀμβρακία Siculum Philistum Σικελικῶ τύπω Ἀμβρακίως dixisse tradit, cum alii dicerent uel Ἀμβρακειός uel Ἀμβρακιώτης. Fuerunt deinde plures urbes nomine Ἀμπελος: harum incolae sunt Ἀμπελίται, solius Italicæ Ampeliciues sunt Ἀμπελίνοι. Cf. Ἀρρητίνος, Βρεντεσίνοσ, Λεοντίνος, Μεταποντίνος, Ρηγίνος, Ταραντίνος. Iure igitur Ahrens II p. 390, licet obstet unum Ἀμοργίνος: 'en Italicarum linguarum uicinia, unde Siceliotæ et Italiotæ eam terminationem adsumpserunt'. Est autem eadem fere ratio terminationis -ήσιος

1) Alii comparant ῥήγ-νν-μι. Fest. p. 270.

(Lat. *-ensis*). Τύπος Ἰταλικὸς Ποτολήσιοι, rursus Stephanus. Herodianus uero II p. 614, 11: τὸ Κλήμης Κλήμεντος καὶ Κρήσσης Κρήσκεντος, Οὐάλης Οὐάλεντος, Μάνης Μάνεντος διὰ τοῦ ἐντὸς κλινόμενα καὶ τὰς εὐθείας ἔχοντα διὰ τοῦ ἦ οὐ τῆς κοινῆς, ἀλλὰ τῆς Σικελικῆς ἀρχαιότητος ἴδιον.

Iam uide, quae ex bono sane fonte hausit Fauorinus u. Σικελοί. Σικελοὶ ὁμοίως τοῖς Κολοφωνίοις δοτικῶν χρῶνται ἀντὶ γενικῆς τῆς παρὰ προθέσεως ἔξωθεν λαμβανομένης, οἷον 'δέξαι ἱερεῖα' ἀντὶ τοῦ 'παρὰ τῆς ἱερείας'<sup>1)</sup>. Hic nonne cum Ahrente dicemus: 'en Italicarum linguarum uicinia', ablatiuum casum quae seruauerint. Addo alia. Anaptyxin uocalium Tarentini adamabant: τоронос· τόρνος. Ταραντινοί, Hesychius. Oscis in hac linguae ut ita dicam laxitate uidentur similes (Brupacher *osk. lautlehre* p. 53). Quibuscum, nisi fallor, dentalem praeterea sonum antecedenti nasali solebant adsimilem facere. Sic enim explico Hesychiana ἀνωδέως (cod. ἀνωδεῶς)· τρυφερῶς, σοβαρῶς et ἄνωμα· θρυπτόμενα, Ταραντινοί, nimirum tamquam ἀνωδέως et ἄνωμα. Sic Osci *upsannam* (operandam), prisca Latini *dispennite*. Vide G. Meyerum *zeitschr. f. österr. gymn.* 1885 p. 283: 'Die assimilation von *nd* zu *nn* ist umbrisch und oskisch. Die lateinischen beispiele stammen bis auf eins aus inschriften Süditaliens, wo der lautwandel noch heute besteht' (cf. Schuchardt. I p. 146, Seelmann. 'aussprache d. Latein' p. 312). Nec obstat, quod in illis ἀνωδέως et ἄνωμα ab initio *νθ* est, non *νδ*. Fluctuare enim incerto sono uidetur dentalis progressa nasali<sup>2)</sup>. Velut Illyrici *Andenum* dixerunt, qui Graece est Ἀνθηρός (Tomaschek, *Bezenb.* IX p. 99). Nec tamen desunt exempla, ubi *νδ* quoque Italiotis abiit in *νν*. Velut non casu natum puto, quod legi in Zonarae

1) Colophonios laudat ob exempla huius usus Homericā, ex quibus ipse Fauorinus apponit uersum *B* 106: δέξατό οἱ σῆπτρον πατρώιον, ἄφθιτον αἰεί. — Ceterum simili modo cum Syracusana Homericam dialectum comparat Orion p. 136, 16. Nec defuerunt, qui Homerum non dico Italiotam, sed Romanum appellare non dubitarent. (Suidas u. Ὀμηρος. Westermann *biogr.* p. 29, 1. 31, 8.)

2) Cf. *mendax, mentiri, πίνδαξ, πνθμήν*.

libro manuscripto Dresdensi, ἀστάνης, quo loco Hesychius praebet ἀστάνδης (ἄγγελος. Ταραντινοί). Plura exempla uidebimus infra.

Iidem Tarentini Herodiano teste (I p. 141, 19) dicebant ὀλλιοσιν pro ὀλλοισιν, frequens quidem illud in aliis quoque dialectis (cf. Boeot. ἰών, Blass, aussprache d. Griech.<sup>2</sup> p. 91). Non tamen alienum erit apponere Oscum *Maiiò* (Magio), Umbriticum *mestru*, Latinum *maior*.

Talis igitur cum esset sermonis Italiotarum indoles, reliquis Graecis eum barbarum uisum esse refertumque uocabulis ac locutionibus ἀλλοφύλοις nemo iam mirabitur. Unde Pythagorae quoque illam legem intellegendam esse censeo, qua suos iussit semper φωνῇ χρῆσθαι τῇ πατρῴα, quam quidem agnouit Bentleius Phalarid. p. 337 Ribb. Nec debet temptare Lobeck Aglaoph. I p. 16. Tarentinum illud, quod modo attuli, ὀλλιον in Hyperboli ore risum mouit Platoni comico (Etym. M. p. 621, 54). Plauti uero aetate uel Romae sciebant, quid interesset inter *atticissare* et *sicilissare* (prol. Men. u. 12). Lucilius denique Tarentinis, Consentinis, Siculis facilius se satis facturum sperauit quam fastidioso uel Scipionis uel Rutilii Rufi iudicio (Cicero de fin. I c. 3, 7).

Intellegitur autem illud quoque ex hac communi Italiotarum sermonis clade, cur factum sit, ut, etiamsi diuersis Doridis dialectis addicendi sunt Italiotae et Siceliotae disceduntque inter se uicini quoque Italici, tamen grammatici Italicarum glossarum auctores haud accurate singulas solerent discernere (Valckenaer Adoniasusae p. 293). Illud igitur -ίνος modo Σικελικῶς, modo Ἰταλικῶς dictum docent, Siceliotas modo cum Tarentinis (Herodian. II p. 372, 18), modo cum Oscis coniungunt (id. I p. 54, 28)<sup>1)</sup>. Ne Ennius quidem, qui 'se tria corda habere dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret' (Gell. XVII c. 17), — quem tamen ut Rudinum Messapicam quoque linguam sciuisse procul dubio constat —, harum lin-

1) Καὶ οὐ μακρὸν ἐστὶ τῆς Σικελίας ἢ Ἰταλίας, de utriusque dialectis: Ath. VIII p. 362 b.

guarum discrimen satis accurate fecisse uidetur. Aut enim Oscis aut Graecis Messapios attribuit, neutris, ut uidetur, iure. Fortasse, si quando amplior his quaestionibus suppetet materia, in illis confiniis inuenientur uestigia uetustissimae alicuius linguae, quae, Graeco-Italicae matricis suboles, etsi ipsa cessit, tamen, ubi olim regnauit, artius coniunctas tenuit et discessuras temporum decursu nationes et harum simul discessuras dialectos <sup>1)</sup>).

§ 2. Non defuerunt Italiotis Musarum studia poeseosque quaedam propria eis genera uel argumentis uel compositione uel elocutione a reliquis diuersa. Sic *Ἀνθήαν σὺν τοῖς ἰδίοις ἀπαίροντα εἰς τὴν Ἑσπερίαν* celebrauit Stesichorus Himeraeus (Welcker kl. schr. I p. 183). Apud eundem Rheginumque Ibycum haud pauca legebant grammatici *κατὰ τύπον Ἰταλικόν* dicta (Mucke de dialectis Stesichori, Ibyci etc. p. 3. 68). Veluti fr. 27 B.: *ἴων δὲ κορωνίδας οὔλας* (cf. Hesych. u. *κορωνίδες*, καὶ οἱ ἐκ τῶν ἴων πεπλεγμένοι στέφανοι), quis non in usu uocabuli *κορωνίς* ut ita dicam Italismum sentit? Sicilismis autem ne Pindarus quidem abstinuit, cuius exempli gratia frequens est usus Syracusani quod dicitur perfecti (Curtius uerb. II<sup>2</sup> p. 201 sq.). Aeschylus porro, 'uir utique Siculus' (Macrob. sat. V c. 19, 17), *διατρέψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς* (Ath. IX p. 402 c). Inprimis uero hoc loco commemorandi sunt poetae comici *τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμωδίας* (Ath. I. I.), mimorumque cultores (X p. 452 f), Epicharmus, Sophro, Rintho, Blaesus et qui alii sunt *σπουδογελοίων* poetae, *ἰλαροτραγωδοί, φλυαγογράφοι*. Ex quibus Blaesus uel nomine suo Capriatem prae se fert (Steph. Byz.

1) Non sum nescius de lingua aliqua Graeco-Italica uehementer nunc dubitare uiros doctos (Brugmann in Techmeri internationale zeitschrift I p. 226 sq.). Persuasum autem habeo tunc demum solutum iri hanc quaestionem, cum accuratior erit notitia Illyricorum, Venetorum, Ligurum, Messapiorum et qui praeterea inter Graecos et Italicos medium quendam locum obtinuisse uidentur. Albanensium quoque lingua in has quaestiones uocanda erit.

u. *Καπρίη*). Cohaeret autem tota haec poesis artissime cum ludis, saltationibus, plenisque conuiciorum dialogis, quibus ut Horatii ille 'durus uindemiator' (sat. I, 7 u. 30), ita recentissimis quoque temporibus delectantur rustici Itali (Villoison anecd. graec. II p. 316. Führ de mimis Graec. p. 42). Una fere uidetur harum rerum species per totam Italiam fuisse: eadem enim erat et Campanorum et Italiotarum festiuitas, lasciuitas, dicacitas. Itaque factum est, ut inde ab illis mimis usque ad Atellanarum 'Oscum quondam ludicrum' non longe singula a uicinis recederent. 'Atellani: βιολόγοι' non casu est nata glossa Philoxeni. Praeterquam autem, quod compositionis genus et argumenta fabularum concinebant, τύποι quoque personarum erant communes. Βουκκίωνες, παράσιτοι: buccones, Cyrillus. Cf. *maccus* et Hesych. μόκκω νῶσις· παραφρονεῖς (περιφρ. cod.), παρὰ Βλαίσφ. Excepit haec ab altera parte Attica comoedia (cf. μακκοῶν Aristoph. equ. u. 62. 395), ab altera — quamquam multo post — Romana, unde intellegendum est Plautinum 'momar Siculus', quod ut abiit in glossaria Latina (Loewe prodromus p. 255), ita ex alio fonte peruenit in Graecorum lexica comica perque haec uel in Hesychium, quem uide u. μῶμαρ<sup>1)</sup>. Eiusdem generis est glossa βλεννόν· νωθῆ, μωρόν (cf. βλέννω Sophron. fr. 4 Ahr.), uide Plaut. Bacch. u. 1088: 'stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones'. 'blenni: putidi, tetri', glossam nouit Loewe l. l. p. 265. Praebet Hesychius: βλιτάς, καὶ βλίτωνας· ἐνήθεις, idem βλιτόνον· βλιτώδη, βλιτάς (cod. βαιτάς)· εὐτελής γυνή, ἀρχαία δὲ ἢ λέξις (cf. u. βαιτάδα et βαιτώνα, Suid. u. βλιτάδας, Bekker. anecd. I p. 84, 17). Cum his compara locum Plauti Truc. IV, 4, 1: 'blitea ac luteast meretrix' glossamque 'blitea: stulta' apud Loewium p. 76. 279. Prope rursus Aristophanes abest, nub. u. 1001: βλιτο-μάμμιαις.

Sed occurrunt alia quoque κατὰ τύπον Ἰταλικόν usurpata. Rhinthonis nominatio Δίς (Choeroboscus p. 181, 27. 211, 13) quis non adiungit Latinum *Dis*? Blaesus uero uel Saturnum

1) Cf. u. μῶμαρ. — *Mamers* comparat Froehner Philol. XXII p. 347.

Italicum in scaenam produxit (Ath. XI p. 487 c). Iudicio tamen in his Italograecis iudicandis opus est cautissimo, ne ἀλαζῶν μάρτυρ, ut cum Galeno loquar, fiat ἡ ἐτυμολογία. Constat enim mimographis illis, quippe qui ἔνεκα τοῦ γελασθῆναι scriberent, in deliciis fuisse uocabula non solum sordida et ab elegantiore usu aliena, uerum etiam detorta, aucta, imminuta, mutilata, meri σολοικισμοί (Ahrens II p. 82. Arens l. l. p. 5. 19). Et maxime quidem Rhintho, ὁ φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρρυνθ-μίζων ἐς τὸ γελοῖον (Steph. Byz. u. Τάρας) locutiones necesse uidetur finxisse, quas in νεφελozoκνυγία potius quam in Italia quaerere grammatici, λέξεις nobis quidem uere ἀπορομένας. Vide enim, quae de hoc litterarum genere Athenaeus habet (I p. 20b): Στράτων ὁ Ταραντίνος ἐθανμάζετο τοὺς διθυράμβους μισούμενος· τὰς δὲ κίθαροφθίας οἱ περὶ τὸν ἕξ Ἰταλίας Οἰωνῶν, ὅς καὶ Κύνλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναγαγὸν Ὀδυσσεῖα σολοικίζοντα. Itaque μεμπτέον Σώφρονα legimus Etym. M. p. 573, 54. Eundem, cum ὑγιώτερον pro ὑγιέστερον dixisset, σολοικίζειν animaduertit Philoxenus, Etym. M. p. 774, 45, et quidem τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἐριμείας μιμησάμενον. De Theocriti illis πλατειασδοίσις audi Valckenaerium (ad Adon. p. 381): 'uocabula Dorico Sicularum mulierum ore deformata delicatas hominis Alexandrini aures radebant'.

Epicharmi quoque λι (λίαν) et Συρακίω (Συρακοῦσαι) eadem ratione erunt metienda. Rhinthonis erant περάγην (περιεάγην), ἀμώσας (ἀνεμώσας), ἀγέτρια (ἀναγέτρια, obstetrix), quibus de uocabulis consulendus est Hesychius. Idem habet ἄκραμύλα (χραδαμύλα, cochlea) Siculosque docet ἄδρα dixisse pro Atticorum ἀκρόδρα. In eundem censum uocandum erit barbarum Μέταβοι i. g. Μεταπόντιοι (Hesych. u. μετάβολοι, collatis Steph. Byz. u. Μεταπόντιον, Eustath. ad Dion. Per. u. 369). Nec desunt Italicis linguis eiusmodi uoces quasi comprehendariae. 'Ut Praenestinis conia est ciconia', Plaut. Truc. III, 2, 23. Latina: antestari (\*antetestari), fastidium (\*fastutaedium), stipendium (\*stipipendium) apposuit Bréal KZ XX p. 80. Utque redeam ad soloecismos, ne prosae quidem orationis auctores



Siculos abstinuisse eis videntur. Veluti τὸ παρὰ Φιλίστῳ ἀντοχειρίσαντες de capta urbe positum *παμμιαρόν* dicit Pollux II § 154. A soloecismis uero non longe distat aduenticiorum uocabulorum usus, ueluti est apud Nauckium lex. Vindob. p. 312, 1: λέγομεν δὲ βαρβαρίζειν καὶ τὸν ἀλλοφύλῳ λέξει χρώμενον. Poetas uero illos Italicæ quæ uocatur comoediæ mimorumque auctores cum et *σολοικίζειν* et *βαρβαρίζειν* solitos esse satis docuerimus, iam non mirum erit ex illius poesis loquendi genere una cum multifariam detortis manuisse in grammaticorum Graecorum glossaria iam bonis temporibus nonnulla etiam uel optimæ notæ Ἰταλικά.

§ 3. Irrepserunt Sicilismi et Italismi uel in Atheniensium sermonem. *λίτρα* et *μόδιος*, quorum illud praeter Simonidem et Sophoclem (Photius u. *λίτρα*) comicis in usu est, hoc habet Corinthius — quod non nihil ualet <sup>1)</sup> — Dinarchus, commercio sane negotiatorum et mercatorum debentur suntque a comicis certo semper, ut uidetur, consilio adhibita. Veluti *λίτρα* dicit Diphilus uel Philemo in Siculo. Sed tenendum illud quoque est, parentes illos eloquentiae Atticae, Coracem, Tisiam, Gorgiam Siculos fuisse. Quid, quod uel Platonem scimus Sophronis mimos primum Athenas transduxisse καὶ ἡθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν (Diog. L. III c. 13, 18)? Ut porro in Stratonis elegantissima ecloga, quam seruaui Athenaeus (IX p. 382c), dominus contra coqui sui glossematicam doctrinam se defendit Philetaeque euolutis libris queritur: Ὀμηρικῶς γὰρ διανοεῖ μ' ἀπολλύναι: ita alios uerisimile est Σικελικῶς obrutos esse a coquis καινὰ ῥήματα πεπορισμένοις. Ὀψαρτυτικά enim glossae Siculis debentur plurimae, quippe qui fuerint ἀβροδίατοι μᾶλλον πάντων (Zenob. V § 94. cf. Horat. carm. III, 1 u. 19). Itaque quæ Chrysippus pemmatologus apud Athenaeum (XIV p. 647c) barbara nomina profundit liborum, eorum non omnia tam recentia sunt quam Ἰουλιανόν, Κρασσιανόν. Discernit ipse a Graeco-Italicis Graeco-Romana, nam *κάτιλλος*, *αἶτ*, *ὄρνᾶτος*

1) Non casu conuenit Lat. *aei* (*Caecilius*, CIL I no. 547b) cum Corinth. *aei* (*Ἀθανασία*, Roehl no. 20, 4).

λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις. De κλουστροπλακοῦς cf. Buecherum in Woelfflinii arch. I p. 111.

Cum tamen rariora uideantur haec Italismi in communi Graecorum sermone relictā uestigia, redeamus ad grammaticorum huius rei notitiam. De quibus ipsis ut Italicarum glossarum auctoribus singillatim infra erit dicendum: nunc perlustrantes doctrinae eorum fontes cum ipsam illam linguam eiusque indolem ac naturam, deinde uero λέξιν Italiotarum ζωμικὴν iam commemorauerimus, inquiramus tertio loco in rerum scriptores Italicarum, quorum ut reliquorum quoque λέξεις a grammaticis explicatas etiam in Hesychio inesse satis inter omnes constat.

Erit autem hic locus paulo accuratius tractandus. Hinc enim apparebit, cur Graecorum uel elegantiore doctrina instructorum uetustis illis temporibus Romae paene nulla, Italiae haud satis certa fuerit notitia. Athenienses quidem expeditionem Siculam parauerunt ἀπειροὶ οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικοῦντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων (Thuc. VI c. 1). Latissime autem regnat in illa antiquitate fabulosum Etruscorum nomen, quos omnium primos uidentur et pace et bello Graeci nouisse (Boeckh, Pind. II, 2 p. 224). Inde Ulixi Circesque filii, Agrius, Latinus (Romanus, Plut. Rom. c. 2), Telegonus μάλα τῆλε μυχῶ νήσων ἱερῶων πᾶσιν Τυρρηνοῖσιν ἀγαλλειτοῖσιν ἀνασσον (Hesiod. theog. u. 1013). Latinum *dea* pro Tusco uocabulo uendit Hesychius: δέα· θεὰ ὑπὸ Τυρρηνῶν, καὶ δείματα, φόβοι. Quanto autem rectius idem alio loco: αἰσοί· θεοὶ ὑπὸ Τυρρηνῶν. Nam 'aesar Etrusca lingua deus' (Suet. Aug. 97).

Alienum autem erit a nostro consilio ordine recensere, qui inde ab Hippyae Rhegino <sup>1)</sup> de rebus Italicis scripserint, aut uidere, quid cuiusque in Hesychium peruenerit, — hoc, quoad fieri poterit, in singulis glossis enarrandis faciemus: ad Latinas uero glossas uia munienda est nobis quaerendumque, quo

1) Πρῶτος ἔγραψε τὰς Σικελικὰς πράξεις, deinde etiam κτίσιν Ἰταλίας (Suidas s. u.). Glossas illum Italicas facile potuisse praebere, docent fr. 4. 5. 7. Müll.

tempore coeperint Graeci Romanarum rerum Latinaeque linguae accuratiorem quandam notitiam obtinere. Qua de re veterum testimonia collegit Schwegler hist. Rom. I<sup>2</sup> p. 3—7.

Proficiscendum autem mihi uidetur a loco Plinii, nat. hist. III c. 5, 57: 'Theophrastus primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit. Nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem dumtaxat a Gallis captam dixit, Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum missam, hic iam plus quam ex fama'. Cum his et quae conueniant et quae pugnent, inuenias. Conuenit, quod Theophrastus <sup>1)</sup> hist. plant. V c. 8 de Romanis eorumque quadam in Corsicam expeditione uerba facit. Clitarchi confirmant testimonia alii quoque testes nonnulli (cf. Arrian. VII c. 15, 5. Müller ad ps. Callisth. I c. 27 [cf. III c. 8], Niebuhr hist. Rom. [1853] p. 807). De Theopompo quoque facile Plinio adsentiemur, cum in Philippiis Italicarum rerum mentionem inueniamus, maxime, ut uidetur, in libro XXI. cf. fr. 140 sq. Müll. Nec pugnat Heraclidis Pontici mira inscientia, qui quidem dicat Romam πόλιν Ἑλληνίδα ἐκεῖ που κατοικημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλατταν (Plut. Cam. c. 22). Aristoteles uero, genuinus quidem, ne nomen quidem nouit ille Romanum (Dittenberger Herm. VI p. 312). Quae enim in eius uita Menagiana νόμιμα Ῥωμαίων commemorantur (Flach, Hesychius Mil. p. 249, 1), ea nimis redolent peripateticorum curiosum studium optimoque iure aliena esse ab auctore politiarum uere philosopho censet Rose Aristot. pseudepigr. p. 537.

Iam circumspeciamus, quae pugnare uideantur cum Plinio. Quod in Scylacis peripl. § 5 Romae fit mentio, sane nihil discernere potest. Sed obstant alia quoque testimonia, in primis Hellanici, cui eclogam illam, quae legitur de Roma condita apud Dion. Hal. I c. 72 uindicauit Preller, aufsätze p. 63. Verba autem haec sunt: ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ' ἐκάστην παραθέντα συναγαγὼν Αἰνεΐαν ἤρσι ἐκ Μολοτιῶν εἰς

1) Laudatur Theophrastus etiam ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν schol. Pind. Pyth. II u. 3, ubi non uideo, cur Theopompum malit Rose, Aristot. pseudepigr. p. 538; cf. hist. plant. IX c. 15, 1.

Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσεύως οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. In his adhuc, opinor, non satis accurate aestimauerunt οἰκιστὴν uocem, quae non idem ualet atque conditor, sed ordinator urbis, adsignator sedium, deductor coloniae uel etiam deducendae auctor. Quod iure a me esse positum, docet Stephanus, unde attulisse satis habeo Plat. de rep. II p. 379 a. Audi praeterea ipsum Dionysium l. 1.: ἀμφισβητήσεως δὲ πολλῆς οὔσης καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς κτίσεως καὶ περὶ τῶν οἰκιστῶν, non dicit κτισάντων. Idem paulo infra tradit, narrauisse Cephalonem Gergithium, conditam quidem Romam ab Aeneae sociis esse: οἰκιστὴν δὲ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμιον, Aeneae filium. Hellenico autem Aeneas οἰκιστῆς tantum est, non conditor. Iam uide fragmentum Antiochi Syracusani, quod ex Syncello Müller I p. XLV Antiocheis suis addit: Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος καὶ πρὸ Τρωϊκῶν φησι τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι βασιλείοντος Μόργητος Ἰταλίας ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας μετὰ τὸν πρῶτον λεγόμενον Ἰταλὸν βασιλέα καταγεγρακότα. Potest igitur — nihil ultra concessum uolo — potest saltem in his rebus Hellenici auctor fuisse Syracusanus scriptor πάντ' ἀρχαῖος (Dion. Hal. I c. 12), cuius erant libri περὶ Σικελίας et Ἰταλίας (Müller FHG I p. 181 sq.)<sup>1)</sup>, quibus Thucydidem quoque usum esse ualde probabile est (Bursalt, Rh. M. XL p. 466). Ex eodem fonte manauerunt fortasse, quae ex Hellenico libro qui inscriptus erat περὶ ἔθνων (ἔθνων ὀνομασίας), ad res Italicas spectant (fr. 97 et 104 Müll.). Quod autem in Hellenico probabilitate non caret, in uniuersum si statuemus id ualere, haud aberrabimus a ueritate: redit uetustissima haec nominis Romani notitia omnis ad antiquos Siciiotas scriptores. Stat igitur ita Plinii testimonium, qui externorum primum dicit Theophrastum aliqua de Romanis diligentius scripsisse, ut externos intellegamus, quibus extra Italiam Siciliamque patria ac domicilium erat.

1) Nouit Antiochus Ὀπικοῖς, nouit porro quendam ἐκ Ῥώμης φηγάδα (fr. 7); cf. fr. 5. 6. 8. 13. Hesychius: Χώνην· τὴν Ἰταλίαν οὕτως πάλα ἐλεγον, ὡς φησιν Ἀντίοχος ὁ Ξενοφάνους ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας (fr. 6).

Theophrastus uero ducit agmen peripateticorum, ex quibus satis erit laudare Aristoxenum Tarentinum, qui inter Pythagorae auditores praeter Lucanorum, Messapiorum, Peucetiorum etiam Romanorum mentionem fecit (fr. 5, cf. 90 Müll.), Durin Samium, qui de Agathoclis rebus gestis scripsit bellumque commemorat *Τυρρητῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμνιτῶν*, in quo Romanorum inducit Fabium *ἑπατεῖοντα* (fr. 40 Müll.). Antisthenes peripateticus proelium narrauit, quod Romani ad Thermopylas cum Antiocho commiserunt (Phlegon. Trall. mirab. c. 3).

Sed mittamus hos, quoniam nondum diximus de auctore rerum Italicarum tunc quidem florentissimo Timaeo, cuius usque ad *τὴν πρώτην διάβασιν ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων* (264 a. Chr.) fuit historia, teste Polybio I c. 5. Hesychianum *ἰταλὸς* [*Ῥωμαῖος*] *ταῦρος* huic deberi confirmat Gellius XI c. 1, 1.

Possumus autem in uniuersum hoc ponere, inde ab Alexandri aetate certiore exstitisse apud Graecos nominis Romani notitiam. Unde ueritatis specie non caret, quod tradunt Ptolemaeus Philadelphum post pugnam apud Beneuentum commissam legatos Romam misisse gratulaturos uictoriam (Niebuhr hist. Rom. p. 1037). Nec iam admirationem mouebit Lycophronis poetae Italica, ut ita dicam, doctrina (*Μάμεργος*, cf. schol. ad u. 1410, *Λατῖνοι* u. 1254, codd., *Βορείγονοι* [Aborigines] u. 1253 denique *μῶμαρ* u. 1134, cf. Herodian. II p. 904, 31). Quamquam uaticinium illud, quod est in Alexandra u. 1226 sq. de Roma orbis futura imperatrice Welckerum (d. griech. tragödien III p. 1260) interpolatori iure attribuisse confiteor<sup>1)</sup>. Sed memineris Lycophronem fuisse Lyei Rhegini filium, qui teste Suida *περὶ Σικελίας* scripsit. Itemque potuit fieri, quae est sententia Klauseni (Aeneas II p. 583), ut ex Timaeo hauriret Lycophro. Eratosthenes uero quod dicitur Romanorum *μίλιον* stadiis Graecis computauisse, id refutare nisi quis ex ipsa re conetur, ex sola temporum ratione nequit (Hultsch metrol.

1) Nota est hac de re Niebuhri sententia (kl. schr. I p. 438 cf. schol. Bachm. ad u. 1226). Equidem nescio, an cum tota hac quaestione coniungi possit legatio a Romanis ad Alexandrum missa eiusque satis notabile responsum. Arrian VII c. 15, 5. cf. p. 279.

p. 51 not.). Secundo deinde saeculo Romanum nomen cum ipsa Graecia etiam Graecorum litteras occupauisse omnes satis scimus. Alexandrinis autem praeiisse hac in re Pergamenos, cum et Cratetis Romae habitae scholae et Alexandri Polyhistoris *περὶ Ῥώμης* qui fuerunt teste Suida libri satis doceant, iure statuit Wilamowitz Antig. Caryst. p. 176. Quid, quod uel discrimini illi ex hac re aliquid lucis uidetur affulgere, quod intercedebat inter Aristarchi et Cratetis artis grammaticae definitionem? Ille: *γραμματικὴ ἔστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων*, hic, sane mundanus magis quam Graecus, grammaticum uult *ἀπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν καὶ προσφθίας ἀποδοτικὸν καὶ τῶν τοῦτοις παραπλησίων* (Sext. Emp. adu. gramm. § 79. Classen de gramm. Graec. primordiis p. 81).

Ad glossas postremo Romanas ut transitus fiat, in memoriam reuocare licebit, quod constat, Graecos in conscribendis historiis Romanos quoque qui fuerunt illis temporibus et fontes et auctores adiisse (Schwegler hist. Rom. I<sup>2</sup> p. 7). Exhibuit autem Fabius et qui reliqui Romani Graece scripserunt, Latinā quaedam nimirum technica uocabula, quemadmodum exhibent Polybius, Dionysius, Plutarchus, Cassius, alii. Inde in lexica Graecorum quoque nonnulla migrauisse primus, opinor, felicissime et obseruauit et exemplis illustrauit Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420. Nec desunt in eorum numero prisca uocabula, quae euitauit deinde elegantioris Latinitatis usus. Cum enim Musa peregrina ‘pinnato gradu intulit se bellicosam in Romuli gentem feram’, uocabula etiam haud pauca ut bellicosa, fera, rustica quasi de uia sibi cedere iussit.

## Cap. II. Latina. (Fontes.)

§ 4. Deuentum est ab Italicis ad Latinos. Romani uel carminibus a Graecis celebrantur (Plut. Flam. c. 16). Olympi regna tenere Romam, Martis filiam, Melinno praedicauit. Exstitit Italia, ut cum Plinio loquar, ‘omnium terrarum alumna eadem et parens, numine deum electa, quae caelum ipsum

clarius faceret, sparsa congregaret imperia ritusque molliret et tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret, colloquia et humanitatem homini daret, breuiterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret' (nat. hist. III c. 5, 39). Nec iam prae Romanis quidquam curabant Graeci reliquos Italicos. Nam, ut est in Ps. Scymni descriptione orbis u. 231: *ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη ἴσθιν πόλις ἔχουσα ἑράμιλλον τῆ δυνάμει καὶ τοὔνομα, Ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης, Ἐν τῆ Λατίνῃ.*

Bonis igitur temporibus etiam linguae Romanae Graeci coeperunt operam dare, linguae nimirum eius populi, quem *δήμιον τῆς οἰκουμένης* uocarent, cuius urbem Polemo apud Ath. I p. 20 b *ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης* dixit, cuius praeterea iam prisca, ut ait Valerius Maximus (II c. 2, 2), magistratus 'illud magna cum perseuerantia custodiebant, ne Graecis umquam nisi Latine responsa darent'. Audi denique Augustinum de ciu. dei XIX c. 7: 'at enim opera data est, ut imperiosa ciuitas non solum iugum, uerum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret'.

Itaque Cato uel coram Atheniensibus Latine locutus est (Plut. Cat. mai. c. 12). Nec fit in Graecorum legationibus, quas Polybius et Liuius commemorant, interpretum ulla mentio, quod obseruauit Weber de lat. script. I p. 7. Nam in philosophis Carneade, Critolao, Diogene, quorum sermones publice interpretatus esse C. Acilius traditur (Gellius VI c. 14), paulo aliter sane res se habet. Cf. Cramerum de studiis, quae ueteres ad aliar. gent. contulerunt ling. p. 19.

Quae cum ita sint, praeter transscriptionum illud genus, quod doctis studiis debetur, quoque scriptorum refertum esse sermonem iam diximus, alterum exstitit illis temporibus ab his diuersum genus, quo continentur uocabula Latina in uulgarem cotidiani sermonis usum gliscente paulatim consuetudine a Graecis recepta. Disputauit de hac Graecitatis deprauatione doctissimus Du Cange in glossario Graeco, cuius est praefatio de causis corruptae Graecitatis. Mullachii de eadem re scripta praefatio, ut reliqua libri notissimi capita, et bonae et malae

frugis plenissima est. Cobeti uero libellum, qui est 'de sinceritate Graeci sermonis in Graecorum scriptis post Aristotelem grauiter deprauata' (Amstelodami 1853) numquam uidi.

Vestigia autem linguae Latinae deprehenduntur iam in Polybio. Addo eis, quae collegit Schoell hist. litt. Graec. II p. 139 not. 1, locum, qui exstat VI c. 36, 8, ubi coniungit *παρ-αγγελῆται, ἵνα* prorsus ut Latini *imperare, ut.* cf. Kaelker, Leipz. stud. III p. 290 sq. Praecipue uero in terris orientalibus, quod sat notabile uidetur, occurrunt id genus Latinismi. Nec septuagintauralis quae dicitur uersio nec noui foederis libri uocabulis Latinis carent. Vide A. Buttmannum, grammatik d. neutest. sprachgebr. p. 6. 15. 112. Nec desunt Hesychio sacrae huius generis glossae, qua de re infra dicendum erit. Noui autem foederis auctores praeter singula uocabula locutiones quoque et constructiones exhibent Latinas, ueluti *πηγὴ ἕδατος ἀλλομένου* (salientis) Io. c. 4, 14, *τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι* (satisfacere) Marc. c. 15, 5, de quibus locis quae fuerunt inter theologos controuersiae, collegit Georgi in Hierocritici uol. II. Quaerenti autem, cur in oriente potissimum et maxime apud sanctos auctores haec Latinae linguae uestigia compareant, duae se offerunt causae, una, quod ab Antiochi clade Asiaeque capta tamquam initium duxit Romanorum orbis imperium, altera, quod Christianum genus dicendi per se propius accedere debuit ad uulgarem uel infimae plebis sermonem. Notus est Paulus, *ἰδιώτης* quidem ille, ut ipse ait (II Cor. c. 11, 6), *τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.* Nimirum rem, non uerba curauerunt illi.

Haud longe distant ab hac consuetudine uulgari glossaria illa Graeco-Latina minora, in communem usum composita, quae subuenirent memoriae hominum Graecae linguae parum peritorum, militum, negotiatorum, peregrinantium. Quo de toto genere litterarum uide Loewii prodrom. p. 203sq. Specimina quaedam ex his praebuerunt Egger mém. de l'académie des inser. et belles lettres 1857 p. 368 ('da mihi panem: dos moi psomi' etc.) et Buecheler jahrb. CXI p. 309<sup>1)</sup>, quamquam utrum-

1) Obscurum ibi: 'apare . . . leba' est fortasse ἀπαρον· leua(te). Cf. uictus leba te in tabula lusoria. Philol. XVII p. 734.



que inferioris demum aetatis. Alia id genus, mori prorsus similia hodierno, in discipulorum usum confecta erant, ueluti nota sunt Dositheana. Adde illud Hauptianum *καθημερίνης δμιλίας βιβλίον*, op. II p. 509<sup>1</sup>).

Omnino elegantiorum quoque hominum sermo linguae illius imperatricis notas sibi imprimi iam bonis temporibus passus est. Mitto nunc Graecam monumenti Ancyrani uersionem, ubi leguntur *εὐχὰς ἀναλαμβάνειν* (uota suscipere), *εἰς τὸν τοῦ ζῶντος τόπον* (in uiui conlegae locum), *Θέας σαικλάρεις* (ludos saeculares) aliaque id genus, de quibus disputauit Kaibel in Mommseni 'res gest. diu. Aug.' p. 198. Haec enim in uertendo sunt nata et scripta ab homine Graecae linguae haud bene gnaro. Mitto etiam, quae ex epigrammatis Kaibelianis Latinitatis uestigia collegit Wagner quaestt. de epigr. Graec. e lap. coll. p. 127. Sed reuocandae sunt, quas iam supra p. 277 indicauimus, culinariae glossae, quibus tamen altiore gradum tenent quae artem tacticam et iuris prudentiam respiciunt. In hac enim Romanorum prae ceteris propria prouincia praecipue cernitur linguae Latinae tam saepe multumque laudata proprietas, ita, ut difficillimum fuerit talia Graece uertere. Inde Cassius Dio LV p. 338 Sturz., ubi retinet uocabulum *ἀντιώριτας*, addit: *ἑλληρίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατον*. Quamquam uel id ipsum, quod excusat illam uocem, docere potest, Graecos tum in litteris quidem talibus abstinuisse. Nec est id mirum ea aetate, qua grammatica Graeca Romae floruit. Defendebant sermonis sinceritatem libelli de soloecismis et barbarismis conscripti (uide Nauckium, lex. Vindob. p. 312, 1. 285, 7). 'Apud Graecos diutius quam apud Latinos integra et illibata mansit sermonis puri et emendati castitas uerborumque nitor et elegantia, quae quamuis cotidiano usu atque barbarorum commercio attrita, assidua tamen ueterum lectione

1) Incipit: *ἐπειδὴ ὄρω πολλοὺς ἐπιθυμοῦντας Ῥωμαῖσιν διαλέγεσθαι καὶ Ἑλληνιστὶ μηδὲ εὐχερῶς δύνασθαι διὰ τὴν δυσχέρειαν καὶ πολυπλήθειαν τῶν ῥημάτων, τῆς ἐμῆς κακοπαθείας καὶ φιλοπορίας οὐκ ἐφεισάμην τοῦ μὴ ποιῆσαι, ὅπως ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐρημνευμάτων πάντα τὰ ῥήματα συγγράψαιμι.*

reparabatur et eorum imitatione ueluti quodam saepimento muniebatur.' Iure sic Allatius de Georgiis, Fabricii biblioth. X p. 798sq. Quin erant, qui nimis longe progredierentur seruandae puritatis studio, uelut illusus ille a Luciano (de conscrib. hist. c. 21): ἠξίωσεν καὶ τὰ ὀνόματα μεταποιῆσαι τῶν Ῥωμαίων καὶ μεταγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν, ὡς Κρόνον μὲν Σατουρνῖνον λέγειν, Φρόντιν δὲ τὸν Φρόντωνα, Τιτάτιον δὲ τὸν Τιτιανόν καὶ ἄλλα πολλῶν γελοιότερα. Quae cum ita essent, quamquam non ignota manserunt Graecis νοερῆς ἀφ' ἑαυτῶν Λατινίδος ὄργια Μούσης, ut Plutarechum accepimus prouectum iam aetate coepisse Ῥωμαῖοις γράμμασιν ἐντυγχάνειν (Demosth. c. 2), tamen arbitri potius uidentur fuisse superbi atque, ut ita dicam, superciliosi quam mutuitantes imitatores. Vide enim, quid Graeci, 'homines amoeni et Latinas quoque litteras haud incuriose docti' de Catullo Caluo Laeuio aliisque iudicent apud Gellium XIX c. 9. Didymus quoque fertur Ciceronem reprehendisse, cuius patrociniū contra Chalcenterum suscepit deinde Suetonius <sup>1</sup>).

Victa tamen sunt, ut adsolet, grammaticorum praecepta communi cotidianaē uitae usu. Opponam Luciani testimonio uerba Apollonii Tyanaei (in epist. 71): πρότερον (sc. Graecis) ἤρῳων ἦν ὀνόματα καὶ ναυμάχων καὶ νομοθετῶν, νῦν δὲ Λουζούλλων τε καὶ Φαβριζίων καὶ Λευκανίων τῶν μακαρίων. Herodianus quoque aduersatur communis linguae consuetudini (I p. 534, 4, cf. p. 365, 13): τὰ διὰ τοῦ ἀριῶν ὑποκοριστικὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἑλλήσι συστέλλει τὸ ᾠ, ἰππᾶριον, πλοιάριον, φυτᾶριον, ἣ μὲντοι νῦν συνήθεια ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου πολλὰ ἐπίσταται διὰ τοῦ ἀριῶν ἐκτεταμένα, σουδάριον λέγουσα καὶ κελῶριον.

'Verum tum maxime — sic recte Du Cange l. l. p. VI — in Graeca lingua accidit deprauatio, cum Constantinus Magnus in Thracia fixit sedem imperii ac plerosque e senatoribus ceterisque Romanis proceribus in Graecanicas prouincias secum traduxit'. Appellata est Constantinopolis Νέα Ῥώμη (Etym. M.

1) Bergk, ztschr. f. d. alt. 1845 p. 126 not. 2.

p. 217, 29) et, licet lingua Latina in aula Bosporana sollemnem quandam et a vulgari Graeco quasi maiestate seclusam auctoritatem diutius retinuerit, tamen inde a Iustiniano, qui primus iurisconsulta Graece (οὐ τῇ πατρίῳ Nouell. VII, 1) emisit, quanta sit multitudo uocabulorum, quae Byzantini e lingua Latina adsumpserunt, satis omnes scimus. Inducta sunt uel mensium nomina Latina (Weber l. l. IV p. 89). Nec iam stetit illud Choerobosci p. 615, 10: ἐν τούτῳ γὰρ ἐπαινετὴ ἐστὶν ἡ τῶν Ἑλλήνων γλῶσσα, ὡς πλατεῖα οὔσα καὶ ἐπὶ ἐνὸς σημαίνουμένου πολλῶν φωνῶν εὐποροῦσα. ἡ γὰρ Ῥωμαϊκὴ κατὰ τοῦτο ψεκτὴ, ὡς μὴ πλατεῖα, ἀλλὰ στενὴ οὔσα. Suppeditauit igitur ἡ στενὴ uocabula plurima τῇ πλατεῖα. Inde sunt uocabularia illa Graeco-Latina maiora, ueluti Eustathii λεξικὸν Λατινικόν (cf. ad Od. p. 1554, 33), de quibus infra paucis erit dicendum. Iam enim relinquendum hunc locum censeo, praesertim cum ipse Hesychius mox tamquam sit demonstraturus, quam late hic glossarum Latinarum fons ex utriusque linguae quasi mutuo cum altera facto commercio repetitus per Diogenianeos hortos manauerit <sup>1)</sup>).

§ 5. Priusquam autem a fontibus glossarum ad earum auctores transitum faciam, obseruatum uolo non solum temporum ratione habita diuersitatem non paruam inesse in Italicis

1) Ne quis eorum, qui sub Prodromi uexillis militant, uana spe affulgente decipiatur, notatum hic aliquid uelim de codice Vindobonensi philos. no. 244, quem errore M. Schmidt (quaestt. Hesych. p. XLIV, cf. Nesselii catalogum IV p. 131) numero 224 signatum dicit et continere praeter Cyrillianas sacrasque glossas etiam quasdam ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν λέξεις indicat. Iam uero rogatu meo certior sum factus inde a fol. 289 nihil legi nisi haec mera, si quid uideo, titiullicia:

δουλοτερίας· ἀνοίας τοῦ λογισμοῦ  
ἐξστραουορδινεύεσθαι· ἐξισοῦσθαι  
ἀλκίδιον· ἐκ περιουσίας.

δόξα πρόπει τῷ θεῷ τῷ τελειόρρη πάντων.

Μιχαήλ.

Hoc tamen intellegitur, eiusmodi in fine adscripta uocabula, cum totius lexicī aliquod apographum conficeretur, facile suos in serie litterarum locos occupare potuisse. Quod passim uerisimile est in Hesychio quoque accidisse.

Hesychianis, sed discedere hanc materiam aliis quoque discriminis causis, quarum una posita est in loco atque regione. Recte enim Hieronymus (II ad Gal. praef.): 'et ipsa Latinitas et regionibus cotidie mutatur et tempore'. Nimirum uel per se patet etiam Graecos diuersis regionibus huic perpetuae mutationi obsecutos insuper ex suis ipsorum moribus quosdam naeuos Latinis a se receptis uocabulis adpersisse. Sane in Cappadocia, ubi in usu erat *ξυγκρούειν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλειν τὰ μηκυνόμενα καὶ μηκύνειν τὰ βραχέα* (Philostrat. uit. soph. II p. 97, 30 K.), aliter sonabant Latina atque in Attica. Idem cadit in Iones, qui *διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίησιν ἐλμύγαντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους* (Photius u. *φαρμακός*). Ex Hesychianis autem ut exemplum proferam, testimoniis lapidum adhibitis moneo Dittenbergerum loco supra laudato docuisse in reddenda Latina littera *v* Graecos initio maxime *ou*, deinde uero posuisse *β*, quippe quod abiisset in spirantem Latino sono haud ita dissimilem <sup>1)</sup>. Confirmare hanc in temporis discrimine positam legem Eustathium inuenio, qui ad Dion. Per. u. 378 dicit: *οἱ δὲ παλαιοὶ Οὐνετίαν τὴν χώραν . . . ἐκάλουν κατὰ γλῶσσαν οἰκίαν, ἅς καὶ τὸν Ὀκιάβιον Ὀκιάουιον* (ipse male *Ὀκταούιον*) *καὶ ὅσα τοιαῦτα*. Cum his igitur pugnare uidentur Latinorum uerborum in Sicilia natae transscriptiones. Siculos enim constat Laconum more sonum, qui est 'uau', reddidisse littera *β*. *Ἐβασον ἀντὶ τοῦ ἔασον (πλεονασμῶ τῶ β), συγχώρησον. οὕτως Συρακοῖσι καὶ Λάκωνες* Etym. M. p. 308, 27 (Arens l. l. p. 9, Müllensiefen diss. Argentorat. VI p. 177). Loci igitur et regionis diuersitati debetur, quod Latinum *v* fit *β* non minus in

1) Dittenbergeri lex cum satis ab omni parte firmata uideatur, non adsentior Schuchardtio (III p. 57) uerba Cosentii (Gr. L. V p. 395): 'v quoque litteram aliqui pinguius efferunt, ut, cum dicunt *veni*, putes trisyllabum incipere' de Graecorum pronuntiatione intellegenti. Non facit umquam syllabam Graecorum *ou*, ubi est Latinum *v*. Vide pentametri initium,

*Οὐείβιε καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα* (Kaibel no. 548, 4).

*Ὀνειδάριος* Hesychius ut antiquam lexim explicat *βεριδάριος*. Nec iure Schmidt exhibet e. g. *πριούατον*, debet esse *πριονάτον*.

antiqua glossa Sicula ἀρβίννη (*aruina*) quam in Byzantina recenti prole βιστιάριον (*uestiarium*).

Subiungam statim tertiam quandam diuersitatis rationem, quae est et ipsa in indole ac natura eorum, qui locuntur, pendet tamen magis e pronuntiationis legibus aut ad singulorum arbitrium constitutis aut inuentis docta quadam arte ac ratione. Missa interim usus uulgaris licentia fuerunt sane, qui ad exemplaria Graeca uerba Latina paululum immutarent, ueluti qui risum mouit Luciano; fuerunt rursus accuratiores: Καλαβρία οὐ διὰ τῆς ἀν διφθόγγου, ἀλλὰ διὰ τοῦ β γράφουσιν οἱ ἀκριβεῖς. Eustath. ad Dion. Per. u. 378. Inde intellegas, quod Dittenberger l. l. docuit, cum Polybius *v* semper *ou* dixisset, seruasse hunc illius morem contra aequalium usum Cassium. Scribit enim uel Παζούουιος, cum iam Strabo e. g. scripserit Ἰγούιον. Contra Lucianus semper β, numquam *ou*, suae aetatis rationem minime aspernatus. Etiam ex pusillis his rebus elucere uides hominum ingenium. Ptolemaeum porro pro uulgato -ήσιος semper scribere -ήσιος obseruauit Wannowski l. l. p. 61 not. nec desunt grammaticorum de his rebus praecepta. Sic Theodosius p. 123, 22 Götting: τὰ εἰς ὠρ ὀνόματα εἰ μὲν κέρια εἶη, οὐ γυλάττει τὸ ὦ ἐπὶ τῆς γενικῆς . . . , εἰ δὲ ἀξιωματικὰ<sup>1)</sup> ἐπάρχουσιν, οἷον τὸ πραίτωρ καὶ τὸ κραιστωρ καὶ τὸ μαῖστωρ, γυλάσσουνσι etc. Eodem fere modo etymologicum 'paruum' Milleri (mél. de la litt. gr.) p. 334: κουράτωρ, κουράτωρος. ὁ κανών· τὰ Ῥωμαϊκὰ ὀνόματα γυλάττει τὸ ὦ ἐπὶ τῆς γενικῆς, οἷον κουράτωρος, ἐσκέπτωρος (*exceptoris*), πραίτωρος etc.

In hac autem scripturae utque uidetur pronuntiationis quoque inconstantia iam non mirum erit, quod Latinum *v* Hesychio est modo *v* (κραιστιονάριος), modo *ou* (πριουάτον), modo β (βιστιάριον). Accedit etiam γ (γέντερ, uenter), cuius paulo diuersam rationem infra explicabimus.

1) Haec plerumque Latina fuerunt. Unde in titulo glossarii Graeco-barbari Meursiani (Lugd. Bat. 1614) legitur: 'officia atque dignitates imperii Constantinopolitani tam in palatio, quam in ecclesia aut militia'.

Sed etiam illud ex his, quae dixi, apparet, causas illius diuersitatis non nimis alte esse repetendas nec posse inde certi quidquam elici aut de tempore uel natae uel receptae alicuius glossae, aut de mutatione quadam uniuersa uel Graecae uel Latinae orthoepiae. Accedit praeterea ad singulorum hominum in hac re licentiam diuersitas artium, unde quasi ἐπιστημονικαὶ λέξεις fluere solent glossae. Nempe sonant aliter tacticae, aliter nomicae quae dicuntur glossae, iuridicae disciplinae argutiis accommodatae: nam διὰ τὸ παντελῶς εὐδιάγνωστον amplexi sunt κοινολεξίαν illam iurisconsulti (Attalitates apud Du Cangium p. XIII). Quamquam et harum nonnullae declinauerunt ad Graecam formationem: ἀντικένσωρ (antecessor), κοισουλάριος, τραπιωρία.

Omnino in his aduenticiis uerbis non tam certae linguarum leges quaerendae sunt, quam premenda uestigia uulgiuagae illius ac popularis etymologiae, quam uulgarem appellauit Foerstemann KZ I p. 1 sq. (cf. Schuchardt III p. 344 sq., Weise Bezenb. V p. 68 sq.). 'Fremdwörter gehen ihre eignen wege', omni iure doctissimus Curtius<sup>5</sup> p. 537, cui non debebat aduersari Corssen beitr. z. ital. sprachkunde p. 233 not. Nam uocabula aduenticia in peregrinam linguam depulsa sine sede quodammodo errant, quaeruntque ex indigenis sibi similia, quorum tamquam hospitio excipiantur. Sic Umbros Graeci Ὀμβρικούς (ὄμβρος), sinum *Lucrinum* Λοκρῖνον (Λοκροί), *Antistium* Ἀνθεστῖον (ἀνθεστήριος), *Aemilium* Αἰμύλιον (αἰμύλος cf. Fest. p. 23). *Viriathus* fit Βορίανθος, Βεστῖνοι ob bestiae similem sonum Fauorino sunt ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ θηριῶδες τὸν τρόπον. Sciunt profecto horum nominum inuentores ψεύδεια πολλὰ λέγειν ἐτίμοισιν ὁμοῖα. Contraria ratione Κλυταιμνήστρα Romae uulgari sermone aliquando sonabat *Cliteministra* (Schmitz, beitr. p. 105). Quod enim Anastasius monachus (Etym. M. p. 828, 8) optimo iure monuit, εἰδέναι μέντοι ἐχρῆν, ὅτι τινὰ ὀνόματά εἰσιν ἀλλόγλωσσα, ἀπερ οὐ δύναται ἐτυμολογηθῆναι, id ipsa lingua per se nusquam curauit.

Alterum est genus aberrationis, quo continentur suffixa uel praefixa falsa similitudinis specie tamquam decepta atque

irretita. Sic in Hesychianis *διαγραφάριος*, *λαεντάριος*, *εἰλητάριον* (u. *φαιλόνης*) uocabulis manifesto subest Latinum *-arius*, *-arium*. Nouit Du Cange *διαφενδεύειν*, cf. Hesych. *ἀντικένσωρ*, *ἀντίπαρον*, ubi *ἀντι* est pro *ante*. Factum etiam est, ut contra illum canonem, quem modo attuli, uocabula in *ωρ* desinentia sequerentur analogiam Graecam, ueluti inuenitur genetiuis *μαῖστορος* (Göttling ad Theodos. p. 244).

Similiter Latini, ut omittam per iocum facta Lucilii, Ciceronis (*factéon*, ad Att. I, 16, 13), Ausonii (*uῖνοιο βοποιο*, ep. 12) formauerunt e. g. *imperatorissa* (Loewe in Woelfflinii arch. I p. 24) aliaque, quae satis prope absunt a uocibus prorsus hybridis, quales sunt *holouerus*, *monoculus*, *πρωτοασηκρήτις* (primus a secretis), *πρωτοβεσθάριος* (quasi primuestiarius), uocabulum sane, ut ait Phrynichus, *νεοχμὸν καὶ δεινῶς βάρβαρον*.

Videtur omnino uel Marciani codicis uel eius archetypi auctor Latini sermonis ualde peritus fuisse ob eamque ipsam causam interdum errauisse, ueluti ubi scripsit *ἐντιτόν*· *ἔνδικτον* pro *ἐνδικον*, ob oculos uersatum est Latinum *indictum*. V. *ἀπρονόμεντος* genuinum *πρῦτανενθεῖς* mutauit in *πραιδενθεῖς* (cf. *πραῖδα*, *πραιδεύειν*). Simili ratione in glossa *προαῦλια*· *τὰ προαυλήματα*. ὥσπερ *προάμβουλα* τὰ *προκιθαρίσματα* detrusit uox barbara, ut uidit Schmidt, genuinam *προαμβολάς*. Glossam *ἐν Τάραντι* cum iam corruptam legeret *ἐντάραντον*, alludere ei uidebatur Latinum *intrare*: itaque addidit in fine *εἰσέρχονται*. *Μῶλος ἄγριος* luxauit ita, ut esset iam *μωλονάριος*, cuius corruptelae culpa praeter Latinae terminationis sonum non carere uidetur Byzantinorum *μωλάριον* (mulus). In eundem censum uocandum est, quod glossam Sophocleam *μαγμόν*· *τὸ καθάρσιον* etc., quam integram praebet Hesychius, in Photii libro corruptam in hunc modum legimus *μάγνον*· *Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ. τὸν μέγαν. τὸν ἀπομάσσοντα καὶ καθαίροντα*. Nihil nisi Latinum *magnum* hunc locum turbauit, cf. Naberī proll. p. 127, qui tamen p. 401 artificiosius conatur corruptelam explicare: uide Schmidti notam ad Hesychianam, quam laudauimus, glossam.

## Cap. III. Auctores.

§ 6. Grammaticae Graecae ut omnino historia critica desideratur (Welcker kl. schr. II p. 544), ita etiam glossarum scriptorum. Primas quasi lineas si non historiae, attamen indicis nominum adumbraverunt Meier op. acad. II p. 22sq., Lersch sprachphilosophie der alten III p. 61sq., Graefenhan I p. 425sq.

Cum autem in omnibus fere cuiusvis generis scriptis grammaticis Italicae Romanaeque glossae latere potuerint, ego nunc in Hesychii huius notae glossas inquisiturus, qui ipsorum auctorum nomina tam saepe omisit, attulisse ex illorum numero satis habeo quos et disertis testimoniis constat Italicis linguis operam dedisse et simul scimus ab Hesychiano lexico non alienos esse. Si autem iam Aristarchi temporibus illi 'tota effuderant copiarum cornua, omnes Graeciae angulos ad uoces moresque his uocibus expressos explicandos perreptaerant' (Lehrs Arist.<sup>2</sup> p. 44), si ne barbara quidem uerba, Phrygia, Celtica, Iberica colligere detrectauerant, quid omnino admirationis habet, uel in uetustissimis glossariis si fuerunt quaedam siue Italica siue etiam Romana? Decursu autem temporum accuratiore iam instructi linguae Latinae notitia ueteres grammatici uel comparatiuae quae dicitur glottologiae initia inueniunt (Schmidt Philol. III p. 458. VI p. 666). Sed tamen caue nimium his illorum studiis tribuas. Satis enim constat Latinam linguam nihil eis fuisse nisi e Graecis fontibus delapsam aliquam atque deprauatam dialectum. *Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὐτ' ἄκρωσ βαρβαρον οὐτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δὲ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστὶν ἡ πλείων Αἰολίς* etc., Dion. Hal. I c. 90. Tyrannionem scripsisse Suidas tradit *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς*. Vide Koenium ad Gregor. Corinth. p. 606. Schaef.

Sed ne longus sim, statim ad singulos ueniam glossarum auctores.

§ 7. De glossis comicis. Splendent inter uetustissimos auctores Lycophonis et Erathosthenis nomina (Meineke hist. crit. com. p. 10sq.). Hesychius u. *κατελευσπομένην* (Aristoph.



Lys. u. 722): ὁ μὲν Λυκόφρων . . . , Ἐρατοσθένης δέ. Italicae autem comoediae λέξεις Lycophronem explicasse nemo negabit. Is enim cum comoediae prouinciam in bibliotheca Alexandrina obtinuit, tum omnino Italicarum rerum, ut iam uidimus, ualde fuit peritus. Eratosthenes uero uidetur Lycophroneis commentariis suos ut aduersarius opposuisse (Meier l. l. p. 24). Accedit in eo, qua floruit, geographica doctrina. Magis tamen disertis testimoniis ut Italicarum glossarum auctor Apollodorus, Aristarchi auditor, innotuit. Hic et Epicharmum (Heyne, Apollodorus p. 438sq.) et Sophronem (Ath. VII p. 281 e) commentariis illustrauit Siculasque uoces non paucas exposuit (ibid. p. 309 c). Huic deberi uidentur ex Hesychianis quae ad nummi rationem Siculam spectant. Cf. schol. Hom. E 576: ὁ δὲ Διόδωρος ἐν τῇ περὶ σταθμῶν· τάλαντόν ἐστι μῶν ξ', ἢ δὲ μῶν δραχμῶν ρ' etc. τὸ τάλαντον δὲ τὸ νῦν λεγόμενον Ἀττικόν. παρὰ δὲ Σικελιώταις τὸ μὲν ἀρχαῖον ἦν μῶν κδ', νῦν δὲ ιβ'. δύναται δὲ εἶναι τρία ἡμιωβόλια, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος Ἀπολλόδωρος. Addit: ἐκ τῶν Διογενειανοῦ τῆς ἐπιτομῆς Ἑλληνικῶν ὀνομάτων. Unde simul uia patet, qua in Hesychium peruenerint Apollodorea.

De Didymi postremo et Theonis lexicis comicis, quorum ipse Hesychius in epistula ad Eulogium data mentionem iniecit, nihil opus est addere. De Theone adsentior prorsus Webero Philol. suppl. III p. 541, qui Naberī (proll. ad Phot. p. 9sq.) argumenta feliciter mihi uidetur impugnauisse.

§ 8. De glossis ethnicis. Poetae Alexandrini, quibus ἀμάτρων οὐδὲν ἀεῖδειν propositum erat, singularum nationum proprias dictiones undique colligere atque in ordinem redigere solebant, ut inde poemata sua peregrino quodam nitore quaesitoque cultu ornarent. In 'Lycophronis atrī latebris', ut cum Statio loquar, plura id genus Italica inueniri identidem monuimus. Non minus constat Nicandrum ex obscuris orbis angulis multa in litterarum lucem protraxisse, eodem sane consilio: uide Schneideri Nicandrea p. 208sq. Italicas quoque λέξεις nouisse auctorem carminis, quod Σικελία inscriptum

esset, uel per se patet <sup>1)</sup> (Schneider p. 31sq.). Unde Italicum puto, quod legitur ther. u. 378. 533, alex. u. 57. 331 *ράδιχα*, *ράδικας* i. q. ramum, ramos. Unde glossa est Hesychiana: *ράδικες* (*ράκιδες* cod., eadem corruptela atque nonnulli libri Nicandrei) *ὀρόδαμνοι*, *κλάδοι*. Nec est casu factum, quod uocabulum praeter Nicandrum nouit unus Diodorus Siculus II c. 53, 7. Nescio igitur, an delendum sit ex Graecorum numero, quae praebet Curtius <sup>5</sup> p. 352, praesertim cum uel Tarentinos sciamus *ραδάνη* dixisse (cf. Hesych. u. *ραδανῶροι*), non prorsus illud Graecis inauditum *ράδιξ*. In ui atque potestate uocabuli Nicandrei ne haeris: neque enim dissociabiles res uidentur radix et ramus. Sed quoniam Nicandrum singulari quoque libro collegisse ethnicas glossas constat (cuius litterarum generis dux et princeps Hellanicus uidetur fuisse, cf. supra p. 280), redeamus ad glossaria.

Nihil constat de Leontini Gorgiae onomastico (Pollux IX praef.), nec certiora sunt tradita de Cumano illo uel Apollodoro uel Autodoro, qui primus scripsit *λέξιν* (Classen primordia p. 8), nec porro de Zenodoto <sup>2)</sup>. Laudandus contra est Philetas (uide indicem auctorum Schmidti p. 160), cuius in atactis Syracusanae dialecti mentionem fuisse docet fr. 16 Bach, ubi *κύπελλα* dicit *Συρακουσίους καλεῖν τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα*. Audeo fidenter comparare glossas Latinas 'con-cipulabo: concidam minutatim', 'capulare: scindere, desecare etc.', Loewe prodr. p. 278. Secuntur glossaria Callimachi <sup>3)</sup>, cuius praecipue uestigia legisse Hesychiani lexicī conditores Schmidt quaestt. Hesych. p. CLXXVIII docet. Spectant huc *ἔθνικαὶ ὀνομασίαι, μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, κρίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι, περὶ τῶν ἐν Ἐυρώπῃ ποταμῶν (περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένη ποταμῶν), περὶ μετονομασίας ἰχθύων*, denique *βαρβαρικά νόμια*. Thuriorum dialecti in his mentionem fuisse docet Ath. VII p. 329 a.

1) *Ὀπικά* Nicandri, quae Pamphilum explicauisse Suidas docet, sunt potius *ὄφιακά*, fortasse etiam *θνικά* (Schneider p. 161).

2) Meier op. acad. II p. 23.

3) Schmidt quaestt. Hesych. p. CLIX.

Nicandri quoque, cuius de poematis iam uidimus, glossas<sup>1)</sup> Siculos maximeque Epicharmum respexisse patet ex Athenaeo VII p. 309 e, ubi una cum Apollodoro affertur. In eundem censum uocauerim fr. 139 Schn. Cumque fr. 129 τὴν γριάλην ἄρο-  
κλον Nicander dicat, uel ipso suffixo, quod est -κλο-, Italicam uocabuli fabricam indicat: est enim tamquam ἄρο-τρο-ν (cf. ἄρουσαν· κοτύλην. Ταραντινοὶ Hesych.)<sup>2)</sup>. Neque ignarus fuit Italiotarum sermonis Aristophanes Byzantinus, cuius λέξεις tractauit Nauck Arist. Byz. p. 69 sq. Praesto hunc Pamphilo fuisse idem p. 78 demonstrat. Itaque Hesychianae glossae, qua explicatur Siculum ἄδρα, Aristophanem auctorem suo iure uindicauit collato Ath. III p. 83 a Ranke de lex. Hesych. p. 100. Similiter Tarentinorum σάννορος (cf. Sannio), quod ut Rhinthonicum praebet Hesychius, Aristophanis esse glossam manifestum fit ex Milleri mélanges etc. p. 394. Postremo Aristophanis περὶ βλασφημιῶν respicit glossa λονταρῆζημα, quam infra emendabimus.

Sequitur praetermisso Aristarcho, cuius de glossis minime constat (Lehrs Arist.<sup>2</sup> p. 45), Artemidorus, qui utrum sit diuersus ab Ephesio geographo necne, cum Meiero loco supra indicato p. 26 in dubio relinquendum esse censeo. Λέξεις illius nouit Erotianus p. 93, 4 Klein, culinarias glossas affert Ath. I p. 5 b. Hesychianum uero τιτυρῖνος (τιτυρῆνος cod., τιτύρινος male Soping) Artemidori auctoritate confirmat Ranke lex. Hesych. p. 103, apposito loco Ath. IV p. 182 d, ubi καλάμινος αὐλός ita appellatus esse traditur παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν et quidem ex libro, qui περὶ Δωρίδος inscriptus erat. Vides igitur: quicumque Doricae dialecti praecepta exposuerint, eos omnes Italicarum glossarum auctores non est cur non agnoscamus.

Neque fraudandus est sua laude Diodorus, non bibliothecae ille auctor, ut arbitratus est Ranke lex. Hesych. p. 113, sed Aristophanis auditor, quem nouit Athenaeus V p. 180 e

1) Schmidt quaestt. Hesych. p. CLVIII. Schneider Nic. p. 203 sq.

2) Sonum o in his regionibus prope a sono u (uel v) abesse docet Boeckh metrol. untersuchungen p. 310.

(Meier l. l. II p. 28 not. 109), cuius erant *γλωσσαι Ἰταλικαί*, a Pamphilo excerptae. Cf. Ath. XI p. 479 a. 487 c, ubi Epicharmi et Sophronis fit mentio. Quoddam poculum *ἰστιακόν* dixisse Italiotas Hesychius docet: eiusdem rei testem Rhinthonem affert Athenaeus (XI p. 500 f): ad Diodori glossarium Italicum utrumque iure relegavit Valckenaer ad Adoniaz. p. 293, qui omnino sat probabiliter iudicat Diodoro deberi, ut Apollodoro Epichar-  
mea ac Sophronea, ita et horum quaedam et quae ex Rhin-  
thone, Blaeso, aliis huius familiae poetis Hesychius praebet.

Denique ut ethnicas glossas absoluam, affero longo sane interuallo uetustiores hos sequentem Orum, cuius de ethnicis disputauit Ritschl op. I p. 637 sq. Huic tribuo Hesychianum uocabulum *ῥώμη* (nisi mauis *Ῥώμη*)· *δύναμις* etc., collato Etym. M. p. 705, 4S, ubi nomen Ori adscriptum inuenies.

§ 9. De paradoxographis. Cohaeret litterarum illud genus, quo res mirabiles enarrantur, artissime cum ethnicis. Utque horum tamquam praecursorem uidimus Hellenicum, ita paradoxographos ducit Theopompus, cuius erat *περὶ θαυμασίων* scriptum. Occupata tamen est huius disciplinae prouincia paulo post ab Alexandrinis ad inuestiganda inopinata ac mirabilia curiosissimis. Quorum in hoc genere dux et princeps est Callimachus: *θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή*, cuius libri Schneider Call. II p. 14 partes statuit *τὰ ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμάσια καὶ παράδοξα*. Irrigauit Battiaadae doctrina hortulos Antigoni <sup>1)</sup>, historiarum mirabilium auctoris, cuius ad res Italicas spectant cap. 134. 139. 140. 154. 159, haec tamen sumpta ex Timaeo Lycoque Rhegino (*περὶ τῶν ἐν Σιτελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν*). Scripsit porro *περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν* Philostephanus (cf. fr. 5 sq. Westerm.), cui aduersatum esse Polemonem, Aristophanis Byzantini aequalem, docet Westermann parad. p. XLIII. Nymphodorus Syracusanus *περὶ τῶν ἐν Σιτελίᾳ θαυμαζομένων* disputauit (Westermann p. XXXIV). In Nicolai Damasceni *παραδόξων ἐθῶν συναγωγή* Umbri occurrunt (5, 6), Lucani (7), Samnites (8).

1) Wilamowitz, Antig. Car. p. 21. Schmidt index auct. p. 74.

Sotion, a quo τὰ περὶ χορηγῶν μόνον καὶ λιμνῶν παραδοξολογούμενα ἱστορεῖται (Photius bibl. cod. 189), Italicos lacus saepissime respicit, cf. e. 7. 28. 30. 36—38. 41.

Sed mitto haec, quorum cum Hesychianis rarus tantum cernatur nexus. Abludit prope miscella historia, libri, qui sunt περὶ νομίμων καὶ ἡθῶν, similisque argumenti scripta. Affero, ut fontium similitudo conspiciatur Hesych. u. κάππα. κάππα καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ γράφεται κόππα· τὸ ἀνεστραμμένον P, καὶ C χαρακτηρισμός, quod hinc male illatum est etiam glossae κοππατίας. Cf. Suet. de genere uest. p. 268 Reiff. Νομῆς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τοῖς ὑποδήμασιν Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα (i. e. C, centum), ὁ παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἐστὶ ῥώ (100).

§ 10. Iam ut ethnographica disciplina ad rerum historiam aberrans res pusillas, curiosas, mirabiles profudit, ita artis grammaticae societate nixa melioris notae studia propagavit, quaeque non in colligendis singulis uocabulis, sed in uariis dialectis copiose enarrandis uersarentur. Doridis auctores iam commemoravi (p. 295). Heraclidem quendam, qui de Tarentinorum dialecto scripsit, nouit Eustathius ad Od. p. 1654, 23. Philoxenus Syracusanorum exposuit dialectum <sup>1)</sup>, eorundem Trypho adiunctis Himeraeis et Rheginis <sup>2)</sup>. De Seleuco, cuius uel γλωσσαι uel περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς qui fuerunt libri, Messapica Hesychio suppeditauisse uidentur, audi Schmidium Philol. III p. 436 sq., Mommsenum, unterital. dial. p. 70 sq. Βρέντον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἢ τῆς ἐλάφου κεράλ<sup>2</sup> ὡς Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν, Herodian. I p. 367, 3, βρέϊδον· ἔλαφον, Hesychius. Prope rursus accedunt talia ad glossarum auctores. Quapropter hic statim subiungam Dorotheum Ascalonitam, qui Augusti fere temporibus uixit (Meier l. l. p. 43. Etym. M. p. 87, 48. Hesychius u. ἀμφιγνοεῖν), quemque Photius bibl. cod. 156 περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων κατὰ στοιχείον scripsisse tradit. Sed iam deuenimus ad tempora, quibus non Italica, sed Latina, nec singula tantum uoca-

1) Suid. s. u.      2) Suid. s. u.

bula, sed uniuersae linguae praecepta a Graecis grammaticis, quorum haud pauci tum Romae litteras docebant, explicarentur. Vide Schmidtium Philol. III p. 458. VI p. 666 sq., Didymi fragm. p. 346.

Ac primus quidem ex eorum numero uidetur Hypsicrates fuisse, Varronis fere aequalis, qui teste Gellio XVI c. 12, 6 scripsit super his, quae a Graecis accepta sunt (Lersch l. l. III p. 167, Schmidt Philol. IV p. 630). Sequitur Seleucus Homericus, de quo iam diximus, qui de Hellenismo cum scriberet, Latinae quoque linguae mentionem iniecisse traditur (Ath. IX p. 398 a. Schmidt Philol. III p. 458)<sup>1</sup>). Philoxeni deinde *περὶ Ῥωμαίων διαλέξεως* exstant plura fragmenta, collecta a Schmidtio Philol. VI p. 664. Philoxeno debetur Hesychiana glossa *σέξ[ε]στος* (cf. Etym. Gud. p. 414, 40). Exscripsit Philoxenum Orus (Etym. M. p. 610, 54), cuius glossam in suum usum conuertit Orion p. 112, 11, unde sua rursus hausisse uerisimile est Etymologum Gudii. Philoxeno porro deberi uidetur, quod Hesychius u. *χορώνη* addit, *καὶ εἶδος στεφανοῦ*, collato Etym. M. p. 531, 2 (cf. Apionem apud Ath. XV p. 680 d). Quamquam subesse possunt uetustissima Italica, cf. Sophron. fr. 97. 100. Ahrens.

Tyrannionem porro, Terentiae libertum, *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἔστιν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς* disputauisse tradit, ut iam uidimus, Suidas, cuius tamen uerba desperata corruptela obscurata sunt (Planer de Tryannione [1852] p. 29).

*Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας* siue de Latinitate erat opus, notum Prisciano XI p. 548, 10 H. (Lersch l. l. I p. 144), Claudio cuidam Didymo incertae aetatis grammatico attributum a Suida, quem secuti sunt Ritschl op. I p. 188 (aliter tamen ibid. p. 115) et O. Schneider zeitschr. f. d. alt. 1855 p. 239. Haud improbabili tamen ratione Chalcentero uindicauit librum Schmidt Didym. p. 346. Ceterum quae eius fuerit indoles, satis apparet ex Prisciano (VIII p. 445, 15 H.), qui Didymum osten-

<sup>1</sup>) Errauit igitur Mommsen 'unterit. dial. p. 85', cum Seleucum Graeca tantummodo tractauisse ideoque Messapios Graecae stirpi attribuisse, non Italicae statueret.

dere dicit 'omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos', uel 'in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos' (idem de fig. num. p. 408, 7). Quod autem Graece conscriptum huius libri frustulum seruauit Priscianus (de fig. num. p. 411, 17), eius ope Didymi auctoritatem fortasse uindicemus eis Hesychii glossis, quae, exceptis sacris quae dicuntur glossis, ad Romanorum rem nummariam pertinent. De quibus infra accuratius erit dicendum.

Ac ne Iuba quidem, infinitae doctrinae ille rex, Latina studia neglexit. *Ἐν ταῖς ὁμοιότησι* comparat Romanorum *στρούκτωρα* cum Graecorum *τραπέζομόω* (Ath. IV p. 170 e). Verba fecit de Februario mense (ibid. III p. 98 b). Ne quis tamen nimium tribuat illis comparatiuae artis praecursoribus, locum apponam Plutarchi Num. c. 13: (ancilia) *ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα . . . ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα, περὶ ὃν περιφέρονται. ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἶρηκε γλιχόμενος ἐξἑλληνίσαι τοῦνομα*. Ipse tamen Plutarchus dubitare uidetur, *εἰ δεῖ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ἐξάγειν τοῦνομα*. Haud magis scita haec sunt, quam quod Dion. Hal. I c. 13 Aborigines comparatis uerbis *ὄρος* et *γίγνεσθαι* dictos putat *ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκίσεως* uel in Etym. M. p. 707, 30 *σακέρδως* est *σάκρα* (i. q. *ἱερά*) *ἔρδων*. Iure risit Lamprias (Plut. quaestt. symp. VIII c. 5, 1) huiusmodi originationem Latinarum uocum *τοσαύτης ἀδείας τῷ φλυαρεῖν δεδομένης*.

Apionis postremo, cuius de 'multiplici et circumforanea' doctrina audi Lehrsium quaestt. ep. p. 24, *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου* librum fuisse testis est Athenaeus XV p. 680 d.

Nec tamen in eis grammaticis, quos protuli, acquiescendum est. Fuisse enim illis temporibus in omnibus fere cuiusuis generis scriptis grammaticis comparandae linguae Latinae occasionem demonstrat e. g. Irenaeus siue Minucius Pacatus, qui in libro, quem *περὶ Ἀπτικῆς συνηθείας* scripsit, disputauit de uocabulo *καπετώλιον* (fr. 7, Haupt op. II p. 437). Contraria ratione etiam in illis *περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου* libris multa tractata erant ab ipsa Latina lingua aliena. De Philoxeno qui-

dem hoc confirmant testimonia a Koenio collecta, uide praef. ad Schaeferi Gregorium Corinth. p. XVII sq.

Coepit omnino latius iam patere Latinae linguae apud Graecos et notitia et usus. Adduntur Graecis uocabulis explicandis passim Latina. Cf. Ath. II p. 56 a: ἑλᾶαι· ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσιν (drūpas), id. III p. 111 c: πανός, ἄρτος, Μεσσάπιοι . . . καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσιν. Herodianus I p. 303, 9: γράφεται δὲ καὶ Μάντουα τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. Idem formas nouit Ἰταλικῶς (II p. 753, 7) uel Ἰταλικώτερον (II p. 592, 8) fictas statuitque *συνήθειαν* quandam Graecorum ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου oriundam (II p. 13, 22).

Talis igitur cum fuerit horum studiorum condicio, non uideo, cur cum Schmidtio non dico ab Hesychio, sed a Diogeniano omnes omnino glossas Romanas quasi sordes quasdam, quibus inquinentur *Περιεργοπενήτων* limpidi latices, abluamus. Admodum laudandum est cautum hac de re Weberi iudicium (Philol. suppl. III p. 621): 'auch glossae Romanae gehörten zum Diogenianischen bestande, weil sie in quellenglossaren vorlagen'. Nec ipse Schmidt hoc prorsus neglexit, quippe cuius sit uol. II p. 558 docta obseruatio deesse Hesychio glossam *Κυρῖνος* (Quirinus), quam ut Diogenianeam affert Lydus de mag. III c. 5. An censes ipsum Hesychium distincte negare Diogenianum Latina exhibuisse, cum dicat: *πάσας τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγωγῶν . . . συλλήβδην ὁμοῦ οὐδεμίαν λέξιν παρέλιπε, οὔτε τῶν παλαιῶν, οὔτε τῶν ἐπ' ἐκείνου γεγεννημένων?* Cuius in loci interpretatione mirum in modum fallitur Weber l. l. p. 540, *λέξιν* de editis illa aetate lexicis intellegens. Obstant uel quae paulo supra leguntur: *τὰς παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγωγῶν*. Verum iam pridem uidit Pearson aduers. Hesych. p. VIII, quem secutus est Bernhardt praef. ad Suid. p. XLI. 'Diogenianus cum generale lexicon primus conficeret, . . . et ueterum et sui temporis uocabula coniunxit'. Diogeniani uero aetate, quas 'modo natas' λέξεις Graeci inuenerunt, quidni potuerint esse Romano fonte delapsae?



Et Hesychium quomodo censemus de Latinis iudicauisse? Audi modo, sis, indefessi laboris uirum: λέξιν μὲν οὐδεμίαν παρέλιπον κειμένην ἐν αὐτοῖς (sc. in subsidiis, quae praesto erant), ἀλλὰ καὶ πλείστας οὐχ εἶρων προστέθεικα. Quid, quaeso, obstat, quin, Diogeniano quae tribuere nolimus, ea uindicemus saltem Hesychio? Profecto nihil, nisi caecutio. Esto igitur lexicī conditorum, quodcumque non posse ab eis profectum esse demonstrari nequit.

Quamquam duae manent difficultates, quas satis me soluturum esse minime promiserim, una diiudicandi inter Diogeniani et Hesychii farraginem, altera remouendi, quae tam malae notae tamque nouicia sunt, ut ne Hesychio quidem, quamuis incertae aetatis hic sit, digna esse uideantur.

Sed nondum nomen meum soluo. Addenda sunt quaedam alia Romanarum glossarum genera, quae cur nunc demum sequi uoluerim, mox apparebit.

§ 11. De glossis medicis. Quid sit causae, cur in medicorum ἐπιστημονικὰς λέξεις iam pridem uoces Romanae irrepserint, cognoscimus ex Plinio nat. hist. XXIX c. 1, 6, 12sq. qui iam anno 219 a. Chr. e Peloponneso quendam medicum Roman uenisse narrat dicitque usque ad sua ipsius tempora totam hanc artem exercendam Graecis relictam mansisse. 'Solam hanc artium Graecarum nondum exercet Romana grauitas in tanto fructu. Paucissimi Quiritium attingere et ipsi statim ad Graecos transfugae: immo uero auctoritas aliter quam Graecae tractantibus etiam apud imperitos expertesque linguae non est (ibid. 8, 17).' Ultima, opinor, uerba indicant, cur in hac arte Latina quaedam inueterauerint et quidem desumpta ex lingua uulgari. Unde intellegendum erit illud *ingrusia*, quo de uide Buechelerum Rh. M. XXXIX p. 419.

De ipsa medicorum glossographia non est meum disserere. Hoc constat, Diogenianum collegisse etiam τὰς παρὰ τοῖς λατοῖς γλώσσας fructusque hos percepisse maxime ex fecundissimis hortis Didymeis. Cum autem ex eodem auctore, quo Diogenianus, pendeant etiam Erotiani quae exstant excerpta

(Klein praef. p. XIV. XXXVIII), cumque his — licet in Hippocrateis uersentur —, non desint uocabula Romana <sup>1)</sup>, etiam quaedam Hesychiana id genus medica redire statuimus ad Diogenianum perque hunc ad Didymum.

Sed sunt aliae similis argumenti glossae, quas iure expelli uel ex Hesychio facile confiteor; explicationes dico nominum plantarum, quarum continuum specimen exhibet Tittmann praef. ad Zonar. (fin.), λέξεις ἰατρικοῦ βιβλίου καὶ ἐρμηνεῖαι βοτανῶν, in quibus occurrit e. g. ῥοσμαρίνον· δένδρολίβανον. Infimam esse harum collectionum aetatem et ex Hesychianis quibusdam exemplis infra apparebit et demonstratur Tittmanni glossa λευκόιον, quod Graecum uocabulum Graece explicauisse sibi uidetur auctor per βιόλα λευκή.

§ 12. Hinc commodus fit transitus ad genus glossarum non minus ab Hesychio alienum, earum, quae ad iuris prudentiam pertinent, quarum collectiones Iustiniani fere aetate coeptas esse confici satis constat. Nam quod Schulting Leonis demum imperatoris temporibus eas attribuit, 'quia Basilica ab illo publicata glossae respiciunt', diu explosum est. 'Solebant enim Basilicorum architecti, si quae uoces Latinae, cum technicae essent, a Graecis Iustiniani temporum antecessoribus in Graeca legum explicatione in usu retentae essent, eas ipsas uoces Graeca translatione donare et in Basilicorum contextu collocare. Unde factum est, ut in scholiis Basilicorum, quae ex uetustissimis legum Iustiniani uersionibus uelut Stephani Cyrilli, in Basilica migrarunt, Latinae uoces saepe multumque ponerentur, cum tamen Basilicorum contextus Graecam earum habeat uersionem' (Heimbach, obs. iur. Rom. p. 3 not. 9). Videmus igitur illas ab uno ad alterum traditas collectiones multo Basilicis uetustiores esse. 'Qui tamen eiusmodi glossas primi composuerint, non constat. Immo alius post alium homo doctus indoctusue eas auxit et interpolauit, ita ut farrago a uariis collecta atque a librariis paulatim corrupta ad nos peruenerit'

1) p. 193, 12 Kl.: κοινίζουσι, omissum tamen in Hesychio u. λεβηρίς. p. 56, 4 τοῦρτα (torta).

(Weber, de Latine scriptis etc. III p. 14). Re uera in his 'magis scholiis quam glossis' (Cuiacius in Ottonis thes. iur. Rom. III p. 1699) sunt permulta errata, male scripta, peruerse explicata. 'Satis passim perspicere licet, non parum titubasse horum interpretamentorum compilatores, dum uerba Latina Graecis litteris conati sunt exprimere' (Schulting, Ottonis thes. III p. 1702). Unde non pauca a Latina in Graecam pronuntiationem aberrauerunt, ueluti, ubi *ἀσολουτίων* (*absolutio*) legimus, Graecum quidem β illa aetate ad *v* litteram quam proxime accessisse facile concedamus, Latini eiusdem soni pronuntiationem minime inde aestimemus.

Edita sunt glossaria nomica in Labbaei glossariis inde a p. 247, repetita in Ottonis thes. III p. 1702 sq. Quaedam deinde specimina praebent Tittmann praef. ad Zonar. p. XXXIX et Bekker anecd. III p. 1097 (*Ῥωμαϊκαὶ λέξεις ἐν τῷ νόμῳ ἐγκείμεναι*). Complura uero inedita adhuc latent, ut diiudicari nequeat, utrum spectent Hesychianae copiae ad certam quandam collectionem necne. Interpolatori uero tam nouicia deberi, non ipsi Hesychio, nemo non concedet. Proinde, cum praeterea nec ipse sim harum argutiarum satis peritus et uideam ne iuris quidem consultos multum curare istas quisquilias, omnes iam unius faciemus assis satisque habeamus a melioris notae societate eas segregauisse. A Latina Diogeniani et Hesychii doctrina 'dolus malus et iure consultus abesto'!

Nec minus abesto, quem statim subiungam, Byzantini imperii multifarius ille et sexcentis gradibus distinctus dignitatum, honorum, officiorum munerum ordo aulicus. Unaque cum eo ualeant, quae ex sermone cotidiano Hesychio inculcata sunt, grammatico quidem ac lexicographo non inutilia ad cognoscendam linguam uulgarem, Diogeniani tamen operis nitidae texturae panni adsuti uilissimi.

Nec maioris momenti faciemus scripturarias quae dicuntur glossas, quas collegit Ernesti, 'glossae sacrae Hesychii', Lipsiae 1785. Spectant haec interpretamenta non ubique ad ipsa uel septuagintaauralis uersionis uel noui foederis uerba, sed ad uarias haud raro uariorum interpretum, Aquilae, Symmachi,

Theodotii explicationes, maxime uero ad hexapla Origeniana (Ernesti p. XXIV). Latina autem comparere uel in LXX uersione ne mirere, textus hic sollemni auctoritate numquam sancitus foedissimis temporum decursu maculis adpersus est, nec tollit, sed auxit hanc deprauationem quantumuis docta et laboriosa editio Origenis (Frankel, vorstudien zu der LXX. [Lipsiae 1841] p. 59, 63). Praeterea huc faciunt ineptae de Philadelpho fabulae, qui cum 'omnium gentium ac linguarum quae habere potuit docta uolumina, in suam linguam fecit ab optimis interpretibus conuerti' (schol. Plautin.), dicitur etiam quaedam Latine scripta Graeca interpretatione conuersa bibliothecis suis inseruisse (Graefenhan I p. 78).

Prorsus autem diuersam esse rationem Latinismorum, qui in noui foederis libris occurrunt iam supra indicauimus. Adde tamen hic, non defuisse, qui docerent Marci euangelium Latine primum et quidem Romae conscriptum esse, deinde Graece uersum Aquileiae (Weber de Latine scriptis etc. IV p. 91, Woelfflin, arch. II p. 324). Abiudicandas uero omnino sacras glossas esse a genuino saltem Hesychio iam Bentleius (Schmidt quaestt. Hesych. p. VI sq.) et Alberti uiderunt, quibus adstipulatus est Welcker kl. schr. II p. 550. Nec debuit eorum argumenta Ernesti impugnare. Cui etiamsi concedi potest ex ordine confuso glossarum nimium conclusisse Bentleium (cf. Schmidti quaestt. Hesych. cap. VII), tamen Alberti quod monuit, in epistula Hesychiana illarum glossarum mentionem non fieri, id grauissimum stat argumentum. Aut enim fuit Christianae fidei addictus Hesychius, aut non fuit. Si fuit, censesne eum, quam Christianis scriptoribus nauasset operam, eam aut omnino silentio praetermississe aut indicasse his tantum uerbis: *πλείστας οὐχ ἐν ῥὼν προστέθειρα*? Si non fuit, quo omnino consilio recepit glossas sacras, tanta praesertim multitudine? Nam quod Ernesti uoluit, post absolutum opus postque conscriptam epistulam addidisse illas Hesychium, id quam debili uel nullo potius argumento nitatur, nemo non uidet.

§ 13. Priusquam huius partis finem faciam, dicam, quod mihi sat notabile uidetur, comparere interdum in Hesychiano

lexico continui alicuius glossarii Latino-Graeci uestigia. Sic se excipiunt glossae *ξεκτός, ξεκτών*. Glossae *ξεφούργια* explicationem turbavit, quod paulo supra exstitisse uerisimile est, *ξεπούδιον*, acciditque simile aliquid s. u. *ἡδίκτον*. *Σαίκουλουμ· χρόνος, σάκκος*, *Ῥωμαῖοι*: occurrunt extemplo:

*σαίκουλουμ· χρόνος*

*σάκκουλουμ· σάκκος*, nisi mauis

*σάκκος· . . . . ., Ῥωμαῖοι.*

Haud longo deinde interuallo leguntur *δηλάτωρ, δηληγατιῶν, δηνάριον, δηπορτάτος, δηφένσωρ, διφένσωρ, δικάτωρ, δούξ* nec aliter se res habet in littera *z*. Ubi postremo in Hesychio *πριμικήριος* est, Suidas et Fauorinus praebent: *πριβάτον, πριγκιπες, πριγκιψ . . . πριμιγγιλίων* (priuilegiorum), *πριμικήριος, πριμιολοκάριος, πριμοπιλάριος . . . Πρίσκος*.

Quod si et *δηφένσωρ* et *διφένσωρ* suo utrumque loco positum inuenimus, non continuo sequitur fontium diuersitas. Demonstrat enim H. Weber, Philol. suppl. III p. 611, Hesychianum lexicon, iam pridem corruptum mutilatum turbatum additamentisque auctum *διόρθωσιν* aliquam esse passum eamque eo consilio factam, ut litterarum restitueretur integra series. Ita fit, ut uel apertissima menda et fere monstra ordine alphabetico quasi modesta ac decora ueste induta asterisco notare censor criticus haud raro omittat. In *ἄτματα* (*καθάρματα*) quamquam nihil nisi corruptum *ΑΥΜΑΤΑ* latere Ruhnken uidit, tamen sub *α* littera exstat glossa. Non alia est causa, cur diuersis locis posita inueniamus *δηλητήριον* et *διλητήριον, δηφένσωρ* et *διφένσωρ*. Potuit autem in hac textus clade perfacile etiam illud fieri, quod miror in Hesychio accuratius neminem demonstrauisse, ut quaedam uocabula de lemmatis sede depulsa in explicationem migrarent. Vide e. g. glossam:

*ἀμυνητήριον· ξίφος δίστομον. ἢ βάκλον ἢ τι τῶν πληττόντων.*

Cum hac compara glossam:

*γαῖσος· ἐμβόλιον ὀλοσιδήρον καὶ ὄνομα ποταμοῦ. οἱ δὲ μισθὸν ἢ ὄπλον ἀμυνητήριον.*

Utrum in glossa priore *ξίφος δίστομον*, an *ἀμυντήριον* censes lemmatis loco dignum esse? Profecto *ξίφος δίστομον*. Quae tamen secuntur, *βάκλον ἢ τι τῶν πλεητόντων*, cum ad solum *ἀμυντήριον* spectare possint, intellegimus simul Latina uocabula ex parte esse post illam *διόρθωσιν* addita. Ab Hesychio sane huiusmodi additamenta aliena sunt.

Ceterum permutari interdum lemmatis et interpretamenti sedes in Cyrillo quoque constat (Loewe prodrom. p. 216), cuius permultae glossae nunc Graeco-Latinae olim fuerunt Latino-Graecae. Idem puta accidisse passim in Hesychianis, ueluti

*ἄμαξα· κάριον* (*ἀμαξακάριον* corrupte cod.), *ἄμαξα*,  
sane pro:

*κάριον· ἄμαξα.*

Item *ἡμίονος· βουρδῶν* (*μονσμῶν* cod.) ἢ *μοῦλα* pro:

*βουρδῶν ἢ μοῦλα· ἡμίονος.*

Quis enim umquam uel infimae aetatis Graeculus uocabulum *ἡμίονος* ut obscurum explicatione donauerit?

Alia tamen ex Latinis mera sunt additamenta uel sciolorum quorundam, qui utebantur Hesychio, uel etiam librariorum. Vide glossas:

*Κονείδης· Θησέως παιδαγωγός [καὶ μαῖστωρ]*

*σκυτεὺς· σαγγάριος [καὶ καλιγάριος].*

S. u. *ἵπποφόρβιον* legebatur *ἀγέλη ἵππων*. Interpolator, cui ob oculos uersabatur *φορβειά*, prorsus inscite scripsit *ἵπποφόρβιον· καπίστριον* (*capistrum*) ἢ *ἀγέλη ἵππων*. Cf. *καπίστριον φορβειά ὄνον* (*ἵππου* Suid., *περιστόμιον* Etym. M. p. 798, 32). Ἐπ' *ἀντοφώρῳ* deprehendimus interpolatorem s. u. *ἀκίδας*, ubi Hesychius: *τοῦ βέλους τὰς ὀξύτητας. Αἱ σαγίται καλοῦνται ἢ λογχάρια* addit unus e Cyrillis Schmidtianis. Alia uide apud Nauckium Arist. Byz. p. 81. 84.

## II.

## Cap. I. Diogenianaea.

§ 1. Vetustissima Italica. A) Glossae comicae (cf. I § 7).

Ἄλλην· λάχανον. Ἴταλοι.

allium.

Quae secuntur, cum praeter ἀλαντόπολις, manifeste corruptum ex ἀλλαντοπόλης, haud facile expeditas, omnino omittere satius duxi. Habet Hesychius: ἄγγλιθες, ἐξ ὧν ἡ κεφαλή συνέστηκε τῶν σκορόδων et: ἀγλίδια· σκόροδα. Nonne ex his optime explicatur Lat. *ālium*<sup>1)</sup>, tamquam \**aglīum*, elisa gutturali, ut in *filum*, \**fig-lum* (Froehde, Bezenb. I p. 249), *exilis*, \**exig-lis*. Contra recentior forma *allium* eandem adsimilationem exhibet quam Graec. ἀλλᾶς, ἀλλήεις etc., an Graeci uocabuli imitatione, non diiudicauerim. Quamquam nihil opponeret, si quis afferret nomina *Allius*, *Allia* (cf. Cret. Ἀλλαρία). Dicebant enim *Alies* Picentes (Zvetaiieff inscr. It. med. no. 1, 7).

Ipsum uero Hesychianum ἄλλην erit fortasse, qui comparato Dor. ἀλλᾶς et Hom. Βορρῆς I 5 (Ψ 195) malit ἀλλῆν scribere, sed peruerse. Contra cum Lobeck, litt. anall. Wolf. III p. 61, pro ἀτταγᾶς dici affirmet ἀτταγῆν, -ῆνος (cf. Τιτήν, -ῆνος) eamque formam, Ionicae similem, uulgo receptam dicat, ego malim in Hesychio ἀλλῆν referamque glossam ad Ionicas quae in Sicilia fuerunt colonias (Thucyd. VI c. 3. Castelli inscr. Sic. p. XX), quarum de miscella, ut ita dicam, dialecto uide Arentem de dial. Sic. p. 4.

Comicam agnoui glossam, cum notum sit, quam frequens sit comicis τὸ σκόροδον. Medicam tamen si quis malit, non repugnem. Ἄγγλιθες enim nouit Galenus expl. uoc. Hippocr.

Ἀπεκέλλερον· ἀπέκλεψαν, quibus statim subiungam:

\*ἀκελλεᾶ· ἐκλεψαν. οἱ Ταραντινοὶ (sic. Vide Schmidtii

ed. min.) et:

ἐκκεκελλήρικεν· ἐκκέκληκεν.

1) Brambach, neugestaltung d. lat. orth. p. 136. Ceterum simile aliquid sensisse inuenio Hehnum, kulturpflanzen<sup>3</sup> p. 175.

Disiungam *κέλλια* et *κέλλας*, uocabula Byzantina, addita glossis *δώματα* et *τὰ στέγη*.

*ἀπεκέλλερον*, quod malo *ἀπεκέλλειρον* legi, et *ἐκκεκλήριζεν* formas esse puto uerborum *ἀποκελλείρω* et *ἐκ-κεκλήριζω*, a quibus remouenda esse *κέλλω*, *ὀκέλλω*, *κιλλι-κύριοι*, *κιλλ-οὔρος* (cf. *mota-cilla*)<sup>1)</sup> ex Hesychii explicatione satis, opinor, apparet. Contra est thema *καλ*, unde descendunt *καλιά* et *cella*<sup>2)</sup>, quae dicta est, 'quod ea *celantur*, quae uolumus esse *occulta*' (Fest. p. 66). Umbrorum *carsom*, ut *\*calom*, *cellam* interpretatus est Buecheler Umbr. p. 49. *Cela* Falisci dicebant (Zvet. no. 47. 48). Ad Graecorum *καλιά* cum Umbrica propius accedit forma Osca *kaïla*, Zvet. inscr. Osc. no. 62, 6 (Corssen eph. ep. II p. 167. Buecheler Jen. litteraturzeitg. 1874 p. 610. Corssen Philol. XXXV p. 124). Campanorum denique erat oppidum nomine *Cel-enna* (Verg. A. VII u. 739). Cf. Lat. *colo* (*\*quel-o*), *in-quil-inus*, *domi-cil-ium*. Cum igitur in Italia latius regnet haec stirps quam in Graecia cumque *e* uocalem induxerint soli Itali, in Hesychianis glossis facile mecum agnoscas Italiotarum *λέξιν κωμικήν*. Vulgarem aliquam formam subesse docent Byz. *κελλαρικόν* *κεκρυμμένον* (glossae iuris). Franco-gall. *cellérier* (*cellerarius*), Alban. *celéri* (Miklosich, denkschr. d. Wiener akad. XX p. 13), nostrum '*keller*'.

Ad explicationem Hesychii apte affert Perger Ter. Eun. u. 310: 'quom in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum'. Unde pro *ἐκκέκληκε* malim *ἐκκέκληκε* de *κλείω*, *κλήω* (Veitch p. 373).

Vides igitur ingeniosius quam uerius esse Meinekii *ἐκκεκλήριζεν*, uel Schmidtii *ἐκκεκιλλικύριζεν* eiusdemque (Philol. XIV p. 470) pro *ἀκελλεά* etc. inductum: *ὄκελλε* *ἀνέβλεψεν*. Quamquam, nisi mirum in modum detortam a comicis uocem statuere licet, ne ego quidem corruptela plane desperata laborare illud *ἀκελλεά* negauerim. Fortasse subest *ἀνακελλ-*, uel *ἀποκελλ-*, cf. *ἀγέτρια* (*ἀναγέτρια*), *ἀμώσας* (*ἀνεμώσας*), p. 276. Sed nolim grammaticam *παρὰ πάσας τὰς ἐπιστήμας θρασύνε-*

1) Curtius<sup>5</sup> p. 146.

2) Ibid. p. 140.



σθαι, quapropter cum Sexto Empirico dico: ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ τοῦ συγγραφέως διάνοια καὶ διὰ τοῦτο ἄχρηστος ἢ γραμματικῇ.

Incertus haereo, comiceisne an ethnicis adiungam glossam, quae sequitur:

Βαννάται· αἱ λοῦσοι καὶ μὴ ἰθυτενεῖς ὁδοὶ παρὰ Ταραντίνους. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ βάννατροι.

Cyrilli Dresdensis βαμβάκης· ὁδός. στράτα admodum dubito num iure comparetur. Sed uenit in mentem Tarentinorum illa κατὰ τύπον Ἰταλικόν facta adsimilatio, qua *nd* fit *nn*, quamque iam supra explicauimus (p. 272). Itaque elicendum erit thema aliquod *band-*. Radix est *gva* (cf. *am-bu-lare*), quae adsumpsit ab una parte *r* (*gur*, cf. *būra* 'krummholz'), ab altera parte *nd*, *band*, cuius cum uerbo *bē-tere* eadem fere est ratio atque *pa-ndo* cum *pa-teo*. Eiusdem radiceis sunt *ban-nanicae* uites, quas nouit Plin. nat. hist. XIV c. 3, 7, 37 agroque addixit Umbrico Meuanati Picentino, ubi uel maxime illud *nn* inueniri uidimus. Vitis autem, ut et ipsa descendit de radice *wi*, in qua est flectendi notio, ita epitheton quoque facile patitur, quod descendit ab eiusdem fere significationis themate *band*. Animaduertas Hesychii explicationem ὁδοὶ λοῦσοι καὶ μὴ ἰθυτενεῖς. Nescio, an adiungam fontis *Bandusiae* nomen (*Πανδοσία* rec. interpr.) et oppidi *Bantiū*. Oscum enim *Bansae* (cf. Umbr. *Fiso* = *Fidius*, Sab. *Clausus* = *Claudius*, *Βάνδιος* Plut. Marcell. c. 10) suppeditare uidetur formam \**Bandium*<sup>1)</sup> (Aufrecht u. Kirchhoff 'Umbr. sprachdenkm.' II p. 187).

*Βλεννόον*, p. 275. *Βλιτάς* etc., p. 275.

*Βυτίνη*· λάγννος ἢ αἰγίς. Ταραντῖνοι.

Cf. *πυτίνη*· πλεχτή λάγννος . . . ἢ ἢ αἰγίς (Aristoph. fr. inc. 244). Sic Siculi pro *πατάνια* (paruae patinae) dicebant *βατάνια* (Hesychius sub utraque uoce), quod ut rusticum reprehendit Pollux X § 107. Alia mutationis, quae est inter *β* et *π* litteras, exempla attulit Curtius<sup>5</sup> p. 537 sq.

1) Fortasse huc pertinet etiam *βαρούς* (*βανρούς*)· ὄρη στρογγύλα.

Nouit lingua rustica uocabulum. *Βούττης* (buttis): doga. Vagna seu cupa: *βούττις μεγάλη*, ἦν *τινες γαῦλον καλοῦσιν*. *Βουττοποιός*: dogarius. *Βούτιον*: cupella. Glossae sunt Labbaei. Hinc Romanensium sunt: *botte*, *boute*, nostrum: *böttiger*. Groeber, Woelfflinii arch. I p. 254. Videtur igitur uocabulum Italicum esse et per Italicam comoediam uiam sibi parauisse in Atticam. Certius nihil ausim. Unum addo, confirmari meam sententiam, qua Graecis uocabulum aduenticium esse contende-  
bam, uel inconstantia illa initialis litterae ceteroqui rarissima.

1. Ἡμίνα· κοτύλη,
2. ἰμίνα· χοῖνιξ,
3. ἰμίνη· κοτύλη,
4. ἰνιμίνα· ἐνήμυσι.

De hemina cf. Hultsch, metrol. p. 95.

Ex Diodori glossis Italicis (cf. p. 293) appositis locis Epicharmi et Sophronis (Epich. fr. 91 b. Sophr. fr. 70 Ahr.) Pamphilum sua de uoce hemina sumpsisse affirmat Ath. XI p. 479 b.

Errat autem Herodianus I p. 258, 19 ut Italicum uocabulum coniungens ἡμίνα cum *Σαβίνα*, *Φανσίνα*, *Ἰουσίνα* etc. Agnoscitur enim uel spiritu initiali Graeca origo (Saalfeld tensus Italogr. p. 537. Weise 'Griech. wörter im Lat.' p. 62 not. 5).

Descendit autem ἡμῖνᾱ ab ἡμί (inde est τὸ ἡμῖσιν τοῦ ἐκτέως i. e. 1 κοτύλη) terminatione rursus κατὰ τύπον Ἰταλικόν adsumpta (cf. *bīni*, *trīni*). Herodiani autem aetate uel ἡμῖνᾱ erat, properispomenon.

In gl. 2 et 3 merus librariorum itacismus subesse uidetur, item in gl. 4, sed paulo alia ratione. Lego enim: οἰνὴ ἡμίνα (ἰνὴ ἰμίνα)· ἐν ἡμῖσιν. De οἰνὴ (ῦνα) uide Curtium <sup>5</sup> p. 320. Ἔστι δὲ καὶ οἰνὴ παρὰ Ἴωσι μονάς, Pollux VII § 204. Itaque in frustulo illo etiam hoc Italicam uocabulorum fabricam indicat, quod οἰνός, οἰνὴ usurpatur prorsus aequae atque Lat. *oinos* (unus): οἰνὴ ἡμίνα est 'una dimidia', i. q. ἐν ἡμῖσιν.

Ἡρῶναλον· τὸν Ἡρακλέα. Σώφρων ὑποχοριστικῶς. Nihil opus est coniecturis Ἡρακλον uel Ἡραλλον. Anaptyxin potius uocalium animaduerte per Italici oris mollitiem inductam. Alludit quam proxime Tuscum *Heraceli*, Fabretti C. I.

It. no. 2528. Ceterum uti poterat glossa Iordan krit. beitr. p. 15 sq.

Κάλτοι· ὑποδήματα κοῖλα, ἐν οἷς ἰππεύουσι. calcei. Καλτίον meminit Rhintho apud Poll. VII § 90. κάλτιον· τὸ ὑπόδημα, Bekker anecd. I p. 101, 13. Quare non uideo, cur offenderit in κάλτιον, scriptura librorum Plut. Aem. Paul. c. 5, Sickinger l. l. p. 18. Hesychianum tamen κάλτοι nolim mutare. Potuit enim Pollux in Rhinthonicam formam uulgare illius aetate deminutium suo Marte inducere.

τ pro c uicina littera l positum nescio an sui similem habeat glossam: σπέγλον: speculum. 'Fulcrum calcis' uel — sit uenia uerbo — 'stapiam' significare calceum nihil sane miri habet. Vindicat potius Rhintho hunc uocabuli usum priscae Latinitati <sup>1)</sup>).

1. Κάρκαρα· † οὐλα ὁ διήτω. καὶ τὰ ποικίλα τῆ ὄψει καὶ † ἐπιπυρά Σιμωνίδη. ἔνιοι τοὺς μάνδρας. 'Ρίνθων καὶ τῆ οὐρανία ἦρι.

2. κάρκαροι· τραχεῖς καὶ δεσμοί. carceres. Photius: κάρκαρον· τὸ δεσμωτήριον. οὕτως Σώφρων. Recte igitur Ahrens II p. 393: 'uox Italicis deberi uidetur. Nam quae apud Graecos similia sunt, diuersam potestatem habent', scilicet καρκαίρω, quod ex aurium prouincia ('permixtum sonum edere', 'dröhnen') transit ad oculos (τὰ ποικίλα τῆ ὄψει), ut saepissime fit <sup>2)</sup>). Incertissimum fragmentum Simonidis Amorg. 32 B. ex ipsa glossa Hesychiana effectum satius est missum facere. Hoc autem sine ulla controuersia in promptu est, licet obscurus et corruptus sit Hesychius, Sophronem et Rhinthonem dixisse κάρκαροι uel κάρκαρα carceris significatione Graecis prorsus ignota. Repetitum sonum α praebent etiam

1) Perperam Salmasius ad script. hist. Aug. p. 291 c: 'a Siculis et illis Graecis, qui Italiam incoluerunt, nomen et usum calcei uidentur esse mutuati Romani ueteres'.

2) κτύπον δέδορα Aeschyl. Sept. u. 101, ubi scholiasta: μετήγαγε τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὸ ἐναργέστερον. Hom. ὅπα λειριόεσαν. Soph. τηλων ἰωάν. Id. διάσημα γὰρ θεοῦ. Dante: 'venni in un luogo d'ogni luce muto'. Goethe: 'der tone süszes licht' (!).

Diodorus Sic. exc. 31 p. 515 (κάρκαρος) et Plutarchi (Aem. Paul. c. 37) optimi libri (κάρκαρε). Cf. Got.: *karkara*.

Κορώννα etc. Cf. p. 298.

1. Κυβιτόν· ὁ ἀγκών.

2. κυβιτίζω· ἐπὶ κεφαλήν ῥίψω (cf. κυβιστάω, κυβιστήρ, κυβησίνδα, quibus subest aliquod uocabulum \*κύβη, capitis significatione). Adde:

3. κύβωλα· ἀγκῶνα [ἢ ὀσφίς], ἢ μεγάλα ὀστᾶ, καὶ ὠλέχρονα. Cf. cubitus.

Pollux II § 141: δοκεῖ δὲ εἶναι Λωριζὸν τοῦνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Λωριέων. Ὅθεν Ἐπίχαρμος καὶ τὸ παῖειν τῷ ἀγκῶνι κυβιτίζειν λέγει. Quod uero idem Hippocratis quoque eo sensu uisse uocabulum docet, noli cum Ahrente II p. 393 idcirco Italicis fontibus prolapsam esse cubiti significationem negare. Nam saepius iam occurrebat quaedam dialecti Siculae Iadis similitudo atque affinitas. Cf. p. 272, 307 et paulo infra. Ceterum adsentitur Polluci Dioscoridis testimonium, qui κυβιτόν τὸν κόνδυλον τοῦ βραχίονος ὠνομάσθαι dicit in Galeni explic. uocum Hippocr. u. κυβιτόν. Bene perspexit rei rationem auctor Etym. M. p. 543, 7: Ῥωμαῖοι τὸν ἀγκῶνα κύβιτον (κύμητον codd.) λέγουσι.

1. Λίτρα· ὀβολός. οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β̄ λίβρα.

2. τάλαντον· λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιράνιον.

3. τάλαντον· σταθμός, ζυγός. ὀλίγη λίτρῶν 100 ἢ 125 ἢ 165 ἢ 400 ἢ 1152.

4. λιτροσόπους· ἀργυραμοιβός, ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα. libra.

Haec non omnia eiusdem originis auctoritatisque esse nemo non uidet. Tamen hic statim sub uno conspectu posui. Cf. Epich. fr. 5. 6. Sophr. fr. 26. 60 Ahr. Phot. u. λίτρα.

Italicam litrae originem cum Boeckhio agnoscunt Ahrens II p. 391, Arens l. l. p. 47. In explicanda ipsa forma inde proficiscendum putō, quod in dialecto Sicula reperiuntur quaedam

psiloseos uestigia. Ἰδίως λέγουσιν οἱ Σικελοὶ τὴν χύτραν κύτραν, τὸν χιτῶνα κιτῶνα, Gregor. Cor. p. 341. Tarentinis quoque in usu erat ἀμπί (ἀμπίθυρον [ἀμπιόυρον cod.]. πυλών, Hesychius). Τυγατρός ex titulo Rhegino CIG III no. 5767 attulit Dittenberger Herm. VI p. 307 not. 3, idem ἐντάδε. Itaque λίτρα puto esse pro \*λίθρα. Accommodabant enim Siceliotae aduenticiū sibi uocabulum ita, ut pro suffixo Latino *-bra* suum mallent loqui, quod illi responderet, *-θρα* (Curtius<sup>5</sup> p. 501).

De argumento uero glossarum post curas Bentleii op. philol. p. 393 sq., Burmanni (d'Orville, Sicula II), Boeckhii (metrol. unters. p. 292 sq.) satis inter omnes conuenit (Hultsch metrol. p. 290). — Itaque obolum dicit Hesychius litram, quia libram aeneam obolo argenteo Aeginetico soluere solebant. Deinde ut libra et pro pecunia et pro pondere est, ita λίτρα quoque dicebatur ἐπὶ σταθμῶν, quem usum Epicharmo maxime et Sophroni uindicat Photius. De eis, qui in gl. 2 et 3 afferuntur numeri litrarum, quibus constat talentum, uide Boeckhium l. l. p. 294. 297.

λιπροσόπους denique Sophocli tribuit Photius (fr. 957 N.).

Λουταρίζημα· ὅ τινες ὄλισβον (Voss., ὄλισθον cod.). Schmidt composuit Lat. *aluta*, sed iniuria. Nam medelam corruptae glossae suppeditat Eustath. ad Od. p. 1921 sq., ubi Aristophanis Byzantini doctrina instructus de scortorum nominibus inter alia profert haec: εἰ δὲ καὶ λοῦπα ἢ αὐτή, ὅπερ ἐστὶν Ἰταλικῶς λύκαινα διὰ τὸ ἀρπακτικόν, deinde: λύκαινα ἢ παρὰ Ἰταλιώταις λοῦπα, ὃ δὴ ὄνομα μετῆγται ἀστείως εἰς ἐταιρίδων προσηγορίαν (cf. Plut. Rom. c. 4: λοῦπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἐταιρούσας). Addatur igitur lexicis λοῦπα, Italicae comoediae aperte proprium uocabulum. Vide Nauckium Arist. Byz. p. 168 not. 10.

De λοῦπα uel eius deminutia forma λουπάριον descendebat λουπαρίζειν. Hinc λουπάρισμα· ὄλισβος, pro inepto λουταρίζημα Hesychio restituas, ordine quantumuis inuito.

Μῶμαρ. momar. Vide p. 275.

A comica dictione non aliena uidetur glossa:

\* *Νάρα· συνήμι,*

quacum composuit, ut iam uidimus, Buecheler Lat. *parus*, cui tamen praeiit hac in re Lobeck rhem. p. 132, qui idem cum Guyeto seriem secutus litterarum restituit *νάρω*. *νάρειν* (*κύειν*, *κρύπτειν*, *ζητεῖν* etc.) et *ινάρει* (*μαστεύει*), tamquam corruptum ex *γνάρει*, num in eundem censum uocanda fuerint uiro docto, ualde dubito.

*Ὅροῦα· χορδή. καὶ σύστρεμμα* (Mein., *σύντριμμα* cod.)  
*πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δράμα.*

*ὄροῦα· χορδῆ ἔφθῆ.*

Non inutile erit adiungere Osc. uio *uruiū* (uia curua), Lat. *uruat*, quod Ennio erat i. q. 'circumdat' (Fest. p. 375). Sunt igitur *χορδαί* (intestina) dictae uruae uel curuae, quippe quae tortuosis et multiplicibus ambagibus aluum expleant.

*ὄροῦα* uocabulum de factione ciuili dictum ne mireris, cf. Aristoph. equ. 214: *τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα*. Nos quoque: *kreis*, *zirkel* (club).

*Παλακῖνος· πολεμιστήριος.*

Lobeck proll. p. 210 not. ad Byz. *παλλ(λ)ικάρια* relegant glossam, quod significare dicunt 'militēs', sed significat potius teste Du Cangio 'calones', 'serui', 'pueri'. Dicitur e. g. *οἱ στρατιῶται μετὰ τῶν παλληκαρίων*.

Cum autem legamus Etym. Gud. p. 450, 18: *παλλακῖνος παρὰ τῷ Σώφρονι. τὸ ὄνομα δηλοῖ δὲ τὸν πάλληκα ἢ τῆς παλλακῆς νόον*, nescio cur non Siculis possit deberi tota haec significationum series: *οἰκότριψ*, uerna, puer, seruus, calo, qui *πολεμιστήριος* optime dicitur. Est enim addictus *πολεμισταῖς* uel militibus.

Facile deinde, ineunte fere media quae uocatur aetate, potuisse uocabulum a Magna Graecia ad Byzantinos deuenire nemo negabit.

*Πατάνα* (Ahrens, *πάτανα* Schm.)· *τρούβλια.*

*πατάνια· τὰ ἐκπέταλα λοπάδια καὶ τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια, ἃ πέδαχνα καλοῦσι. τινὲς δὲ διὰ τοῦ β̄ βατάνια λέγουσιν.*

*βατάνια· τὰ λοπάδια. ἢ δὲ λέξις Σικελική. Cf. patina.*

Pollux X § 107 allatis testimoniis Sophronis, Eubuli, Antiphanis, Alexidis pergit: ἐν δὲ ταῖς Ἰππάρχου Παννυχίῳ εὐρησθαι φασὶ κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον βατάνιον (cf. supra p. 309) <sup>1)</sup>. οἷς μέντοι τὰς κριθὰς φρύγοντες μετέβαλλον ἢ καὶ τοὺς κνάμους, πατάλλια ταῦτα ἐκαλεῖτο. Cf. *patella*, *πατέλλιον* apud eundem Pollucem VI § 90, qui ut suae aetatis affert formam. Inde Photius: οἱ δὲ πολλοὶ διαστρέφουσιν ὡς Ῥωμαϊκὸν τὸ ὄνομα. Sed perperam dicit διαστρέφουσιν: nam Italica est uox, non Graeca. Recte enim Ahrens II p. 394, qui simul obseruauit ita tantum usurpari uocem a poetis comicis, ut Sicula origo et rei et uocabuli eluceat: 'apud Latinos eadem stirps latius regnat, ut in patera'. Ahrentem secutus est Weise l. l. p. 62 sq., a quo non debebat secedere Saalfeld, tensauri p. 832 sq., cuius tamen utilis est collectio iudiciorum a uiris doctis de patinae origine factorum.

Πολλαχρόν· καλόν.

Buechelerum comparare *pulchrum*, *polerum* iam dixi. Frustra temptauerunt *πολύχρον* (Alberti) uel (*ἀ*)*παλόχρο(ο)ν* (Schmidt, Philol. XVIII p. 713). Ad dialectum aliquam Italicam, non ad ipsum Latinum *pulcher*, spectare glossam docet anaptycticum α. 'pulcher' enim scribitur a Graecis *Πόλχερ* (54 a. Chr. Dittenberger Herm. VI p. 283), paulo post *Πούλχερ* (Strabo XIV p. 684).

Placet mihi glossa in comicarum numero collocata. Unde tamen si quis certo argumento expellat, non aduersabor.

Πόλτος· τὸ πνανεψίων ἐψημα. puls.

Quamquam est Alemani (Ath. XIV p. 648 b) placentae genus, tamen cum antiquorum auctorum nemo praeter illum uideatur nouisse, Latinam uero uocis *puls* originem collatis *pal-ea*, *pol-enta*, *pol-len*, *pul-uis* etc. (Vaniček Et. Wb. p. 1183) optimo iure defendat Saalfeld tensauri p. 956, cumque Epicharmus quoque fr. 11, ut Siculum nimirum, *πόλτον* commemoret, nihil opinor obstat, quin Italico fonte oriundum per Siciliam censeamus ad Lacedaemonios migrasse uocabulum. Reuiuiscit deinde apud posterioris aetatis medicos latiusque patet in infima

1) *βατάνη*. Matro parodus apud Ath. IV p. 136 d.

Graecitate (Du Cange u. *πολιτάρια*). Inde est in explicatione glossae *γαλαξία* . . . ἔστι δὲ πόλιτος κρήθινος ἐν γάλακτι.

\*καταπεπολιτωμένα· καταπεπινακωμένα (sic Mus.), glossa est sacra, quae ad Ios. c. IX, 11 relegatur, ubi tamen nunc recepta est lectio: τὰ σανδάλια αὐτῶν παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα.

*Πόρτακος*· ὄμιος.

Cum a *πόρταξ*, *πορτάκιον* (ἄρρηγν βοῦς. δάμαλις. μόσχος) glossam secludat significatio, haud male Schmidt (comparatis formis *φύλαξ* et *φύλακος*) uerum hic tamquam geronem intellegi uult (cf. *βάσταξ*· *τράχηλος* Boeot.) Siculamque uel Tarentinam glossam agnoscit, quae alludat ad Lat. *portare*. Quod si uerum uidit, a comicis glossam non abiudicaueris.

\**Ρογοί*· ὄρια σιτικά (ὄροι σιτικοί cod., *σιροὶ* Mein.), *σιτοβολῶνες*. *rogi*.

Retrahendum fortasse huc est Epicharmi nomen ex glossa, quae antecedit: *δογζιῆν*· *φέγκειν*. *Ἐπίχαρμος*. Nam huius utitur testimonio Pollux IX § 45: (*σιτοβόλια*) δὲ *δογούς* *Σικελιωται* ὠνόμαζον, καὶ ἔστι τοῦνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. Ad dendum est ex tabb. Heracl. I l. 102: ἀπάξοντι ἐς τὸν δαμόσιον *δογόν*. Diuersam Latini uocabuli significationem explanare conatur Iordan krit. beitr. p. 84.

Ceterum hic statim addam, ὄρια uocem, quam explicat ipse Hesychius (III p. 215):

\*ὄρια· τὰ νεώρια. ἔνιοι ἀποθήκας. καὶ Ῥωμαῖοι ὄρια καλοῦσιν (horrea),

ut bene Graecam nec Latinam addi debere lexicis. Discernitur distincte Latina forma ὄρια, pro qua alicubi in glossariis inuenitur *ὄρρειον* uel *ὄρειον*. Descendit autem ὄριον de *ῥορ* (ὄραω), i. q. nostrum 'wahren' (cf. *ge-wahrsam*, *bewahren*) et sunt ὄρια, si ita dicere licet, 'seruacula': si nauium, νεώρια, si frumenti, *σιτοβολῶνες* uel *ἀποθήκαι*.

*Σκύτα*· τὸν τράχηλον. *Σικελοί*. *scutula*.

Collata gl. *σύτη*· *κεφαλή* et τὰν *σύταν* apud Erotianum p. 117 subesse uidetur Hesychianae glossae femininum aliquod, non neutrum.



Sophroni solent tribuere fragmentum ἢ παύσει βάντρω καλίνω σκύταλα (ὅ ἐστι τοὺς τραχήλους) Φρὺξ ἀνήρ, quod laudat Didymus schol. Aristoph. au. u. 1283. Medicis significat uocabulum non scutulam, sed caput. Σκύταν καλεῖ τὴν κεφαλὴν πολλάκις Ἰπποκράτης Psellus, Tittmann Zon. p. CXVIII. Habemus igitur uocis per se bene Graecae significationem, ut ita dicam, Italicam. Vide Celsum de med. VIII, 1: 'rursus a ceruice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta, ὠμοπλάτας Graeci nominant'. Vide praeterea Bergkium ad Archil. fr. 122.

1. Τετραῖντα· τετράγωνόν τι σχῆμα (cf. τετραντίας). δηλοῖ δὲ καὶ τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς.

Adiungo statim:

2. τριᾶντος πόρνη· λαμβάνουσα τριᾶντα, ὅ ἐστι λεπτὰ εἴκοσι.

Inest in utraque glossa Lat. *as*, quem nouerunt etiam Osci, quorum est *dias(i)ls* (Meyer et Schuchardt in Groeberi zeitschr. VI p. 611).

τετραῖς ( $\frac{1}{12}$  λίτρας) trienti ( $\frac{1}{3}$  librae) aequatur, τριᾶς ( $\frac{3}{12}$  λίτρας) quadrantī ( $\frac{1}{4}$  librae, i. q. teruncius). Cf. Hultschii metrol. p. 290<sup>1)</sup>.

In gl. 2 εἴκοσι paulo negligentius positum esse pro numero XXI iure censet Boeckh, metrol. untersuchungen p. 293.

Comicis glossis adiunxi ob Epicharmi fr. 6, ubi legitur ἐξᾶς (*sextans*). Adde Hesych. ἐξᾶς· εἶδος . . .<sup>2)</sup> παρὰ Συρακουσίοις. Idem quod alio loco praebet: τριόγδον· μέτρον τι παρὰ Ταραντίοις, corruptum censeo. Latet τριόγχιον (*teruncium*). Cf. πεντόγχιον Epich. fr. 5. 6 (Ahrens II p. 392).

Postremo appendicis loco apponam quaedam prorsus dubia atque incerta:

Μοιτοῖ ἀντιμοῖ· παροιμία Σικελίοις. ἦ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰνόχαριν.

1) τριᾶντος πόρνη inde est 'quadrantaria', Clodiae illud notum epitheton, sumptum a Caelio ex comico ut uidetur sermone. cf. diobolaria.

2) εἶδος νομίσματος.

Varro l. l. V § 179: 'si datum quod reddatur, *mutuum*, quod Siculi *μοῖτον*: itaque scribit Sophro: *μοῖτον † ἀνθύμω*. (Pro *θ* [th] est *χ* [ch] in Gb.)

Et Hesychius et Varro corruptelam passi sunt, quam emendare saepe temptauerunt uiri docti. Vide Muellerum ad Varronis locum, eundem, 'Etrusker' I<sup>2</sup> p. 4, Ahrentem ad Sophr. fr. 104. Ineptit Saalfeld 'Italograeca' p. 13. — Iam quidni alteram glossae partem sic intellegamus: *παροιμία Σικελοῖς*.

*ἢ γὰρ χάρις μοι τῶν μοιτῶν χάριν,*

ita fere interpretandum: Gratus mihi animus est rerum mutuarum causa uel gratia, i. e. gratus sum gratitudinis mutuae gratia, quam exspecto. Videtur autem dictum Sophronis fuisse, quod abiit in prouerbium: quare metricam rationem accuratius perpendere noli (uide Muelleri Dor. II p. 361). Ipsam uero glossam, qua explicari puto illud prouerbium, coniuncta Hesychii et Varronis auctoritate legendam censeo ita fere: *μοιτων ἀνθύμω(ουργομένων)*. Omnino Varro uereor ne nihil scripserit nisi: '*mutuum*, quod Siculi *μοῖτον*, itaque scribit Sophro'. Quod sequitur, doctum interpretamentum puto ex eodem fonte sumptum, unde manauerunt Hesychiana.

Quod denique glossam: *τελλίην ὁ δεῖνα. Ταραντινοί* explicare conati sunt in comparationem uocato Lat. *talis*, significauisse satis habeo. Res enim prorsus incerta uidetur.

B) Glossae ethnicae, historicae et quae his sunt affines.

1. Tuscae.

*Ἀγαλήτορα παῖδα. Τυρρηνοί*

Deecke (Muelleri Etr. II<sup>2</sup> p. 511) Tuscum comparat *etera* (seruus), nullo probabilitatis indicio. Verum, ni fallor, sensit Schmidt, quem ego ita sequor, ut lemma glossae intercidisse existimem scribendumque esse:

..... *ἀγαλομήτορα παῖδα. Τυρρηνοί*. Nota est summa gentiliciae auctoritatis apud Etruscos religio. Item est notum in nominum indicibus eos secutos esse potius τὸ μητρωνυμικόν quam τὸ πατρωνυμικόν (Mueller I<sup>2</sup> p. 375 sq.).

*Ἀἰσοί θεοὶ ἐπὶ Τυρρηγῶν.*

*ais-*, *aisu-* themata ab Italicis frequenti usu adhibentur. Vide supra p. 278 (Buecheler lex. It. IV). *Aisos pacris*, 'dis propitiis', Marrucini. *Esune*, 'diuinae', Umbri. *Es-ar-is-trom*, 'rem diuinam', Volsci. Cf. Zvetaieff inscr. It. med. p. 72.

*Ἄνδρας· βορέας ὑπὸ Τυρρηγῶν*,  
quod composita glossa *ἄνται· ἄνεμοι* uidetur esse pro *ἄντας* (de litterae dentalis post nasalem inconstantia diximus p. 272). Hoc rursus est *Ἄντας*, ita ut comparare liceat Lat. *uentus*, Sanscr. *uātas* (Curtius<sup>5</sup> p. 387). Confirmari autem uideo originem meam glossa:

*ἄνταρ· ἀετός ὑπὸ Τυρρηγῶν* <sup>1)</sup>, quae suppeditat facillimam hanc analogiam:

Tusc. *ἄνταρ* (ἀετός) : *ἄντας* uel *ἄνδρας* (βορέας) = Lat. *aquila* : *aquilo*.

*Ἄρακος· ἰέραξ. Τυρρηγοί.*

Appono glossam, quam hunc in modum distinguo: *βάραξ· ἰέραξ. παρὰ Αἰβνσι καὶ φύραμα στρογγύλον, ἀφ' οὗ αἱ μᾶζαι γίνονται, καὶ ἐρίων τολύπη*. Unde et *ἄρακος* et *βάραξ* (cf. *φύλακος, φύλαξ*, supra p. 316) sunt pro *Ἄραξ*. Subesse autem puto rad. *uar*, unde est etiam *uar-t*, Lat. *uertere*. Cf. Sanscr. *uara* (circuitus). Animaduerte praeterea in Libyca eiusdem uocabuli significatione uerba *στρογγύλον* et *τολύπη* ab Hesychio usurpata. Appellatus igitur accipiter ab Etruscis *Ἄραξ* uel *Ἄρακος*, quia tamquam uertigine quodam solet euolare.

*Ἄριμος· πίθηκος*

cum editore doctissimo pro uocabulo Tusco uendere uehementer dubito. Cum enim Homerus B 783 dixisset: *εἰν Ἄριμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς*, fabulosae huic genti domicilium aliquod quaerentibus in mentem uenit Pindari Pyth. I u. 32:

*νῦν γε μάν*

*ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἀλιερκέες ὄχθαι*

*Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέργα etc.*

1) Quod additum est: *Ἐγφορίων δὲ διάσμα*, nihil ad Tuscum uocabulum. Cf. *ἀντήριος· στήμων*. Similis est glossae *δέα* ratio, qua de diximus p. 278.

Iam ad Campaniae litora sitae sunt Pithecusae insulae. Statim huc migrauerunt ex Cilicia Arimi. Strab. XIII p. 626: οἱ δ' ἐν Πιθηκούσσαις (sc. πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον), οἱ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι. Unde uides me non sine causa suspicionem mouisse.

Ἀταισόν· ἀναδενδράς. Τυρρηνοί

corruptum uidetur. Cum autem Musurus in codice non nominatum ἀναδενδράς, sed alium casum legerit, coniciam:

.....ατα....., ἴσον ἀναδενδράδι. Τυρρηνοί.

Ἀὐκὴλωσ· ἔως, ὑπὸ Τυρρηνῶν.

Placeret admodum αὐσὴλωσ (cf. *Aurelius*). Sed nescio, an obstant nomina *Aucilius*, *Ocellus*, Osc. *Aukil*.

Βυρρός· κάνθαρος. Τυρρηνοί.

Num iure Lobeck rhem. p. 286 Latinum attulerit *fullo*, nescio. Plinio (nat. hist. XXX c. 11, 100) est 'cantharus, albis guttis. In magica utebantur eo'. Si rectum est Lobeckii iudicium, sacrae Etruscorum disciplinae ne Graecis quidem notitia defuisse uidetur.

1. Δέα· θεὰ ὑπὸ Τυρρηνῶν [καὶ δειμάτα, φόβοι cf. τὸ δέος<sup>1</sup>].

2. δέος· [φόβος ἢ] θεός.

Cf. p. 278, ubi statuimus uetustissimis temporibus Tuscum Graecis fere idem ualuisse atque Italicum. Iam cum Boissonade ad Gregor. Corinth. de dial. Aeol. § XLI Schaefer. ex hortis Adonidis apposuisset: Ἐ καὶ δ εἰς ἄλληλα τροπήν Αἰολέων εἶναι φασι: fuerunt, qui δέος, δέα barytonam Aeolum formam iudicarent. Sed quid de futtili illo praecepto statuendum sit, docuit Ahrens I p. 44. Macedonibus autem cum Schmidtio uocabulum δέος tribuere nos uetat, quod seiungi nequit, femininum δέα disertis uerbis Etruscis attributum.

Δροῦνα· ἡ ἀρχὴ ὑπὸ Τυρρηνῶν.

Subesse puto Graecum *θρόνος*, aduenticium Etruscis uocabulum.

Κάπρα· αἴξ. Τυρρηνοί. Cf. *capra*.

Noli in eundem censum uocare glossam atque eam, quam legimus u. δέα. Occurrit enim nomen proprium *Caprius* in titulo

1) Hesychius u. δεῖσαι. δέος γὰρ ὁ φόβος.

Perusino, Fabr. CI It. no. 1962: 'larthi . . . a capras', 'Lartia . . . ia, Caprii (uxor)'. Adde: *Caprasia, Caprea* 1).

2. Reliquae huius generis glossae.

Ἀκυλέης· ἀετός. aquila.

Latinum *aquila* subesse quamquam apertum est, tamen non deest difficultas quaedam. Syllaba enim *quī* imperatorum demum aetate per *κν* scribunt Graeci (*quī* per *κνι*, uide Sickingerum l. l. p. 16), cum antea in usu fuerit *κοι* uel *κονι*. Sic ἀκύλας dixisse Graecos distincte docent Priscianus (Gr. L. II p. 413, 7) et Eustathius ad Dion. Per. u. 378: Ἀκυλία . . . παρανομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ, ὃς ἀκύλας πρὸς τῶν ἐκεῖ ἐλέγετο. Attamen ad uetustissima ethnica ut referrem glossam Hesychii, illud *κν* pro *κοῖ* recentius mutatum statuens, mouit me terminatio *-εῖς*, quam ad explicandam liceat paulo longius excurrere.

Nota sunt nomina auium, quae sunt in *-ᾱς*, ut *πελεκᾱς*, *ἄτταγᾱς*, de quibus consulendus est Lobeck, Wolfii litt. anall. III p. 58 sq. In his *ᾱς* est pro *εᾱς* more Dorico (schol. Aristoph. au. 883). Iam tibi reuoca in memoriam, quae de Ionicis Siciliae coloniis supra p. 307 diximus. Ibi pro Dorico ἀκυλάς (= ἀκυλέας), quod licet ponere, dicendum erat ἀκυλέης, prorsus eadem ratione qua dicendum erat Dor. βορραῖς, Ion. βορέης. Itaque paroxytonon Hesychio restituas.

Originem glossae facile explicat stirpis uocabuli per totam Italiam frequentia: *aquila*, *aquilo*, *Aquilius*, *Aquilonia*, Osc. *Akudunniad*, Umb. *Akeduniam* etc.

Quamquam non repugnem, si quis malit posterioris demum aetatis glossam ethnicam statuere, qua exponatur eodem fere modo atque ab Eustathio urbis Aquileiae nomen, cuius incolae sunt Ἀκυλήσιοι uel Ἀκυλέσιοι 2). Quod si sequimur, turbatae et truncatae glossae reliquias tantum habemus:

. . . . . Ἀκυλέης(ιος) . . . . . ἀετός . . . . .

1) De γάπος (ὄχημα) et γνίς uel γνίς (γέρονος) prorsus mihi non liquet. δάμνος (ἵππος) nescio an recte exponat Schmidt, cum contrarium id dictum uult atque illud πῶλος ἀδμής.

2) Temptauit iniuria hanc formam Mueller geogr. min. II p. 286 not. Redit enim ad rariorem Lat. *Aquileiēnsis* (Liu. XXXIX c. 45).

Ἀρβίννη· κρέας. Σικελοί. aruina.

Nihil fortasse aliud latet in gl. βρίννια· τὰ ἄρνεια κρέα, unde simul emendaueris glossas Philoxeni, quibus aruina explicatur στέαρ et λίπος ἄνευ σαρκός. Debet esse λίπος ἄρνείου σαρκός.

Ipsum tamen Siculum uocabulum paulo alia ratione erit iudicandum. Videtur enim imitari deminutiuam formam Latinam, quam seruauit Festus p. 20 'arbilla, aruina, i. e. pinguedo corporis'. Nescio igitur, an medicorum aliquam technicam quae dicitur uocem teneamus, quorum dicendi genus identidem uidimus (cf. p. 315) a Siculorum sermone non alienum fuisse. Cuius rei causam inde repetimus, quod, cum Graecorum medicorum tamquam prouincia esset Latinorum ualetudo, uicinos Italios praecipue illi arti operam dedisse uerisimile est. Ceterum de Hesyhiana glossa confirmat mihi sententiam Suetonius de uitis corp. p. 272 Reiff.

Legitur apud Hesyhium \*ἄρπη· ἄνεμον, δρέπανον. ἡ ὄρνέου γένος κατὰ Λατίνους. Illud κατὰ Λατίνους non suo loco comparere nemo erit, qui neget. Itaque in epecdosi relegauit Schmidt ad ἀρπᾶναι· μάνδραι βοσκημάτων, apposito tamen [κατὰ Ταραντίνους?].

Et Italicum quidem uocabulum eleganti acumine sensit uir doctissimus. Cui autem non in mentem uenit nominum *Arpi*, *Arpinum*. *Arpi* habet ethnicum *Arpani* (Plin. nat. hist. II c. 98, 2. Cf. ΑΡΠΑΝΩΝ, legenda nummi apud Fabr. CI It. gloss. p. 175). Fuisse *Arpi* primum Ἄργος Ἰππιον, deinde Ἀργυρίππα, post Ἄρποι nemo Straboni (VI p. 283) credet. Obstat enim uel alterum illud nomen *Arpinum*, gens *Arpineia*. Iam Lat. *arcus*, ubi de Iride dicebant, erat *arquus* (Nonius p. 425). Festus p. 20 nouit *arquites*. Nonne huic Lat. *qu* in dialectis respondere potest *p*? Cf. *equus*, *Epona*<sup>1)</sup>. *aripa* in uase Volcenti (Fabr. CI It. no. 2188) num huc spectet, nescio. Nomen igitur duxerunt *Arpi*, *Arpinum* de fluminum, quorum in ripa sita sunt oppida, quodammodo arcu, i. e. circuitu. Idem accidit in oppido Thessalico *Γοννοί*, Aetolico Ὠλενος.

1) Cf. Lat. *hircus*, Sab. *fircus*, Osc. *hirpus*, unde sunt *Hirpi*, *Hirpini*.

Arp̄inum cum Diod. Sic. XX c. 90, 4 dicat Ἄρπιναν, uidentur fuisse aliquod uocabulum \*arp̄ina, unde Italiotae ἀρπάνη eadem ratione sibi formauerunt, quae intercedit inter buc̄ina et βυκάνη. Quapropter in Hesychio legerim ἀρπάναι paroxytonon. Sunt uero ἀρπάναι μάνδραι βοσκημάτων i. e. saep̄ta, quibus tamquam circumuallantur greges. Asperum spiritum commisit ni fallor ἄρπη.

Illud denique κατὰ Λατίνους, quod littera *p* pro *qu* uel *c* posita non admittit, ita expediamus, ut ad incertam illam uetustioris aetatis rerum Italicarum notitiam id redire censeamus.

Βούβελα· κρέα βόεια. bubula.

Vocem uetustioris Latinitatis (Plaut. Aul. II, 8, 3) et medicorum (Cels. II c. 24) propriam (eo nimirum sensu, quem Hesychius indicat) hic statim attuli, quia eiusdem fere notae glossa uidetur atque ἀρβίννη. Cf. p. 322. Mediae uel infimae aetatis certe non est: neque enim Meursius nec Du Cange eam agnoscit.

-ελα pro Lat. -ula est ut in πίκελα (*picula*) cf. Σικελός (*Siculus*).

Βρένδον· ἔλαρον.

De Seleuco huius glossae auctore diximus p. 297. Cf. Fest. p. 33: *Brenda* (Brundisium). Mommsen, unterit. dial. p. 46.

Γαῖσος· ἐμβόλιον ὀλοσίδηρον <sup>1)</sup> καὶ ὄνομα ποταμοῦ <sup>2)</sup>.

οἱ δὲ μισθόν, ἢ ὄπλον ἀμυντήριον. gaesum.

Docta et prolixa est hoc de uocabulo commentatio apud Hordium de textu orig. LXX lib. II p. 178sq. occurrit enim uocabulum et Italicis et Graecis aduenticiū Iudith c. 9, 7 et Iosua c. VIII, 18, ad quem locum incerti auctoris scholion in editione hexaplorum Montefalconiana legitur, idcirco utilissimum, quia nomine Diogeniani apposito glossam auctor affert.

Ipsis Graecis uisa est per Italiam Gallici gaesi notitia ad ipsos uenisse: γαῖσον, τὸ ὄπλον, δοκοῦν εἶναι Ἰταλικόν, Bekker anecd. I p. 88, 2.

Iam illud οἱ δὲ μισθόν quid sibi uult? Etym. M. p. 223, 26: Ἰταλιῶται δὲ καὶ Ταραντῖνοι γαῖσον τὸν μισθόν λέγουσι. Eodem

1) Spectat ad rostrum nauale cf. Etym. M. p. 223, 26. Hesych. u. ῥῶστρον. 2) Γαῖσων, M. Schmidt in epecdosi.

sensu γαῖος legitur Bekk. aneed. I p. 229, 17. Γαιάτης· γεωργός comparat M. Schmidt. Ego tamen nullus dubito, quin corruptum antiquitus γαῖον in lexicis circumferatur. Nihil enim est nisi γαῖσον. Quod praeter glossam Hesychianam confirmat mihi grauissimus auctor Polybius II c. 22: διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς Ἀλπεῖς καὶ περὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας, προσαγορευομένους δὲ διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν Γαῖάτους. ἢ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως.

Itaque ad Polybium glossa spectare uidetur. Nihil tamen minus hic eam apposui. Nam Etymologum si audis, Italiotis, non Romanis Graeci debuerunt uocem γαῖσος, unde explicaueris fortasse generis diuersitatem: γαῖσος: *gaesum*.

Ceterum non inscitum est, quod Etymologus addit, ἃ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι ἕσσούς. Felicissime enim hoc uocabulum ad Lat. *hasta*, Umbr. *hostatu* relegauit nuper Buecheler Rh. M. XXXIX p. 424. Quam autem requirit comparatis *pessulum* et *pestulum*<sup>1)</sup> formam ἕστός, hanc suppeditat Fauorinus, qui paulo diuerse ab Etym. M. exhibet: ἃ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ἕσιούς (καλοῦσιν νύστους, ed. Rom. 1523). Ex Hesychianis huc referam ἕστιακός· ποτήριον ποιόν. Ἰταλιῶται (Rhintho, Ath. XI p. 500f). Erat longae fortasse formae poculum. Nam quod Bannack, studia Nicolaitana p. 18, ἕστι-ακός (= ἕστι-ακός) de \*ἕστειν (tamquam ἕδρεύειν) et ακφο (tamquam aqua) formatum uult uocabulum, haud facile quisquam probabit.

\* Γέλανδρον· ψυχρόν.

Huic glossae, cui Lat. *gelidum* solent adiungere, ego me spero tandem medicum exstitisse. Proficiscor inde, quod ordo suadet *ι, γέλινδρον*, uel sic corruptum. Iam audi de Gela, Siciliae urbe, a Rhodiis et Cretensibus condita, Thucydidem (VI c. 4, 3): καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοῦνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον, οἷ νῦν ἢ πόλις ἐστὶ καὶ ὁ πρῶτον εἰτε-χίσθη, Αἰνδιοὶ καλεῖται. Adde Steph. Byz. (u. Γέλα): γέλα πάγη (gelu) λέγεται τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν (cf. Herodian. I p. 253, 25). Scripsit igitur Hesychius procul dubio:

1) Quibus addi potest ἄγεσσα (*agesta*), Suidas.



γέλα· *Λίνδιοι, ψυχρόν,*

unde lucratur speciosissimam glossam ethnicam, nisi paradoxographicam maus. De Callimacho (fr. 361) et Artemone cogitare licet comparato schol. Pind. Ol. II u. 16.

1. *Γραικός· Ἑλληγ,*

2. *Γραικιστί· Ἑλλημιστί.*

Addo statim:

3. *Ῥαικός· Ἑλληγ. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ̄ προσθέντες Γραικόν φασι.*

De ipso nomine uide uirorum doctorum iudicia in Saalfeldii tensauro p. 507. Iapyges quosdam cum ipsis cognatos, in Epiro tamen relictos uocasse Graecos uel Graios, tamquam 'ueteres' (cf. *γραιῦς*), probabilis est sententia Nisseni 'Ital. landeskunde' I p. 543 not. 5. *Ῥαικός* enim a *Γραικός* prorsus seiungamus. Eustath. ad *M* 20: *ἡ μὲν συνήθεια καὶ Σοφοκλῆς δὲ πον* (fr. 445. 993 D.) *κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ Ανκόφρων* (u. 532) *διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ γ̄ προσφέρουσιν ἐπὶ Ἑλλήνων, οἱ βάρβαροι δὲ Ῥαικούς φασι δίχα τοῦ γ̄, ὡς ἐν παλαιῷ εὔρηται λεξικῷ ῥητορικῷ.* Cf. Sturzium de dial. Maced. p. 8 not. 3<sup>1</sup>).

Glossam autem alteram, quae est *Γραικιστί*, ualde suspicor, an ut prorsus nouiciam non dico ex Diogenianeis, sed uel ex Hesychianis expellere debeamus. Vide enim, quae Du Cange habet u. *Γραικός*. Cum antea Graeci Romaeos appellari uoluissent, tamen postquam Romani (seu occidentales) Graecorum gentis dominationem et fastum auersari coepere, seu etiam, quod Romanos sese appellari uelle Graecos indignarentur, uel etiam ut ab iis discernerentur, Graecorum nomen sensim inductum a Latinis'. Tum igitur *Γραικιστί* (Graece) prorsus ex usu communi erat, in uetustis glossis ethnicis locum non habet.

Ceterum et hic transiit usus. De Constantinopoli capta legimus apud Villoisonem anecd. II p. 249:

*ἡ βασιλις τῶν πόλεων πῶς Ἰταλοῖς ἔάλω  
καὶ τοῖς Ῥωμαίοις πῶς ἀπεδόθη πάλιν.*

1) Vel Epicharmo *Ῥαικός· Ῥωμαῖος* uindicat Zonaras p. 1603, cui accinit Fauorinus, idemque addas uerbis Etym. M. p. 701, 13 ex codice Laurentiano Milleri (mél. p. 260).

Aeque fluctuat usus in nomine Latino. Feruntur in nomicis lexicis tituli: *Λατινικὰ λέξεις, αἱ ἐν τοῖς νόμοις κείμεναι Ἰταλικὰ λέξεις, αἱ καταγραφεῖσαι λέξεις Ῥωμαῖκα ἐν τοῖς νόμοις* etc. (Otto, thes. iur. Rom. III p. 1706). Occurrit uel τῇ *Ἀύσονιδι διαλέκτῳ*, Etym. Gud. p. 83, 3, et uocabatur imperator *Ἀύσονοκράτωρ*. Quapropter etiam glossam *Ἀύσωνίησι Ῥωμαῖκοις*, ut infimae aetatis, ab his ethnicis secludam. Vocantur enim inde ab Alexandrina aetate *Ἀύσωνιοι* a Graecis Itali exceptis Romanis, quod docuit Nissen l. l. p. 65 not.

*Δάμεια· ἑορτὴ παρὰ Ταραντίοις.*

Osc. *diuuiā[i] damuse[i]*, 'Iouiae Damusi', Corssen eph. ep. II p. 160. *Damium* sacrificium aliquod notum est Festo p. 68 aliisque glossatoribus. Buecheleri, osk. bleitafel p. 71 sq. doctissimis hac de glossa uerbis nihil ego habeo, quod addam.

*Ἐριέντης· Ἀφροδίτης ἐπώνυμον.*

Comparauit iam Schmidt Lycophronis, cuius rursus mireris doctrinam Italicam (cf. p. 281) *Ἀρέντη* (u. 832). Deam Oscam et Paelignam *Herentam* huc reuocauit Buecheler, Umbrica p. 58. Nomen est ab *heriom*, uelle. *Herentas* igitur tamquam Voluntas. Venerem autem esse hanc *Herentam*, docet inser. *Osca* no. IX, 2 (Enderis), ubi est: '*Herentatei Herukina*' i. e. 'Voluntati (uel Volupiae) Erycinae'.

*Ἐριέντης* autem pro *Ἐρέντης* dictum commiserunt sane nomina Graeca *Ἐριάνθης*, *Ἐρίβοια*, *Ἐριμῖδη*, *Ἐριφύλη* etc.

\**Ἰταλός· ταῦρος* 1).

Cf. Osc. *viteliū*, Umbr. *vitlu*, Lat. *vitulus*, Mommsen, unterital. dial. p. 260. Curtius 5 p. 208. Hellanicus apud Dion. Hal. I c. 35 (quem ab Antiocho hoc loco discedere ingenue mihi fatendum est) ἀπὸ τοῦ ταύρου Italianam dictam censet, τῇ πατρίῳ φωνῇ . . . καλούντων (τῶν Σικελίας ἐπιχωρίων) τὸν δάμαλιν οὕτον-λον. Eandem originationem ut Timaei affert Gell. XI c. 1, 1. Cf. p. 281.

Siculorum *κάγγαλος· κρίκος* ὁ ἐπὶ ταῖς θυραῖς si quidem non diuersum est a uocabulo *κάκαλον* (G. Meyer gramm.

1) Nam *Ῥωμαῖος*, additamentum prorsus nouicium, delendum erit (cf. quae modo dixi u. *Γραικός*).

Graec. p. 171), ex eis est, quae magis cum Italicis quam cum Graecis faciunt. Cf. Lat. *cancellus*, Umbr. *çihçeda*.

Eiusdem fere notae est *κόρνος· κεντρομυρσίνη. Σικελοί* cf. *cornus*.

De *κορώνα, κορωνίς* etc. Vide p. 274 et 298.

*Λατίνοι· Ῥωμαῖοι.*

Nescio, cur non referamus ad Lycophronem, cuius e. g. est u. 1254: *ὑπὲρ Λατίνους Δαννίους τ' ὄψισμένην*, ubi Scheer *Λακίον Δαννίου τ'*, in scholio tamen est: *Λατίνοι καὶ Δάννιοι ἔθνη Ἰταλίας*. Fluxit fortasse glossa ex Theonis commentario.

Etym. Gud. p. 363, 18: *Λατίνος. Ῥωμαῖα ἢ λέξις. λατὺς γὰρ πλατὺς κέκληται* (Anastasius, Etym. M. p. 828, 10). Quam originationem nuper impugnavit Buecheler Umbr. p. 37.

Ad eundem Lycophronem, quem non iniuria *βαρβαρό-γλωσσον* dicit Tzetzes ad u. 276, pertinere puto:

\**Μάμερτος· Ἄρης.*

Lycophr. u. 938 (cum nota Bachmanni). 1410. 1417. Cf. Etym. Gud. p. 379, 12: *Μάμερτος ἐν Ἰταλίᾳ ὁ Ἄρης, ὃθεν καὶ οἱ ἐν Σικελίᾳ οἰκήσαντες στρατιῶται Μαιμερτιανοὶ ὠνομάσθησαν, οἱ ἴσα ἐργαζόμενοι Ἄρει.*

\**Νάρης· ἢ Ἑβη*

a glossa *νάρθηξ* seclusit Schmidt in epeodosi. Italicum deae Hebes nomen hic latere suspicatur Buecheler Umbr. p. 58. Cf. Osc. *nerum*, Umbr. *nerf*, Lat. *Nero* etc. Mommsen, unterit. dial. p. 353. *Νηρίνης, θεᾶς οὕτω τῇ Σαβίνων γλώσση προσ-αγορευομένης* mentionem facit Lydus de mens. IV § 42. *Ναρι-* uidetur ordine flagitari etiam in Hesychio. Itaque malim:

*Ναρίνα· ἢ Ἑβη.*

Addit Buecheler *ναρούς (γύλακας), νηρίται (μεγαλοί), νίρον (μέγα)*. Qua tamen in re cautissimo opus est iudicio cum ne Graecis quidem desit stirps *nar* (Curtius<sup>5</sup> p. 306).

*Πάμπανον· ἢ Δημήτηρ ἐν Ἑρακλείᾳ.*

Siquidem omnino Italicorum Heracleotarum glossa est, conferendum uidetur Lat. *pampinus*, cuius de propria ui uide Curtius<sup>5</sup> p. 511.

Πάν[ε]ια· κεχορτασμένη (pabulata). Ex Seleuco, cf. p. 297. Ath. III p. 111 c: πανός· ἄρτος. Μεσσήπιοι. καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματα Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβῃ καὶ Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ, Ῥίνθων τε ἐν Ἀμφιτρούωνι. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πάντα τὸν ἄρτον καλοῦσι <sup>1)</sup>. Cf. Nissen ital. landeskunde I p. 543 not. 5.

Haec omnia artissime inter se cohaerere (Curtius <sup>5</sup> p. 270) non uideo cur neget Ahrens II p. 393.

Τερίμη· τάρφος.

Cum auctores uocabulo non uti uideantur, tribuendum censeo Italiotis. Alludit enim ad Osc. *teremñiss, teremñattens*. Fossa terminari solebant agri, fundi etc. Ἦanc tibi fossam determinauit ipse<sup>2)</sup>, inscr. Orelli no. 4794.

\*Φαῦνος· Ἰταλικὸς θεός.

Quoniam non suo loco comparet, coniungendam existimo glossam cum ea, quae non longo interuallo sequitur, in hunc modum:

φαῦνος· φαίνων ἑαυτόν (cf. φάω, πι-φαί-σκω), Ἰταλικὸς θεός. Subest originatio nominis diuersa a Varroniana l. l. VII § 36 'a fando Faunos dictos'.

C) Incerta quaedam aut male intellecta. Varia.

\*Ἀβολεῖς· περιβολαὶ ὑπὸ Σικελῶν. abollae.

Quod temptauit Schmidt, cum in epecdosi ipse uideatur reliquisse, omnino missum faciam. Graeca uocis origo patet ex ἄ-βολεῖν, ἄ-βολος (Vaniček et. wb. I p. 213). Inde Siculi ἄ-βολεῖς (cf. ἀμφι-βολεῖς), plur. ἄ-βολεῖς, uestes quae 'coeunt', quae totum corpus quodammodo ambiunt uel includunt. Quapropter in glossa Hesychiana mutatione omnino nulla opus est. Romani uero cum Siculam uestem *abollam* dicerent, deminutivae alicuius uocis speciem subesse uoluerunt. Quod non perspexit Saalfeld, tensus p. 3. Refragatus autem est uocabulum, uidelicet ut Sicilismum (cf. p. 273), sermo urbanus<sup>2)</sup>.

1) Eodem modo *panem πάντα* dicit Plut. quaest. symp. VIII c. 6, 5.

2) Omnino saepius factum est, ut quaedam ex Italiotis aduenticia uocabula lingua uulgaris uel rustica exciperet, cum aspernaretur elegantiorum hominum sermo. Unde sunt in Romanensium linguis uocabula quae-

Varro in saturis abollam dixit uestem militarem (Non. p. 538), deinde utuntur uerbo Martialis et Iuuenalis. Purpurea abolla est apud Sueton. Calig. c. 35. Horatius uero uitauisse uidetur uocem. Dicit enim ep. I, 17 u. 25: 'contra, quem duplici panno patientia uelat'. Duplex autem pannus nihil est nisi abolla, 'quae duplex est, sicut et chlamys', Seru. ad Aen. V u. 421.

Ex Graecis auctoribus utitur uocabulo solus Ps. Arrianus peripl. maris Erythr. c. 6, et quidem forma ἄβολος. Cum autem ἄβολος teste Hesychio (ἄβολος· νέος, οὐδέπω δίψας ὀδόντα) uestem non significet nec obstet quidquam, quin a Romanis Graecum uocabulum recuperauisse peripli auctorem statuamus, scribendum erit illo loco ἄβολλαι, ueluti scripsit Mueller geogr. min. I p. 261.

\* Ἄορνος· λιμὴν ἢ λίμνη.

De λιμὴν et Schowii et Schmidti dubitationes exemit Meineke Philol. XII p. 516, ex cuius explicatione simul patet non ante Augusti aetatem glossam esse scriptam<sup>1)</sup>. Uocabulum ipsum ab origine puto Graecum esse. Subest enim α priuatiuum et ὄρνις. Προσεμίθεινον οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ φθειρομένους ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, Strabo V p. 244. Cf. Lucr. VI u. 752.

Latini autem pro Ἄορνος eadem ratione *Auernus* dicebant, qua pro ἀορτήρ *auerta*.

Ἀράντισι· ἐρινύσι, Μακεδόνες.

Curtius<sup>5</sup> p. 344. Macedonicum uocabulum etiam Italiotis Grae-

dam, quae ab origine Graeca in tota Latinitate per litteras nobis tradita frustra quaeruntur. Adeas e. g. Hesychium: μύσταξ· αἱ ἐπὶ τῷ ἄνω χεῖλει τρίχες (cf. μύττακες). Etym. M. p. 808, 23 (u. χελύνη): ὃν δὴ καὶ μύστακα προσηγόρευον Ῥωμαῖοι. Adde his It. rec. *mustacchi*, Franco-Gall. *moustache*. Similis erit ratio glossae κομπήιον· καμάρα ἢ ἐπὶ τῶν ἀμαξῶν γινομένη, quacum componit Lobeck path. proll. p. 242 not. 10 ex Graecis κνυέλη, ex recentibus *coffin*, *coffre*. Potuit autem addere etiam *courpé*, quamquam recentissimum, tamen prorsus consentiens cum Hesychio.

1) Potest autem esse aut tragica (Sophoclis [Bekker anecd. I p. 414, 2], Lycophonis [u. 704 cum paraphrasi]) aut, ut ita dicam, paradoxographica.

cis in usu fuisse docet Oscum *arentik(ai)*, ultrici, quod attulit Buecheler Rh. M. XXXIII p. 6.

*Βειρόν· δασύ.*

*βεργρόν· δασύ.*

Conferunt iniuria ut horum uocabulorum *πρωτότυπον* Lat. *birrus* et *birrum*, unde, quod concedendum est, recentiores Graeci sibi finxerunt sua: *βίρρον, βηρίον, βιρρίον, βιρροφόροι* etc. Esse autem et *βειρόν* et *βεργρόν* uocabula mere Graeca docet Macedonicum *βίρροξ (δασύ)*. Idem fere ualet de *burra (βύρριον· ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν, Suid.)*, quae est a *πυρρός* (Loewe prodr. p. 75), quaeque promiscuo fere usu cum birro posthac ita coniungebatur, ut in glossis legamus uel: 'birrus: rufus' (Loewe p. 74), quod pertinet ad *burrus*, et uice uersa in epigrammate aliquo a Salmasio ad script. hist. Aug. p. 515 allato: 'nobilis horribili iungatur purpura burrae', ubi *horribili* est *hirsutae, densae* spectatque proprie ad *birram*, non ad *burram*. — Vaniček et. wb. II p. 566. Saalfeld, tensaurus p. 174. 194.

*Βράσζη· ζράμ(β)η. Ἰταλιῶται. brassica.*

Brassicam cum a praesecando dictam esse Varroni l. l. V § 104 et Festo p. 31 crederet Mueller, 'Graecos Italiotas eam appellationem ab indigenis populis adoptauisse' censuit (not. ad Festi l. l.), sed perperam: aduenticium Romanis est uocabulum. Qua re nollem Saalfeld in tensauro id omisisset. Proficiscendum puto a radice *vrak, vlak* (Curtius<sup>5</sup> p. 542), cuius hoc mihi uidetur stemma:

1. *vrak.*

- a) Graeca: *βράκος, βρακίαι (οἱ τραχεῖς τόποι)*. — *βρακίανα (τὰ ἄγρια λάχανα, nimirum ut τραχέα, 'kraus', 'struppig')*. — \**βράξις, \*βραξικός* (cf. *φυσικός*), cuius femininum sibi fecerunt *βρασσική* Italiotae<sup>1)</sup>. ss = x (cf. *βάννας = ἄναξ*, apud Italiotas *κατὰ τύπον Ἰταλικόν* est: Osci *eestint (exstant), eizak (exac), meddiss (meddix)*, Umbri *testru (dextra)*, Latini *Sestius* (cf. *Sextus*) etc.

1) Itaque in Hesychio scribendum est *βρασσική (βρασσίκη* Arcerius).

b) Latina: *rac-ēmus* (non = ῥάξ, Sanscr. *drākshā*, ut uoluit Kuhn KZ VII p. 66. Solent enim seruare δρ in initio uocabulorum Graeci, cf. Corsssen, krit. beitr. p. 144). *Racēmus* autem uel significatione huc reuocatur. Dicitur enim proprie de horridulis illis ramalibus, quae sunt intra uuam, unde pendent singula acina. Videntur autem et haec tamquam crispa uel hirsuta. Veluti Graecis β-στρώγια et de capillis et de racemis in usu est. *r* in initio pro *vr* positum in lingua Latina non caret exemplis: *rādix* (βρῖσδα), *rigare* (βρέχειν), alia. Vide Corsseni krit. beitr. p. 505.

*rā-mus, rā-malia*. De quibus non sine dubitatione iudicium fert Curtius<sup>5</sup> p. 352. Procul tamen dubio aliena sunt *rāmenta* et *rādula*, quae faciunt cum *rādendi* uerbo.

## 2. *vlak*.

a) Graeci: ἐνλάκα (\*ἐ-Flák-a), uomer.

b) Latini: *lacer* (\**vlacer*), *lacinia*, Curtius<sup>5</sup> p. 542.

Meam rationem si sequeris, iam utramque in utraque lingua radicis formam habes.

\*Β(α)υκανήσεται· βοήσεται, βοίσει.

Mutauerunt βρυκανήσεται suppeditante Hesychio βρυκανήσομαι (βοήσομαι), βρυκάνε (σάλπιγγι καμπύλη), βρυχομοί (ψόφοι). Cf. βρυχᾶσθαι, Delbrück, stud. I, 2 p. 136.

De *bucina*, *bucinare* cogitare nos uetat Hesychii explicatio. Dicam tamen data hac occasione mihi quoque uideri *bucina* (\**bouicina*) Graecis, non Romanis aduenticium uocabulum (Saalfeld, tensauri p. 68). Dicebant autem illi βυκάνᾱ prorsus eadem ratione, qua πατάνᾱ (cf. p. 315), analogiam secuti uerborum suorum μαχάνᾱ (*machina*), τρυτάνᾱ (*trutina*) etc.

Καμπός· ἵπποδρόμος, Σικελοί.

Noli de *campo* cogitare, licet id uocabulum bene nouerint Graeci explicantes eius ope nomen Campaniae (e. g. Eustath. ad Dion. Per. u. 357). Nouit autem Herodotus VII c. 158 genus quoddam Siculorum equitum, quos uocat ἵπποδρόμους ψιλοῦς. Itaque καμπός non est locus uel campus, ubi equitant, sed

est ipse eques et quidem 'eques, qui equum gyros uariare cogit' (Lobeck, rhem. p. 48), a κάμπτειν. Similiter Latini *flexumines*.

Ὀδερὸς γαστήρ. Comparat *uterus* Guyet.

Lobeck path. p. 410 non sine causa suadet ὄδερὸς. Cognatum enim ὕστρος γαστήρ (cf. ὕστρια) cum sit pro \*ὔτ-τρο-ς, Latinorum autem *uterus* pro \**ut-teru-s* uel potius \**ud-teru-s*, quod suppeditat Sanser. *ud-ara-m* (Curtius<sup>5</sup> p. 228): aspero facile carebit ὄδ-ερο-ς, forma dialecti alicuius propria, cuius *o* uergebat ad *u* (*v*), itaque fortasse Italiotarum, cf. p. 295 not 2.

Πόλυντρα ἄλφρα

Schmidt cur Aeolicum dicat, causam non uideo: rectius Salmasius (Wannowski l. l. p. 42) Lat. *polenta* contulit. Grauior uero cum sit terminationis immutatio, uetustioribus his adiungere malui glossam quam nouiciis. Quamquam rem incertissimam esse ipse concedo.

## § 2. Latina.

A) Comparatiua ut ita dicam studia grammaticorum Graecorum. Latina aut a Graecis ducuntur aut cum eis comparantur aut eorum opera explicantur. Cf. I § 10.

\*Ἰλαξ ἡ πρῖνος, ὡς Ῥωμαῖοι καὶ Μακεδόνες.

Non agnouit glossam Sturz de dial. Mac. p. 41, sed mutandam censuit cum Musuro Ἰλεξ. Iam cum Draco Stratonicensis teste Schmidtio dicat: τὸ Ἰλαξ τὸ ἰ καὶ τὸ ἄ μακρὸν ἔχει, lucremur aliquod Lat. *ilāx*, quod iuxta se habet *ilex* eadem ratione, quae intercedit inter *mordāx* et *mordex* (Buecheler, Woelfflinii arch. I p. 104.). Corssen II<sup>2</sup> p. 195. 204.

V. κεκαφηότα legitur (Hom. E 698):

ἐκπεπνευκότα. κάπυς γὰρ τὸ πνεῦμα καὶ κῆπος ὁ περιπνεόμενος καὶ εὐήνεμος τόπος. ἔνθεν καὶ καπηλάτος (*capillatus*), ἀπὸ τοῦ διασειεσθαι αὐτοὺς τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας ὑπὸ τοῦ πνεύματος. καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ κεφαλὴ ὑπὸ Ῥωμαίων κάπουτ κέκληται, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτέραν εἶναι τοῦ ἄλλου σώματος αὐτὴν (καὶ?) πεπνεῖσθαι.

Cf. κάπουτ(ις) κεφαλῆ. Ῥωμαῖοι.



Haec etiamsi prorsus insulsa Meinekio (Philol. XIII p. 559) iure sunt uisa, tamen ex eis, quas supra p. 299 uel optimorum auctorum in hoc genere nugae non sine consilio apposui, apparet in expellendis huius notae ariolationibus cautissimo opus esse iudicio. Accedit, quod *κάπουτ* iam bonis temporibus in Graecorum notitiam peruenit: explicabant enim eius opera Capuae nomen. Strabo V p. 242 (Eustath. ad Dion. Per. u. 357).

In itacismo, qui est in *καπηλάτος* (non *καπήλατος*, uide Buttmani gramm. d. neutestamentlichen sprachgebrauchs p. 6 not. 2), noli offendere. Videtur enim grammaticus *καπηλάτος* intellexisse, quasi esset *καπ-ήλατος*, cf. *ἑππ-ήλατος*.

\**Ἀυδοί· οὔτοι τὰς θείας εὐρεῖν λέγονται, ὅθεν καὶ Ῥωμαῖοι λούδους φασί.*

Speciosissimam hanc et quaesitae doctrinae glossam cum Schmidtio textu expellere profecto priuare, non restituere est Diogenianum. Res ipsa satis nota. Liu. VII c. 2. Dion. H. II c. 71. Appian. Libyca c. 66. — Mueller Etr. II<sup>2</sup> p. 198.

De glossa *ὄρια· τὰ νεώρια· ἔνιοι ἀποθήκας· καὶ Ῥωμαῖοι ὄρεα καλοῦσιν*, uide p. 316.

*Ῥᾶνα· ἄρνα· Ῥωμαῖοι δὲ βάτραχον.*

Vocabulum Graecum adde apud Curtium<sup>5</sup> p. 345, quem audi: 'das doppelte ρ in *πολύ-ρρην* wird wie in *ἐρρηθήν-ν* aus *Ῥρ* entstanden und eine alte doppelform *Ῥαρ-ν*, *Ῥρα-ν* anzunehmen sein. Die zweite form ist als *ρήν* bei späteren autoren und in den ableitungen *ρήν-ιξ* = *ἄρνακίς* schaffell, 'Ῥήνεια erhalten'.

Addo quaedam, quae uel omissio Romanorum nomine in eundem censum uocanda esse mihi uidentur:

\**Ἰνουλεούς* (-οῦς cod. et edd.)· *νεβρός* (*νευρός* cod.)· *ἐνικῶς*. (hinnuleus), inuleus.

De ipso Lat. *hinnus*, *hinnulus* post uirorum doctorum iudicia, quorum conspectum exhibet Saalfeldii tensus p. 556, nihil habeo, quod addam. Cum Hehnio kulturpfl. p. 516 aduenticiū uocabulum esse Latinis et ipse persuasum habeo. Sed pugnandum mihi est contra Schmidtiū, qui Callimacheam glossam statuens scripsit in fine *ἐθνικῶς*. Glossator enim *ἐνι-*

καὶ addidit, nimirum ut indicaret, quod indicare etiam debuit insolentius reddens Lat. *-us* per-*ous*, non per-*os*, singularem subesse numerum, non accusatiuum pluralem. Cum autem turbetur hac glossa ordo litterarum, ego additis uerbis (καὶ παρὰ Ῥωμαίοις) ἰνουλευὸς νεβρός ἐνικῶς coniungam cum priore, qua docte et prolixè explicatur ἴννος (γίννος). Omissis igitur illis, quae modo suppleui, uerbis lacuna exstitit, qua factum est, ut pro additamento euaderet glossa singularis<sup>1)</sup>.

1. Ῥεκτός· ἀνδρεῖος ἦ (del. Salmasius) χιτών

2. ῥεκτῶν· ἀπομακτρῶν. ἦ ἱματίων.

Wannowski cum aliis (l. l. p. 279) in gl. 1:

ῥέκτης· ἀνδρεῖος

ῥεκτός· χιτών.

Neque tamen puto quidquam mutandum esse nisi ῥεκτός. Est uocabulum ῥέκτης i. q. ῥεκτήριος, δραστήριος, cf. Plut. Brut. c. 12: οὐκ ὄντα ῥέκτην οὐδὲ θαρραλέον. Inde est etiam nomen proprium Siculorum Ῥέκτας (cf. ad CIG III no. 5643). Ῥέκτη ἀνδρὶ· τῷ πράκτῃ, Suidas. Hoc igitur ῥέκτης explicanti grammatico in mentem uenit, quod nunc legimus in Festo p. 277: 'rectae appellantur uestimenta uirilīa, quae patres liberis suis conficienda curant ominis causa. Ita usurpata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur' (cf. Salmas. ad script. hist. Aug. p. 400f). Inde illud ἦ χιτών.

Iam glossam alteram ut expediam, proficiscendum est a glossa ῥόχανον· σκυταλίδα, ἀπομακτῆριον (ἀπορακτῆριον Schm., παρεκτῆριος cod., unde fortasse παραρεκτῆριος), ἢ ἀπορηγλιῶσι (Schm., ἀποριχοῦσι cod.) τὸ μέτρον. Cf. ῥάκτρια· τὰ ῥαβδία, ἐν οἷς τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσιν, et ἐπιρρόχανον· ἀπόμακτρον (ἐπιρρόχανον cod.).

Habemus hic, quod Latini dicebant *hostorium*. Comparet autem in uocabulis Graecis uaria forma (ῥοχ-, ρεκ-, ῥιχ-, ῥακ-<sup>2)</sup>, ῥογ-) thema, quod est in Lat. *regere*, in Graecis ὀρέγ-ω, ὀριγ-

1) Eadem fortasse est ratio glossae γρομφάς· ὅς παλαιά, σκρόφα, ὁμοίως καὶ ἡ γρόμφις. *Scrofa* enim et *γρομφάς* ab eadem stirpe ductae uidentur (Curtius<sup>5</sup> p. 703). Cf. Aristoph. Byz. *περὶ ὀνομ. ἤλικ.* fr. III N.

2) Nisi hoc seiungimus, cf. ῥάκη, ῥακίδες.

νά-ο-μαι, ὀρόγνια, in illo Siculo ῥογός, de quo diximus supra p. 316. Curtius<sup>5</sup> p. 185.

Potest igitur etiam ῥεκτός, cuius gen. plur. ῥεκτῶν laudat Hesychius in gl. 2, hostorium fuisse. Eadem tamen forma cum esse posset a ῥέκτης, quod modo explicauit, addidit grammaticus utriusque linguae peritus ἡ ἱματίων.

Ῥῶμα (ῥῶμα Schm.)· ῥώμη, ἰσχύν. ὄρημα. ὡς γνῶμα, γνώμη.

Prorsus mihi certum est hic latere Romae originationem, cuius gratia fictum est illud ῥῶμα. Voluit Latinam nominis formam explicare, qui bene sciret in usu esse Graecis Ῥώμη (cf. Hesych. u. ῥώμη). Cf. Etym. M. p. 705, 48 (auctore Oro, Miller mélanges p. 263). Etiam Fauorinus glossae addit: ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως ἀπὸ Ῥώμον καὶ Ῥωμύλου τοῦ Αἰνείου παιδῶν.

B) Aptus fit transitus hac glossa ad eas, quibus explicantur nomina propria Romana. Nam cum inde a Varronis aetate onomatologica studia Romae florere numquam desierint (Loewe prodrom. p. 387, gloss. nom. p. 143), nihil habet miri, quod Graecos quoque eis operam nauasse<sup>1)</sup> in Hesychiano lexico non incerta uestigia indicant.

Ἀβιόλη· σπέρμα ἐμφερές . . . (σπέρμα τι, Fauorinus). Latinum nomen *Auiola* sensit Lobeck path. proll. p. 131.

Est autem quaedam herba, quae *auia* dicebatur, tamquam 'groszmütterchen', ut nos in alia planta 'stiefmütterchen'. Columella VI c. 14, 6: 'Celsus quidem tumentis ceruici herbam, quae uocatur auia (*habia* codd.), ut supra dixi, contundi et imponi iubet'. Ipsa uero quae sit auia, libenter Schneidero (script. r. r. II<sup>2</sup> p. 329) concedam non satis constare. Nec tamen uideo, quid obstet sententiae Facciolati, qua uult auiam esse senecionem, quem 'quia uere canescit', erigerontem uocare Graecos Plinius (nat. hist. XXV c. 13, 106) docet, cuiusque flores *πάπποι* uocabantur secundum Apuleium de herb. c. 75. Nonne omnia bene consentiunt, auia, *πάππος*, senecio, erigeron?

1) Feruntur in glossariis Ἀλινάτωρ: Salinator, Βλεσόπωνς: Scaurus etc.

Tertium comparationis in promptu est: comparatur marcidus flos cum canescente capite senis. Scripsit Hesychius fortasse: *σπέσμα ἐμφορὲς ἠριγέροντι* (cf. s. u. *σησαμοειδής*).

*Auiola* cognomen fuit Aciliorum<sup>1)</sup> (De Vit onom. p. 590 col. b). Maximi autem documenti est cognomen, Herennio quod fuit, Senecio (Tac. Agr. 2).

Unum restat, in quo offendi possit, in Hesychii explicatione positum esse *σπέσμα* pro ipsa herba uel eius flore. Cuius tamen usus unum saltem affert ex glossariis exemplum Stephanus: *σπέσμα ῥόδου*· calta (caltha).

*Καισάραι*· *περικεφαλαίαι* (αἰοί?). *caesaries*. Accuratius Lydus de mens. IV c. 63: *καισάριεν* = *caesariem*. Philoxenus: 'caesaries: ἀνθρώπου κόμη'. Explicari eiusmodi glossis Caesaris nomen solitum esse uel infimae aetatis testis est Constantinus Manasses, quem Du Cangius citat:

Ἄλλοι δὲ πάλιν λέγουσιν τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην  
Ῥωμαίους λέγειν καισάρην. Καίσαρ γοῦν ἐπεκλήθη  
Γαῖος ὡς εὐπλόζαμος.

*Λιτύρα*· *κυρίνη*

Schmidt cum Vossio cogitat de Lat. *litura* mutatque *κηρίνη*, quod quid sibi uelit, non satis adsequor. Ut dicam, quid sentiam: Hesychio deest glossa *Κυρίνος* (*Quirinus*). Vide enim Lydum de mag. I c. 5: (Romulus) *Κυρίνος προσηγορεύθη, οἷον εἰ κύριος, κὰν εἰ Διογενιανῶ τῶ λειξογράφῳ* (sic) *ἄλλως δοκῆ* (cf. Plut. Rom. c. 29, quem fortasse respiciebat Diogeniana glossa). Itaque uidetur iam pridem uocabulum *Κυρίνος* in lexico obscuratum esse aliqua *litura*, notauisse autem doctus quidam, quod legere sibi uidebatur, ita fere in margine: *λιτύρα*· *κυρίν[η]*, quod facta lexiçi illa diorthosi tamquam glossa in ipsum textum migravit. Neque enim raro fit, ut ultimi aevi scioli cum Graecis adnotationibus misceant quaedam Latina, qua de re uide Lehrsium, Pindarscholien p. 97.

1) Quorum tamen planta nulla uidetur tamquam insigne fuisse. Vide nummos eorum in Mommseni 'röm. münzwesen' p. 631. Cf. eiusdem 'röm. forschungen' I p. 44.

Talia uero adnotata interdum in textum inuadere docet locus Gell. X c. 12, cuius in fine laudatum est fragmentum aliquod Graece scriptum. Addidit aliquis: *μέχρι γὰρ τούτου*, quod omni iure seclisit doctissimus editor.

\*Πίλος· εὐσεβής. Pius.

Secundi saeculi grammatici, qui Romae docebant, hoc inprimis agnomen bene nouisse nemo negabit. Ludi quoque Piales (*ἀγῶνες πίλοι*) in honorem Hadriani ab Antonino Pio instituti *Εὐσέβεια* Graecis erant (ad CIG I no. 1068, III no. 5810).

Σέξστος (σέξεστος cod., emend. Meineke, Philol. XII p. 621)· ὄνομα χύριον.

De auctore huius glossae Philoxeno iam dixi p. 298. Σέξτος legitur Polyb. XXXII, 20, 2, quem locum fortasse respicit glossa. De scriptura *Seaxtus* et in libris et in titulis frequenti cf. Lobeckii paralip. p. 18 (Corssen I<sup>2</sup> p. 296).

C) Antiquitates Romanae. Cf. p. 282.

1. Δικάτωρ· ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων.

2. δικτάτωρ· ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων.

Significat gl. 2 magistratum Romanum plurimisque in lexicis eadem fere forma circumfertur (Wannowski l. l. p. 169). Explicatione autem Hesychiana inductus suasit Heinsius *δικράτωρ*, sed omnia sana sunt. Tenemus enim ueriloquium tamquam *δι-κράτωρ*, *δι-κρήτωρ* de uerbo *κτᾶσθαι*. Byzantinis quoque tritum hoc fuisse docet glossa nomica Du Cangii, qua Hesychianae glossae adiectum est: *ὃς παρὰ Ῥωμαίοις δισῦ-κατος καλεῖται*. Minus uero quadrat explicatio Hesychiana in uocabulo *δικάτωρ*, cuius genuinum interpretamentum nescio an expulerit dictatoris nimia uicinitas. Componebant autem Graeci *δικάτωρ* cum *δίκα*, *δίκη*, ut iam uidit Dindorf in Steph. thes. s. u. Inde etiam explicandum, quod uel infima aetate et notum et passim etiam usitatum est uocabulum. Dion. Hal. V c. 73 (cf. Plut. Marcell. c. 24): *ὄνομα δ' αὐτῷ τίθενται δικτάτορα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν, ὅτι θελοῖ, καὶ τάττειν τὰ δίκαιά τε καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ, τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων τε καὶ*

ἀδίκων ἡδίκτα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, εἶτε, ὡς τινες γράφουσι, διὰ τὴν τότε γενομένην ἀνάρρησιν, ἐπειδὴ οὐ παρὰ δήμῳ τὴν ἀρχὴν εὐρόμενος κατὰ τοὺς πατέρας ἐθισμοὺς ἔξειν ἔμελλεν, ἀλλ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀποδειχθεὶς ἐνός (consul dictatorem dicit). Sed ad explicandum δικάτωρ haec fere inutilia, uerum sup-  
 peditat reuerendae aetatis cippus Spoletanus (Buecheler Rh. M. XXXV p. 627), ubi cum legatur: 'eius piaeli moltaique dica-  
 tor(ei) exactio est(od)', etiam in ipsa lingua Latina *dicator* fuisse apparet. Bruns, font. iur. Rom.<sup>4</sup> p. 54: 'dicator est, qui dicat rem sacram, i. e. in uico magistratus uicanus'. Quod non satisfacere rei Buecheler l. l. docuit. Mihi quidem uidetur fuisse apud priscos Latinos uerbum \**dicare*, sensu a dicendi uel edicendi uerbo haud diuersum, id quod confirmat Fest. p. 75: '*dicassit*: dixerit', quam glossam ad Lucilium refert Loewe prodr. p. 336. Eadem fere ratione ex Philoxeni '*ducator*: ἀγός' elicias \**ducare*, ex participio frequentissimo *elegans* uerbum \**elegare*. Dicator igitur magistratus, sane uicanus aliquis, a dicando, dictator a dictando uocatus est.

Παλίλια (Salmas. \*Παλλία cod.)· ἀγών. οἱ δὲ τῷ Πάλει, ἔνιοι δὲ τῷ Πανί.

Wannowski l. l. p. 253. Post ἀγών aliquid excidisse, fortasse Romanorum nomen, indicat, quod statim sequitur: οἱ δέ.

Ath. VIII p. 361 f: ἔτυχε δὲ οὐσα ἐορτὴ τὰ Παρίλια μὲν πάλαι καλούμενα, νῦν δὲ Ῥωμαῖα, τῇ τῆς πόλεως Τύχη ναοῦ καθιδρυμένου ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου καὶ μουσικωτάτου βασιλέως Ἰδριανοῦ. Vides igitur, quam facile potuerit Diogenianus glossam, ut 'suae aetatis' (cf. p. 300), copiis suis addere.

Πάτρωνες· οἱ πρῶτοι τῶν ἀξιωθέντων τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ὑπὸ Ῥωμίλου, ἑκατὸν ὄντες, ὡς περ δευτέρων πατέρων τάξιν ἔχόντων· καὶ ἐκ τούτου οἱ κρινομένοι(ς) βοηθοὶ παραγνόμενοι.

Omnia clara sunt. Πάτρωνας enim Graeci et patres conscriptos et patronos causarum dicebant. Plut. Rom. c. 13: ὁ μὲν οὖν σενᾶτος ἀτρεκῶς γερουσίαν σημαίνει. πατρικίους δὲ τοὺς βουλευτὰς κληθῆναι λέγουσιν, οἱ μὲν, ὅτι παίδων γνησίων πατέρες ἦσαν, οἱ δὲ μᾶλλον ὡς αὐτοὺς ἔχοντας ἐαντῶν ἀποδείξει

πατέρας, ὅπερ οὐ πολλοῖς ὑπῆρξε τῶν πρώτων εἰς τὴν πόλιν συρρέοντων. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὴν προστασίαν καὶ καλοῦσιν ἄχρι νῦν οἰόμενοι Πάτρωνά τινα τῶν σὺν Εὐάνδρῳ παραγενομένων . . . ἀφ' αὐτοῦ τῷ πράγματι ταύτην τὴν προσηγορίαν ἀπολιπεῖν. Ipse uero Plutarchus quamquam quartam ipse proponit originationem, hoc tamen apparet, commune aliquid habere Hesychium cum Plutarchi doctrina textuque Diogeniano iniuria expelli glossam. De ipsa forma *πάτρωνες* Sickinger l. l. p. 39 not. 1.

Ῥῶστρον· ἔμβολον.

Rostrum est nauium. In mentem uenit extemplo columna rostrata, cuius mentionem in Latinorum grammaticorum scriptis certe non uno loco inuenerunt Graeci. Adde: *τοὺς καλουμένους ἔμβόλους*, Polyb. VI c. 53, 1.

Τήβεννος· εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίους.

τύπον Italicum ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι iam Strabo uidit (III p. 167), post quem uerum uidisse inuenio Pearsonem aduers. Hesych. II p. 824. Accuratius autem hac de glossa eiusque origine Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420 sq., cuius doctissimis uerbis nihil ego habeo, quod addam.

Vocauerim autem in eundem censum glossas quasdam, quae ex historia Romana Graece conscripta et ipsae uidentur ductae esse:

Φαλάρικα· εἶδος λόγχης,

alienum uocabulum, si quid uideo, a Byzantinis et uel ob hanc causam melioris notae speciem prae se ferens.

Fest. p. 88: *falarica* genus teli missile, quo utuntur ex *falīs* i. e. ex locis exstructis dimicantes'. *Falae* uero ibidem dictae ab altitudine, 'a *falando*, quod apud Etruscos significat caelum'. Quod apud Hesychium quoque legendum censeo, cuius glossam *φάλαι· ὄρα, σκοπεῖ* feliciter Mueller ad Festi l. l. emendat ὄρη, σκοπιαί. Et quoniam non *falarica* tantum, sed et ipsa *fala* significat machinam aliquam militarem (cf. Ribbeckium ad Nou. At. u. 12 com.<sup>2</sup> p. 256), pro eis, quae in Hesychio nunc sunt:

φάλαι· ὄρα, σκοπεῖ

\*φαλαγγοστρούναι· ὄργανα πολεμικά

ego malim: φάλαι· ὄρη, σκοπιαί. ὄργανα πολεμικά.

\*φραλαγγοτορῦναι (uox comica, cf. Varronis *Cosmotoryne*)· . . . . .

Φερεντάριοι· τάγμα στρατιωτικόν.

‘Ferentarii uel rorarii’, Wannowski l. l. p. 209. Ut Plautinum affert uocabulum Varro l. l. VII § 57. Festo (p. 85) sunt ‘auxiliares in bello a ferendo auxilio dicti, uel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati’. ‘Funditores’ Vegetius quoque (I c. 20) eos dicit, ‘in cornibus locatos, unde pugnandi sumebatur exordium’. Idem ‘apud ueteres inter pedites’ eos fuisse dicit, quocum consentit Byzantinorum de eis silentium.

Φλεξέντης (Buecheler Rh. M. XXXV p. 628, φλεξεντής cod.)· ἱππικὴ τάξις παρὰ Ῥωμαίους.

‘Flexuntes appellati a genere pensilium, quod . . . uocabant . . . ἐφίππιον’, Granius Lic. p. 4a, 20. ‘Celeres sub Romulo regibusque sunt appellati (equites), deinde flexuntes (alii: flexumines), postea trossuli . . . idque durauit ultra C. Gracchum’, Plin. nat. hist. XXXIII c. 2, 9, unde aestimanda est insignis glossae aetas. Nec est nullius momenti, quod eisdem fere temporibus, quibus Romanis equites fuisse flexuntes modo didicimus, Siculi uocauerunt eosdem *καμπούς* eodem fere sensu (p. 331).

D) Metrologica, cf. p. 299.

Δηνάριον· [τὸ νόμισμα ἦ] εἶδος ἀργυρίου. denarium. Schmidt in epeodosi relegauit glossam ad Matth. c. XX, 2: συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν etc. Sed huic sententiae non fauet explicatio Hesychiana. Expectaremus simile quiddam glossae Basilicanae: σαλάρια· δηνάρια.

Melioris igitur notae glossam statuerim nec offendendum puto in genere neutro. Nam etiam *denarium* forma bonis iam temporibus frequentatur. Contra illud τὸ νόμισμα ἦ infimae aetatis additamentum esse censeo, qua iam uniuersam pecuniae uim ac potestatem habebat denarius. Cf. Alban. *denári*, Rum. *dinárjű* (Miklosich denkschr. d. Wiener akad. XX p. 21). Ital. rec. *danaro*, *danaio*.



*Λεύγη· μέτρον τι, Γαλάται (γάλακτος cod.).* leuga. Vox Gallica (Franco-Gall. *lieue*) cum Graecis auctoribus ignota uideatur, per Romanos, qui illam nouerunt, in notitiam conditorum lexicī peruenit.

*Μίλιον· [δένδρον ὁμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσι ἐν ταῖς πομπαῖς (cf. s. u. σμίλος)], μέτρον ὁδοῦ σταδίων ζ', οἱ δὲ ζ' ὑποδῶν δ'.*

De Eratosthene uide p. 281. *Μιλιᾶσθαι*, miliaris metiri, Polyb. XXXIV, 7.

Est autem *μίλιον* in uniuersum VIII stadiorum. Unde Strabo VII p. 322 fin.: *λογιζομένῳ ὡς μὲν οἱ πολλοὶ τὸ μίλιον ὀκταστάδιον.* Hesychii autem ζ' non ad Olympicum, sed ad Asiaticum stadium spectat, de quo Plut. C. Graec. c. 7: *τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ, accuratius Photius u. μίλιον: ἐπὶ γὰρ ἡμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον.* Quare nescio an Hesychius scripserit: *οἱ δὲ ζ' καὶ ποδῶν τ'.*

E) Glossae medicae et ἐξηγήσεις βοτανῶν, quoad quidem melioris notae uidentur. Cf. p. 301.

*Γεντιανή· ῥίζα τις οὕτω καλουμένη χρήσιμος οὕσα εἰς τὰς ἀντιδόσεις.*

Plin. nat. hist. XXV c. 6, 71: 'Gentianam inuenit Gentius rex Illyriorum ubique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam . . . radicis natura est excafactoria'. Subest radix *γεν, gen*: deductum tamen hinc thema *genti-* facit cum Lat. *gen(t)is*, in Graecis sui simile non habet.

*Σάλιξ· ἰτέα, Ῥωμαῖοι.* salix.

*Φάβα· [μέγας φόβος καὶ] τὸ σύνθηδες ὄσπριον.*

Cf. *κύαμος· ὄσπριον [φάβα μεγάλη], ἣ ὁ κληῖρος etc.* *Τὸ σύνθηδες est: τὸ κατὰ συνήθειαν λεγόμενον. Τὸ φάβα καὶ αὐτὸ βάρβαρον, εἰ καὶ κλίνοιτο, Herodian. I p. 351, 20. Φάβα ἀπὸ τῆς Ἰταλῶν . . . φωνῆς μετηγμένον εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, Theognostus, an. Ox. II p. 78, 16.*

*Φόρμιχα· μύρμηχα.* formica. Cf. *ὄρμικας· μύρμηξ.*

Latinam glossam uidit Curtius<sup>5</sup> p. 338. Morbi nomen formicam esse animaduertit Lobeck paralip. p. 144 not. 38, qui

tamen non debebat Musuri malam coniecturam (φόρμιγγα) sequi. In usu est medicis etiam *formicatio* (μυρμηκίασις), *formicare* (μυρμηκίζειν). Formae autem ὄρμικας uereor ne subsit grammatici alicuius nugipolyloquidis futtilis doctrina: 'sane formica dicta est ab eo, quod ore micas ferat' (Seru. ad A. IV u. 402).

F) Addo quaedam, ut mihi uidetur, τῶν ἐπὶ Διογενειανοῦ γεγενημένων, uulgari ab usu non aliena quidem illa, sed quae a Byzantinorum consuetudine paulo distent ideoque melioris notae uidentur esse.

Κάσα, οἰκία, καλύβη, οἴκησις παρὰ Ῥωμαίοις. casa.

Καίτρεαι ὄπλα Ἰβηρικά. οἱ δὲ κυρτίας.

Cf. \*κατεῖρα ἄσπις, πέλιτη. caetra.

Romanis inde a Varrone in usu est (Non. p. 82, 17), Graecis non item. Itaque ueri est simile spectare glossam ad quendam rerum Romanarum scriptorem. Κατεῖρα, corruptum, nihil aliud, quam καίτρα. Καίτρεαι profectum est a Lat. \*caetrea (cf. capra et caprea).

Πικέλα πίσσα. Ῥωμαῖοι. picula.

Picula cum inferioris aetatis Latinis sit γλοιὸς παιδικός, explicatio Hesychniana πίσσα ad uetustiore usum recedit. Fortasse iam Italiotae uocabulum more rustico deminutiue fictum a Bruttiiis acceperunt, apud quos picis coquendae atque conficiendae tamquam fabricam fuisse Plinius tradit nat. hist. XIV c. 20, 127<sup>1)</sup>.

\*Πόρτα· θύρα πόλεως ἢ ἀλλῆς οἴκου. porta.

Παρὰ τὸ τὸν πόρον τηρεῖν addunt Etym. M. p. 683, 59 et Faunorinus.

Πορτικός· στοά. porticus.

Byzantini potius, ut uidetur, πόρτιξ (Du Cange).

Σκάλα κλίμαξ, ἀνάβασμα. scala.

Pollux I § 93: (nauium) ἀπόβαθρα καὶ διάβαθρα, ἣν σάλαν καλοῦσιν.

1) -ελα pro Lat. -ula, ut in βούβελα, cf. p. 323.

Φαμελία· δμόδουλ(οι). familia.

De ε pro ι posita, more in Graecis transcriptionibus nulla aetate non usitato cf. Wannowski l. l. p. 4, Dittenberger Herm. VI p. 136, Cohn philol. anz. 1885 p. 202 (cf. λέντιον, λίντεum, λεγεών, tegio etc.).

## Cap. II. Hesychiana.

In omnibus eis glossis, quas supra enarraui, hanc legem me secutum esse uelim te memoria tenere, ut a Diogeniano nihil abiudicarem, quod aut non esse aut non posse esse Diogenianum adhuc nemo demonstrauit. In singulis sane errare potui. Maxime uero uereor, ne iniuriam fecerim, de quo nunc dicendum est, Hesychio. Huic enim quid tribuendum sit ex Latina lexicī farragine, ille demum accuratius poterit demonstrare, cui Hesychii uitam atque aetatem certioribus finibus licuerit definire. Ego cum Alexandrinum grammaticum (cuius in dictione ne Alexandrinae quidem uestigia dialecti desunt, Schmidt quaestt. Hesych. p. CLXXXIX) a Bosporanae originis glossis sacrisque interpretamentis liberandum esse persuasum habuerim, admodum pauca relicta uideo, quae uindicari posse Hesychio mihi uidentur. Idem tamen, uti iam dixi, non negauerim posse etiam ex eis, quae ut Diogeniana laudauī, nonnulla ad Hesychii doctrinam redundare. Byzantinis autem cum tanta fuerit Romanorum uocabulorum quasi familiaritas, ut ne sentirent quidem aduenticiam eorum naturam, sed prorsus ut Graecis uterentur eis explicarentque eorum opera uel mere Graeca et usu tritissima: Hesychiana doctrina non indigna esse opinor, quae laudato Romanorum nomine afferuntur. Quibus adiunxi, quae Du Cangii copiis in comparationem uocatis ab usu uulgari infimae aetatis paulo remotiora uidentur esse.

Singula tamen distinguere iam supersedeo, sed litterarum sequor ordinem, quantumuis licenter modo huc modo illuc nos uocantem.

Καιλ . . . . οὐρανός. Ῥωμαῖοι. caelum.

Schow in codice scriptum uidit καιλόν. Musuri καιλούς doctius uidetur, quam ut uerum esse credam (Ennius ann. u. 474 V).

*Λακιναρίδιον*· Ῥωμαῖοι, ὑπόδημα.

Suffixo deminutiuo duplici formatum est. Descendit enim de lacinia, quam τὰ ἀμφιβαλλόμενα explicat Choeroboscus, anecd. Par. II p. 236, 12, Cyrillus autem κράσπεδον, sicuti Festo quoque p. 117 lacinia 'pars uestimenti' est. Neque tamen iure Meursius gloss. Graecobarb. p. 295: 'errat Hesychius, non enim est ὑπόδημα'. Nam etiam u. ἀναξυρίδες occurrit in explicatione ὑπόδημα, cui uocabulo uim aliquam latiore illa aetate tribuerunt.

*Δραχμή*· τὸ ὄγδοον τῆς οὐγγίας.

Melioris notae glossis attribuitur loco Galeni comparato, quem affert Boeckh metrol. untersuchungen p. 24: ἡ οὐγγία ἄγει παρὰ μὲν τοῖς Ἀπτικοῖς δραχμὰς ζ', παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλικοῖς δραχμὰς η'. Idem docet illam hic intellegi debere drachmam, quae denarii locum obtinuerit fere inde a saeculo secundo. Adiungendae autem sunt glossae: δίδραχμον· τὸ τέταρτον τῆς οὐγγίας et κιάθους· σαφιώλια, ὠάρια σιδηρᾶ, οἶα . . . . κιάθος δέχεται ἕγροῦ τινος οὐγγίας δύο, qua in glossa lacunam me statuisse nemo reprehendet. Sunt autem:

48 cyathi = 1 sextarius (Hultsch metrol. p. 91)

20 unciae = 1 sextarius (ibid. p. 88 not. 1)

---

ergo 48 cyathi = 20 unciae

1 cyathus =  $\frac{5}{12}$  unciae, i. e. ca.  $\frac{1}{2}$  uncia.

Quae cum ita sint, quod praebet codex:  $\frac{\gamma\gamma}{\upsilon}\beta'$ , non recte soluit Musurus. Scribendum potius est: κιάθος δέχεται ἕγροῦ τινος οὐγγίας ἥμισυ.

Non subesse hic uetusta Italica (ὄγκια, τριόγκιον [cf. supra p. 317], πεντόγκιον, cf. Phot.: ὄγκιαν τὸν σταθμὸν Σώφρων καὶ Ἐπιχαρμος), indicio sunt litterae ου et γγ. Vide Ahrens II p. 392. Litterae κ praeunte nasali mollitae exemplum infra inuenies uocem κάγγελος (cancellus). Cf. Umbr. *iveka iuenga*, Neograec. *κωμικόν*, sed τὸ γ γωμικόν (Foy, lautsystem etc. p. 47).

*Ῥήγεα*· παλλία βαπτὰ ὑπὸ (ἀπὸ cod.) Ῥωμαίων. βεβαμμένα ἱμάτια. ἔηγεις γὰρ οἱ βαφεῖς.

Cf. *τριβώνιον*· παλλιον, περιβόλαιον.

Latinam pallii originem post Corsseni I<sup>2</sup> p. 527 doctam explicationem neminem puto esse negaturum. Concedam autem, quod scripsi ὑπό, si id non placet, glossae inter Hesychianas locum non esse. Nam et Byzantinis frequens est παλλιον et potuit ἀπὸ Ῥωμαίων addere, qui ῥήγεα cum Lat. regia componendum duxit.

Σαίκουλον μὲν χρόνος [σάκκος]. Ῥωμαῖοι. saeculum. Cyrillus: αἰών: aeuum, saeculum. Philoxenus: saecula: αἰῶνας. De continui alicuius glossarii uestigiis, quae in promptu hoc loco uidentur, uide p. 305.

Σέδας καθέδρα. sedes.

Delendum uocabulum, quod etiam Suidas et Photius praebent, ex Graecis Curtii<sup>5</sup> p. 241. Latinam originem glossae uidisse inuenio Dobraeum, adu. crit. III p. 51.

In mutata declinatione ne offendas, appono φίνα (finis), νάβα (nauis), λάγκη (lanx) (Wannowski l. l. p. 63).

Σορδισμός· τὸ μὴ καθαρῶς διαλέγεσθαι ἦτοι ἐλληνίζειν.

\*σόρδιδον· ῥυπαρόν, quod cum pugnet cum ordine, priori glossae statim adiungam: (ἔστι δὲ) σόρδιδον ῥυπαρόν.

Indicat glossa quantumuis barbara doctiorem auctorem, qui nouerit grammaticorum Latinorum usum uocabuli technicum.

Addo incerta quaedam (A) et male intellecta (B).

A.

Βερβίνια· ξύλα καθηλωμένα, ἐξ ὧν τὰς ληκύθους ἐκρέμων. οἱ δὲ γένος τι Ἀρκαδικὸν τοὺς Βερβετίους. uerbenae?

In genere Arcadico noli offendere. Etiam τήβεννον sibi uindicare studuerunt Graeci ficto aliquo heroe Arcadico (Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420 sq.). Simile quid uidimus in gl. πάτρωνες, cf. p. 339. Maiorem autem difficultatem mouet explicatio. Tenendum tamen est uerbenarum potestatem omnino latius patere. 'Verbenae dicuntur uirgulta (ξύλα), quae semper uirent, iucundi odoris. Alii uerbenas uirgulta religioni apta', Seru. ad Ecl. VIII u. 65. Sunt igitur ξύλα, ἐξ ὧν τὰς ληκύθους ἐκρέμων, uirgulta, quibus opus est ad paranda sacrificia.

Μῶδα· ἄλφριτα σίτου.

Affert Schmidt Lat. mola, sed res prorsus dubia.

Πάλημη· γέρον.

‘Palma, parma’, Soping. et est parma post Polyb. VI c. 22, 1 non ignota Graecis. *Parma* autem et *palma* apud Latinos interdum promiscuum usum iniisse satis constat (cf. Tibull. I, 9 u. 82). Cum tamen Thraciae originis parmam ipse Hesychius dicat (πάρημη· Θράκιον ὄπλον, σκεπαστήριον, † κόνδοτρον<sup>1</sup>) θυρεοῦ), a Romanis aduentivum uocabulum Graecis uenisse in usum non dixerim.

Τορτύρα· τῶν κεραμίων προμήκης πυθμῆν.

Τοργύρα, quod Schmidt suadet, audacior mutatio uidetur. Τορτύρα autem cum Graecis auctoribus ignota sit, componendum erit Latinum *tortura*, inferioris Latinitatis uocabulum. Obscurum *τορτυρόμενον· νιρόμενον* seponere satius duxi, itemque *τορκιμός*, cuius et significatio et per litteram κ finitum thema Latini uerbi, quod est *torquere*, familiam aduocare uidetur<sup>2</sup>).

## B.

Ἄβλαροι· ξύλα.

Perperam Schmidt secundum Pearsonem *applare* contulit, pro quo et *apalare* est, ‘cochlear, cuius praecipuus usus erat in sumendis ouis teneris et sorbilibus’ (Forcell.), quae *apala* dicuntur (ῥὰ ἀπαλά). Inde igitur *aplar* iam Pacuuius (Ribbeck, trag.<sup>2</sup> p. 136). Diuersum autem ab hoc est purum putum Graecum ἄβλαροι, cuius uocabuli thema est *uel*, Curtius<sup>5</sup> p. 568 (cf. Lat. \*ulōrum). Metathesi fit:

*Fl* + uocalis producta.

\*ξ-*Flη-ρο-ν*

\*ἄ-*Flη-ρον*

εὐλήρον (Ἴωνες, Bekker an. I p. 464, 2) ἀϋλήρον ἄβλαροι

ἐλαῖραι (Hesychius. Dor.?)

ἄλαρα

(Hesychius)

1) Etiam corruptelae huic Latinum aliquod uocabulum uidetur subesse.

2) κ tamen apparet etiam in *τροξιμον* (*τροκ-σιμο-ν*)· τὸ ἀγριομόρουλλον, plantae nomen apud Tittmannum Zonar. p. CXX.

Ἀβλαρος igitur est τὸ τοῦ δόρατος εἰς τὸν αὐλὸν τῆς ἐπιδορα-  
τιδος ἐμπίπτον, ligneum quidem hoc, sed, ut ita dicam, coch-  
leatum, cuique torquendo et uertendo inducitur ἢ ἐπιδορατίς.  
Vides radicis uel propriam uim ac potestatem.

Βακνίδες· ὑποδημάτων.

Memores glossarum, ueluti 'baclae: ὑποδήματα γυναικεῖα σκη-  
νικά', mutauerunt βακνίδες. Rectius tamen, opinor, Alberti:  
βακνίδες, quo de uocabulo consulendus Hesychius s. u. Possis  
etiam βασιλίδες, uide Poll. VII § 85.

Βάσκοι· δεσμαὶ φρυγάνων.

βασκενταί· φασκίδες, ἀγκάλαι, cf. διάφρσον· φασκίς<sup>1</sup>).

'Fasces' cum sint Plutarcho (Popl. c. 12) φάσκης, cumque ipse  
Hesychius opera uocis φασκίδες (ἀγκάλαι i. e. fasciola, qua  
librorum compages cohibetur) exponat βασκενταί, equidem  
numquam crediderim etiam haec, βάσκοι et βασκενταί, esse  
pro fasces, \*fascitores<sup>2</sup>). Itaque bene Graeca uocabula statuens  
componam βασκαίνειν, fascinare. Utrumque duco ex radice  
b(h)adh (Grassmann KZ XII p. 120), cuius est nectendi uis.  
Βασκαίνω autem est pro \*βαθσκαίνω, elisa consona ante σζ,  
ut id fit in \*διδαχ-σζω, \*dic-sco. Confirmat hoc significatio.  
Dirae enim et defixiones a Graecis uocantur καταδέσεις. Cuius  
uocabuli uis propria eadem est, quae elucet ex βάσκοι· δεσμαί.

Βρινδεῖν· θυμοῦσθαι, ἐρεθίζειν.

Comparant fremdere, quod ego ita tantum sequor, ut βριν-  
δεῖν non aduenticium, sed bene Graecum uocabulum statuam.  
Omnino Curtii<sup>5</sup> p. 530 comparatio in hunc modum producenda  
erit: Graec. βρέμειν, βρόμος, βροντή, βροντήσια, βρινδεῖν, Lat.  
fremere, fremor, fremitus, frontesia (Buecheler Rh. M. XXXIX  
p. 408), fremdere (quo de aliter iudicat Curtius<sup>5</sup> p. 203. — Cum  
βρινδεῖν cf. Scandinau. brim 'brandung').

Παρείζουλον· ἀπόφασις ἄρχοντα.

1) Scrib. διαφῶσα i. e. διαφῶσα fasciola, cuius opera tamquam coalescant singuli librorum quaterniones.

2) Mutatae litt. β et f ego omnino unum tantum noui exemplum:  
βίτ = fit (Wannowski l. l. p. 178). Corssen I<sup>2</sup> p. 172 not. contra Schuchard-  
tium I p. 183.

Schmidt: *periculum*, sed quid fit explicationi? Ego totam hanc glossam partem alicuius interpretamenti esse censeo, cuius lemma expulsum sit. An: *παρεῖ[ναι τὸν σφόδρα νέον ἢ σύμ]-βουλον ἀπόφασις [ἦ] ἄρχοντα?* Vide Solonem apud Stob. flor. 117, 6.

\**Πτέρνα*· *περά.*

Du Cange *πέσσα*, penna, flagitante ordine. Sed caue statim Latinum medicum adsciscas. Explicatur potius *πτέρνα* (calx, cf. Phot. u. *πτέρνη*), similiter sane atque in Etym. M. p. 694, 8: *πτέρνα παρὰ τὸ πετῶ πετέρνα καὶ συγχοπῆ πτέρνα* etc.

*Πούτριον* (\**πούριν* cod.)· *σαπρόν* (Meineke Philol. XII p. 553, *σαθρόν* cod.).

*Πύθειν* est *putrefacio*, inde Aeoles *κατὰ ψίλωσιν* potuerunt dicere *πούτριος* (de *ου* uide Meisterum, dial. I p. 76). Dubitationem tamen mouet nouicium *-ιν* pro *-ιον*. Nec uidentur infimae aetatis Graeci Latinum *putre* ignorasse. Cf. *πουτάνα*.

### Cap. III. Interpolata.

#### § 1. Glossae integrae.

A) *Medicae et ἐριμνεῖαι βοτανῶν*. Cf. p. 301.

\**Ἄβιν*· *ἐλάτην, οἱ δὲ πεύκην*.

*Ἄβιν* uidetur esse pro \**abiem*, cuius modi formam quondam fuisse testatur compositum *abie-gnus*. Terminatione tamen (*-ιν* pro *-ιεν*) etiam hanc glossam puto nouitatis speciem prae se ferre. Cf. *Κῦρι* (*Κύριε*) CIG IV no. 7336. Quamquam uestigia eiusdem mutationis in utraque lingua etiam uetustiora non desunt (Benseler stud. III p. 149 sq.).

\**Γέντερον*· *ἡ κοιλία*. uenter.

Agnouerunt Ahrens II p. 57, Curtius<sup>5</sup> p. 600. Alii dubitauerunt, cf. notam Schmidtii.

*Γ* pro *Ϝ* in Hesychiano lexico saepius occurrere notum est. Notum etiam uehementer hac de re uiros doctos inter se dissentire. Ex litteratura autem potius quam ex pronuntiatione illud *γ* tantum non ubique intellegendum esse ne ego quidem negauerim. Attamen sunt pauca, in quibus etiam locutos



esse ueteres illud  $\gamma$  ab omni parte mihi fixum et stabilitum est. Γουάναξ et γουελένα affert disertis uerbis grammaticus Bekkeri, anecd. III p. 1168, licet semidoctus rem turbauerit. Άγουρος (= ἄψωρος) noui ex Du Cangio. Γουῖπα (= βούπα) et γανίζω (= βανίζω) praebebat Mullach p. 136. Ponticos Graecos uel hodie dicere *agutos* pro reliquorum *avtos* (αὐτός) communicauit mecum illius regionis indigena. Albanensium *νηέ-γούλι* (= Lat. nebula) affert Schuchardt II p. 501. Accedit analogia Romanensium. Lat. *vastare*, It. rec. *guastare*, Franco-Gall. *gâter* (cf. *quanto*, *gant* et Latina etiam *unguere*, *ungere*, Schuchardt II p. 481 sq.). Quae cum ita sint, Hesychiana γέντερ (nenter) et σέργοι (cerui) satis mihi firmata uidentur esse. Cum posteriore nescio an utile sit comparare Lat. *seruiens*, It. rec. *sergente*.

Ἐμορτεν· ἀπέθανεν, quibus subiungam:

Ἰσήμορτεν· ἀπέθανεν.

Curtius uerb. II<sup>2</sup> p. 11 Graecam esse censet glossam. Cf. μορτός· θνητός, Hesych. Sed quoniam Byzantinis μόρτης (mors) in usu fuit, antiquae formationis laudem dubito num mereat glossa. In actiua forma ἔμορτεν (mortuus est) non offendendum est. Cf. *πραιδεύειν praedari* et contraria ratione *ξογεύεσθαι rogare* (Malalas p. 322, 20, *ξογεῦσαι* ibid. p. 410, 13). Ἰσήμορτεν Curtio est ἰσ-έμορτεν, in quo ἰσ- sit dialectice dictum pro ἔξ. Schmidt audacius κῆμορτεν. Fortasse nihil est nisi ἦμορτεν, quod corruptum in ἴμορτεν restaurator lexicī (cf. p. 305) intra ea uocabula posuit, quae incipiunt ab *ι*. Ubi rursus quod deprauatum euasit ἰσήμορτεν, culpa est earum quae antecedunt glossarum, ἴση, ἰσηγορεῖ etc. usque ad ἴση μοῖρα.

Πίμεντα· φάρμακα (pigmenta).

πιμεντάριος· φαρμακὸς καὶ μυρεψός (pigmentarius).

Vocabula Byzantinis tritissima. Quendam ἀπιμέντις ut ἐπὶ τῶν ἀρωμάτων inter dignitates aulenses affert Lydus de mag. III c. 20. Quod addit glossae Fauorinus, βοτανολόγοι, minus puto sensum quam originem glossae explicare.

Elisae autem gutturalis ante *m* litteram exempla non desunt, cf. *ūmidus* = \**ugmidus* (ὕγ-ρό-ς).

## B) Nomicae glossae.

Ἄβεις· ἔχεις. habes.

De Latina uocis ἄβεις origine fuerunt, qui dubitarent, ἔχεις statuentes pluralem uocis ἔχεις (anguis). Itaque Schmidt Rh. M. XI p. 622 ἄβεις dialectice dictum pro σῆπες censet, Philol. XIII p. 218 Macedonicam glossam agnouit (Sturz de dial. Mac. p. 31). Sed obstat in explicatione positum ἔχεις, Hesychio cum sollemne sit ὄφεις<sup>1)</sup>. Latinam si statuimus glossam, ommissa adspiratio nullam offensionem praebet. Nam abeto iam in inser. Pompeiana occurrit, CIL IV no. 2013, 10. Cf. Schuchardt II p. 351. Ἄβειν, ἄβειν, ἀβιτεύσει nouit Du Cange. Quamquam μεταβῶν· μετασχῶν (Hesych.) num huc faciat, nescio. Placet enim Vossii μεταλαβῶν. Originem autem glossam duxisse puto ex alicuius stipulationis formula. Vide Ottonis thes. iur. Rom. III p. 1710: Ἀκουιλιανὴ ἐπερώτησις, οἷον τὸ ὅπερ σοι ἐχρεώ-  
στον, ἔχεις λαβῶν;

Ἀμβιτιῶν· ἐπιτηδεύων παρεκβάλλειν τινὰ τῆς αὐτοῦ  
ἐξουσίας.

Musuri ἐφρετικόν uerbum ἀμβιτιῶν reiciendum est. Cf. ξυμ-  
βασείοντα Thucyd. VIII c. 56, διαβασείων Cass. Dio XL c. 32,  
διαβησειώ, Agathias apud Suidam. Contra ἀμβιτεύειν, ἀμβι-  
τιῶν (ambitio), ἀμβιτιῶν (tamquam ambitans) Byzantinis usi-  
tatissima sunt (Wannowski l. l. p. 87). Iam igitur suppeditauimus ex Graecis fontibus illud \*ambitare, quod in uulgari Latinitate frustra quaesiuit Groeber explicans Italicum 'andare', Woelfflinii arch. I p. 238.

Interpretamentum Hesychii cum diuersum sit a similis argumenti scholiis, quibus ἀμβιτος λέγεται ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, περιδρομή, φθορὰ κρίσεως uel etiam φθειρόντων τὰς κόρας (Labbaeus p. 5), certam aliquam actionem uel legem uidetur respicere.

Ἀντικένσωρ· ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. antecessor. Quod debemus expectare, ἀντικήνσωρ, habet Lydus de mag. III c. 27. Cum Hesychio facit codex Palatinus anthologiae

<sup>1)</sup> Cf. u. δίβαν, δίφατος, εἰλυσπᾶσθαι, ἐλέννον, Ἐλεῶν, ἐλλόπιδας, ἦρος ποικίλος, κοτυληδόν, ὕδρα etc.

XI, 367, cuius lectio est ἀντικέσσορ(ο. Ἰντερκέσωρ legitur simile uerbum in glossis iuris. Dixeram autem nos debere exspectare ἀντικήνωρ non sine causa. Nam ut Byzantini in μῖνσος, significantes productam uocalem suo more incerta quadam infixā nasali, seruauerunt Latinum *mīssum* (= \**mīl-tum*), ita dicendum eis erat etiam ἀντικήνωρ = *antecessor* (\**antecēd-tor*). Sed uides hic, ut saepe alias, liberum nec ad amussim exaequatum loquendi usum. Nec sufficit ad pronuntiationis fluctuationem confugere, quae tum erat inter *ē* et *ē* (ε et η). Quid enim, si apud Hesychium praeter κένσος et κῆνωσος legitur etiam κῖνσος? In ἀντι- uero pro ἀντε-posito uulgaris illius etymologiae usus cernitur, de quo iam supra diximus. Illa denique incerta nasalis, de qua modo uidimus, ne a Latina quidem lingua uulgari abhorret. Cf. *quiesquit*, de Rossi no. 451 (= *quiescit*) a. 397 p. Chr.

*Antecessor* principio militaris erat uox et quidem inde ab argentea aetate. Est, qui praemittitur agmini, speculator, quem antecursorem dicit Caesar b. c. I c. 16. Cf. Sueton. Vit. c. 17. Mansisse hunc usum docet a Du Cangio laudatus Leo tact. 4 c. 23. Inde antecessor fit etiam uel iurisprudentiae uel sacrae doctrinae tamquam προηγούμενος. Sollemne autem est et uel cognominis instar uocabulum iuris consultis, ueluti Theophilo, auctori Graecae periphrasis institutionum. Iulianus antecessor occurrit in anthologiae modo laudato epigrammate. Aliam uim uocabuli indicant glossae iuris: ἀντικένσωρ· ἀντιγραφεὺς διαθήκης (cf. Bekkeri anecd. III p. 1097), unde Salmasius ad script. hist. Aug. p. 480 a: 'antecessor est iuris peritus, qui testamentum dictat'.

\* Βάλλεκα· ψῆφον. balluca.

Comparant glossas: Valuca: γήδιον χρυσῶ ἀκαθάριστον, uel γῆ χρυσώδης χρούσαμμος. 'In balluca, quae Graece χρούσαμμος appellatur', l. 1 t. 2 cod. Iust. XI, 6. 'Minutum calculum' illud Hesychianum ψῆφον recte interpretatur Harduin ad Plin. nat. hist. XXXIII c. 4, 77, ubi Hispaniensium alicui linguae uocabulum tribuitur, cuius cognatum apud Armoricos repperisse sibi uisus est Sparsehuh Philol. V p. 257. Ad Graecos uero,

quorum auctoribus omnino deesse uidetur, migrauisse Ibericam uocem per Italiam satis documenti est iuris consultorum huius aduenae familiaritas (uide Heumanni 'handlexicon zu den quellen d. römischen rechts' s. u.).

Ceterum non uideo, cur in lexicis feratur ballūca, producta paenultima. Quod nititur loco Martialis XII, 57 u. 9, ubi Turnebus et Salmasius:

'illinc balucis malleator Hispanae'.

Optimus autem codex Thuaneus cum habeat medelam nulla docta fraude occultam *pollicent* (*pallidus*, corr.), iure Schneidewinus recepit in textum iam in margine alius libri adscriptum illud: *paludis*. Hesychianum uero *βάλλεκα* collatis uocabulis *Σικελός* et *Sicūlus*, *σκόπελος* et *scorūlus*, commendat et ipsum *ballūca*. Quamquam posse uocabulum aduenticium terminationum Latinarum (*-ux*, *-ūcis* et *-ūca*) similitudini se accomodauisse non pernegauerim.

*Γέντινοι· οἰκεῖοι.*

Temptauerunt *γνήσιοι, ἔντιμοι, οἱ Κεῖοι*. Fortasse, quamquam non mordicus teneam hanc coniecturam: *γεντικοί*. 'More gentico', Tac. ab exc. III c. 43. VI c. 33. Possis etiam *γεντίλιοι*, nam *γεντήλιος* frequenti usu tritum erat Byzantinis (Du Cang.).

\**Γλέβα· ἀξίωμα συγκλήτου.* gleba.

*Σύγκλητος* est senatus (Polyb. I c. 11), *ἀξίωμα συγκλήτου* census senatorius. Perturbatum locum Lydi de mag. I c. 34 omnino missum faciam (uide Schoellii XII tab. rel., notam ad p. 39). Quid autem sibi uelit lexicographus, intellegitur ex eis, quae Du Cange in glossario Latino de gleba senatoria disputauit. 'Glebalis functio, pensio, praestatio etc., certum uectigal, quod pro possessionibus ac postmodum in modum oblationis imperatori a senatoribus pensitabatur'. Cf. 1. 2 cod. Iust. XII, 2, ll. 7—17 cod. Theod. VI, 2.

Ipsa gleba ut ponatur pro functione glebali, fit ex schemate quodam iuris consultorum dicendi generi proprio: est tamquam 'res pro uectigali rei'. Similem in modum *fossatum* (fere idem quod *fossa*) esse potest etiam 'obligatio, qua fossatis urbium reficiendis tenentur ciues' (Du Cang.).

\* Δάμνον· δεινόν. *damnum?*

Schmidt ed. mai: *damnum*, ed. min.: ἄδαμνον. Nec argumentis prior ratio confirmari potest nec placet parum scita explicatio δεινόν. Itaque ne ego quidem grauiorem corruptelam subesse negauerim. Verum fortasse est: δάμνιον· ἀγγεῖον. Nam Νίκανδρος καὶ Θεωρίδας ἀπὸ τοῦ δάμνασθαι προφέρονται ἀσυνδέτως δάμνιον, dicit scholiasta ad Hom. γ 444, quem uersum respicit glossa. Alii non ἀσυνδέτως scripserunt ibi δ' ἄμνιον. Cramer anecd. Par. III p. 436, 11.

Δηλάτωρ· κατήγορος. *delator.*

Δηλάτορας τοὺς διαβόλους καὶ συκοφάντας καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ex Cedreno Du Cange. Qui idem praebet δηλατορεύειν, δηλατόρευσις, δηλατωρία, alia.

Δηληγατιῶν· ἀφορίζων. *delegatus.*

Glossae iuris: διληγατεύω· ἐκτάσσω et ἐδελεγάτενον· μετετιθέμην. Quae una cum Hesychiana quo ualeant, docet Fauorinus: δηληγατιῶν κατὰ Ῥωμαίους ἢ ἐκταγὴ τοῦ σιτοπομπίου καὶ ἢ ἀννόνα. Δηληγατιῶν igitur est, qui delegati munere fungens annonam curat uel ἀφορίζει. Etiam in iure Romano occurrit delegatio, 'quae ab amplissima praefectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur', census nempe annui indictio (Heumann. l. l. u. *delegatio*).

Δηπορτάτος· ἐξωρισμένος (Alberti. ἐξορισμαῖος cod.).  
*deportatus.*

Δηπορτάτης est in glossis iuris et explicatur: ὁ διηγεκῶς ἐξοριστος, ὁ ἐν νήσῳ περικεκλεισμένος. De ipsa re uide Ulpianum Dig. XLVIII, 13, 3: 'peculatus poena aquae et ignis interdictio, in quam hodie successit deportatio'.

Δηφένσωρ· ἐκδικος et διφένσωρ· βασανιστής, κριτής.  
*defensor.* Cf. p. 305.

Vocabulum *defensor* cum suis cognatis (διφενδάριος, διφένδενσις, ἀδεφένδεντος, διαφενδέειν etc.) uaria significatione frequentissimum est Byzantinis. Noti sunt defensores illi uel prouinciae uel ecclesiae: hic habemus defensorem iustitiae, iudicem. Quam eandem uim accepit uocabulum ἐκδικος, quod scite glossatores iuris interpretantur per ἐκδικητής, nimirum

qui iudicando causae finem faciat. *Ληφένσωρ* uero et *ἔδικος* significationis uinculo tam arte coniuncta sunt uerba, ut *ἐκδικούς* uel milites defensores tactici appellarent. Glossae iuris: *δεφένσωρες· οἱ μετὰ τοὺς κορσῶρας ἦτοι προμάχους ἐπακολουθοῦντες πρὸς ἐδίκησιν αὐτῶν.*

\**Ἐκπελεύει· ἔξωθει.* expellit.

Feruntur *ἔξ-* et *ἐκπελλευθῆναι*, *ἐκπελλευτής* etc. Glossae iuris: *ἐκπελάτωρ· πᾶς ὁ αὐτοκράτωρ διοικεῖν λαχὼν τὸν πόλεμον.* Itaque uidetur glossa et ex nomicis et ex tacticis esse.

\**Ἡδικτον· συνδοκτικόν.* edictum.

*Συνδοκτικόν* Hesychius ipse dicit *συνδεδογμένον*. Iam cum glossis iuris *ἔδικτον* explicetur per *δικαιοδότημα*, *διάταξις*, *παράγγελμα*, non per *συνδοκτικόν*, cumque hoc rursus satis prope alludat ad glossam Cyrillianam (codicis Vindobonensis) *ἵνδικτον· συνοδικὸν ἢ συνδεκτικόν*, Hesychianus locus turbatus uidetur.

*Κάστελλος· ὄνομα τόπου ἄνω φέροντος καὶ κάτω φέροντος καὶ μερίζοντος τὸ ὕδωρ.* castellus.

Festus p. 70: 'diuidicula antiqui dicebant, quae nunc sunt castella'. Sed noli ob hunc locum Hesychianam glossam speciosum documentum putare Latini apud doctos Graecos studii. Inferioris enim aetatis sciolus interpolator aquae ductus descriptione insipida et parum eleganti uel ipse se prodit. Praeterea intereuntis neutrius generis aetatem indicat masculina forma *κάστελλος*. Ut est *castellus* Dig. XXX c. 41, 10. 'Sed si cancelli sint uel uela, legari poterunt, non tamen fistulae uel castelli'. Du Cange laudat Scylitzam: *ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς δὲ τῶν ὑδάτων ὄγκους ἐποίησατο τοὺς τὸ ὕδωρ τῇ πόλει εἰσάγοντας καὶ τοὺς δεχομένους τοῦτο καστέλλους.*

\**Κηνσήτωρ· ὁ τὴν γῆν μετρῶν.* censitor.

Schmidt comparat Isidori glossam 'censitores: agrimensores'. Fuerunt autem censitores imperatorum emissarii, qui census causa singula praedia metirentur describerent aestimarent (Heumann, u. *censitor*).

\**Κονδούκτωρ· μισθωτός.* conductor.

Addatur uocabulum Du Cangio. *Μισθωτός* uocatur conductor, quippe qui conducat cum spe praemii locatum. Inde glossae

iuris κονδούκτη· ἀγωγὴ ἀρμόζουσα τῷ μισθωσαμένῳ, κονδούκτωρ· μισθωτής. De usu Romanorum iuris consultorum uide Heumannum, u. *conducere*.

\*Κυαιστειωνάριοι (κυαιστειωμάριοι cod.)· βασανισταί. quaestionarii.

Etym. Gud. p. 335, 9: κοιαιστῶρ, βασανιστής, Ῥωμαϊκὸν ἀξίωμα καὶ κλίνεται κοιαιστῶρος. ὁ συζητητῆς καὶ ἐρευνητῆς ἐπὶ χρέμασι<sup>1)</sup>. Romanis antecessoribus uidetur uocabulum non in usu fuisse.

Κωδίκιλλα· σύμβολα ἀρχαῖα (Schow. σύμβουλα ἀρχαῖα cod.). codicilli.

Cramer anecd. Par. IV p. 52, 4: ἡ μετὰ τῆς διαθήκης βουλή. Ῥωμαῖοι. χάρτης ἔγγραφος. Spectat glossa ad imperatorum codicillos et insignia illa, quibus utebantur in mandandis muneribus officiis negotiis. Nescio igitur, an Schowii coniecturae ἀρχαῖα praetulerim ἀρχεῖα, ut 'dignitatem codicillariam' inuenimus in codice Theodosiano (Heumann, u. *codicillus*).

\*Κώδιξ· βιβλίον νομιμὸν. codex.

Observatum est Latina uocabula, quae terminantur in *-ex*, Graecos suo loquendi more finiuisse per *-ιξ* (Dittenberger Hermes VI p. 145). Inde Plutarcho (Galba c. 4) Vindex est Οὐίνδιξ, inde est ἄλιξ = *alex*. De uocabulo κώδιξ uix opus erit monere κατ' ἐξοχὴν sic appellari codicem Iustinianum, cuius etiam interpretibus sollemne nomen erat οἱ κωδικισταί.

Sequitur glossa satis obscura, de qua explicanda desperauit Wannowski p. 262 not.

Λάρεις, λάραβες· τοὺς κυρίτας οὕτως Ῥωμαῖοι.

Eodem fere modo legitur inter glossas iuris, nisi quod accusatiuus ibi nulla uocalis anaptyxi est λάραβας<sup>2)</sup>.

Non pertinet ad uetustissima Italica glossa, sed fluxit e scholiis nomicis (Lobeck in Seebodi misc. crit. I p. 732). Κυρίττειν est πλήσσειν, proprie de bubus cornu tudentibus, deinde etiam, ut uidetur, de illis cerritis (Preller röm. mythol.<sup>3</sup>

1) Sequitur tam futilis originatio, ut nullo sensus detrimento totam eandem transferre in uocabulum κενσήτωρ glossator iuris Labbaei poterit.

2) Similiter: *larualem* (*larualem*) in libris est Priap. XXXII u. 12.

p. 80), hominibus lymphatis omnibusque porro, qui in rusticis orgiis ligneis laruis instructi saltantes ac ludentes per lasciviam furoremque agitabantur. *Πρόσωπα* novit Hesychius *κύριθρα, κλίνθια* etc. Idem u. *κυριτοί· οἱ ἔχοντες τὰ ξύλινα πρόσωπα κατὰ Ἰταλίαν καὶ ἑορτάζοντες τῇ Κορυθαλίᾳ* (scil. *Ἀρτέμιδι*, Ath. IV p. 139 b) *γελοιασταί*.

Hoc autem vel simile huic genus ludorum in Italia vel Christiana aetate tenacissime retinuisse rusticos, iam supra indicaui. Erant nimirum 'tempi della vendemmia, ne' quali al più basso ed oscuro uomo che vi sia è lecito dire al più alto signore e alla più nobil donna che veda tutte le ingiure che vuole', verba incerti auctoris apud Villoisonem anecd. II p. 316. Qui addit: 'per totum uindemiae tempus Baccho pleni esse ac furere prorsus uidentur. Tria enim praeter omnem consuetudinem modumque factitant, esum, uindemiam, clamorem lasciuientium . . . , non homines uidentur, sed Satyri ac Bacchi sacerdotes petulantes, iniuriis lasciuientes, luxuriantes'. Itaque vel lege opus erat, ne his paganorum ludis atque sacrificiis christianae fidei integritas imminueretur neue homines dignitate clari laederentur. Inde fit, ut legamus apud Hagenum, anecd. Heluet. p. 248 not: 'antiqui enim ludentes publice deridebant, quoscumque uolebant. Sed cum prohibitum fuit hoc agi, laruas i. e. talamascas (?) de cortice arboris factas accipiebant et ad faciem suam illas adponebant, ne cognoscerentur etc.'.

Quae cum ita sint, cuius aetatis Hesychiana glossa sit, nemini puto non constare. Lares uero et laruas confuderunt Christiani paganos illudentes. Nam celebrari Lares solitos esse in rusticis illis sacrificiis non opus est monito.

*Μίλια· τὰ † ἐξέθετα χρήματα.*

Cf. *μείλια· μειλίγματα, χάρισματα, τὰ ἀπόθετα χρήματα.* milia. (Nisi subest *μείλια* Hom., Windisch KZ XXVII p. 168.)

*Μονητάριος· τὸ κέρμα ἐργαζόμενος.* monetarius.

*Ὀφικιάλιος . . . . .* officialis.

Nescio an coniungam glossam cum ea, quae sequitur, praesertim cum extra ordinem haec posita sit, in hunc modum:

*Ὀφικιάλιος· [ἐπηρετῶν] ὀφειλόντως, πρεπόντως, δεόντως.*



Πεκούλιον· βαλάντιον. *peculium*.

Wannowski p. 129: σύσια ὑπεξουσίον ἢ δούλου. Frequens etiam πεκουλιάζεσθαι, *peculium colligere*.

Πραίκων· κῆρυξ. *praeco*.

Πριμιλιγιών· τιμῶν (Schm., τιμίων cod.). *privilegiorum*.

Vox multifariam detorta occurrit apud Suidam: *πριμιγγιλίων· τιμῶν, ἤτοι βασιλικῶν δωρεῶν, ἢ προνομίων*, apud Zonaram p. 1581: *πριμιμολογίων· τιμῶν βασιλικῶν. προνομίων*, rectius in glossis iuris: *πριβιλέγια· προνόμια*, cum scholiasta Basil. a Du Cangio laudatus habeat: *πριμιλεγιάριος*. Hoc in promptu est, iam Latinos vulgari quae dicitur etymologia ludentes ex *privilegium* uoce fecisse *primilegium*.

Πριουάτον (πριούατον Schm., cf. p. 288 not.)· τόπος ἐργαστηρίου. (Suidas: Ῥωμαία ἢ λέξις.) *privatum*.

Praeplacet *δικαστηρίου*. Cf. gloss. iur.: *πριβάτον· δικαστήριον τὸ ἀπαιτητικὸν καὶ ἐξεταστικὸν τῆς κερουμένης αἰτίας*.

Ῥεφούγια· ῥεμπτά. *refugia*.

Paulo supra cum sit *ῥέπεις· ῥέψις, ῥεπον...*, Schmidt ex Theognosto restituit *ῥεπούδιον*, ad quod pertinere uult *μεμπτά*, quod corruptum in *ῥεμπτά* depulsum sit ad *ῥεφούγια*. Rationem probo, malim tamen *πεμπτά*. Dicebant enim teste Du Cangio *ῥεπούδια πέμπειν (ῥεπουδιατεύειν)*, *repudium* mittere.

Σήλεκτος· χαμαιδικάστης (*χαμοδικάστης* cod.). *selectus*. Cf. Phot. et gloss. iur. *Iudex pedaneus uel priuatus. Publici enim iudices cincti appellabantur*, Du Cange.

Σπόρτουλον· τόκον. *sportulam*.

Satis scite glossae iuris: *σπόρτουλα· χρήματα δημόσια. τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια*. Ibidem occurrunt *σπόρτουλα ἐκβιβαστικά (ἐκδικαστικά?)* et *σαλάρια τὰ διδόμενα τοῖς συνηγούροις*, quibus quidem *sportula profecto est τόκος*.

Τίτλος· πτυχίον ἐπίγραμμα ἔχον. *titulus*.

Vocabulum Byzantinis frequentissimum. Cf. *τιτλάριον, τίτλωμα, παράτιτλος, τιτλοῦν, προτιτλοῦν, ὑποτιτλοῦν*.

Φειδικόμισος· ἢ διὰ μαρτύρων πίστις. *fideicommissum*.

Φειδεϊκόμισος (-μίσος cf. p. 351) maluit Meursius gloss. Graecobarb. p. 599. Parum scitam dicunt explicationem iuris periti: mihi abstinendum iudicio. De masculina forma neutrius locum occupante iam dixi p. 354.

Φέρι· ἄγριε [ἢ ἄγριαί, scriptura tantummodo, opinor, diuersa]. feri.

Quo iure nomicis glossam tribuerim, docent loci iuris consultorum, quos collegit Kalb, Woelfflinii arch. I p. 83. Aliud est φέρι apud Plut. Marcell. c. 8. Idem quod παῖε. Τὸ γὰρ τύπτειν φερῖρε οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

Φίσκος· δημόσιον. ταμείον πολύχρημον. fiscus.

Φισκοσυνήγορος· ὁ ταμείων συνήγορος.

Aduocatus fisci', Du Cange u. φίσκος.

C) Notitia dignitatum quaeque similes sunt glossae ad aulam uel ecclesiam Byzantinam spectantes.

\*Βιστιαρίον· τόπος, ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. uestiarium.

Cf. ἀβεστάριος, quamque statim subiungere liceat glossam Hesychnianam: πρωτοβεσθάριοι (\*προτροπεσθάριοι cod.)· ἐπιτροπὴν ἔχοντες [τοῦ βεστιαρίου] <sup>1)</sup>. Est autem βιστιαρίον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται, deinde omnino χρήματα, thesaurus. Unde Albanenses usque ad haec tempora: *vistiari* (trésor).

Δούξ· ἡγεμών, ἄρχων. dux.

Nota sunt: μέγας δούξ, δούκας, δούξ δουκῶν, δούκαινα, δουκάτον, δουκικός etc.

Κομενταρίσιος· τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος. commentariensis.

Wannowski p. 192. Legendum κομενταρήσιος.

\*Κόμηγς· ἄρχων, ἡγεμών. comes.

Erant comites prouinciarum, orientis, consistoriani, rerum priuatarum, domesticorum etc., multifaria cuiusuis gradus hominum cohors. Fortasse tamen ex tacticis glossa est. Cf. gloss.

<sup>1)</sup> -θάριος fortasse est pro -τιάριος significatque in sibilam uersam una cum *i* uocali litteram *t*. Cf. Lat. *pre-ti-um*, It. rec. *prezzo*.

iur.: κόμης· ὁ μιᾶς κοόρτης ἄρχων, ᾧ καὶ ἑκατονταρχοὶ ὑποτάσσονται.

Κονσιστόριον· θείον συνέδριον. consistorium.

Κονσουλάριος· ὑπατικὸς. consularis.

Οὐεριδάριος· βεριδάριος. ueredarius.

*Veredarius* (courier, eilbote) et priscae et infimae Latinitatis est. Veredis antiqui dixerunt, quod ueherent rhedas, i. e. ducerent, Fest. p. 372. Βεραιδους δὲ Ἴταλοῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς ἵπποζυγίους ἵππους, ὅπερ ἐστὶν ἔλκειν τὸ ὄχημα, Lyd. de mens. I c. 28.

Πριμικήριος· ὁ πρῶτος τῆς τυχούσης τάξεως. primicerius<sup>1)</sup>,

qui primus notatur in tabula cerata. Eodem modo dicebatur σεκουνδηκήριος (Wannowski p. 7), τερτιοκήριοι (id. p. 188). Iulianus quidam πριμικήριος τῶν νοταρίων occurrit apud Phot. bibl. p. 57 b, 33 B.

Ῥεγεονάριος· γειτονίαρχος. regionarius.

Sunt regionum praefecti, quibuscum σεβαστοφόρους coniungit Suid. u. Ἀγουστειόν. Alii uicomagistros intellegunt (Wannowski p. 164).

Σέκρετον· συνέδριον. secretum.

Longe patet Lat. *secretum* uaria et forma et significatione apud Byzantinos. Sunt etiam haud alieni ab hodierno usu aulensi, cf. Etym. Gud. p. 83, 3: ἀσηκρήτης (a secretis, 'geheimrat')· συγγραφεύς· ὁ τοῖς τῶν κρατούντων μυστηρίοις ὑπηρετούμενος etc.<sup>2)</sup>.

Τέμπλα· τέμπλω ἐπίσημα.

Sat obscura glossa. Τέμπλω omisit Photius. Partem quandam aedium sacrarum, qua excludebantur laici, a Byzantinis ac Neograecis templum uocari uereor, ne nihil nos promoueat. Suberitne Templariorum ordinis aliquod insigne (ἐπίσημον)?

D) Sermo uulgaris. 1. Glossae tacticae.

Βάνδα (Alberti, *μανδοτά* cod.)· σημεῖα. banda.

Οἱ Ἴταλοὶ βάνδα καλοῦσι τὰ ἐν ταῖς τάξεσι ἐπίσημα, ἃ κόν-

1) Latinis quoque in usu fuit, Heumann p. 481.

2) Σίγκρες· ὑπηρεταὶ βάρβαροι. Lat. *sinceri* disiungas.

τοὺς ἤρτηνται, ἀετῶν ἢ λεόντων ἢ δρακόντων ὑφάσμασι ποικίλοις καὶ παρασήμοις κατάστικτα, anecd. Par. IV p. 198, 8. Cf. Ital. rec. *bandiera*, nostrum *banner*, Neograec. *μπαμπιέρα*.

Ἐξπέδιτον· . . . . . expeditum.

Supplenda est glossa ex Suida et Fauorino: ἔξπέδιτα· τὰ στρατιωτικὰ πλήθη. Idem igitur ualet atque exercitus, quo de usu uide Du Cangium u. ἐξέριτον.

Κομλίατον· ἐξαίτησιν λαμβάνειν τοῦ ἀρεθῆναι. *commentum*. (Leo tact. VIII, 4.)

Κοντουβερνάλιος· συστρατιώτης. *contubernalis*.

Λεγεών· πλήθος στρατεύματος ἢ τάγματος ἕξ χιλιάδων ἑξακοσίων ἐξήκοντα ἕξ. *legio*.

Numerus 6666 plane ineptus est. De forma *λεγεών* pro *λεγιών* Dittenberger Herm. VI p. 142.

Inde a gl. *πρεσβύτης* Schmidt exhibet:

. . . . . πρέσβυς [*αιλοράνομος*]

\*Πραιτώριον· τόπος, ἔνθα συνάγεται ὁ λαός. *praetorium*. (Nota inter *αι* et *ε* inconstantia.)

Quod autem antecedit, ut hoc statim absoluam, *αιλοράνομος* suppeditat *ἀγορανόμος* glossamque *πραιτώρ*· *ἀγορανόμος* quantumuis inscitam. *Ἀγορανόμος* enim Graecis aedilis est, cum praetor sit *στρατηγός*, *ἑξαπέλευς*, rarius *πρόβουλος* et *ἀστυνόμος* (Cassius Dio). Wannowski p. 148.

Στατίων (\**στρατίων* cod.)· τὸ τῆς φυλακῆς (*φύσεως* cod.), ὅπερ ἐξέστη κατὰ φυλάς. *statio*.

Cf. *συνέδρα*· ἡ στάσις, ἣν νῦν *στατίωνα* λέγουσιν.

Φοσσάτον· ὄρυγμα (*στρατόπεδον* Suidas). *fossatum*.

Cf. \*βύθιος (i. q. *βυθμός*)· *φόσσα*.

Franco-Gall. *fossé* est 'festungsgraben'. *Φουσάτον*, *φωσάτον* 'munimentum' nouit Wannowski p. 28, 220. Potest autem glossa etiam ex nomicis esse, cf. p. 352, eademque gromatica (Pott, ztschr. f. d. alt. 1854 p. 323).

2. Vestimenta. Res familiaris. Supellex.

*Βακάϊον*· μέτρον τι. *bacarium*.

'*Bacrionem*, genus uasis longioris manubrii', et '*bacar*, uas uinariū simile *bacrioni*' Festus p. 31. Prorsus segregandum

puto uocabulum a *bacca*, βάκκαρις (cf. Hesych. s. u.), quamuis confuderint haec recentiores (Loewe gloss. nom. p. 181). Vinarium autem uas quidni ducatur a nomine *Bacchi*? Est nota scriptio *Bacanal*. Nec per casum factum est, ut etiam *baccharium* exstet, licet paulatim obliuione obruta sit propria uis uocabuli: nam ‘*baccarium*: uas aquarium’, Isidorus. Plauti quoque deperditam fabulam rectius *Bacariam* dicemus (*Baccaria*, Loewe prodrom. p. 292). Infimam autem Hesychianae glossae aetatem indicat euanescens Romanensium more canina littera interuocalis. Cf. It. rec. *dietro* (\**diretro*), *carbonajo*, *Pistaja* etc. Ne Franco-Gallis quidem ignotus est ‘l’usage de prononcer les *r* comme des aspirations ou comme des *y*-grecs. On disait *Pahis* pour *Paris*, *payadis* pour *paradis*’ (Schuchardt III p. 282).

Ἐξομπλον· ἴσον. exemplum.

Latinam uocem uidit Salm. ad script. hist. Aug. p. 508e. Contra fuerunt, qui Hesychiana glossa perducti Lat. *ex-em-p-lu-m* (cf. *ex-im-o*) e Graeco \*ἔξομαλόν iuberent descendere (Forcell. I p. 219). — Ἐξομπλον proficiscitur a Lat. uulg. \**exomplum*. Similia sunt, quae Schuchardt II p. 250 affert: *solomni*, *antomnarum* (cod. Bern. Verg. A. III u. 549). Vetustum *condumnari* (CIL I no. 197, 10) eiusdem fere notae est. Ἐξέμπλωτος, uariis figuris ornatus, ex Niceta et Eustathio affert Du Cange, idem exhibet etiam ἔξεμπλάριον. Albanensium ξόμπλεα nouit Schuchardt III p. 279. Graecos Ponticos audio usque ad hunc diem dicere ἔξομπλον, quo significant μέτρον τι, quo Hesychii quoque ἴσον referendum esse censeo.

Παρατούριον· ἀντίπανον. κράσπεδον. paratura.  
antepanni.

Suidas: ἀντιπαρατούρα· ἀντικόσμησις ἢ ἄλλη εὐπρέπεια. παράτον γὰρ ἢ παρασκευὴ παρὰ Ῥωμαίοις. ‘Institas siue lora, quibus ornabantur uestes, ornaturas dixerunt et paraturas’, Salmasius l. l. p. 478 a. Ὅργανος uocat easdem Cedrenus. Uocabulum autem *orna*, *ae* eiusdem fabricae est, quam quod Cyrillus praebet: ἠχώ, ἀντηχώ: *resona*. De terminatione *-ura* gliscente longius in sequiore Latinitate disputauit Thielmann,

Woelfflinii arch. I p. 69sq. De ἀντίπανον uide quae Du Cange Schmidtio suppeditauit. Ἀντί pro ante est, ut in ἀντικένσωρ.

Σακέλια· ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται.

σακέλιον· ὁμοίως.

Sunt saccella, sacculi, crumenae (Wannowski l. l. p. 290). Σακέλιον Ῥωμαϊκῆ λέξις ἐστὶ, φυλακὴν τῶν χρημάτων σημαίνουσα. Ὅθεν καὶ σακελλάριον καλοῦσι τὸν ταμίαν καὶ φύλακα τῶν χρημάτων, Du Cange ex schol. Greg. Nazianz., ad quem omnino rettulit glossam Sauelsberg (Schmidt, auctar. emend. p. 43).

3. Ἐργαλεῖα.

Μάρρον· ἐργαλεῖον σιδηροῦν. marra, ligonis genus, Wannowski l. l. p. 40.

Ῥῆγλαι· σίδηρα ὡς ῥάβδοι. regulae.

Sunt autem 'hostoria', cf. supra p. 334. Hesychius u. ῥόχανον, ubi nonnulli legunt: ἡ ἀποριγλῶσι τὸ μέτρον (Salm. l. l. p. 437), ἀποριγλᾶν, regulis abstergere et aequare.

\* Σερπενδύβουλουμ βέλ πλουμβίνουμ, Ῥωμαϊκῶς. Adscriptum est ab interpolatore u. στάθμη, ἐν ἣ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες etc. (Bluemner technologie II p. 232). Fuit autem ab initio περπενδύβουλουμ etc. (perpendicularum uel plumbinum [= plumbeum]). Cum uero lexicī illa, de qua iam identidem dixi, diorthosis facta esset, proprium locum obtinuit additamentum tamquam glossa corruptumque est ex ordine litterarum σερπενδύβουλουμ. Ceterum, quod est -βουλουμ in terminatione, non -ουλουμ, eius rei culpa non carebit adiectiuum aliquod 'pendibile'.

Σουγλάριον· ἐργαλοθήκη (ἐργαλειοθήκη, gloss. iur.) Schmidt: theca *subulae* ('ahle'). Rectius Wannowski l. l. p. 17: *suculae*, fabrilis alicuius instrumenti ('winde'). *Subula* enim est σουβλα, σουβλίον (Du Cange) cf. *subla* CIL IV no. 1712, 3.

4. Varia. Dubia.

\* Ἀβέσσει· ἐπιποθεῖ [ῥορβεῖ]

ἀβήσσει (ἀβήσση cod.)· ἐπινοεῖ. \*auescit, \*auessit. Cf. Schmidt. Rh. M. XI p. 622. Cyrillus Mosqu. ἀβέσω· ὀρέγω, ἐπιθυμῶ et ἀβήσω· ἐπινοήσω. Itaque Stephanus comparat:

praes. ἀλθέω, ἀλθέσσω, fut. ἀλθήσω =  
 „ ἀβέσ(σ)ω „ ἀβήσω,

minus tamen recte. Primum enim simplex σ nihil potest ualere in Cyrilli ἀβήσω, quoniam nihil ualere uolunt in ἀβέσσω eiusdem auctoris. Deinde ἀβήσσει debebat Hesychius per futurum aliquod explicare. Sed iam de auendi uerbo uideamus, quod componitur cum Graec. \*ἄF-ί-ω (Curtius<sup>5</sup> p. 386). Explicationes Hesychii ἐπιποθεῖ, ἐπινοεῖ (nam ποροβεῖ iure ad ἀραβάσσει refert Schmidt, quaestt. Hesych. p. CXLIII) suppeditant animaduertendi uim, audiendi simul et cupiendi notiones. Ἐπινοεῖν utrumque est, et animaduertere et cupere (Eurip. Phoen. u. 408). Docet idem Lat. *audire*, cum auendi uerbo cognatum. Quin ipsum *auere* olim uidetur animaduertendi potestatem habuisse, siquidem aliquid saltem ueri inest in ueriloquio ceteroquin inepto Varronis l. l. VI § 83: ‘*auris* ab *auero*, quod his auemus discere semper, quod Ennius uidetur etymon ostendere uelle, in Alexandro cum ait: „Iam dudum ab ludis animus atque aures auent, auide exspectantes nuntium“ (Ribb. trag.<sup>2</sup> u. 34)’. Iam, ut saepe factum est, prisca Latinitas quasi rediuiua fit inferiore aetate. Quibus temporibus fuisse puto: 1. uerbum *auire*, unde est ‘*Abita: Desiderata*’ (Du Cange, gloss. Lat.). De coniugatione mutata audi Schuchardtium II p. 265 sq. (cf. *debire*, *lugire*, *miscire* etc.). 2. uerbum *auisare* (cf. *fauisor*, *fauisio* de *fauere* et iam pridem natum *gauisus* de *gaudeo*, Loewe in Woelfflinii arch. I p. 32). Nihil aliud quam *auisat* puto Hesychianum esse ἀβήσσει· ἐπινοεῖ, quocum olim docti uiri (uide notas Alberti) composuerunt Franco-Gall. *auiser*. Duplex σσ ex analogia uerborum Graecorum se insinuauit, quae terminantur infinito numero in -σσω. 3. uerbum *auessere*. Notum enim est in transitu linguae Latinae ad Romanensium idiomata facto quam latum campum obtinuerint uerba incohatiua. Irrepsit illud *sc*, quod Diez docuit, initio quidem, ut seruaretur τὸ ἰσότονον. Deinde uero eas quoque formas occupauit, quarum paenultima ab omni principio sub accentu posita erat. Ex quo genere est Franco-Gall. *finissons* (Mussafia, ‘zur praesensbildung im roma-

nischen<sup>7</sup> [Berichte der Wiener akademie, philol.-hist. classe. 1883] p. 6 sq.

Iam haec nouicia incohatiuā promiscuum paulatim usum inierunt cum aliis quibusdam uetustissimis, ut *capessere*, *arcessere* (Sittl in Woelfflinii arch. I p. 487. 515). Unde intellegitur, cur Placidus p. 18, 18 Deuerl. praecipiat: *capessitur non per sc*<sup>7</sup>. Apuleius met. c. 11, 21: *glissebat* (cod. Laur., *gliscebat* male Eyssenh.).

Licebit igitur formare *auessere* (= \**auescere*), cuius uerbi testimonium puto ἀβέσσει· ἐπιποθεῖ.

Ἄγαρος· σκευοφόρος· φορτηγός.

Latinorum uulgare *agarus* subesse puto i. q. *agaso*, fortasse Graecis fontibus delapsum uocabulum (ἀγάζων). — ‘*Agaron*’, Loewe in Woelfflinii arch. I p. 22. ‘*Agaso* uel *agarus*: minister officialis’, Du Cange gloss. Lat.

\* Ἄγραρεύεις· περιέρχη.

Cum Graeco ἀγρεύειν (uenari, captare) conferri glossam uetat interpretamentum. Rectius Salmasius attulit Lat. *agrare* i. q. *ambulare* (Du Cange). Cf. per-egr-inari, sed bonae aetatis iam *peragrare* (Merguet lex. Cic. III p. 585). Inde glossae: *περινοστεῖ, περιέρχεται*<sup>7</sup>. Neque tamen emerim pro ἀγραρεύεις, labentis Graecitatis fetu, Cyrillianum facilius sane intellectu ἀγρεύεις. Vocabulum enim, quale sit *agrarare*, in infima Latinitate prorsus nihil inauditi habet. ‘*Agrarabilis*’ (quamquam arandi ui) nouit Du Cange. Dupliciter suffixum est *armarari* (394 p. Chr. De Rossi I no. 419). ‘*Auerer*, desirer avec ardeur’, rursus Du Cange. It. rec. *essere* affert Schuchardt II p. 392, *negrezisc*, tamquam Lat. \**nigrescisco*, Gärtner, rätoman. gramm. p. 128 sq.

Κουβηζός· στηβάς (cod. εὐς).

Pro *κουβιζός· στιβάς*. Cf. Plin. XXIV c. 9, 38: ‘foliis sibi cubitus sternunt’. *Κουβιζιον· κλισία ἢ καθέδρα*, Suidas. De i elisa cf. supra p. 358 not. Suffixum -io- deminutium Graecorum est.

Μαγίστωρ· ἐπιστάτης· διδάσκαλος.

μαγιστόρους· διδασκάλους· ἐπιστάτας.



Cf. *Κονείδης*· *Θησέως παιδαγωγός* [καὶ μαῖστωρ, quod delevit iam Fauorinus].

*Μαγίστερ* Zon. p. 1327, Wannowski l. l. p. 178. In forma *μαγιστόρους* uides uocabulum ex secunda in tertiam, deinde rursus ex tertia in secundam declinationem reductum.

*Παγανός*· *ιδιώτης, ἄφρων.* paganus.

Meursius, gloss. Graecobarb. p. 393: *ἀβάπτιστοι.* Cf. Suid. u. *ἀστράτεντοι.*

*Σεργοί*· *ἔλαφοι.* cerui. Curtius<sup>5</sup> p. 600. Supra p. 349. Infimam aetatem indicat praeter *γ* digammatis uim obtinens sibilum *σ* (pro gutturali *ς*). Cf. Alban. *τσέρτζεα*, Franco-Gall. *cierge* (tamquam \**cergia*).

*Ταβερνία*· *καπηλ . . . .*

*ταβέρνων*· *πανδοχείων.*

Fortasse rectius cum Zonara p. 1711:

*ταβερνία*· *πανδοχείον.*

*ταβερνωῶν*· *καπηλείων.* taberna. tabernarum.

Vides incertam transferendi rationem.

*Τρακτεύει*· *μηχανᾶται.* *τρακτωρία*· *μηχανουργία.*  
tractat. tractura.<sup>1)</sup>

*Φάτρην*· *τόπον ὑπαιθρον, ἐρείπιον, φάνα.* atrium.

*Atrium* et *fanum* apposuit Schmidt, qui tamen in epeodosi uidetur sententiam mutasse. Iam fuisse foci locum in atrio uel 'fumosae' imagines maiorum in atrio seruatae (Iuuen. VIII u. 8) possunt demonstrare. Vide autem, quae Miklosich denkschr. d. Wiener akademie XX (= alban. forschungen II p. 4) ex atrio deducat: Alban. *vótr-εα* (focolare), Rum. *vátre* (focus), Serb. *vatra* (ignis).

Neque quemquam haec reuera cohaerere puto negaturum esse. Quid autem fiat initiali *φ* et *ν*, commiseritne hoc alicuius uocabuli et sensus et formae nimia similitudo (*βάθρον*?), hoc decernere doctioribus relinquam. Non minus obscurum manet in explicatione positum *ἐρείπιον*. *Φάνα* autem non ad Lat. *fanum*, sed ad *φανή*, *φανός* rettulerim, quorum uis haud

1) a quo toto caelo distat *τράκτα* Ath. III p. 113 d, Cato de agricult. c. 76.

longe absit a foco et igne. Cf. φανάριον, schol. Oppian. Hal. V u. 430 (= ἰπνός). Cf. schol. Aristoph. Plut. u. 815 1).

E) Glossae sacrae. Cf. p. 303 sq.

1. \* Ἀσάριον καὶ λεπτὸν ἓν εἰσιν, ἤγουν ζ΄των, ὅ ἐστι ἐν ἡμῖσι λ°. τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης εἰς ἤγουν ἦν γ΄. as, quadrans.

Matth. X, 29: οὐχὶ δύο στρούθια ἀσσαρίῳ πωλεῖται; Marc. XII, 42: καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.

Adiungenda statim sunt:

2. Κεδράντης· τὸ πᾶν ἢ λεπτὰ δύο, τὰ κερσαῖα.
3. \* Κοδράντης· τὸ πᾶν ἢ λεπτὰ δύο. τὸ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου (unde soluas in gl. 1: ζ΄των).
4. \* Κοδράντης· τὸ πᾶν ἢ τὸ τέταρτον τῆς φόλλεως (follis, non ante Constantini aetatem, Hultsch, metrol. p. 251). ἢ λεπτὰ δύο. τὸ δὲ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, ὅ ἐστι νομμίον ἐν ἡμῖσι (unde soluas in gl. 1: ὅ ἐστι ἐν ἡμῖσι λ°. an N°?) ἢ κόκκοι τρεῖς. τὸ δὲ τάλαντον λίτραι 125 (cf. p. 312). ὁ δὲ κοδράντης νομμία 3 (in gl. 1: ἦν γ΄), ὃ δὲ ἔσχατος κοδράντης τὸ τέταρτον τῆς φόλλεως.

Τὸ πᾶν ἢ λεπτὰ δύο explicari puto locum, quem exscripsi, Marc. XII, 42. Vidua enim cum λεπτὰ δύο dat, τὸ πᾶν i. e. omne suum largitur (u. 44: αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς). — Ὁ ἔσχατος κοδράντης pertinet ad Luc. XII, 59: ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδοῖς, cuius loco legitur Matth. V, 26: τὸν ἔσχατον κοδράντην. Forma autem, quae est κοδράντης clarior fit comparato Lat. uulg. *quodratu*s (Schuchardt I p. 173). Κοδράτους ἄρτους nouit Ath. III p. 114 e. Etiam *dodrans* facilius opera uocabuli *\*dequodrans*, quam *\*dequadrans* explanaueris. — Κεδράντης forma obscura mihi manet. — Νομμία (nummi) recentiorum usu dictum docet Ahrens II p. 390.

Κεντυρίων· ἐκατόνταρχος. centurio.

Marc. XV, 39 (ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων etc.). Cf. u. 44.

1) Nota tamen Polybio quoque atrium esse τόπος ἐπιφανέστατος (VI c. 52).

Κίνσος· εἶδος νομίσματος· ἐπικεφάλαιον.

\*κῆνσος· βοτανή τις (cissus), τὸ δὲ τέλος κίνσος διὰ τοῦ ἰ (cf. nostrum 'zins').

Cf. ὑποφόρος· ὑπὸ τέλος, ὑπὸ κίνσον. ὑπεύθυνος. census. Cf. κῆνσον CIG II no. 3497. Accensus IRN no. 2532. — Wagnowski l. l. p. 152. — Du Cange: κηνσεύειν, κήνσευσις, κήνσωρ, κηνσουάλιος. — Matth. XVII, 25, XXII, 17, 19. Marc. XII, 14.

Κουστωδία· βοήθεια στρατιωτική.

κουστωδίας· τοῦ τῷ δεσμοτηρίῳ ἐπικειμένον στρατεύματος ἢ συναγωγῆς. custodia, ae.

Matth. XXVII, 65, XXVIII, 11 (Eu. Nic. XIII).

Λέντιον· περιζῶμα ἱερατικόν. linteum.

(Eu. Nic. X). Cf. Io. XIII, 4. Quamquam et aliunde esse potest glossa. Audi Dittenbergerum de ephebis Atticis p. 37.

1. \*Δραχμή (I p. 536)· τὸ ὄγδοον ἐστὶ τῆς οὐγγίας ἐν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ, ἐν δὲ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ὄγδοηκοστόν ἐστὶν οὐγγίας. οὕτω γὰρ εὐρίσκονται οἱ εἴκοσι ὀβολοὶ δίδραχμον ἐν τῷ Λεβητικῷ (XXVII, 25).
2. \*Στατήρ (IV p. 70)· τετράγραμμον (-δραχμον cf. gl. 1) ἤγουν ἥμισον οὐγγίας (Matth. XVII, 27). Cf. supra p. 344.

Σιμικλίνθια· φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. *Semicinctia* (acta Ap. XIX, 12). ♀ nascentem sensim sibilam indicat, ut in πρωτοβασθάριοι, cf. κούβηζος. — Φακιόλιον Du Cange fasciam dicit, 'qua caput inuoluebant Saraceni atque adeo Graeci ipsi Byzantini, ut hodie Turci'. Exstat etiam φασιόλη, fasciola, quam tamen vulgari etymologia cum facie coniungebant. Cf. Italic. rec. *fazzoletto*, cuius uocabuli propria uis non plane euanuit. Dicitur enim etiam: *fazzoletto da collo, da capo, da sudore*. 'Fazzolettone' Scotorum est 'plaid'. Fauorino autem σιμικλίνθιον, prorsus ut vulgari sensu *fazzoletto*, est κυρίως τὸ ῥινόμακτρον, ὃ ἐστὶ μαζομάνδηλον. Denique de orario Etym. M. p. 804, 27: λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὁ παρὰ Ῥωμαίους καλεῖται ὠράριον scil. φώσσων. Proprie igitur est linteum ori tergendō paratum (Vopise. Aurel. c. 48), deinde uero et Graecis et Latinis 'stola diaconorum,

quam in umero sinistro deferunt et in qua ter repetita uox ἄγιος descripta est' (Du Cange).

\* Ἐμφοροποῦσθαι (I. Macc. XIV, 44)· φιβλοῦσθαι.  
fibulis iniungi. Cf. p. 373.

Quamquam haec iam non glossa est Latina. Sed quoniam semel eius mentionem inieci, relinquam iam scripturarias glossas, in quibus insuper mihi fatendum est sat dubiam interdum rem haerere. Possunt enim ex eis, quas attuli, nonnullae ad profanas quoque litteras spectare et uice uersa ad sacras, quas profanas esse uolui. Sed neque haec infimae aetatis frustula neque quae statim adiungam tandem huius dissertationis finem facturus omnino digna sunt, quae nimis seuerio studio persequamur. Itaque sat habebō sub uno conspectu nunc composuisse, quae mera uidentur scioli alicuius magistelli uel βαρβαρίζοντος librarii additamenta, quaeque reliquae sunt nullius pretii glossulae.

## § 2.

Ἀμυντήριον· ξίφος δίστομον [ἢ βάλκλον]· ἢ τι τῶν πλεητόντων. baculum.

De hac glossa iam disputauit p. 305. Doctior quam huius auctor fuit Faurinus, qui pro βάλκλον exhibet bene Graecum βάκτρον.

Ἡμίονος· βοροδῶν (μουσμῶν cod.) [ἢ μοῦλα]. burdo, mula.

Diez Et. wb. u. *borde, bordone*. 'Burdo' linguae uulgaris proprium est. Plurimum autem ualet, quod primum occurrit apud Petron. p. 52, 1 B. (*burdubasta*). *Burdo*, cognomen, Tac. hist. I c. 58. 'Burdonicus: asinarius', affert glossam Loewe, Woelfflinii arch. I p. 22. — Du Cange p. 781 (H.):

'Burdonem producit equus coniunctus asellae, procreat et mulum iunctus asellus equae'.

Στοιχειωδόν· κατὰ τάξιν [ἐνορδίνως]. in ordine.

Byzantini semper ὄρδινον, ὄρδινάιως, ὄρδινεύειν, ὄρδινάτιων, ὄρδινιάζειν etc., licet fuerit Lat. *ordo* (ordine CIL II no. 4550 [Schmitz, beitr. p. 391], cf. Polyb. VI c. 26: ἐκστραωρδιναρτίους).

Φορολόγος (Iob. III, 18: οὐκ ἤκουσαν φωνὴν φορολόγου)· [ἐξάκτωρ] ὁ ἀπαιτῶν τοὺς φόρους. exactor.

Erat omnino uectigalium res apud Byzantinos in ore omnium diuturnisque querelis agitata. *Φόρος*· ἡ τῶν χρημάτων καταβολή, ἡ νέον τέλεσμα (Hesych.). Miseretne tributī onere ingemiscentis scholarchae?

*Δρύφακτοι*· αἱ τοῦ δικαστηρίου θύραι [ἡ κάγκελοι],  
ἡ τὰ διαφράγματα, ἡ τὰ περιτειχίσματα.

*Κιγκλῖς*· ὁ τοῦ δικαστηρίου κάγκελος.

\* *Δικνωτή*· καγκελλωτή (sc. θύρα, Pollux VIII § 124).  
cancelli, cancellus, cancellata.

*Σκντεύς*· σαγγάριος [καὶ καλιγάριος] (caligarius).

Cf. Du Cange u. κάλιξ, καλίγα, καλίγιον.

*Ἰπποφόρβιον*· [καπίστριον, ἡ] ἀγέλη ἵππων. capistrum. Dixi de hac glossa p. 306.

*Ἄμαξα*· κάρριον (Soping. ἀμαξακάρρινον cod.).

*Ἄρμα* [ὄχημα, καροῦχα, δίφρος]· πόλις Βοιωτίας. carriolum, carruca inde a Caesaris fere aetate Romanis frequentata uocabula. E Byzantinis affert Du Cange: κάρρον, καρρέτρα, καρρέττα, καρροῦχα, καρρούχιον. χ littera nata est aperte ex analogia uulgarī, qua ducti *carrucam*, uocem Latīnam, in societatem talium receperunt, qualia sunt ὄφιοῦχος, κληροῦχος etc. Haec est noua causa, cur in *balluca* supra p. 352 correptam paenultimam statuerim. Aliter enim dixissent Graeci βαλλοῦχα, non βάλλεχα.

*Περικεφαλαία*· ἡ ἐκ τριχῶν γερονῖα περιθετὴ καὶ μέρος  
τι τῆς νεῶς [καὶ κάσ(σ)ις]. cassis.

Omittit additamentum barbarum Fauorinus.

*Παρεμβολή*· στρατόπεδον, παράταξις, στίφος στρατιᾶς ἡ  
πληθός [ἡ κάστρον]. castrum.

Singularis numerus inde ab argentea Latinitate haud infrequens est.

*Κέλλας, κελλία*. cellas, cellulae. Supra p. 308.

*Ἰμάντωσις*· σύνδεσμος [τῶν κορυγιῶν] τοῦ ἔποδῆματος.  
corrigiarum.

*Ἐν κημῶ* (Ezech. XIX, 4, 9)· ἐν κουρκοῦμω. curcuma (capistrum, frenum), uox infimae Latinitatis.

*Ἐν δὲ ῥυτῆρσι*· τοῖς λώροισι. — Ἐξήρμιονι . . . . [ἡνία

δὲ τὰ λῶρα]. — Ἡνία· λῶρα χαλινοῦ. ἐξουσία. — Ἡνίαις· . . . λῶροις τῶν χαλινῶν. — Ἡνία σιγαλόεντα· λῶρα πεποικιλμένα. — Ἰμαῖσι· λῶροις. — Ἰνία· λῶρα. — Ῥυτῆρσι· [λῶροις]. ἰμαῖσι. — Σκυτάλη· βακτηρίαί etc. [φραγέλλια. λῶροι]. — Σφαιρωτήρ· . . . [κόμμα λῶρου]. — Jora igitur sunt et λῶρα et λῶροι.

Κονείδης· Θεσέως παιδαγωγός [καὶ μαῖστωρ].

Cf. p. 306. magister, tamquam 'maestro'.

Ἐντομίδας· [μαμιλάρει]. ψαλίδια. mammillar (uel potius -arium).

Forpicularum uel scalpellarum medici genus aliquod adhuc uocant 'mammillarmesser'.

Χειρόμακτρον (Ath. IX p. 410 b) ἢ χειρόμαστρον. μανδήλιον. mantelium.

Romanorum nomen addit Etym. M. p. 810, 47. Buecheler, Umbr. p. 65, confert Umbr. *mandraelo*. Idem attulit *mandela* (Gr. L. IV p. 581, 17) p. 182. Albanensibus est 'mandil'e-ja' 'schnupf-, hals-, kopftuch'. Miklosich l. l. p. 39.

Κέλης· ἵππος καὶ ἵππαστής· καὶ μέρος καὶ εἶδος τι τῆς νεώς. [καὶ μονάτωρ.]

Ἐσημάντωρ: monator', Cyrillus.

'Eques, qui solo ac singulari equo uehitur, singulator', Du Cange, falsa, opinor, specie Graeci uocabuli *μόνος* inductus. Collatis *κέλης* (Hesych.) et *σημάντωρ* (Cyrill.) nescio, an subsit aliquod uerbum *monare*, cuius significatio prope absit a monendi uerbo, scil. ab instigandi notione.

Διμέδιμνον· μέτρον χωροῦν δύο μοδίους. Σάτον (σάτων cod. Cf. *σάτον· σιτικὸν μέτρον* et Matth. XIII, 33)· μόδιος γέμων ἤγονν ἐν ἡμῖσιν μόδιον Ἰταλικόν.

'Modius' Latinis minime ex Graecia uenit in usum. Stirpis tamen eiusdem sane est atque *μέδιμνος*. Curtius<sup>5</sup> p. 243.

Ἐκ σπείρης· ἐκ τάγματος. [ἐκ νομῆρου.] numeri.

Σπείρα manipulus est Polybio XI c. 24, 1. 'Numerus', ut tacticae artis uocabulum, legitur apud Granium Licin. p. 4a, 21: 'de ordinibus et nominibus et numeris'. Similiter Graeci ἀριθμός (Wannowski l. l. p. 204).

Ὅβολοι· [νομία καὶ] τόκοι etc. nummi. Cf. p. 366.

Τριβώνιον· [παλλίον] περιβόλαιον. pallium.

Πηγίον· [πανούκλιον ἢ] ἄτρακτος, εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη.

Deleuit additamentum aut non nouit Photius. 'Pannus Graecorum. Pannuellium dictum a panno et uoluendo filo', Varro l. l. V § 114. Πανομήλιον hinc apud Hesychium quoque fuerunt qui scriberent. A quo tamen prorsus diuersum est πανούκλον, uel πανούκλιον, quod agnoscunt etiam glossaria (uide notam Schmidti). 'Panus, tramae inuolucrum, quam deminutiue panuciam uocamus', Nonius p. 149. Itaque uel dissentiente Varro discreuerim inter Lat. *pannus* (Corssen, krit. beitr. p. 457) et Latinis a Graecis quod uenit *panus*, πᾶνος (πῆνος· ὕφασμα). *Panus* facit *panucla*, *panucleum*: a *panno* sunt *pannuellium* (*panulia* Isidor. orig. XIX, 30, 7). Utrumque significat radium textorium, cui inuolutus est et pannus et panus.

Ἀπρονόμετος· οὐ πραιοδευθεῖς (cf. p. 291) etc. — Δηώσαντες· [πραιοδύσαντες] πορθήσαντες, καταπολεμήσαντες. — Διαπορθεῦσαι· [διαπραιοδεῦσαι, tamquam sit διαπορθεῖν] διαπερᾶσαι. — Καταδηώσαντες· πολεμήσαντες, πορθήσαντες [πραιοδύσαντες], καταφανίσαντες. — Διελέσθαι σῦλα (psalm. LXVII, 13)· διαμερίζεσθαι πραιοδαν. — Λίαν· σφόδρα, πολύ, πάνυ, ἄγαν, λίαν ἔλαβον, ἰσχυρῶς ἔλαβον [ἢ πραιοδαν, quod additamentum natum est ex male intellecto λίαν aduerbio, tamquam λείαν]. — Cf. praedari, praeda.

Προαύλια· τὰ προαυλήματα· ὡς περ προάμβουλα (προαμβολάς cf. p. 291) τὰ προκιθαρίσματα. praeambula.

..... αθρα· ἄρμα [ῥέδιον]. — Ρεδίων· ἄρμάτων. — ῥηδίων· καρούχων, ῥαιδίων. Cf. r(h)eda, r(h)aeda. Cf. οὐριδάριος (βεριδάριος) = ve-raedarius. Schmitz, beitr. p. 102. De carruca p. 369.

Ἀφεδρῶνες (Fauorinus, ἀφ εδρων.. cod.), fortasse autem scribendum ἀφεδρῶνα (Matth. XV, 17).

Σέλλαι, σελλάρια, σωτήρια, ἀναγκαῖα.

Cf. sella (sc. familiaris, latrina. Casaub. ad Theophr. char. c. 14 p. 159 Fischer).

Κρατῆρες· [σιτλία]. σκυφία.

*Σίτλα, σιτλία, σίτλον* Byzantini *situlam* uel *situlum* uel *sitellam*, uocabulum rursus et priscae et uergentis Latinitatis, quo cum Liuius (XXV c. 3) utitur, nescio an ad eius Pataunitatem pertineat.

*Ἀσπίδα* [σκυτάριον] ἢ ὄπλον. — \**Ἀσπίς*· ὄπλον πολεμικόν [τὸ σκουτάριον]. — *Θυρεός*· ἀσπίς [ἢ σκουτάριον] καὶ ὁ ἐπικειμένος τῇ θύρᾳ τοῦ Κύκλωπος λίθος ἀντὶ θύρας. — Scutum.

Latinum fontem satis indicat significatio.

*Καρνοστάσιον* [στάβλος] ὄπου τὸ κάρνιον ἴσταιται. stabulum.

Elisio est ut in *τάβλα, φίβλα, σιτλία* (cf. quod iam pridem in usu fuit *Λέντλος, Lentulus*, Corssen II<sup>2</sup> p. 527). Dicunt autem Byzantini etiam *σταῦλος, σταυλίσειν*, sicuti etiam *ταῦλα*, cf. It. rec. *tavola*, Alban. *tavlea* (Miklosich l. l. p. 65). — *tableis*, CIL I no. 200 (111 a. Chr.), *tafle*, Umbri.

*Συνέδρα*· ἡ στάσις, ἣν νῦν *στατίωνα* λέγουσιν. stationem. Cf. p. 360.

*Ἐπέσσειον* (Kuester, *ἐπεσον* cod.)· *ἐτάβλιζον, ἔδαπὰνιζον* (cf. *ἐτάβλιζον* [Salm. \**ἐτράβλιζον* cod.]· *ἔτρωγον*). — *Ἐφεδρος*· [ταβλιστῆς τρίτος] etc. — *Κυβεῦσαι, παῖξαι, ταβλίσαι* χλευάσαι. — *Πεττεῖαις*· κύβοις [τάβλαις], παιδιαῖς. — *ὑποτάβλων*· *ὑπεξουσίαν*.

Cf. *tabula*, et quae modo de hoc uocabulo diximus. *Ταβλιστῆς τρίτος* idem uidetur atque is, cuius ab officio nomen est *ταβλόπαροχος*. *ὑποτάβλων* obscurum manet. *ὑπεξούσιος* enim est filius familiae, *ὑπεξουσιότητος δίκαιον* ius patriae potestatis.

*Πέταυρα*· *τίγνα*. — *Παίταυρα*· *τίγνα* (utrobique codex *σίγνα*). tigna.

De significato Lobeck path. proll. p. 259. Cf. *πέταυρον*· εἶδος *παγίδος*. *Tignum* apud Byzantinos latiore potestate induit, uelut iuris consulti tigna dicunt *καταχρηστικῶς πᾶσαν ὕλην* (gl. iur.).

*Κύαμος*· ὄσπριον [φάβα μεγάλη], ἢ ὁ κλῆρος etc. *faba*. Cf. p. 341.

*Ἐσχάρα*· βωμὸς ἰσόπεδος, οὐκ ἐκ λίθου ὑψούμενος. ἢ



*ἰστία*. [σιδηρᾶ φακαραῖα]. τὸ πῦρ καὶ ὁ τόπος αὐτοῦ etc. *focaria*.

*Φασκίς* etc. fascis p. 347.

*Ἀναξυρίδες*· *φημινάλια*· *βραζία*. *βαρβαρίζα* ἐνδύματα ποδῶν. ὑποδήματα βαθέα. ἢ βασιλικά. — \**Περισκέλια*· *βραζία*. *φεμινάλια*. *feminalia*.

*Βραζ(η)λία* cf. *βράζες*· *ἀναξυρίδες* et Romanis et Graecis aduenticiū uocabulum est, quod uel Gallicum (Diod. Sic. V c. 30), uel Persicum (Ouid., trist. V, 10 u. 33), uel omnino barbarum dicebant (Cic. ad fam. IX, 15). — De ὑποδήματα uide p. 344. — Ἡ βασιλικά nescio an pertineat ad aliquem historici locum, qui Graece eadem narrauit, quae de Augusto Suetonius (cap. 82): 'quassatum corpus ab hiemali frigore feminalibus defendebat'. Et omnino *τυραννιώντων* proprium uidebatur antiquis illud uestimenti genus, quae est docta obseruatio Burmanni ad Suetoni l. 1.

*Ἀν[ε]ίτησιν*· *πόρπαις* [ἢ *φίβλαις*]. — \**Ἐμποροῦσθαι* *φίβλοῦσθαι*. — \**Ἐμποροῦσθαι* (cf. p. 368)· *φίβλοῦσθαι*. — [*πόρπη*· ἢ *φίβλα*, καὶ τῆς *χλαμύδος* ἢ *περόνη* cf. u. *πόρπαξ*]. *Συμπεπερονημένους* (exod. XXXVI, 13)· [*συμπεφίβλωμένους*] *συρραφέντας* *περόνη*. — Cf. *fibula*. It. rec. *fibbia*. Franco-Gall. *affubler*. Lat. uulg. *fibla* nouit Du Cange.

*Ἀρυσάσσαλον*· *κοτύλη* [ἢ *φλάσκων*. *φλάσκων* δέ ἐστι εἶδος ποτηρίου (στενόστομον, addit Moeris 91)]. *flasca*.

*Φλάσκη*, *φλασκίον*, *φλάσκων* tritissima sunt Byzantinis (cf. Groeber Woelfflinii arch. II p. 426).

*Βυθμός* (\**βύθιος* cod.)· *φόσσα*. Cf. p. 360. *fossa*. (Groeber ibid. p. 427).

*Μάστιξ*· *φραγέλλιον*.

*Σπντάλαι*· *βακτηρίαι*, καὶ αἱ ἱππικαὶ ἴλαι καὶ ὄφεων εἶδος. [*φραγέλλια*, *λῶροι*] *πίνακες* etc. *flagellum*. Cf. Moeridem 346. Casaubon. ad Ath. t. VII p. 565 Schweigh.

Inde a locis Matth. XXVII, 26, Marc. XV, 15 aliisque frequenti usu in sequiore Graecitate occurrunt: *φραγέλλη*, *φραγγελλοῦν*, *φραγγελλίζειν*, *φραγγελίτης* etc. (cf. schol. Aristoph. Ach. u. 720). Ipsi formae subest rursus uulgaris illa etymo-

logia popularisque festiuitatis haud insulsae nugae, quibus ludentes flagellum maluerunt frangellum dicere, quippe quod latera uapulantium frangeret. Similiter pro *strangulare* erant, qui dicerent *transgulare*.

Φραστός· σέφρις. έννοια. βουλή. φράσις [καὶ φράτωρ, ἀδελφός]. frater (cf. uulg. *frato*).

Additamentum ad sequentes glossas spectat, quae sunt φράτορας, φράτορσιν. Latinum tamen subesse uolui *frater*, quoniam Graecis significat φράτωρ ubique tribulem uel curialem, nusquam ἀδελφόν.

---

## ADDENDA.

p. 270: Rosario Salvo: J. Siculi. Ricerca di una civiltà Italiana anteriore alla Greca. Palermo 1884.

Huius libri desiderium meum solatus est facile eius censor B(onghi): La Cultura III (1884) p. 566.

p. 271, 3: Adde: Κάσμεναι (ὑπὸ Συραζοσίων φκίσθησαν, Thucyd. VI c. 5). Cf. \**casmen*, *Casmena* etc.

p. 287 not.: Commisitne doctissimi editoris errorem codex Vindob. philol. no. 124? Nessel (IV p. 75): 'chartaceus antiquus et optimae notae, in 4<sup>o</sup>, constatque nunc foliis 15. Quo continentur primo: Incerti collectio quarundam uocum siue dictionum, quae non sunt proprie Graecae, sed ex Latio desumptae' etc. Cuius libri glossae Latinae si melioris notae sunt quam codicis 244, alia fortasse data occasione proponentur.

---

## INDEX GLOSSARUM ET GLOSSEMATUM.

*ἄβεις* 350.  
*ἄβέσσει (ἄβήσσει)* 362.  
*ἄβιν* 348.  
*ἄβιόλη* 335.  
*[ἄβλαροι]* 346.  
*[ἄβολεῖς]* 328.  
*? ἀγαλήτορα* 318.  
*ἄγαρος* 364.  
*ἄγραφεύεις* 364.  
*ἄῖσοι* 278. 319.  
*? ἀκελλεᾶ* 308.  
*ἀκυλής* 321.  
*ἀλλήν* 307.  
*ἀμβιτιῶν* 350.  
*ἄνδας* 319.  
*ἄνταρ* 319.  
*ἀντικένσωρ* 350.  
*ἀντίπανον* 361.  
*[Ἄοργος]* 329.  
*ἀπεκέλλερεν* 307.  
*ἄρακος* 319.  
*ἀρβίννη* 322.  
*[ἄράντισι]* 329.  
*[ἄριμος]* 319.  
*ἀρπᾶναι* 322.  
*ἀσάριον* 366.  
*? ἀταισόν* 320.  
*αὐκήλωσ* 320.

*βακάϊον* 360.  
*βάκλον* 368.  
*[βακνίδες]* 347.  
*βάλλεκα* 351. 369.  
*βάνδα* 359.  
*βαννάται etc.* 309.  
*[βάσκιοι etc.]* 347.  
*[βανκανήσεται]* 331.  
*βατάνα* 314.  
*[βειρόν]* 330.  
*βέλ* 362.  
*? βερβίνια* 345.  
*βεριδάριος* 359.  
*[βερρόν]* 330.  
*βιστιαρίον* 358.  
*βλεννόν* 275. 309.  
*βλιτάς etc.* 275. 309.  
*βούβελα* 323.  
*βουρδῶν* 368.  
*βρακ(κ)ία etc.* 373.  
*[βράσκη]* 330.  
*βρένδον* 323.  
*[βρινδεῖν]* 347.  
*? βυρρός* 320.  
*βυτίνη* 309.

---

*γαῖσος* 323.  
*Γέλα* 324.  
*γέντερο* 348.

*γεντιανή* 341.  
*γέντινοι* 352.  
*γλέβα* 352.  
*Γραικιστι* 325.  
*Γραικός* 325.

---

*Δάμεια* 327.  
*[δάμνον]* 353.  
*δέα, δέος* 278. 320.  
*δηλάτωρ* 353.  
*δηληγατιῶν* 353.  
*δηνάριον* 340.  
*δηποριάτος* 353.  
*δηφένσωρ etc.* 353.  
*δικάτωρ* 337.  
*δικιτάτωρ* 337.  
*δούξ* 358.  
*[δροῦνα]* 320.

---

*ἐκκεκελλήρικεν* 307.  
*ἐκπελεύει* 354.  
*ἔμορτεν etc.* 349.  
*ἐνορδίνως* 368.  
*ἔξᾶς* 317.  
*ἔξιάτωρ* 368.  
*ἔξομπλον* 361.  
*ἔξπέδιτον* 360.  
*Ἐριέντης* 327.

ἡδικτον 354.  
 [ἡμίνα] 310.  
 [Ἡρῦκαλον] 310.  
 —————  
 Ἰλαξ 332.  
 Ἰνουλεούς 333.  
 Ἰταλός 327.  
 —————  
 κάγκελοι etc. 369.  
 κάγχαλος 327.  
 καιλόν 343.  
 καισάρα 336.  
 καιτρεαι 342.  
 καλιγάριος 306. 369.  
 κάλτοι 311.  
 [καμπός] 331.  
 καπήλατος 332.  
 καπίστριον 306. 369.  
 κάπουτ 333.  
 κάπρα 320.  
 κάραροι etc. 311.  
 κάριον etc. 369.  
 κάσα 342.  
 κά(σ)σις 369.  
 κάστελλος 354.  
 κάστρον 369.  
 ?καταπεπολτωμένα 316.  
 κεδράντης 366.  
 κέλλας etc. 369.  
 κεντυρίων 366.  
 κηρητήωρ 354.  
 κίνσος etc. 367.  
 κοδράντης 366.  
 κομενταρίσιος 358.  
 κόμης 358.  
 κομίατον 360.  
 κονδούκτωρ 354.  
 κονσιστόριον 359.  
 κονσονλάριος 359.

κοντουβερνάλιος 360.  
 κόρνος 328.  
 κορυγιών 369.  
 κορώνα etc. 274. 312.  
 328.  
 κουβηζός 364.  
 κουρκούμφ 369.  
 κουστωδία 367.  
 κναιστεωνάριοι 355.  
 κυβιτόν etc. 312.  
 Κυρίνος 336.  
 κωδίκιλλα 355.  
 κώδιξ 355.  
 —————  
 λακιναριδίον 343.  
 λάραβες 355.  
 λάρεις 355.  
 Λατῖνοι 328.  
 λεγεών 343. 360.  
 λέντιον 343. 367.  
 λεύγη 341.  
 λίτρα etc. 312. 366.  
 λιτύρα 336.  
 λούδους 333.  
 ?λουπάρισμα 313.  
 λῶροι etc. 369.  
 —————  
 μαῖστωρ 306. 364. 370.  
 Μάμερτος 328.  
 μαμλάρι 370.  
 μανδήλιον 370.  
 μάρρον 362.  
 μιλια etc. 281. 341. 356.  
 μοδίους 370.  
 μοιτοί 317.  
 μονάτωρ 370.  
 μονητάριος 356.  
 μούλα 368.

? μῶδα 346.  
 μῶμαρ 275. 313.  
 —————  
 ? Νάρης 328.  
 νάρω 314.  
 νομέρον 370.  
 νομ(μ)ία 366. 371.  
 —————  
 [ὄδερος] 332.  
 [?οῖνή] 310.  
 ὄρεα 316. 333.  
 [ὄρια] 316.  
 ὄρομκας 342.  
 ὀρούα etc. 314.  
 οὔγγια etc. 317. 344. 367.  
 οὔριδάριος 359.  
 ὀφικιάλιος 356.  
 —————  
 παγανός 365.  
 παλακίνος 314.  
 Παλλια 338.  
 παλλιον 344. 371.  
 [πάλημη] 346.  
 Πάμπανον 328.  
 πανία 328.  
 πανούκλιον 371.  
 παρατούριον 361.  
 [παρείκουλον] 347.  
 πατάνα etc. 314.  
 πάτρωνες 338.  
 πεκοίλιον 357.  
 πικέλα 342.  
 πιμέντα etc. 349.  
 Πίος 337.  
 πλούμβινουμ 362.  
 πολλαχρόν 315.  
 πόλτος 315.  
 ?πόλντρα 332.  
 πόρτα 342.

πόρτακος 316.  
 πορτικός 342.  
 ποῦαρον 348.  
 πραῖδα etc. 371.  
 πραίκων 357.  
 πραιτώριον 360.  
 πριμικήριος 359.  
 πριμιλιγίαν 357.  
 πριονάτον 357.  
 προάμβουλα 371.  
 [πτέρνα] 348.

—  
 [Ραικός] 325.  
 ῥᾶνα 333.  
 ῥεγεονάριος 359.  
 ῥέδιον etc. 371.  
 ῥέκτης 334.  
 ῥεπούδια 357.  
 ῥεφούγια 357.  
 ῥήγλαι etc. 334, 362.  
 ῥογοί 316.  
 ῥῶμα 335.  
 ῥῶστρον 339.

—  
 σαλκουλονομ 345.  
 σακέλα etc. 362.  
 σάλιξ 341.  
 σέδαξ 345.

σέχρετον 359.  
 σέλλαι etc. 371.  
 Σέξστος 337.  
 σέργοι 349, 365.  
 σερπενδιβουλονομ 362.  
 σήλεκτος 357.  
 [σίγκηρες] 359 not. 2.  
 σιμικίνθια 367.  
 σιτλλα 371.  
 σκάλα 342.  
 σκύτα 316.  
 σκντάριον 372.  
 σορδισμός etc. 345.  
 σουγλάριον 362.  
 σπόρτουλον 357.  
 στάβλος 372.  
 στατίωνα 360, 372.

—  
 ταβερνία etc. 365.  
 τάβλαις etc. 372.  
 ?τελλίην 318.  
 τέμπλα 359.  
 τερίμη 328.  
 τετράς 317.  
 τήβεννος 339.  
 τίγνα 372.  
 τίτλος 357.  
 ?τορτύρα 346.

τρακτενέει etc. 365.  
 τριᾶντος 317.  
 ?τριόγκιον 317.

—  
 φάβα 341, 372.  
 φακαραῖα 373.  
 φακίολια 367.  
 φάλαι 339.  
 φαλάριχα 339.  
 φαμελλα 342.  
 φασκίς etc. 373.  
 φάτρην 365.  
 Φαῦνος 328.  
 φειδικόμισος 357.  
 φερεντάριοι 340.  
 φέρι 358.  
 φημινάλια 373.  
 φίβλαις etc. 368, 373.  
 φίσκος etc. 358.  
 φλάσκων etc. 373.  
 φλεξέντης 340.  
 φόλλεως 366.  
 φόρμικα 342.  
 φόσσα 360, 373.  
 φραγέλλιον 373.  
 φράτωρ 374.  
 —  
 ῥάραια 367.

## MEMORABILIA.

---

*ἀνωδέως, ἄνωμα* glossae expeditae 272.

$\beta$  ante  $\lambda$  fit *v* 372.

$\beta$  = *f*? 347 not. 2.

*ballūca*, non *ballūca* 352. 369.

Lat. *c* = Graec.  $\sigma$  365.

Comoediae Graecae et Romanae in Sicilia magnaue Graecia facta coniunctio 275.

Comparatiua grammaticorum Graecorum studia 297 sq.

Continui lexicī Latini apud Hesychium uestigia 305.

Diorthosis lexicī Hesychiani 305. 347. 362.

Etymologia uulgaris 290. 374.

*fascinare* 347.

$\gamma$  interuocalis euanescit 273.

$\gamma$  = *v* 348 sq.

*γέλανδρον* glossa expedita 324.

Hybridae uoces 290 sq.

$\alpha$  praegressa nasali mollitur 344.

Latinismi Graecorum causae 283 sq.

Lemmata interdum in explicationes depulsa 305 sq.

*pannus* et *panus* diuersi 371.

*quadrantaria* (= *τριᾶντος πόρνη*) 317 not. 1.

$\rho$  interuocalis euanescit 360.

Romanorum nomen quomodo et quando Graecis innotuerit 278 sq.

Romanos quibus nominibus Graeci appellauerint 325.

Siculorum dialectus. Nomina quaedam propria 271. 374. Terminationes

*-ῖνος, -ήσιος* 271. Voces comprehendariae 276. *Ψίλωσις* 313.

*t* praegressa nasali mollitur 272. 370.

*v* Latinorum quomodo Graeci reddiderint 288 sq.

Vocabula a comicis detorta et imminuta 276.

---

## Zu des Aristophanes Acharnern.

Das interessante Buch von Zielinski 'die Gliederung der altattischen Komödie' wird der ästhetisch-kritischen Forschung über Aristophanes einen kräftigen Anstoss geben, aber auch manchen berechtigten Widerspruch hervorrufen. So begab der Verf. zu lebendiger Erfassung komischer Motive und Situationen erscheint, so hat ihm sein Bestreben, feste Gesetze und Compositionsformen nicht nur zu beobachten, sondern auch trotz entgegenstehender Thatsachen zu construiren, mehr als einmal den klaren Blick getrübt.

Gleich in den Acharnern vermisst er dasjenige Element, welches er neben der Parabase als das unentbehrlichste, grundlegende, ja als den eigentlichen Kern der komodischen Composition erkannt zu haben glaubt, den von ihm sogenannten Agon, jene zwischen zwei Parteien in fester Form von Rede und Gegenrede geführte Verhandlung, in welcher das Für und Wider des Hauptthema's der betreffenden Komödie abgewogen und zu einer Entscheidung gebracht wird. Er sucht die Stelle, wo er normaler Weise hätte eintreten müssen, und erkennt in der ersten Lamachoscene V. 593—619 als einer 'unendlich matten und schalen Polterscene' (S. 54) einen 'nothdürftigen Lückenbüßer' (S. 58). Hier, meint er, hätte Dikaiopolis dem grimmigen Haudegen in regelrechtem Epirrhema und Antepirrhema die Schrecken des Krieges nebst den Segnungen des Friedens ausmalen sollen, wogegen Lamachos nur schwache Einwendungen habe erheben können. Ja eine solche Disputation, wie er sie sofort skizzirt (S. 60 f.), sei auch gewiss den Zuhörern der ersten Aufführung geboten worden; in dem Bestreben, für eine beabsichtigte Wiederholung des siegreichen Stückes etwas Neues zu schaffen, habe

der Dichter grade jenes Centrum einer Umarbeitung unterworfen, sei indessen aus irgend welchem Grunde hiermit ebensowenig wie mit der Ueberarbeitung der Wolken zu Stande gekommen: so sei denn uns statt des vollendeten Meisterwerkes der ersten ein unfertiges Surrogat zweiter Hand, jedoch desselben Dichters, erhalten. Freilich ist der ganze Unterbau, dass uns die Acharner in überarbeiteter Gestalt vorliegen, eine nicht nur wacklige, sondern bereits mit triftigen Gründen umgestossene Hypothese Müller-Strübings<sup>1)</sup>. Wie wunderlich ferner, dass grade jenes angebliche Hauptstück, der Agon, der Penelopelaune des Dichters sollte verfallen sein! Wie konnte er hoffen, die schlagenden Argumente einer solchen Disputation so leicht durch andre zu ersetzen? Und wie ist es vollends gekommen, dass diese wesentliche Form von zweiter Hand ganz aufgegeben, das unverbrüchliche Compositions-gesetz willkürlich verletzt wurde? Schade, dass sich Zielinski durch seinen Gesetzeifer um den köstlichen Genuss gebracht hat, den Humor dieser ihm matt erscheinenden Scene zu schmecken. Besässen wir einen Aristophanescommentar, der nicht nur Worte, sondern auch Absicht und Kunst des Dich-

1) Wie kann man sich daran stossen, dass V. 1073 ff. der Befehl des Strategencollegiums ins Feld zu ziehen an den einzelnen Strategen Lamachos ergeht? Dass der Kriegsheld, der vermuthlich wie sein College Demosthenes gern einen guten Schluck nahm, vorgezogen hat privatim die Choen zu feiern statt die Sitzung zu besuchen, dafür ereilt ihn von Rechts wegen die Nemesis durch das Commando, welches ihm über seinen Kopf hinweg ertheilt wird. Aus mehreren *λόχοι* besteht doch die von ihm zu befehlige Heeresmacht, also *λόχους καὶ λόφους* soll er sammeln: dass diese assonirende Floskel sprichwörtliche Geltung hat, zeigt schon die Parallelstelle 575.

Ganz hinfällig ist auch die Berufung (S. 62) auf V. 1155 in der zweiten Parabase, wo Antimachos verwünscht wird, weil er *λήναια χορηγῶν* (ohne Artikel!) den Chor ohne Schmaus entlassen habe. Daraus soll folgen, dass diese Stelle an den grossen Dionysien vorgetragen sei? Waren den Lenäen, an welchen die Acharner aufgeführt wurden, nicht andre in andren Jahren voraufgegangen? lag es nicht grade sehr nahe, am Lenäen-feste eines früheren Vorganges bei gleichem Anlass zu gedenken, vielleicht auch mit zartem Wink für den gegenwärtigen Choregen?



ters erklärte, so bedürfte es einer längeren Auseinandersetzung über die Bedeutung der angegriffenen Partie nicht, welche jedem unbefangenen Leser freilich ohne weiteres entgegenleuchten muss.

Zunächst hat ja der Agon bereits begonnen:

ἄρ' οἴσθ' ὅσον τὸν ἀγῶν' ἀγωνιεῖ τάχα,  
μέλλων ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν;

hat Dikaiopolis (V. 481 f.) sich selbst zu Gemüthe geführt, nachdem er sich mit dem erforderlichen rührenden Bettlercostüm versehen hat. Mit seiner Blockrede (V. 496 ff.) hat er seinen Verfolgern gegenüber bereits einen halben Sieg errungen, denn der Chor theilt sich und die eine Hälfte tritt auf seine Seite, die andre ruft ihren Heros, den Lamachos, zu Hülfe; und nun scheint eine drohende Krisis über den verwegenen Friedensprediger hereinzubrechen. Denn gleichsam der personificirte Schreck des Krieges tritt vor sein Angesicht. Vor dem Heros mit dem Gorgoschild, der Rüstung, dem Helm und dessen mächtigem Federbusch sinkt der armselige Bettler in seines Nichts durchbohrendem Gefühle zusammen. Er hat ganz vergessen, was er gesagt oder noch zu sagen hat (580 f.). Erst nachdem auf die Bitte des Ohnmächtigen der Held sich seines Pompes entkleidet hat und nun der einfache Mensch vor dem Menschen steht, kommt jenem das Selbstbewusstsein wieder, der Respect schwindet zusehends, ja er wagt schon einige bäurische Spässe. Als hierauf der Feldherr seine Würde herauskehren und den unehrerbietigen Bettler in seine Schranken zurückweisen will, kehrt dieser auf einmal den Spiess um. In vollem Selbstbewusstsein dient er dem hochmüthigen Junker, der ja selbst ein armer Schlucker <sup>1)</sup> und des persönlichen Ansehens baar ist <sup>2)</sup>, indem er sein rechtschaffnes Bürgerthum dem hohlen Streberthum des nichtsnutzigen Bramarbas gegenüber stellt. Immer freier strömt seine Rede: er höhnt über die diätenschluckenden vornehmen Diplomaten und weiss

1) Plutarch Nic. 15. Aelian var. hist. 43.

2) Plutarch Alcib. 21: ὁ γὰρ Λάμαχος ἦν μὲν πολεμικὸς καὶ ἀνδρώδης, ἀξίωμα δ' οὐ προσήν οὐδ' ὄγκος αὐτῷ διὰ πενίαν.

mit echter Demagogenkunst den einzelnen Choreuten, an die er appellirt, klar zu machen, wie leer sie bei allen jenen Vortheilen ausgehen, die der Krieg bringt. Lamachos aber, der hochmüthige Polterer, ist auf den Mund geschlagen. Eben dass er nichts vorzubringen weiss als die zwei bis drei gleichlautenden Worte (*ἐχειροτόνησαν γὰρ με* 598 und *ἐχειροτονήθησαν γὰρ* 607), deren Nichtigkeit Dikaiopolis mit siegreicher Rhetorik aufdeckt, beweist die geistige und moralische Ohnmacht des Bramarbas, der wahrscheinlich auch im Leben als das Gegentheil eines gewandten Redners bekannt war. Ein Appell an die heilige Demokratie, den der gleichmüthige Gegner spöttisch parirt, ist Alles was er noch zu erwidern weiss, und endlich besiegelt das Dreizeilenpaar von beiden Seiten, dass jeder der beiden Streitenden auf seinem Standpunkt verharrt. Dikaiopolis aber hat nunmehr den ganzen Chor für sich, und so hat er den Agon gewonnen. Ist das nun nicht eine viel geistreichere und drastischere, den gegebenen Voraussetzungen viel angemessenere Form des Wettkampfes als die von Zielinski geforderte? Hätte es dem Bauern und dem geistesarmen Haudegen angestanden, eine regelrechte Disputation abzuhalten? und würde nicht diese, von allem Andern abgesehen, herzlich langweilig gewesen sein?

### Zu Sophokles' und Euripides' Elektra.

Der in neuerer Zeit gemachte Versuch, die Elektra des Sophokles in das Greisenalter des Dichters zu verlegen und aus dem Euripideischen Drama herzuleiten, lässt sich zwar von vielen Seiten anfechten, doch gehen die folgenden unpolemischen Bemerkungen nur darauf aus, auf gewisse Beziehungen zwischen beiden Stücken hinzuweisen, aus welchen sich die Abhängigkeit des Euripides von Sophokles, wie sie bisher angenommen war, zweifellos zu ergeben scheint.

Eine der ergreifendsten Partien der Sophokleischen Tragödie ist die Erzählung des Pädagogen von dem Wettkampf

des Orestes bei den Pythischen Spielen und seinem angeblichen Sturz (680 ff.). Indem die herrliche Heldengestalt des Atridensohnes noch einmal in vollem Glanz hervortritt, wird der Schmerz der Schwester um den unersetzlichen Verlust aufs Höchste gesteigert, zugleich aber die Energie ihres Charakters zu dem heroischen Entschluss gehoben, nun selbst die Rache, wenigstens an Aegisth, zu vollziehen, während in Klytämnestra wenigstens ein schwacher Schimmer mütterlichen Gefühls, wenn auch nur für einen kurzen Augenblick, wachgerufen wird. Viel erschütternder noch als bei Aeschylus wird dicht vor der Peripetie die scheinbar hoffnungslose Lage der Elektra und die trügerische Sicherheit der Feinde ins rechte Licht gestellt.

Bei Euripides giebt Orestes auf Befragen des Aegisthus vor, er sei auf dem Wege nach Olympia (781 f.). Der Bote, welcher berichtet (774 ff.), wie er dann den Mörder seines Vaters beim Opfer niedergemacht habe, lässt als Gegenstück zum delphischen Agon den angeblichen Thessaler auf Begehren des Tyrannen ein Meisterstück nationaler Metzgerkunst verrichten (815 ff.). Nachdem der Rächer diese Meisterschaft noch einmal durch den kunstgerechten Todesstreich auf sein eigentliches Opfer bewährt hat (839 ff.), wird er von den Dienern bekränzt (854), der Chor preist ihn als den, welcher *νικᾷ στεφαναφόρα κρείσσω τῶν παρ' Ἀλφειοῦ ἑσέθροισ τελέσας*, und fordert zu einer *καλλίνικος ᾧδά* auf (863 ff.). Auch Elektra schickt sich an das Haupt des *νικηφόρος* zu bekränzen (872), und begrüsst ihn: *ἦκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἐκπλεθρον δραμῶν | ἀγῶν' ἐς οἴκους, ἀλλὰ πολέμιον κτανὼν | Αἴγισθον* (883 f.) u. s. w.

Wer die Manier des Euripides, mit dergleichen abweisenden Seitenblicken auf Vorgänger Bezug zu nehmen, kennt, wird sich des Eindrucks nicht erwehren, dass der principielle Gegner aller körperlichen Wettspiele hier jene Sophokleische *ῥῆσις* im Sinne gehabt und sie durch eine realistischere Leistung hat überbieten wollen. Oder wird Jemand umgekehrt glauben mögen, Sophokles sei durch den Verdruss über die

Brutalität seines Vorgängers zu jener glanzvollen Schilderung begeistert worden?

In ähnlicher, polemischer Wendung rühmt sich gleich darauf bei Euripides Orestes V. 893: ἤκω γὰρ οὐ λόγοισιν, ἀλλ' ἔργοις κτανῶν Αἰγισθοῦ. Es wird gezielt auf den Wortwechsel zwischen Aegisthus und Orestes (Soph. El. 1470 ff.), welcher auch der Elektra zu lange dauert (1483: μὴ πέρα λέγειν ἔα | πρὸς Θεῶν, ἀδελφέ, μηδὲ μηκύνειν λόγους). Die von Aegisthus hierbei entwickelte Zähigkeit konnte kritisirende Spötter auf den Einfall bringen, dass es am Ende auch nach dem Ueberschreiten der Schwelle drinnen im Hause bei Worten sein Bewenden gehabt und Orestes gar nicht zur Ausführung seiner That gekommen sein möge. Wenn Sophokles mit feinem Gefühl unter schicklichem Vorwand Elektra von der persönlichen Gegenwart bei der Ermordung der Mutter entbindet, sie aber ihren moralischen Antheil durch den grausigen Zuruf (1415) παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν bezeugen lässt, so bringt Euripides diesen Wunsch gleichsam zur Ausführung, indem er ihr das Schwert des Bruders mit in die Hand giebt, 1224 f. ἐγὼ δ' ἐπεγκέλευσά σοι | ξίφους τ' ἐφηψάμαν ἅμα.

Als Gegenstück zu dem Opfer der Klytämnestra bei Sophokles (634 ff.) hat Euripides den Aegisthus sein ländliches Opferfest begehen lassen (785 ff.). Das Gebet jener (vgl. besonders 647 εἰ δ' ἐχθρά, τοῖς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μέθεις, und 650 ἀλλ' ὦδε μ' αἰεὶ ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ | δόμους Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ' ἀμφρέπειν τάδε) ist zusammengezogen in die kurzen Worte (Eur. 805 ff.): πολλάνκις με βουθνεῖν . . . πρᾶσσοντας ὡς νῦν, τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς καλῶς. Während bei Sophokles die Geschwister nach der ἀναγνώρισις (1220 ff.) in ihrer Freude schwelgen und kein Ende finden können, bis der Pädagog dazwischen tritt, begnügt sich Euripides, obwohl in deutlicher Nachahmung der Sophokleischen Form, mit drei kurzen ἀντιλαβαί 578—581, welche sogar zum Theil an die seines Vorbildes anklingen:

Eur. 579 ἔχω σ' ἀέλπτως ~ Soph. 1226 ἔχω σε χερσίν;  
 „ 581 ἐκείνος εἶ σύ; ~ „ 1222 ἦ γὰρ σὺ κείνος;

Statt des Sophokleischen *κοιμός* folgt bei Euripides ein kurzes *χορικόν*, wiederum in Einzelnem an jenen erinnernd: Eur. 585 *ἔμολες ἔμολες, ὦ χρόνιος ἀμέρα* ~ Soph. 1233 f. *γοναῖ σωμαίων ἐμοὶ φιλάτων, ἐμόλετ' ἀρτίως*, Eur. 589 *σὲ θεὸς αὖ θεὸς ἀμετέραν τις ἄγει νίκαν* ~ Soph. 1266 *εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν ἀμέτερα πρὸς μέλαθρα*.

Hierauf bricht Orestes bei Euripides das stumme Spiel der Umarmungen ab mit der Bemerkung 596 f. *εἶεν φίλας μὲν ἠδονὰς ἀσπασμάτων | ἔχω, χρόνον δὲ καὶ τις αὐτὰ δώσομεν* und wendet sich sofort an den *πρέσβυς*, welcher die Stelle des Sophokleischen Pädagogen vertritt, ihn belobend, dass er zu rechter Zeit gekommen, 598: *σὺ δ', ὦ γεραῖέ, καίριος γὰρ ἦλυθες, λέξον κτλ.*

Gegenstücke sind die Wortwechsel zwischen Mutter und Tochter in beiden Dramen, aber bei Euripides ist die Widerlegung und Ueberführung der Klytämnestra studierter, sie ergänzt gleichsam die Sophokleische Dialektik. So betont jener was der andre übergeht, dass Agamemnon die Cassandra mitgebracht hat (1032 ff.). Das Argument der Sophokleischen Elektra (577 ff.): 'wenn mein Vater um seines Bruders willen Blut vergossen hat, musste er deshalb durch dich sterben? sieh zu, dass sich dieses Gesetz der Wiedervergeltung nicht gegen dich selbst wende', wiederholt die Euripideische (1093 ff.), nachdem vorher Klytämnestra sich ausdrücklich auf dieses Recht berufen hat (1041 ff.). Schon Andre, z. B. Weil, haben hervorgehoben, dass Euripides hier mit der entsprechenden Partie des Sophokles rivalisire.

Ebensowenig konnte oder kann dem unbefangenen Blick entgehen, dass die ganze von realistischen Zügen angefüllte Dichtung des Euripides eine bisweilen handgreifliche, öfters versteckte Kritik nicht nur des Aeschylus, sondern auch des Sophokles übt, während dieser, wenn er sie gekannt hätte, Manches vermuthlich anders gemacht haben würde. So ist bei Euripides das Auftreten des Chors Mykenischer Jungfrauen unzweifelhaft besser motivirt; für das decorum wie für seine Sicherheit hat das buhlerische Ehepaar besser gesorgt durch

die Entfernung der Elektra, ihre Verheirathung und die ihr aufgebürdeten niedren Hausstandssorgen, welche ihren heroischen Uebermuth brechen sollten. Und halb ist es schon gelungen: sie ist eine arbeitsame, resigürte Hausfrau geworden, der nur der Mangel an Festkleidern Kummer macht, dem Menschenverkehr so entfremdet, dass sie in bäurischer Furcht die Fremden für Mörder oder Frauenräuber hält. Erst die Ankunft des Bruders weckt ihren alten Sinn, und sie bewährt der freieren und edleren Denkweise des Mannes gegenüber echt weibliche Charakterzüge der Deisidämonie, indem sie die Autorität Apollons vertritt, und der Grausamkeit. Sie ist keineswegs die intellectuelle Urheberin der That, welche von Anfang an (V. 82 ff.) für Orestes beschlossene Sache ist; aber der Dichter, welcher den Befehl Apollons missbilligt und diesem Standpunkt am Schluss durch die Dioskuren Ausdruck giebt, lässt den besonnenen Mann vor dem entscheidenden Schritt einen Augenblick zweifeln, ob jene Stimme des Gottes keine Täuschung sei. Ueberhaupt ist er vorsichtiger, indem er sich an der Landesgrenze aufhält, die Stadt oder gar den Bezirk des Königspalastes vermeidet; der Alte betont (615 ff.) die unüberwindliche Schwierigkeit, durch die Wache desselben in das Innere zu dringen.

Allen diesen Neuerungen des Euripides gegenüber hätte die Sophokleische Elektra, wenn sie erst dadurch hervorgerufen sein sollte, in recht unbekümmerter Weise einfach die alten Voraussetzungen und Anschauungen wieder hergestellt, ohne in einem einzigen Punkt aus der Kritik Nutzen zu ziehen?

---

### Die Medea des Neophon.

Ueber das Verhältniss der Medea des Euripides zu der des Neophon sind die Alten so wenig im Klaren gewesen wie die Neueren, obwohl Männer wie Dikaiarch im dritten Buch des *βίος Ἑλλάδος* und Aristoteles in den *ὑπομνήματα* sich darüber ausgelassen haben. Diese nahmen an, das Euri-

pideische Stück sei eine *διασκευή* des Neophronischen, und es ist vielleicht nur eine abgekürzte Ausdrucksweise für dieselbe Ansicht, wenn es bei Laertius Diogenes II, 34 und ähnlich bei Suidas (unter Neophron) heisst: Einige sagen, die Medea des Euripides gehöre dem Neophron. So vorsichtig alle Aeusserungen hierüber lauten (*δοκεῖ, φασίν, ἔνιοι φασίν*), so ist doch zweierlei von den Alten nie bezweifelt worden: erstens, dass es eine Medea gleichen Stoffes von Neophron gegeben hat, zweitens, dass dieselbe älter als die Euripideische war. Der Verdacht Sikyonischen Schwindels kann hierbei keinem Verständigen aufsteigen. Vermuthlich hat Aristoteles in seinen *ὑπομνήματα* eine Vergleichung beider Stücke angestellt, welche von alexandrinischen Erklärern ausgebeutet sein mag. Die uns erhaltenen, nicht unerheblichen Reste lehren, dass die Fabel wesentlich die gleiche gewesen ist. Sehr ähnlich in Erfindung und Haltung war Medea's Monolog vor dem Kindermorde (fr. 2 N. Eur. 1057 ff.). Die Auffassung ihres Charakters war bis in die feineren Züge die nämliche. Ist Neophron in der That hierin vorangegangen, so gebührt ihm und nicht dem Euripides das Verdienst, eine tragische Figur allerersten Ranges geschaffen und eins der fruchtbarsten Motive, weibliche Eifersucht, in das Drama eingeführt zu haben. Ferner ist es dann Neophron gewesen, welcher den localen Mythos, wonach Kreon durch Gift der Medea, die Kinder aber von dessen Verwandten getödtet werden (Pausan. II 3, 6), umgewandelt und den von Aristoteles poet. 14 als echt tragisch gerühmten, allgemein dem Euripides als Erfindung zugeschriebenen <sup>1)</sup> Kindermord durch die Mutter ersonnen hat. Nach alledem müsste Neophron ein genialer Dichter, den drei grossen Meistern ebenbürtig gewesen sein. Aber davon wissen die Alten nichts: ausser den drei Citaten aus der Medea ist von seinen 120 Dramen nichts erhalten als die Notiz, dass er Pädagogen und Slavenverhör zuerst im Drama eingeführt habe. Vielleicht ist auch der Pädagog aus der Medea entlehnt.

1) Schol. Med. 10. Aelian v. h. V 21.

Weiter ist beiden Dramen gemeinsam, dass Aegeus, von Delphi kommend, auftrat, nur dass er bei Neophon (fr. 1) die Absicht hatte, sich den Pythischen Spruch von Medea erklären zu lassen, während er nach Euripides (683) die Deutung desselben von Pittheus erwartet und nur auf dem Wege nach Trözen bei ihr vorspricht. Wenn Euripides die einfachere Motivirung aufgegeben hat, so mag er der Barbarin das Verständniss Apollinischer Weisheit nicht zugetraut haben. Ihre Autorität als Orakeldeuterin ist hier zu dem leeren Compliment über ihre Klugheit (677) zusammengeschrumpft, dem keine weitere Folge gegeben wird. Die Zusammenkunft selbst kann nur den gleichen Zweck gehabt haben, der Medea ein Asyl in Athen zu sichern. Vielleicht schwebte dem Euripides bereits die Fortsetzung ihres Schicksals in der Tragödie Aegeus vor. Warum aber der Sikyonier Werth auf jene Verpflanzung gelegt hat, ist nicht ersichtlich. Endlich muss auch die Fassung der Schlusscene in beiden Stücken ganz ähnlich gewesen sein. In beiden prophezeite Medea dem Jason zum Abschied, was er für ein Ende nehmen werde, nur lautete die Weissagung selbst verschieden. Bei Neophon (fr. 3) sagt sie ihm voraus, dass er sich erdrosseln werde, nach Euripides (1386 ff.) wird ihn dereinst ein Stück vom Argoschiff erschlagen. Leicht erkennt man die Absicht des Dichters, den unnatürlichen Tod mit der schuldigen Vergangenheit in bedeutende Beziehung zu setzen.

Auch in der Ueberlieferung der Euripideischen Medea als solcher liegen unzweifelhafte Spuren einer *διασκευή* vor. Grade in der Aegeusscene hat schon Kirchhoff V. 725—728 als Dittographie von V. 723 f. 729 f. ausgeschieden, und in der gleich darauf folgenden *ῥήσις* der Medea haben wir eigentlich zwei parallele Reden, da der Schluss 798—810 mit dem Voraufgehenden nicht zusammenhängt, vielmehr das Wesentliche nur wiederholt. Ich muss Hirzel beipflichten, welcher diese Partie einer andren Hand zuweist. Aber vergeblich bemüht sich Wecklein, für Euripides die Priorität der Erfindung zu retten durch die Annahme, dass die Medea des Neophon



zwischen einer ersten Aufführung der Euripideischen und der bekannten von Ol. 87, 1 auf die Bühne gekommen sei. Um dies annehmbar zu machen, sucht er die Abweichungen des Sikyoniers als beabsichtigte Verbesserungen des Vorgängers darzustellen, ohne Glück, wie mir scheint. Wenigstens hätte Euripides bei seiner zweiten Bearbeitung keinen Vortheil von dieser Kritik gezogen; und jene Aenderungen, soweit sie uns bekannt sind, waren doch gar zu geringfügig, um eine Wiederholung desselben Thema's im gleichen Rahmen zu rechtfertigen. Wenn die Medea des Euripides unter dessen Namen schon vor Ol. 87, 1 und vor der Neophronischen einmal aufgeführt worden wäre, so hätte dies in den Didaskalien stehen müssen und von Aristoteles nicht übersehen werden können. Nicht weniger zuversichtlich darf angenommen werden, dass derselbe in der nämlichen Quelle vor Ol. 87, 1 die Medea des Neophron verzeichnet gefunden hat. Der einzige Schluss, welcher aus diesen Prämissen gezogen werden kann, ohne andren Thatsachen und berechtigten Voraussetzungen Zwang anzuthun, scheint der, dass Euripides seine Medea zuerst von Neophron hat einstudiren, also unter dessen Namen hat aufführen lassen, die zweite Bearbeitung aber Ol. 87, 1 selbst auf die Bühne gebracht hat. Wenn er im Alter von 18 Jahren bereits anfang Tragödien zu schreiben (Gell. XV 20), also je nachdem man das Geburtsjahr ansetzt, zwischen Ol. 78, 2 und 79, 3, als *διδάσκαλος* aber zuerst Ol. 81, 1 aufgetreten ist, so ist nicht unwahrscheinlich, dass er einige Jahre vor diesem Zeitpunkte schon Versuche gemacht hat einen Chor zu erlangen, dass er, weil ihm dies nicht gelang, sich eines Vermittlers bediente, der mit seinem Ansehn und seiner Erfahrung für ihn eintrat, dass Neophron für ihn die gleiche Function übernahm wie Philonides und Kallistratos für Aristophanes. Dass Euripides sich schon lange vor Ol. 87, 1 mit dem Mythos der Medea trug, beweisen die Peliaden, womit er Ol. 81, 1 unter eigenem Namen debutirte. Unter fremdem ist ja auch, gleichviel wo, seine Andromache aufgeführt worden, als deren Verfasser, d. h. *διδάσκαλος*, Kallimachos den Demokrates in den Hand-

schriften verzeichnet fand. So mögen die aus der *Medea* des Neophon citirten Bruchstücke, sowie die oben erwähnten Dittographien der ersten Ausgabe der Euripideischen gehören, und hiermit wird die Ueberlieferung der alten gewichtigen Zeugen auf ihren wahren Grund zurtückgeführt sein.

O. R.

## Schlusswort.

Wir können diesen Band nicht beschliessen, ohne der schmerzlichen Verluste zu gedenken, welche im Lauf des verflossenen Jahres unsre 'Leipziger Studien' betroffen haben. Der Vierzahl ihrer Herausgeber sind die beiden ältesten, G. Curtius und L. Lange, fast gleichzeitig, der eine am 12., der andre am 18. August v. J. durch den Tod entrissen.

Es ist nicht dieses Ortes auszuführen, was beide unvergessliche Männer, jeder in seiner besondern Weise, als Lehrer und Forscher der Universität und der Wissenschaft gewesen sind. Auch in den seit 1878 erschienenen Jahrgängen dieser 'Studien' ist ihr Geist sowohl durch die von ihnen angeregten Arbeiten, als auch durch eigne Beiträge scharf genug ausgeprägt, so dass ohne besondern Nachweis jedem der beiden sein Antheil an dem Inhalt der vorliegenden 8 Bände gesichert ist. Noch die letzte grössere Abhandlung, welche dieses Heft bringt, ist aus einer Preisaufgabe hervorgegangen, welche Curtius gestellt hatte.

Nachdem die erledigten Lehrstühle durch die Berufung von Erwin Rohde und Curt Wachsmuth wieder besetzt sind, wird unter Mitwirkung der neuen Collegen die Veröffentlichung ausgewählter Arbeiten der Leipziger Philologenschule ohne Unterbrechung ihren Fortgang nehmen.

Leipzig, den 4. Januar 1886.

Die Herausgeber.









PA                    Leipziger Studien zur  
25                    classischen Philologie  
L4                    Bd. 7<sup>28</sup>  
Bd.7-8

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

HANDBOUND  
AT THE



UNIVERSITY OF  
TORONTO PRESS

